N. 806.
Ex libris Francisci Lisi
J. C. Benon.

G - 101

Digitized by Google

D. ALPHONSI

DE GUZMAN

TRACTATUS

DE

EVICTIONIBUS.

Digitized by Google

D. ALPHONSI
DE GUZMAN
GENZOR, J. C. HISPANI
In Suprema Curia Madritenſi Advocati,

TRACTATUS
DE EVICTIONIBUS,
IN QUO

QUÆSTIONUM PRACTICARUM

UTRIUSQUE FORI ECCLESIASTICI ET SÆCULARIS
Reſolutiones omnémque ejuſdem Curiæ praxim cernere licet.

NOVA EDITIO, INFINITIS PROPE MENDIS, QUIBUS ſcatebant priores, ſingulari ſtudio expurgata.



COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.
M. DCC. XXXVI.

Digitized by Google

INDEX
QUÆSTIONUM,
Quæ in hoc Tractatu de Evictionibus continentur.

QUÆST. 1. QUID *ſit evictio.* Pag. 3

2. *Quotuplex ſit evictio?* 6

3. *Utrum fidejuſſor evictionis, ſi diù ſteterit in obligatione, poterit petere ſe eximi ab evictionis obligatione?* 12

4. *Ut emptor agere poſſit de evictione, quæ intervenire debeant?* 18

5. *In quibus caſibus non ſit neceſſaria denunciatio?* 31

6. *An venditor denunciatus ab emptore teneatur defendere emptorem coram ſuo Judice, vel coram Judice emptoris?* 41

7. *An Clericus laudatus, & nominatus in judicio evictionis poſſit forum declinare?* 46

8. *An fiſcus venditor revocet cauſam ad ſuum Judicem?* 52

9. *An nuntio referenti ſe citaſſe venditorem credendum ſit?* 57

10. *An fidejuſſor evictionis ex perſona principalis poſſit forum declinare?* 61

11. *An evictionis actio competat ſingulari ſucceſſori contra authorem authoris?* 66

12. *An in denunciando tempus ſervandum ſit?* 74

13. *An obligatus de evictione ad quæ teneatur facta denunciatione?* 75

14. *An talis conventio valeat, ut de omnibus expenſis, & damnis, ſtetur ſimplici verbo, vel juramento emptoris?* 87

15. *Quando res dicatur evicta, ut emptor agere poſſit de evictione?* 90

16. *An ſententia lata contra emptorem in caſu evictionis, executioni mandari debeat contra venditorem neceſſarium illius litis defenſorem?* 95

17. *An venditor offerens emptori rem æquè bonam loco rei evictæ liberetur?* 100

18. *An venditor volens ex pacto rem redimere, debeat tantum pretium offerre, an verò etiam deponere?* 102

19. *An quando conſanguineus retrahit ab emptore, venditor teneatur de evictione?* 106

20. *Si emptor fecerit aliqua melioramenta in re evicta, an illa recuperare poſſit?* 108

21. *An emptor faciat fructus ſuos perceptos?* 114

22. *An venditor condemnatus ob pecuniæ penuriam, cogere poſſit emptorem ad recipienda bona immobilia præſtita cautione de evictione?* 120

23. *An in contractu emptionis, & venditionis debeatur evictio?* 127

24. *An*

24. *An in locatione, & conductione debeatur evictio?* 133
25. *An in donatione debeatur evictio?* 140
26. *An in dote debeatur evictio?* 146
27. *An in legatis debeatur evictio?* 153
28. *An in datione in ſolutum evictio debeatur?* 157
29. *An in contractu permutationis habeat locum evictio?* 161
30. *An in jurepatronatus ſeculari, & Eccleſiaſtico debeatur evictio?* 163
31. *An tranſactione debeatur evictio?* 175
32. *An in feudis debeatur evictio?* 177
33. *An in diviſione debeatur evictio?* 182
34. *An in pignore evictio debeatur?* 187
35. *An in ceſſione debeatur evictio?* 193
36. *An in Emphyteuſi debeatur evictio?* 211
37. *An venditor in cauſa rei evictæ teſtis eſſe poſſit?* 212
38. *An venditor poſſit evincere rem, quam vendidit?* 213
39. *An emptor omittens denunciare, vel ſi fuerit contumax, agat de evictione?* 216
40. *An emptor agat de evictione ſi ſequuta ſit per injuriam vel Judicis imprudentiam?* 218
41. *An emptor compromittens, & ſuccumbens agat de evictione?* 220
42. *An ſi emptor de facto extra judicium rem perdat, habeat regreſſum de evictione?* 222
43. *Si venditor noluit teneri de evictione in inſtrumento, an emptor agat ad pretii reſtitutionem contra venditorem?* 227
44. *An ſi emptor potuit uſucapere, & præſcribere rem emptam & non fecit, agat de evictione?* 229
45. *An ſi vendatur univerſitas rerum, & res particularis evincatur, venditor de evictione teneatur?* 230
46. *An emptor ſcienter emens rem alienam, agat de evictione?* 235
47. *An evictio debeatur, quando res evincitur ſecundum ſuam naturam vel quando venditur jus, quod in re habetur?* 238
48. *Si emptor habuit inexpertum Advocatum, cujus imperitiâ causâ cecidit, an agat de evictione?* 240
49. *Si venditor conveniret ne pro alieno facto teneatur, ſed pro ſuo tantum, an excludat factum authoris, vel ſui hæredis?* 241
50. *An quando imminet evictio in limine contractus, agatur de evictione?* 243
51. *In quibus caſibus etiam evictio locum non habeat?* 247
52. *Si res evincatur ex facto Principis, an venditor de evictione teneatur.* 249
53. *Si res vendatur ex neceſſitate officii, an venditor teneatur de evictione.* 257
54. *An venditor teneatur de evictione eorum, quæ tacitè inſunt?* 260
55. *An emptor agat pro bonitate rei, habita ratione ad tempus evictionis, vel ad tempus contractus?* 261
56. *An evictioni ſit locus quando res evincitur in judicio poſſeſſorio?* 265
57. *An de evictione agatur pendente controverſia rei?* 266
58. *An venditor promittens reſtitutionem pretii in caſu evictionis, teneatur ad uſuras decurſas poſt evictionem pro rata pretii?* 267
59. *An maritus vendens rem, & ſe obligans cum juramento, & pœna ſe curaturum cum effectu, quod uxor ſua de evictione obligetur; ſi uxor non vult, ad quid maritus teneatur?* 269
60. *An vendens rem in ludo, ſi evincatur, de evictione teneatur?* 270
61. *De actione redhibitoria, vel quanto minoris.* 274

PERMISSION.

PERMISSION.

SUR la requiſition de Sieur JEAN ANTOINE HUGUETAN, & Compagnie, à ce qu'il leur ſoit permis de faire imprimer en cette Ville le Livre Intitulé *Tractatus de Evictionibus*, ALPHONSO DE GUZMAN *Authore*, lequel Livre a été ci-devant imprimé avec Approbation des Docteurs en diverſes Provinces; & que les défenſes lui ſoient accordées pour trois années, ſous les peines indites en pareil cas; Je conſens pour le Roy à la reimpreſſion requiſe aux défenſes accoûtumées pour trois années. *A Lyon le* 9. *Novembre* 1675.

VAGINAY.

SOit fait ſuivant les Concluſions du Procureur du Roy les an & jour ſuſdits.

DESEVE.

CATA-

Digitized by Google

CATALOGUS
LIBRORUM JURIDICORUM

Apud FRATRES DE TOURNES Bibliopolas, *Genevæ* & *Lugduni* impreſſorum, ut & eorum qui majori in copia apud ipſos proſtant.

de ANſaldis de Commercio & Mercatura, cum Straccha de Aſſecurationibus, &c. fol.
Actolnii Reſolutiones Forenſes fol.
Ayora de Partitionibus 4. 1733.
Avendaño Velaſquez Opera, nempe Tract. de Cenſibus Hiſpaniæ & in Leges Tauri fol. 2. tom. 1734.
Altogradi Controverſiæ Forenſes fol. 2. tom.
Alderiſius de Contractibus Symbolicis fol.
Alciati Comment. de Verborum Significatione fol.
Ayllon Additiones ad Gomezium fol.
Barboſæ *Auguſtini* Opera Omnia fol. 20. Vol.
——— Tomi Varii ſeparatim fol.
Barboſæ *Petri* Opera Poſthuma, ſcilicet de Legatis, de Subſtitutionibus & de ſolutione per Juramentum cum Deciſionibus S. Rotæ Romanæ fol. 2 Vol. 1736.
Baitellus de Ultimis Voluntatibus fol.
Bichii Deciſiones Rotæ Romanæ fol. 2. Vol.
Berſanus de Pupillis, eorumque Privilegiis &c. f.
Boërii Deciſiones Forenſes fol.
Bayo Praxis Eccleſiaſtica fol. 1729.
Balmeſeda de Collectis & Tributis fol. 1725.
Borcholten *Joan.* Comment. ad Inſtituta 4
Cencius de Cenſibus, cum novis Deciſ. fol. 2. tom. 1730
Card. Celli Deciſiones Rotæ Romanæ fol.
Capicii Latro Deciſiones cum Addition. Gizzii &c. fol. 2 Vol.
——— Conſultationes. Nova Editio cum Obſervat. C. A. De Luca & C. de Alexio fol. 2 vol. 1728.
Calvini Lexicon Juridicum cum Additionibus fol 2 Vol. 1735.
Chaſſanæi Catalogus Gloriæ Mundi, fol.
Covarruvias Opera Omnia cum Additionibus Faria fol. 5. Vol. 1734. *Nova Editio.*
Carleval de Judiciis cum novis Additionib. f. 1729
Caſtejon Alphabetum Juridic. fol. *Nova Editio. multo auctior ſub prælo.*
Cortiada Deciſiones fol. 4. vol. *Nova Editio.*
——— Idem Tom. 3. & 4 *ſeparatim.*
De Luca de Officiis venalibus, & ſtatutariis ſucceſſionibus, *ſeorſim* fol.
Deciſionum Rotæ Rom. &c. ad Opera Card. De Luca ſpectantium Mantiſſa fol. 2. vol.
Dunozeti Deciſiones Rotæ Romanæ fol.
De Marinis Summa & Obſerv. ad Deciſion. Reverterii fol. 2. Vol.
De Antiquis Epiſcoporum Cauſis 4
Engel *Lud.* Collegium Univerſi Juris Canonici fol.
de Faria Additiones, Obſervationes & Notæ ad Covarruviam fol. 3. vol. *Nova Editio.*
Fabri *Joan. Rod.* Syntagma Juris fol.
——— Breviarium Codicis 4
——— Clavis Juriſprudentiæ ſive Explicatio Inſtitutionum 4
Fagundez *Soc. J.* in quinque Præcepta Eccleſia fol.
Gutierrez Opera omnia, cum Repertorio Generali fol. X. vol. 1730.
——— Deciſiones S. Rotæ Romanæ Recentiſſimæ ad Opera Gutierrez ſpectantes fol. *Nova Editio auctior* 1735.
Gallus de Fructibus cum Novis Deciſ. S. R. Rom. fol. 1721.
Galeotæ Reſponſa Fiſcalia Selectoria fol.
Giurba de Feudis fol.
——— ad Conſuetudines Meſſanenſes fol.
Garcias de Beneficiis cum S. R. Rom. f. 2. vol. 1735
——— de Nobilitate & de Expenſis f. 2 v. *ſub prælo.*
Gobii Tractatus Varii cum Deciſ. S. R. Rom. fol.
Gregorii Tholoſani Syntagma Juris Civilis fol.
Gibalinus de Humana Negotiatione fol. 2 vol.
——— de Scientia Canonica fol. 3. vol.
Grañanieto in Decretales fol. *Nova Editio* 1734
Guzman de Evictionibus fol. *Nova Editio* 1736
Gonzalez *Em. Tellez* ſuper Decretales fol. 5. vol.
Gomezii Opera Juridica cum Ayllon f. 3. vol. 1733
Gothofredi Manuale Juris 12 1726
Jordani *Pacis* Opera Canonica fol. 3 vol. 1729
Lexicon Juridic. Calvini cum Addit. f. 2. vol. 1735
de Luca *Car. Ant.* Animadverſiones in Gratiani Diſceptationes fol. 6 vol.
Larrea Deciſiones & Allegationes fol. 4 vol.
Lagunez de Fructibus fol. *Nova Editio* 1727.
Menochius de Præſumptionibus fol. 2. vol. 1724
Merez de Majoratibus Hiſpaniæ fol. 2. tom. 1735
Michalorius de Poſitionibus, de Cœco, Surdo & Muto fol.
à Moſtazo Tract. de Cauſis piis fol. 2. vol. 1733
Matthæu & Sanz de Re Criminali fol.
——— de Regimine Regni Valenſiæ fol.
Molina de Primogeniis Hiſpaniæ cum Novis Ad. f. *Nova Editio* 1727
Mynſinger ad Inſtituta 4
Melii Obſervationes Forenſes fol.
Olea de Ceſſione Jurium & Actionum cum Spicilegio Car. Ant. de Luca fol. *Nova Editio.*
Ottero Opera Juridica cum add. Bondeni f. 2. t. 1731
Pignatelli Conſultationes Canonicæ cum Indice generali fol. XI. Vol. 1718
——— Noviſſimæ Conſultationes Canonicæ variæ, & circa Materiam Inquiſitionis fol. 2 vol.
Parladorii Opera Juridica fol. *Nova Editio* 1734
de Ponte Conſilia præſertim Feudalia & Deciſ. fol.
Pellizarii *Soc. J.* Manuale Regularium fol. 2 vol.
Portugal de Donationibus fol. 2 vol. *Nova Editio.*
Roxas de Incompatibilitate Regnorum & Majoratuum cum Addit. de Aguila f. *Lugd.* 1727.
Saminiati Controverſiæ forenſes fol. 2 vol.
Scopa ad Gratianum fol.
Salgado Labyrinthus Creditorum fol. 4 vol.
——— de Regia Protectione fol.
——— de Retentione Bullarum fol.
Sanfelicii Deciſiones & Praxis Judiciaria fol. 4. vol.
Urceoli Opera, ſcilicet de Tranſactionibus, Conſultationes & Deciſiones fol. 3 vol. 1733
Villegas Deciſiones Morales, Civiles & Canonicæ f.
Valeron de Tranſactionibus fol. 1726. *Nova Editio.*
Voet Comment. ad Pandectas f. 2 vol. *Hagæ Com.*
Valentia Illuſtrium Juris Tractatus, 4 *Edit. auctior.*
Vallenſis ad Decretales 4.
Vocabularium utriuſque Juris 8
Vinnius ad Inſtituta 4. 2 vol. *nova Edit. auct.* 1733
Zuffi de Criminalis Proceſſus Legitimatione f. 1722
Zacchiæ Quæſtiones Medico-Legales f. 3 vol. 1727

D. ALPHONSI

D. ALPHONSI DE GUZMAN GENZOR, I. C. HISPANI TRACTATUS, DE EVICTIONIBUS.

SUMMARIUM.

1 *Qui ſcribunt aliquod opus debent nominare eos, qui prius eandem materiam tractavêre.*
2 *Ingenuitatis eſt nominare non ſolùm Præceptores, verùm etiam Scriptores.*
3 *Cicero, & Quintilianus nominaverunt eos, qui de Arte ſcripſerunt, & plurimi Authores idem fecerunt.*
4 *Guillielm. Durand. & Joannes Andr. & alii plurimi Doctores mentionem fecerunt de Authoribus, qui ante ipſos ſcripſerunt.*
5 *Comes facundus in via pro vehiculo eſt.*
6 *Authores, qui de hac materia ſcripſerunt tam in lecturis, quàm in conſiliis, vidit Author ſumma diligentia, & ſtudio.*
7 *Tractatus iſte de Evictionibus, omnem evictionis materiam continet.*
8 *Quid ſit agendum (replicat ſibi Author) cum hodie nihil dicatur, quod non ſit prius dictum.*
9 *Author imitatur omnes practicos Doctores.*
10 *Author eſt ultimus, & ſingularis, qui latè, & copiosè de hac materia Evictionis ſcripſit.*
11 *Author eſt Advocatus in ſuprema Curia Regia Madritenſi.*
12 *Evictionis nomen unde ſumptum.*
13 *Evincere idem eſt, quod vincendo extorquere.*
14 *Validiſſimum teſtimonium videtur ſua quæque fides.*
15 *Fides ab eo ſic appellata, ut fiat quod dictum eſt.*
16 *Fallere fidem datam grave facinus eſt.*
17 *Evictio propter bonum publicum introducta videtur.*
18 *Evictio ex parte agentis eſt remedium favorabile.*
19 *Evictio eſt pœnale remedium, & ſeq.*
20 *Actio, quæ naſcitur ex evictione, appellatur Actio ex empto.*
21 *Præſcriptio currere incipit in evictione, cum res evicta eſt.*
22 *Cautio præſtita pro evictione, nuncupatur pro ſtipulatu.*

SOLENT Boni Scriptores, qui 1
aliquod Opus componendum ſuſcipiunt, initio operis eos Authores referre, qui prius eandem materiam tractavere: quod quidem aliquando factum ſit æmulationis ſtudio, dum Juniores ſuis inventionibus faventes volunt videri ſenioribus meliores eſſe. Hoc ipſum tamen ſecum affert quandam non injucundæ hiſtoriæ cognitionem, quæ lectorem non ſolum allicit, verùm etiam plena inſtructione delectat. Propterea ſicut paſſim dici ſolet, ingenui pudo- 2
ris eſſe profiteri per quos profeceris; ita mihi non ingrata ingenuitatis ſpecies videtur eſſe, honorifica recordatione eos colere, quo quis tanti eſſe putavit, ut digni æmulatione haberentur. Sic feciſſe legimus Juſtinianum Imperatorem, *in l: 2. C. de veteri jure enucleando.* ibi: *Tanta à nobis habita eſt reverentia antiquitati, ut nomina Prudentum taciturnitati nullo modo tradere patiamur, ſed unuſquiſque eorum qui Author legis fuit, in noſtris Digeſtis inſcriptus eſt.* Et Cicero *in Brutum*, & Quintilian. *lib. 3. de Oratore* hoc quidem fecerunt, *Terentius*; & *Varro*, qui appellatus 3
eſt omnium Romanorum doctiſſimus: tradit etiam Divus Auguſtin. *lib. 6. de Civit. Dei, cap. 11,* & inter Medicos Dioſcorides, & Galenus *in lib. de diffinit. medic.* (omiſſis aliis Scriptoribus externis inter noſtrates ſequuti ſunt *Guilielmus Durand. in proœm. ſpeculi num. 14.* Immol. & *Zabarell. in proœmio lib.6.* & 4
plures alii, quos ſi vellem ſigillatim nuncupare, nimis prolixam facerem orationem. Horum igitur veſtigia ſequens, Evictionis materiam tractaturus, non gravabor eos Authores viroſque illuſtres commemorare, qui de materiis ad evictionem pertinentibus ante

me ſollicitè ſcripſerunt. Quorum nomenclatura tum
ipſis lectoribus erit profutura, qui velut ab incunabu-
lis (ut ita loquar) poterunt cognoſcere quibus modis,
& qua parte ab antiquis Doctoribus fuerit hæc utilis
materia tractata: tum etiam mihi in labore meo alla-
5 tura non mediocre levamen, aut leve ſolatium. Nam-
quemadmodum in itinere difficili habere comitem fa-
cundum [ut *Pluvius Mimus* aiebat] loco vehiculi eſt,
aut navigantibus mirum in modum præſtat optimos
habere Magiſtros: ita ad ſcribentis ſolamen maximè
confert prævios habere Scriptores, quos vel imiteris,
vel æmuleris, prout fuerit à divina inſpiratione con-
ceſſum: & certè quoad me ipſum attinet ex antiquis,
& ex noviſſimis Doctoribus integrum corpus hujus
vaſtæ materiæ in lucem edere conabor, & ad felicem
portum incolume reducere non verebor.

6 Primi igitur, qui hanc materiam Evictionis non
integrè, ſed ejus particulam leviſſimam exorſi ſunt,
omiſſis omnibus Scriptoribus in titulum, *ff. & C. de
evictionibus, & in cap. fin. de emptione & vendit.* An-
ton. de Burgos, *ibi*: Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 2,
à num. 33.* Gaſpar Caballinus *de evictionibus*, quem
in hac re longè aliis præferendum nemo dubitat, etſi
tantam rerum congeriem exiguiori tractatu proſe-
quutus eſt; Anton. Queſada *lib. 1. var. quæſt. cap. 15.*
inſignis Petrus Barboſa *in l. venditor, ff. de judiciis*,
vir ſumma eruditione præditus, copia, elegantia, &
diſpoſitione, omnium judicio ſuperior. *Caldas Pereira*
non obſcuri nominis Author, *in tractat. de empt. &
vendit. cap. 32.* Qui tamen plurimum contuliſſe vide-
tur, ſuis *Cardinalis Tuſchus* noſtri temporis Juriſcon-
ſultus egregius, qui in ſuis grandioribus voluminibus
in verb. Evictio, hanc rem magno ſtudio complexus
eſt, Verum *Doctor Dominus Joannes Caſtellus Soto-
mayor* olim Magiſter meus non pœnitendus, ſacri
ærarii Auditor præſtantiſſimus, nobis & omnibus ſuc-
currit *in lib. 4. controv. cap. 42.* Vir conſenſu omnium
exactæ mentis, & induſtriæ, & eximii laboris, latio-
rem famam extendit; qui noſtras, & exteras biblio-
thecas ſuis pene infinitis ſcriptis ſcientia, & doctrina
abundanter plenis exornavit. Sciens omitto plures
alios, & plures deciſionum graviſſimorum Senatuum,
ex quibus noſter Tractatus illuſtrabitur, ita ut neque
iſta Evictionis materies à tot variè tractata poteſt ad-
huc dici ſuam integritatem habere, non veritus ſum
in hanc palæſtram deſcendere: in qua cum materiam
Evictionis, neque ſibi totam, neque partibus ſuis con-
gruè cohærentem invenerim, ſed diviſam, ac diſper-
7 ſam in variis locis: Statui pro captu mediocritatis meæ
integram magnitudinem tantæ rei committere, to-
támque materiam variis ex locis decerptam in unum
Corpus ſuis membris conjunctim unire. Quapropter
iſte Tractatus deſerviet, in exprimendo vivam effi-
giem hujus ingentis materiæ, quæ in tam diverſis locis
confuſa, ac diſperſa eſt.

8 Et ſi mihi tantùm opus aggreſſuro objiciatur, nihil
dici, quod non ſit prius dictum. Reſpondebo, quod
ſi nihil aliud ex induſtria mea præſtari poſſum, imita-
bor eos qui mulſum faciunt, qui diverſas materias
egregia confuſione miſcentes, priſtinam formam mu-
tant, & novam ſpeciem fingunt, quæ guſtui gratiſ-
ſima libamenta præbet; ſic nos facere oportebit in
tanta Scriptorum multitudine, in quorum varietate
quidquid longo tempore, ſtudio aſſiduo adepti ſumus,
in certum ordinem tali diſtinctione congeremus, ut
ex multis, & aliis plenè collectis, unum Corpus in-
tegrum conficiemus, eamque præ ſe ferat figuram, ut
amplius, undè aliquid ſit ſumptum, non cognoſca-
9 tur. Cum etiam ſciamus, eundem tenorem in ſcriben-
do obſervaſſe Auctores relatos, & plurimos alios Do-
ctores & Guilliel. Durand. *in ſuo Speculo*, qui veteres
omnes practicos uſque ad tempus ſuæ ætatis in mani-
bus habens, ſumpſit ſcribendi formam, & novam
practicam compoſuit, quæ *Aureum Speculum* nuncu-
pata eſt, ut meritò de illa pictum ſit: *Caret oculo, qui
non habet ſpeculum.* Huic ergo operi ultimus accingor; 10
licèt multi clariſſimi Viri copioſiſſimam meſſem vi-
deantur ex fœcunditate ingeniorum ſuorum lectori-
bus attuliſſe. Tamen nihil eſt, quod ab ſcribendo me
removeat, & ſi meſſem ab aliis jam collectam metere
non potero, ſaltem ſpicilegium faciam, & colligam
ea quæ poſt tantam ubertatem nata ſunt, quæquè tam
grata, ac jucunda eſſe ſolent, & praxi magis accom-
modata. Laudandus potius eſt cujuſvis ſcriptoris co-
natus, & ſicutè converſo reprehendendus, qui poſſit,
& nolit poſteris aliquod ſcriptum relinquere.

Ego verò in hac fœliciſſima Mantua Carpetana 11
Advocatus, per ſupremum Regiúmque Conſilium
approbatus, nimis erubeſcens in re adeò difficili ma-
num imponere; pro utilitate verò communi, & ut
nobis, ac prorſus extraneis, multis hinc inde aſparſis
more apium collectis, aliquatenus Evictionis viam
aperiam, ut alii aptius commodiúſque conſulant, in-
dicéntque, ea ſaltem nixus ſpe, quod juxta *Plinii*
ſententiam: (*Nullus eſt tam malus liber, qui aliqua
ex parte non proſit.*)

Evictioni operam daturum prius noſſe oportet, 12
undè Evictionis nomen deſcendat. Evictio non ele-
gans eſt, nec Authoribus humanarum literarum in-
cognitum. Cicer. *in act. 2. in Ver.* ita ait: (*Qui tam ne-
fariis criminibus, tam multis ex teſtibus evictus ora ju-
dicum adſpicere, atque os ſuum Populo Romano oſten-
dere auderet.*) Virgil. *in 4. Æneid.* [*Tu lacrymis evi-
cta meis.*]

Evictio idem ſignificat, quod vincendo extorquere, 13
Livius *lib. 2. Ab urbe condita,* (Omne id tempus cum
conjuratis conſultando abſumunt, evincuntque inſtan-
do, ut literæ ad Tarquinium darentur) Columell. 11.
lib. 6. capite 5. (Evincendi ſunt autem, quamvis pe-
ſtiferi morbi, & exquiſitis remediis propulſandi.) Et
in hunc ſenſum *Marcel. I. C.* accepit, dum *in titul. ff.
de regul. jur.* dixit, (*quod evincitur, in bonis non eſt.*)
Idemque ſentit Paul. *I. C. in tractat. de evict.* inquiens:
(*Evictus autem à creditore tum videtur, cum ferè ſpes
habendi abſciſſa eſt.*

Quare evictio fuerit introducta, faciebat dubita- 14
tionem, quod venerabile quoddam eſt & immacula-
tum fidelitas, validiſſimamque teſtimonium ſua cui-
que fides: Zaſius in §. *de conſtit.* uta, *Inſtit. de actioni* 15
bus. Ab eo ſic *appella*, quia fiat quod dictum eſt: Ci-
cer. *lib. 1. offic.* Ex quo priſcorum temporum illa vox
eſtitit inter homines: *Bene agere oportet.* Idem Cicer.
lib. 3. offic. & lib. 7. epiſt. famil. Cui Romæ templum
erectum erat, teſte *Halicarn. lib. 2.*

Adeóque ſacroſancta priſcis & erat fides, & habeba- 16
tur, non ignorantibus quàm grave, turpéque facinus
erat, ſemel datam fidem fallere, *l. 1. ff. de conſtit. pe-
cunia, l. poſtquam, §. Imperator, ff. ut legat. nom. ca-
veat.* Cicer. *in Orat. pro Roſc.* (Idpropter, illo ſecu-
lo, omne id, quod agebatur inter homines, ſervaba-
tur, nec latum quidem unguem à promiſſis recederent;
& ſic conſtans erat inter ipſos fides)

Verùm moribus inde gliſcentibus in pejus, neceſ- 17
ſum fuit illud, quod in hominum fide conſiſtebat, in
legis vinculum deducere. Quocirca cum aliquando
accidiſſet, ut promiſſa non adimplerentur, vel quia
non eſſet res promiſſa in bonis promiſſoris, vel faci-
lè à manu accipientis extorqueretur, ſequuta tradi-
tione; vel quia immineret evictio in limine contra-
ctus, ut homines avocarentur ab hujuſmodi alienis
promiſſis, ſub ſpe, ac velamine rei propriæ, intro-
ductum fuit remedium evictionis; cum D. Paul. *ad
Theſſalon. 1. cap. 4.* dicat [Ne quis fratrem ſuum in
negotio circumveniat, vel ſupergrediatur.]

Sed

18 Sed hæſitatur, an remedium Evictionis ſit favorabile, vel odioſum? Et dicendum putabitur, quòd favorabile ſit, quoniam bono publico inſtitutum eſt, ut rerum commercia libera, & abſque fraude fiant, *argument. l. 1. ff. de uſucapionibus*: ſicuti in ſimili dicimus, quòd in puniendis maleficiis favor publicus verſatur, cum Reipublicæ interſit, ne delicta maneant impunita, *l. vulneratus, ff. ad leg. Aquil.* & inde dicebat Bartol. *in l. 2. §. exercitum, ff. de his, qui not. infamia. & in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* quòd ſtatuta maleficia punientia, favore extendenda ſunt.

19 Quod autem hoc remedium ſit odioſum, facit, quia eſt remedium pœnale; quo ſuadetur ex *Rubrica hujus tituli*, dum dicitur, *de evictionibus, & dupla ſtipulationibus*, &c. & *in l. 2. ff. de evictionibus*, ubi *Paul. l. C.* ait: *Si dupla non repromitteretur, & eo nomine ageretur dupli conveniendus erit reus.* Ita ſequitur Caſtrenſ. *in l. cum emptor, ff. ad l. Falcid.* Cum igitur ſit pœnale, odioſum reputatur, *cap. odia*, & ibi Dyn. *de reg. jur. lib. 6.*

20 His tamen minimè refragantibus, concludendum videtur, quòd hoc remedium Evictionis ex parte agentis dicatur favorabile, ut in ſimili dicunt Doctores de ſtatuto excludente fœminas propter maſcolos; & quòd tale ſtatutum ex capite maſculorum eſt favorabile, ratione conſervandæ agnationis; ex capite fœminarum eſt odioſum: ut notat Bald. *poſt Gloſ.* & alii ſequuntur *in l. 1. ff. de in jus vocando*, Jaſ. *in l. qui exceptionem, ff. de condict. indeb.* Molin. *de primog. lib. 1. capit. 8. num. 4.* Et ne in his moremur, quia majora nos expectant, ſi mutuare cupis aliquid ex his ad ſaturitatem, vide Andr. Tiraq. *in præfat. de retract.* Sarmient. *in rubrica, ff. de liberis, & poſthum. in lib. 4. ſelectar.* & latè Alderanum Maſcardum *de ſtatutis, concl. 4.*

21 Quæritur meritò; Quomodò nuncupetur actio, quæ naſcitur ex Evictione? Bart. *in l. qui concubinam, §. ſi hæres, de leg. 3. & in l. Ariſto, §. actionum, numero 22. Inſtit. de actio.* affirmat, quòd appellatur *actio ex empto pro evictione*, quæ oritur ſtatim re evicta; & hoc probat text. *in l. non dubitatur, C. de evictionibus*, & alibi, Bart. *in l. eleganter, in princip. ff. de pign. act. in l. ſi quis aliam, ff. de ſolutionibus*, vocat talem actionem *ex empto*: quod colligitur *ex l. ſi prædium, C. de evictionibus*, quæ cum ſit perſonalis, durat
22 triginta annos, & incipit currere cùm res evicta eſt; text. *in l. empti*, ubi Salicet. *C. de evictionib.* Baldus *de præſcript. 4. part. 4. princip. quæſt. 27. num. 2.* Rebuſ. *tom. 2. ad ll. Gallic. tit. de reſciſ. contract. Gloſ. 6. in fin. & Gloſ. 19. numer. 24.* ibi, *verſ.* (*vigeſimo primo*) non habet locum in evictione, de qua poſſum agere etiam poſt decem annos contra venditorem, ſi res antè ſit evicta; quæ actio non naſcitur, niſi re evicta, *l. qui rem, & l. ſi poſt.* & Gloſ. *in d. l. empti actio. C. de evictionibus*, Abbas *conſ. 22. lib. 2.* Baldus *de præſcript. 5. p. 5. princip. quæſt. num. 1. in fine.* Oſaſch. Cacheran. *decif. 177. numer. 1.* Quia actio nondum nata præſcribi non poteſt; cùm omnis præſcriptio etiam longiſſimi temporis tunc, & non ante, currere incipiat, ex quo natæ, & competere jure actiones cœperunt, *l. ſicut, §. quæ ergo*, ubi *Gloſ. verb.* (ſervanda) *l. cum notiſſimi, §. quamobrem, & §. illud, C. de præſcript. 30. ann. l. 1. §. ad hæc, verſ.* (Sed ex quo ab initio competit, & ſemel nata eſt.) *C. de annali præſcrip.* Cravet. *de antiquit. temp. 4. p. num. 6.* Anton. Monach. *decif. Florent. 7. num. 8.* Intelligendum tamen eſt, nulla præſtita cautione pro evictione.
23 At illa præſtita, appellatur *Actio ex ſtipulatu pro evictione*, Bart. *in l. cum quis, §. qui hominem, & in l. ſi quis alium, in fin. ff. de ſolut.* Alex. *in l. fin. colum. penult. ff. de condict. ob cauſam*, Socin. Junior *conſ. 22. num. 27. lib. 3.* quæ non eſt actio, ſed actionis nomen, ut aliæ ſimiles. Sicut dictio *homo*, ſignificat hominem, & tamen non eſt homo: & comprobari poteſt nam ideò actiones ex empto, & ſimiles non ſunt propriæ actiones, quoniam cum adjuncto proferuntur. Bart. *in l. Lucius, §. quæſitum, ff. de leg. 3.* Jaſ. *in l. videamus, in princip. num. 6. ff. de in litem jurando, & in l. 1. num. 5. ff. de re judicata*, latè Gomez. *in titul. de action. in princip. num. 25.* eritquè actio bonæ fidei, ad ſimilitudinem actionis ex empto primævæ, ut teſtatur Gomez. *ubi ſup.*

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Evictio?

SUMMARIUM.

1 *Evictionis definitio Azonis, & Gomezii.*
2 *Definitio eſt brevis oratio: referturque definitio Antonii Picbardi, & ejus laudes.*
3 *Evictio eſt rei emptæ facta ablatio, amiſſiovè.*
4 *Emptionis verbo omnem alienationem complecti.*
5 *Venditionis appellatione omnem contractum contineri.*
6 *Quod dicitur de venditione, idem eſt in omnibus alienationibus.*
7 *Alienatione probibita, cenſetur probibita hæredis inſtitutio, & ſucceſſio ab inteſtato.*
8 *Probibitus vendere, an poſſit alienare per alios contractus, & donare?*
9 *Alienatione probibita, an cenſeatur probibita permutatio.*
10 *Alienatione probibita reſpectu certæ perſonæ, admittitur illa perſona ad revocandum, etiamſi fuerit permutata res.*
11 *Alienatione probibita, an cenſeatur probibita alienatio ad pias cauſas?*
12 *Donatione probibita, poteſt fieri modica donatio pro eleemoſyna.*
13 *Donatione probibita, an cenſeantur probibiti alii contractus alienationis.*
14 *Alienatione probibita, an cenſeatur probibita diviſio.*
15 *Probibitus alienare, an poſſit tranſigere, & compromittere ſuper re probibita.*
16 *Probibitus alienare, an probibeatur dare in ſolutum creditori.*
17 *Probibitus alienare, an poſſit rem in judicium deducere.*
18 *Probibitus alienare, an cenſeatur probibitus locare.*
19 *Alienatione probibita, an poſſit res obligari.*
20 *Obligatio rei pro tanto pretio quanti valet ipſa res, cenſetur alienatio.*
21 *Obligatio generalis bonorum non extenditur ad bona probibita alienari.*
22 *Alienari probibita poſſunt obligari ſecundo creditori, eo modo, quo erant obligata primo creditori.*
23 *Evictio locum habet in multis caſibus.*
24 *Verbum, rectè, ad juſtitiam refertur.*
25 *Ablatio, ſimpliciter prolata, importat, jure, vel injuria.*
26 *Amiſſio eſt verbum privativum.*
27 *Pœna ipſo facto à jure impoſita, niſi præcedat ſententia declaratoria, non habent locum.*

AZo *in ſumma, C. de evict.* ita deſcribit evictionem, ut ſit rei emptæ, vel ex aliqua juſta cauſa acceptæ, per judicis ſententiam abductio: vel (ut puto) alio evincente cauſæ amiſſio. Non enim ſemper neceſſarium eſt rem abduci, ut evicta exiſtimetur, *l. evicta, §. 1. ff. de evict.* Gomez. *in add. ad Dec. in l. quod evincitur, ff. de reg. jur.* Quam definitionem ſequutus eſt Jodocus Damhouderus *in praxi civili, cap. 260. n. 2.* Evictio eſt enim abductio 1

quædam, vel amiſſio rerum, quæ emptæ ſunt, vel alio modo alienatæ, vero Domino inſcio.

2 Cum autem deffinitio ſit oratio, quæ rem, quæ eſt, quid ſit breviter enarrat, ſecundum Cicer. *in Topicis*: Anton. Pivinueſa breviori ſumma, ut fieri po-
3 teſt, ſic deſcripſit (relictis ambagibus, quas Dialecticis relinqoit) eſt evictio rei emptæ facta ablatio, amiſſiovè: vel ut rectè percipias, Evictio eſt rei noſtræ, quam adverſarius legitimo titulo acquiſierat, recuperatio, *l. non tamen* 24. *ff. de evict.* ut teſtatur idem Anton. Pichard. *lib.* 4. *tit.* 17. *Inſtitut. de officio judicis* §. *finium regundorum*, *cap.* 10. *num.* 121. qui Auctor inſignis pluribus libris Bibliothecas noſtræ ætatis ornavit, in quo ea ſcientia rerum, ea ſcriptorum copia, & adinventionia acumen apparet, ut meritò ab inviĉtiſſimo Rege noſtro Philippo Quarto inter multos alios ſolus electus eſt Auditor præſtantiſſimus Senatus Pinciani.

4 His tamen minimè refragantibus, amplectenda à nobis eſt definitio *Azanis* tanquam communior, & verior, quam ſequuntur Gaſpar. Caballinus *in tract. de evict.* §. 1. *num.* 1. Franciſc. Cald. Pereira *in tract. de empt. & vendit. capit.* 31. *num.* 1. ut ſcilicèt ſit rei emptæ, vel ex juſta cauſa quæſitæ, per Judicis ſententiam alio revocante amiſſio; tunc enim dicitur res evicta, cum per ſententiam eſt avocata à poſſeſſore, quo tempore incipit venditor obligari evictione & obſtringi, Surdua *deciſ.* 165. *num.* 7. Martinus Bonac. *de contract. diſputat.* 3. *de empt. & vendit. puncto ultima*, *num.* 1. Sylveſt. & Tabien. *in verb.* Evictio, *in ſummis*, ut infrà latiùs explicabitur.

5 Unum eſſe animadvertendum in hac materia exiſtimo, *emptionis* verbo, omnem alienationem contineri: & eſt textus valde ſingularis in *l. ſtatu liber*, §. *Quintus Mutius*, *ff. de ſtatu liberis*, quem peregrinum vocat Roman. *ſingulari* 614. & verbum emptionis pro alienatione uſurpatur in *cap. unico*, *de controverſ. int. domin. & emptorem feud. in uſib. feud.* ibi:
6 Et quod dicitur de venditione, idem eſt in omnibus alienationibus. Notat Bal. ibi *num.* 5. Felin. *in c. prælatorum*, *num.* 5. *de accuſa. Gloſ. in leg. fin. C. de pactis inter empt. & in c.* 1. *de uſuris*, *lib.* 6. Angel. *in l. cum hi*, §. *penult. ff. de tranſact.* Cyn. *in l. fin. in ult. oppoſit. C. in quibus cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ.* Aoton. de Burg. *in cap. fin. num.* 25. *de empt. & vendit.* Socin. Jun. *conſ.* 73. *num.* 10. & *conſ.* 129. *num.* 13. *lib.* 1. Quemadmodum venditionia appellatione omnem contractum contineri tradunt DD. in *l. ſicut*, §. *venditionis*, *ff. quibus mod. pig. vel hypoth. ſolvit. l. ſequitur*, §. *utillo*, junct. Gloſ. *ff. de uſucap. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Didac. Segur. *in tract. de lucris*, Tiraq. *de retract.* §. 1. *Gloſ.* 2. *à num.* 1. Bernard. Diaz. de Salced. *in reg.* 227. Petr. Dueñas *regul.* 239. Arias Pinel. *in l.* 2. *p.* 2. *cap.* 1. *à num.* 10. *C. de reſcind. vendit.* Palat. Rub. *in repet. rubr.* §. 16. Molin. *de primogen. lib.* 4. *c.* 5. *num.* 10. & 16. Matien. *in l.* 5. *Gloſ.* 6. *tit.* 9. *num.* 1. *lib.* 5. *Recopilat.* & *in l.* 14. *tit.* 4. *Gloſ.* 1. *num.* 7. eodem loco, Joan. Gratia. *regul.* 482.

7 Amplia, quòd prohibita alienatione, cenſeatur prohibita hæredis inſtitutio: Bar. plenius tangit hanc quæſtionem *in l. peto*, §. *fratre*, *de leg.* 2. ex cujus mente, & aliorum ſcribentium reaſſume iſtam diſtinctionem, quam in effectu ponit Alexand. *conſ.* 55. *lib.* 3. & *lib.* 2. *conſ.* 23. Aut prohibitio eſt facta ſimpliciter, non nominata certa perſona; & tunc non comprehenditur hæredis inſtitutio: unde poteſt illa res in quamcunque perſonam per teſtamentum transferri: aut prohibitio eſt facta reſpectu certæ perſonæ; & tunc aut in odium, aut in favorem: Primo caſu, ut ſi quis prohibeatur alienare in Titium, & tunc nec per hæredis inſtitutionem, nec ab inteſtato poteſt illi Titio relinqui, *l. codicillis*, §. *matre*, *de leg.* 2. Joan. Gratian. *ubi ſup. n.* 3. Robert. Marant. *in tract. de multiplici alienatione*, *num.* 287. poſt *ejus conſilia*. Secundo caſu quando eſt in favorem, ut ſi quis prohibeatur alienare extra familiam; & tunc ſiquidem facit hæredem legitimum, & ſibi ab inteſtato ſucceſſurum, poteſt tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, in eum alienare, *l. cum pater*, §. *cum inter*, *de leg.* 2. Corneus *conſil.* 111. *in fin. lib.* 3. Gloſ. *in l. pater filium*, §. *Julius Agrippa de leg.* 3. Marant., *ubi ſup. numero* 287.

Reſtringe, quando teſtator ultra prohibitionem adjecit aliqua verba diſpoſitiva, præcipiendo illam rem prohibitam ſemper debere in familia permanere; quia, tunc ſi hæres inſtitutus, vel ab inteſtato veniens, non eſt de familia, ei hæredi legitimo non poteſt relinqui; & ita per plura tenet Dec. *conſil.* 22. & *conſ.* 182. idem tenet Socin. *conſil.* 43. *in* 3. *lib.* per plura tenet Mol. *lib.* 1. *de primog. c.* 6. *à num.* 34. Mier. *in noviſ. p.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 145. Marant. *loc. ſup. cit.*

Aut facit hæredem penitus extraneum, & ab inteſtato non ſucceſſurum; & tunc non poteſt in eum alienari, *l. peto*, §. *fratre*, *de leg.* 2. & ibi *Bart.* & *Imola*, qui dicunt, quòd hæc opinio ſervatur in praxi, & *Gloſ. in d.* §. *Julius Agrippa*, & prædicta declarat copiosè Paul. de Caſtr. *conſ.* 60. *lib.* 2. & Corn. *conſ.* 111. *l.* 3.

Illud tamen quod dixi, quòd prohibitus alienare in odium certarum perſonarum, non poteſt per teſtamentum, nec ab inteſtato relinquere: Limita non procedere in prohibitione facta à ſtatuto, putà quod bona non alienentur in forenſem: nam poſſunt alienari per ſucceſſionem ab inteſtato; ita tenent Corneus *conſ.* 213. *lib.* 2. Marant. *ubi ſup.*

Prohibita venditione, an cenſeatur prohibita omnis alienatio per alios contractus? Et Bart. tenet quod 8
ſic; *l. filiusfamil.* §. *Divi*, *el.* 2. *de leg.* 2. & ſe remittit ad Gloſ. *in l.* 2. *C. uſucapione pro emptore*, allegat etiam text. in *l. voluntas*, *C. de fideicommiſſis*, ubi prohibitus vendere, cenſetur etiam prohibitus donare, per argumentum à contrario ſenſu. Hanc materiam reaſſumit Alexan. *in d.* §. *Divi*, & *in conſ.* 1. *lib.* 4. Abb. *in c.* 1. *de his*, *quæ fiunt à prælato*, Bald. & DD. *in d. l. voluntas*, *C. de fideicommiſ.* Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.* 81. Ant. Padil. *in d. l. voluntas*, *num.* 7. & communis Doctorum concluſio eſt, ut diſtinguamus; aut eſt eadem ratio prohibitionis in aliis contractibus, quæ eſt in venditione; & tunc cenſetur prohibita omnis alienatio. Exemplum, ſi teſtator vetat vendi extra familiam: nam mens teſtatoris eſt, ut illa res non egrediatur familiam, qui egreſſus fieret per omnem alienationem, & ſic offenderetur mens teſtatoris: aut non eſt eadem ratio, & tunc non cenſetur prohibita alienatio: & hæc diſtinctio probatur in *l. ſicut*, §. *ſed ſi permiſerit*, *ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſol.* Marant. *loc. cit. num.* 288.

Sed an prohibita alienatione in genere, cenſeatur 9
prohibita permutatio? dubium facit, quia prohibita alienatione cenſetur prohibitus omnis actus per quem dominium transfertur, *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* tenet Socin. *conſ.* 19. *vol.* 1. *l.* 1. *C. de fundo dotali.* Sed dic offendi mentem prohibentis, ut in proxima quæſtione, aut enim prohibitio ſit propter affectionem, quæ habetur ad rem, ne exeat de familia, & tunc non poteſt permutari, quia ſubeſt eadem ratio: aut non apparet iſta affectio, ſed prohibens voluit potius conſulere utilitati ipſius prohibiti, & tunc ſi permutando facit conditionem ſuam meliorem, poteſt permutare, aliàs ſecus; ita tenent Paul. de Caſtr. *in conſ.* 269. Dubitatur nunquid hoſpitale, *vol.* 1. Maranta *eodem loco*, *num.* 289.

Sed

10 Sed dubium cadit, quod ſi alienatio eſſet prohibita contemplatione certæ perſonæ, an admittatur illa perſona ad revocandum in caſu quo eſſet res permutata? Et dico quòd ſic, quia quoad hunc effectum dicitur alienatio: de hoc eſt Gloſ. *in l. cum hi*, §. *ſi cui*, *ff. de transact.* ubi *Bal. & Angel.* idem tenet Bald. *in authent. res, quæ, col. fin. C. communia de leg.* Maran. *eod. loc. num.* 289. *in fin.*

Limita quando teſtator prohibens venditionem, feciſſet mentionem de pretio, quòd tunc ſola venditio prohibita cenſeatur, & non alios contractus; ita tenent Bald. & Jaſ. *in d.* §. *ſi cui*, per text. cum Gloſ. *in l. fin. C. de præd. Decur. lib.* 10. Jaſ. *in d.* §. *Divi*, *in* 27. *col.* Marant. *ſup. num.* 290.

11 Extende etiam, an prohibita alienatione, cenſeatur prohibita alienatio ad pias cauſas, & pro eleemoſyna? dic quod ſic: ita tenet Bald. *in l. quoties*, *C. de fideicom.* aliàs enim de facili quis inveniret modum fraudandi fideicommiſſarium, & legem donando Ec-
12 clesiæ, vel aliter pro anima. Pro hoc eſt text. *in c.* 1. §. *donare*, *qualiter olim pot. feu. alie.* Iſta tamen prohibitio non ſe extendit ad modicam rem, quæ daretur pro eleemoſyna; ſecus ſi aliquis prohiberetur alienare talem fundum, quia non poteſt illum dare pro eleemoſyna, Marant. *ſup. n.* 291.

13 Donatione prohibita, cenſentur prohibiti alii contractus alienationis, quando ſubeſt eadem ratio quæ in donatione eſt, Jaſ. *in d. l. voluntas*, *C. de fideicom.*

14 Prohibita non cenſetur diviſio, prohibita alienatione; maximè, ſi prohibitus provocatur ad diviſionem; quia ille eſt actus neceſſarius, & non poteſt impediri: Paul. de Caſtr. *in l. jubemus nulli*, *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ubi etiam *Bart.* Alex. *in conſ.* 7. *lib.* 5. Marant. *ubi ſup. n.* 293.

15 Prohibitus alienare an poteſt tranſigere, vel compromittere ſuper re prohibita? Bald. *in d. l. quoties*, *C. de fideicom.* quod non, niſi ipſe provocaretur: quod verum putaverim, quando per tranſactionem res daretur adverſario, quia eſſet alienatio; ſecus ſi retineretur prohibitum: de qua materia latè, & copioſè Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 9. *per totum*, *& numero* 22. Mieres 4. *part. quæſt.* 22. *& in noviſ.* 4. *part. cap.* 12.

16 Item an prohibitus alienare, poſſit rem prohibitam dare creditori in ſolutum? Et R. quòd ſi prohibitus nihil habent aliud per quod poſſit ſatisfacere creditori, poſſit rem dare in ſolutum, quia eſt alienatio neceſſaria; Philip. Corn. *conſ.* 166. *lib.* 2. Boer. *deciſ.* 49. *n.* 7. Gratia. *de reg.* 482. *num.* 11. Et ratio eſt, quia in alienatione prohibita ſemper cenſetur reſervatus actus qui fuerit ex neceſſitate, *l. alienationes*, *ff. famil. erciſ.* alienatio enim neceſſaria nunquam cenſetur excluſa, Lara *lib.* 1. *de Anniverſ. c.* 20. *à num.* 1. Hier. de Leo Advocatus Fiſcalis Supremi Conſilii Aragonum, *deciſ. Valentina* 90. *à num.* 15. Qui ma-
* gnæ venerationi habendus, qui etſi victus mole negotiorum fiſci, grande volumen deciſionum Valentiæ tanta copia, & elegantia in lucem extraxit, ut videatur in eo humani ingenii modum exceſſiſſe; qui mihi eminentiſſimus, & omnibus videtur, & nobis, & cæteris præbuit ſcribendi præceptum, & exemplum.

17 Prohibitus alienare poteſt rem in judicium deducere. Maran. *ubi ſup. n.* 296.

18 Prohibitus alienare poteſt locare ad modicum tempus, *l. Codicillis*, §. *instituto*, *de legatis* 2. ſed ad longum tempus eſt alienatio, quia tranſit dominium utile, Bart. *in d.* §. *instituto*, Abbas *conſil.* 91. *lib.* 2. Marant. *ſup. num.* 297. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 1. Mier. *eodem loc. p.* 4. *q.* 25. *& in noviſ. q.* 15. Matien. *in l.* 6. *titul.* 7. *Gloſ.* 3. *numero* 16. *lib.* 5. *Recop.*

Sed an res prohibita alienari poſſit obligari? Et in 9
obligatione omnium bonorum non cenſetur obligata, quia in tali obligatione non tranſeunt alienari prohibita, unde per talem obligationem non incidit quis in pœnam alienationis, ita tenet Bart. *in d.* §. *instituto*, *l. obligatione generali*, *ff. de pign.* Gamma *deciſ.* 360. *num.* 1. Marant. *ubi ſup. num.* 298. *& numero* 300.

Obligatio rei pro tanto pretio, quanti valet ipſa 20
res, quæ non poteſt alienari, & eſt prohibita diſtrahi; tunc cenſetur alienatio, quia non eſt ſpes luitionis: & hoc procedit, ſive ſit realis, ſive perſonalis prohibitio; & de hoc eſt text. & ibi Bart. *in l. qui habebat*, *ff. de legat.* 3. ubi Gloſ. *ibi*: aut ſunt pignora obligata pro tanta pecunia, quod non eſt ſpes luitionis & videtur prohibita obligatio. Bart. *in l. rem legatam*, *ff. de adim. legat.* Alex. *in l.* § *per ſervum*, *ff. de acquir. poſſeſſ.* Socin. *conſ.* 75. *vol.* 1. aut non eſt obligata pro tanto pretio; & tunc ſi prohibitio eſt realis, quia res prohibita eſt alienari, non poteſt obligari, *l. fin. C. de rebus alien. non alien.* tenet Bart. *in l. in quarum*, *ff. de pign.* ubi aſſignat rationem, quia per hypothecam devenitur ad alienationem, *l.* 1. 2. *&* 3. *C. de diſtract. pign.* quia prohibito uno cenſetur prohibitum ejus præambulum: *l. oratio*, *ff. de ſponſal.* Socin. *conſ.* 62. *vol.* 4. Abb. *conſ.* 91. *lib.* 2. Bald. *conſ.* 218. *lib.* 1. Si verò prohibitio ſit perſonalis, directa in perſonam alicujus, ut non poſſit emere; & tunc poteſt in pignus accipere ſecundum Bart. *in l. in quorum*: ſecus ſi prohiberetur contrahere; quia tunc, nec pignus accipere poteſt, ut notat Iaſ. *in l. principalibus*, *ff. ſi certum petatur*, *num.* 3. Robe. Marant. *ubi ſup. n.* 298.

Quod dictum eſt *ſup. num.* 19. quod ſub obligatio 21
ne generali non tranſeunt prohibita alienari, tenet etiam Andr. de Iſern. *in c.* 1. *col.* 2. ubi Bald. *de Capit. qui cur. ven.* Alex. *conſ.* 16. *lib.* 2. Bart. & Iaſ. *num.* 2. *in l. ſi procurator*, *ff. de condict. indeb.* Marant. *eodem loco*, *n.* 300.

Addas tamen, quòd licèt prohibitus alienare non 22
poſſit obligare, tamen poſt primum creditorem poteſt facere alium in locum illius, & obligare ſibi rem prohibitam; prout erat obligatio primo creditori, text. eſt *in l. pater filium*, *in princip. ff. de leg.* 3. Marant. *in d.* §. *Divi*, *num.* 290.

Cognovimus enim in multis (ut infià demonſtra- 23
bitur) caſibus & contractibus evictionem locum ſortiri: ut tradunt Doctor. *in l. ſi domus*, §. *de evictione*, *de leg.* 1. Frequentius tamen in emptionibus & venditionibus: hæc tamen emptionis, & venditionis ſignificatio quo modo procedat, & ad quod contractus extendatur, & reſtringatur; *ſuprà* diximus, & latè Scribentes *in dict. l. filius familias*, §. *Divi*, el ſecundo *de leg.* 1. ubi copioſius *Robert. Marant.*

Non tamen ſine cauſa dictum eſt in definitione 24
evictionis, *rectè facta*: quoniam verbum *rectè* ad juſtitiam refertur, *l. hac verba*, *la* 2. *ff. de verum & verb. ſignificat.* ubi notant Scribentes, & Rebuf. & Alciatus, *& in l. lecta*, *verb.* [Rectè] *ff. ſi certum petatur.* Unde deducitur, quòd ſi per injuriam judicis ſequatur evictio (ut multoties contingere ſolet) *l. ſi per imprudentiam*, *ff. de evict. l. ſi non injuria*, *C. eod.* vel quia in non defendendo emptor fuit in culpa, *l. ſi ideò*, *ff. de evict.* vel quaſi vi ablata, occupata eſt, *l. fin. C. de evict.* non tenetur venditor de evictione, quæ ſuo loco inferius demonſtrabuntur.

Si tamen verbum illud, *ablatio*, ſimpliciter eſſet 25
prolatum, poſſet ſignificare, jure, vel injuria ablatio, *l.* 3. §. *non ſolum*, *ff. de incend. ruin. & naufr.* Verum cum additum eſt, *rectè*, intelligitur juſtitia mediante, 26
ut teſtatur Caballin. §. 1. *num.* 7. *de evict.* Guttier. *lib.* 2. *canon. qq. cap.* 1. *num.* 84. *&* 85.

47 Amiſſio, eſt verbum privativum, ſicut ablatio, *l. nec utilem, ff. ex quibus cauſ. mai.* & tamne intelligitur per ſententiam, *l. 2. §. quodſi actor, ubi Gloſ. in verb.* (cadas), *C. de juramento calumn. Gloſ. in cap. fin. de juram. calumn.* Bellam. *conſ. 9. colum.* 10. Iaſ. *in l. fin. numer.* 104. *C. de jure emph.* Aymon. Cravet. *conſ.* 239. *num.* 1. Geminia. *conſ.* 23. *col.* 1.

48 Quod tamen idem procedit in pœnis in ipſo facto à jure impoſitis, quæ nunquam habent locum, niſi præcedat ſententia declaratoria, quòd quis eas incurrat: Dominic. *in cap. 1. §. fin. de homicidio; lib. 6.* Felin. *in c. cum non ab homine, de judiciis, col.* 5. Hippol. de Marſil. *in rubr. ff. ad l. Cornel. de falſ. col.* 3. apertiſſimus text. *in c. cum ſecundum leges, de hæreticis, lib.* 6. Covar. *in. 4. Decret. 2. p. c.* 6. §. 8. *num.* 10. Did. Per. *in l. 2. verb.* (a las pagar,) *tit.* 9. *lib.* 2. *ordinam. fol. mihi* 298. Azev. *in l. 4. tit. 3. lib. 7. n. 15. recopil.* Tiraq. *in l. ſi unquam, verb.* (revertat.) *C. de revocand. donat.* Cardoſ. *in praxi Advocat. verb.* [pœna.] *num.* 28. Molin. *tom. 1. de juſt. & jure, diſp.* 95. Avil. *in c. prat. c. 11. num. 1. & 2. & in cap. 45. Gloſ. ouiere, num.* 1. Guttier. *lib. 2. canon. qq. c. 2. à n. 14. & n. 28.* reſtringit, Farin. *conſil. 5. num. 24. & 25. tom. 1. & deciſ. crimin. 16. n. 3. tom.* 1. Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 35. num.* 3. Padil. *in authent. hoc amplius, C. de fideicom.* Jacob. Puteus, *deciſ. 373. p. 1.* Joan. Gratian. *regul.* 360. Mieres *de major. p. 1. num.* 254. & 104. *q. prima*: Greg. Lop. *in l. 8. tit. 10. p. 6. Gloſ.* 2.

QUÆSTIO SECUNDA.
Quotuplex ſit Evictio?

SUMMARIUM.

1 *Quotuplex eſt evictio.*
2 *Expreſſa evictio, quæ ſit.*
3 *Evictio tacita, quæ ſit.*
4 *Evictio tacita per* Cardin. Tuſch. *quæ ſit.*
5 *Venditor poſt evictionem poteſt cogi ad cavendum de evictione; quia eſt de naturalibus venditionis.*
6 *Venditor non tenetur cavere, ſi à principio non eſt conventum.*
7 *Natura actionis ex empto eſt, ut re evicta agatur ad intereſſe.*
8 *Solemnis evictio eſt, quando intervenit fidejuſſor.*
9 *Solemnis evictio in multis caſibus contingere poteſt.*
10 *Fidejuſſor præſtatur, quando expreſſè conventum eſt inter partes.*
11 *Fidejuſſor præſtatur, quando in limine contractus imminet evictio.*
12 *Evictio imminet in limine contractus, quando pretium nondum ſolutum eſt.*
13 *Non procedit in eo, qui ſciebat rei qualitatem.*
14 *Venditor præciſè cogi non poteſt ad dandum fidejuſſorem, ſed cauſative.*
15 *Advena ſtatim receſſurus, ſi ibi contraxit, ſortitur forum ibidem.*
16 *Contrahens cum aliquo ſtatim receſſuro non poterit convenire eum in loco contractus.*
17 *Onus probandi, quod ſcienter contractum ſit cum ſtatim receſſuro, incumbit ei, qui cum eo contraxit.*
18 *Advena ratione contractus ibi ſortitur forum.*
19 *Advena ſortitur forum ratione contractus pro his, quæ ſecundum naturam contractus, ſtatim erant expedienda.*
20 *Advena debet conveniri in loco contractus, etſi ſtatim ſit receſſurus, ſi evictio immineat in limine contractus.*
21 *Advena ſtatim receſſurus ſi contraxit, & ſumpſit Advocatum, ubi poteſt conveniri pro ſalario Advocati.*
22 *Ratione ſalarii, & expenſarum dicitur quis de juriſdictione illius Curiæ, ubi lis agitata eſt.*
23 *Stylus dat juriſdictionem.*
24 *In ſupremo Senatu quotidie dantur præcepta Regia, ut hujuſmodi ſalaria ſolvantur Advocatis, & Procuratoribus, etiamſi quis remotiſſimè vivat.*
25 *Hujuſmodi ſalaria præcipiunt ſolvi ſine concurſu creditorum, & abſque oppoſitione Tertii per Auditores ſupremi Senatus.*
26 *Advena, & quilibet viator, ſi inveniatur in hac Curia Regis, convenitur in ea.*
27 *Curia Regis omnium communis patria eſt.*
28 *Regales Cancellariæ dicuntur communes patriæ, & quiſquis in eis inventus fuerit, poteſt ibi conveniri.*
29 *Ad officium Judicis ſpectat ne fraudes committantur.*
30 *Faciles ſunt homines ad jurandum.*
31 *Jurisjurandi contempta religio ſatis Deum habet ultorem.*
32 *Si emptor contracta emptione ſciat rem eſſe alienam, & non ejus qui illam vendidit, poteſt facere colluſionem cum domino, ut rem ſibi evincat.*
33 *Dolum committere non videtur, qui ſibi proſpicit, & cautus non dicitur doloſus, qui per dolum dolo reſiſtit.*
34 *Fidejuſſio adverſus omnes præſtanda eſt.*
35 *Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi.*
36 *Lex nihil operatur fruſtra.*
37 *Emptori ſi eſt in notoria calumnia non datur fidejuſſor.*
38 *Pater bona filiorum vendens an teneatur præſtare fidejuſſorem.*
39 *Venditor præſtat fidejuſſorem quando in loco contractus viget talis conſuetudo.*
40 *Contractus ſi factus ſit in alio Regno, & quis conveniatur in Regno Caſtellæ, attenditur quoad ordinationem lex Caſtellæ, quoad deciſionem lex Regni ubi contractum eſt.*
41 *Clericus ſi litigaverit in judicio ſeculari, ligatur conſuetudine illius loci quoad ordinaria litis, licèt non ſit ſubditus.*
42 *Evictio intelligitur promiſſa cum clauſulis conſuetis.*
43 *Notarius intelligitur appoſuiſſe clauſulas conſuetas de conſenſu partium.*
44 *Notarius ſcribere præſumitur, quæ à partibus dicuntur.*
45 *Verba Notarii ſunt verba partium, quando ſunt facti.*
46 *Omiſſum in ſcriptura à Notario poteſt teſtibus probari.*
47 *Omiſſum à Notario, & teſtibus probatum, valet in vim contractus, non in vim inſtrumenti executivi.*
48 *Executio non valet ubi adeſt litis conteſtatio.*
49 *Obligatio ubi eſt contracta ſuper aliquo ex his, in quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, probata per teſtes, habet executionem paratam.*
50 *Venditor, tenetur fidejuſſorem præſtare quando Princeps confirmat venditionem.*
51 *Venditor, cui conceditur dilatio, tenetur cavere, ſi id petatur ab ipſius creditoribus.*
52 *In omni materia, in qua aliquis teneatur cavere, intelligitur, ſi cautio à parte petatur.*
53 *Creditor tenetur præſtare fidejuſſorem qualem poteſt, quando neceſſitatur in ſolutum capere ex bonis debitoris.*
54 *Debitor ſi non poteſt præſtare fidejuſſorem, admittitur ad cautionem juratoriam.*
55 *Si venditor pauper eſt, non reperto fidejuſſore, committitur juratoria cautioni.*
56 *Impotentia dandi fidejuſſores juramento probatur.*

57 *Ido-*

57 *Idoneus ſolvendo ut quis dicatur, debet poſſidere bona in loco judicii.*

58 *Author venditoris ſuſcipiens judicium, ſi dives eſt, habetur loco fidejuſſoris.*

59 *Debitor ſuſpectus ad cautionem juratoriam non admittitur, licet impoſſibilitas allegetur.*

60 *Cautio juratoria non ſufficit ad effectum, ut quis cogat adverſarium ad aliquid ſibi præſtandum.*

61 *Fidejuſſore non invento, quis juratoria cautioni committitur, niſi ex juſta cauſa aliud Judici viſum fuerit.*

62 *Cautio juratoria ſatis non eſt, quando à lege fidejuſſio requiritur.*

63 *Fidejuſſor non tenetur de evictione, ubi agitur de reſciſſione contractus.*

64 *Fidejuſſor evictionis habere lectionem, vel reſtituendi rem evictam, vel intereſſe præſtandi.*

65 *Fidejuſſor evictionis eodem modo quo principalis tenetur.*

66 *Fidejuſſor evictionis tenetur ipſi emptori actione ex empto.*

67 *Intereſſe, ad quod tenetur fidejuſſor, non venit conſiderandum ſecundum tempus evictionis ſubſequutæ, ſed bene inſpecto tempore contractus venditionis.*

68 *Fidejuſſor evictionis tenetur ad totale intereſſe.*

69 *Fidejuſſor evictionis tenetur ad damna, & intereſſe, quando id conventum eſt, non aliàs.*

70 *In liquidatione illius intereſſe quid veniat.*

71 *Intereſſe conventum, an poſſit excedere pretium rei.*

72 *Fidejuſſor, emptore, & venditore quieſcentibus, in cauſa evictionis poteſt appellare à ſententia.*

73 *Impropria evictio eſt, quando venditor pactus eſt, ne de evictione teneretur.*

74 *Pactum generale, ne teneatur emptor de evictione, non includit etiam pretium.*

75 *Secus ſi ſpecificaretur à certa perſona, vel cauſa.*

76 *Ubi venditor excepit aliquem caſum ſpecialem, vel perſonam, per hoc videtur certiorare emptorem, quod in tali caſu, vel perſona res evinci poteſt.*

77 *Mutuum periculum excludit evictionem.*

78 *Venditor non tenetur de evictione, quando expreſsè conventum eſt, ne teneatur etiam ad pretii reſtitutionem.*

QUoniam in præcedenti quæſtione quæſitum eſt, quænam eſſet evictio? nunc juxta ordinem propoſitum conveniens eſt ut videamus, in quot ſpecies ipſa evictio diſtribuatur: quæ traditio, quamvis verear, ne quibuſdam videri poſſit nimium puerilis, parcant tamen mihi viri docti, quoniam hæc eis non ſcribo; ſed illis, qui non dedignantur iſta cognoſcere. Præterea, licèt hæc levia ſunt, & parva, non video tamen, qua ratione debeant contemni, cum ex iſtis parvis ad cognitionem eorum, quæ magna ſunt, perveniatur.

1 Evictio quadruplex eſt, expreſſa, tacita, ſolemnis, & impropria: quam diviſionem approbarunt Caballin. §. 2. *num.* 1. *de evictionibus*, Jodoc. Damhouder. *in praxi civili*, *cap.* 260. *n.* 3. Surd. *conſ.* 36. *n.* 25.

2 Evictio expreſſa eſt, quando quis ſtipulatus eſt duplum evictionis nomine à venditore: illo enim caſu dicitur expreſsè emptorem ſibi providiſſe pro evictione, ut eſt caſus *in l. non ex eodem, C. de evictionib.* Cardinal. Tuſch. *tomo* 3. *pract. concl.* 35. *num.* 1.

3 Tacita evictio eſt, quando venditor de evictione ſe non obligavit, tenetur tamen, quia ex natura contractus non eſt neceſſe exprimi. Dec. *conſ.* 483. *num.* 15. Curt. Iun. *conſ.* 38. *num.* 2. Cardin. Tuſc. *ubi ſup. num.* 2. diverſo modo deſcribit, ut ſit tacita evictio, quando
4 non eſt promiſſa, & pariter eſt propria evictio, ut emptor poſſit agere de evictione, neque reverti ad jura ceſſa, ſed debet agere ad intereſſe, *ex l.* 1. *ff. de actionibus empti*, Bald. *conſ.* 289. *num.* 2. *lib.* 2. ubi circa finem, appellat fictam evictionem, quæ ineſt de natura venditionis, Surd. *de alimentis*, *tit.* 7. *q.* 18. *n.* 18.

Tamen venditor poteſt cogi poſt venditionem ad 5
cavendum de evictione ſimpliciter, quia eſt de conſequentibus, & naturalibus contractus emptionis, Paul. de Caſtr. *conſ.* 207. *lib.* 1. *gloſ. fin. in fin.* & exinde dicebat I. C. *in venditione*, *ff. de evict.* ſi in venditione dictum non ſit, quantum venditorem
præſtare oporteat, nihil venditor præſtabit præter 6
ſimplum, evictionis nomine, & ex natura actionis ex empto, hoc eſt, quod intereſt, ut notat ibi Salicet. Gloſ. fin. *in l. rem alienam*, *ff. de contrahenda empt.* ubi quod natura actionis ex empto eſt, ut re evicta agatur ad intereſſe; Salicetus *in l. non dubitatur*, *C. de evict.* Rebuffus, *to.* 3. *ad ll. Gallic. tit. de contumac. ar.* 6. Caballin. §. 2. *de evict. num.* 4. Seraph. Olivar. *deciſ.* 321. *n.* 12. *p.* 1.

Hoc tamen limita, ſi à principio non eſt conven- 7
tum, quòd venditor teneatur cavere de evictione, *l. emptori dupla*, *in princ. ff. de evict.* Gloſ. *in l. pacta conventa, ff. de cont. emp. l. non idcirco, C. de evict. l.* 2. *C. de heredit. vel act. vendit.* aliàs non tenetur cautionem præſtare, & per jura relata demonſtratur, ubi quod tempore contractus comprehenſum non eſt, peti non poteſt contractu perfecto, Surdus *conſ.* 68. *num.* 3. *lib.* 1.

Solemnis evictio eſt, quando intervenit fidejuſſor, 8
qui ſub verborum ſolemnitate intercedit, *l. Blanditus C. de fidejuſſorib.* & colligitur *ex l. Authore, & ll. ſeqq. C. de evicton.* Caballin. *dict.* §. 2. *num.* 6.

Hæc ſolemnis fidejuſſio in multis caſibus contingere 9
poteſt, quod ſeriatim ponit Bar. *in l.* 1. §. *ſtipulatio duplæ*, *ff. de prær. ſtipulatio.* & illos reaſſumit Angel. Aret. *in* §. *fin. Inſtit. de ſuſpect. tut.*

Primò, quando expreſsè conventum eſt inter par- 10
tes, ut venditor pro evictione præſtet fidejuſſorem, quem authorem ſecundum lex appellat, *l. illud*, *ff. de evict. l.* 1. §. *ſtipulatio dupla*, *ff. de prær. ſtipulat.* Ex quo text. colligit *ibi* Paul. de Caſtr. quòd venditor, qui tenetur cavere de evictione (ut dicunt multa jura) non habet neceſſe præſtare fidejuſſorem, niſi expreſsè pactum fuerit, *l. emptori duplæ, ff. de evict. l. pacta conventa*, *ff. de contr. emp. l. non idcirco*, cum gloſ. *C. de evictionibus.*

Secundò, quando in limine contractus imminet 11
evictio: *l. habitationum*, §. *fin.* ubi Bar. Bal. Salicet. *ff. de periculo, & commod. rei vend. l. ſi poſt perfectam*, ubi Cyn. Bal. Salicet. *C. de evict.* Menoch. *de arbitrariis*, *caſu* 224. Surd. *conſ.* 36. *nu.* 14. *& deciſ.* 183. 12
nu. 4. & tunc dicitur imminere in limine contractus, quando pretium nondum ſolutum eſt, Paul. de Caſtro *conſ.* 46. *lib.* 1. Surd. *ubi ſup.* & *deciſ.* 295. *num.* 7. Natta *conſ.* 267. *num.* 1. & 2. *lib.* 2. ubi declarat procedere, ſi lis aliqua mota non fuerit.

Præterea etiam non procedit in eo, qui ſciebat rei 13
qualitatem: Salicet. poſt Cyn. *in l. ſi fundum. C. de evict.* Nevizan. *conſ.* 37. *nu.* 1. Stephan. Bertand. *conſ.* 60. *lib.* 2. *parte* 2. Intellige tamen, ex Bald. *in d. l. ſi poſt perfectam*, quòd venditor non cogitur præcisè 14
ad dandum fidejuſſorem, ſed cauſativè, ſi vult pretium conſequi, & iſtud contingit ope exceptionis, Angel. *in* §. *quod autem*, *in auth. de fidejuſſoribus*, ut *infra* demonſtrabitur: alioqui doli exceptione repelleretur, *l. pater*, §. *ex quadrante*, cum Gloſ. *in verb.* (ſummovere,) *ff. de dol. except.*

Ex quo notabiliter inferunt Cyn. Bald. & Salicet. 15
in d. l. ſi poſt perfectam, quod advena ſtatim receſſurus ſi contrahit, ibidem ſortitur forum, *l. heres abſens*, §. *proinde*, *ff. de judiciis.* Si tamen evictio imminet in limine contractus, per illam legem ſortitur forum,

ito obſervat Caballin. *d.* §. 2. *num.* 8. quia venditor
non debuit credere illum receſſurum antequam ſolve-
ret, & poteſt eum capi facere; quia turpe eſt, &
bono viro non convenit, recedere cum aliena peçunia:
Bald. *in rubr. C. de revocan. his, quæ in fraud. credit.* Sur-
dus *conſ.* 68. *num.* 11. *lib.* 11. ex quo muliones, & ſi-
miles perſonæ ſemper ſunt viatores, & in itinere poſ-
ſunt eorum mult, & equi ſequeſtrari, quia ſemper vi-
dentur ſuſpecti de fuga.
16 Sed adverſus ſic dictum urgent ſequentia: Quod
ſi contrahens cum aliquo ſciat eum ſtatim receſſurum
eſſe, non poterit eum convenire in loco contractus,
quia in his terminis contrahens non ſortitur forum,
ita probant text. *in d. l. hæres. §. proinde, ff. de judic.*
cap. 1. *§. neque etiam,* ubi gloſ. *verb.* (reſpondere.) *de
for. compet. in* 6. Capella Toloſan. *quæſt.* 103.
17 Cui incumbat onus probandi, quod ſcienter con-
tractum ſit cum ſtatim receſſuro? Bart. *in d. §. proinde
num.* 1. ex mente *hujus text.* exiſtimat eſſe diſtin-
guendum, ut ſi ille cum quo contractum eſt erat
advena, & veriſimiliter ſtatim erat receſſurus, in-
cumbat onus probandi illi, qui cum eo contraxit, quod
ignoravit eum ſtatim receſſurum: ſi verò ille, cum
quo contractum eſt, habebat in eo loco tabernam,
ſive officinam, præſumitur cum eo contrahentem
ignoraſſe eum ſtatim receſſurum, & conſequenter in
iſto caſu poterit convenire in loco contractus: quam
ſententiam probant Socin. *reg.* 159. *num.* 9. Ste-
phan. Aufer. ad Capel. Tholoſ. *q.* 103. Marian. Socin.
cap. dilecti, numer. 18. *de foro compet.* Roder. Suar. *tit.*
(de los emplaçamientos,) §. *fin. num.* 36. *in novis. fol.*
107. Bernard. Diaz *regul.* 146. Petr. Barboſa *in d. l.
hæres, §. proinde, num.* 96. *ff. de judiciis.*
18 Sed quod advena non ſortiatur forum ratione contra-
ctus, eſt vera, & magis communis ſententia, quam te-
nent contra Antonium de Butrio *in cap. fin. de foro com-
pet.* Angel. *in l.* 1. *ff. ſi quis in jus vocatus non ierit,* Bald. *in
dict. rub. C. quæ in fraud. cred. & in l.* 1. *C. de nundinis,*
Abb. *in d. cap. fin. num.* 33. Felin. *in cap. dilectus nu* 27.
de reſcrip. Cov. *pract.* 10. *num.* 5. Andr. Barbat. *conſ.*
52. *lib.* 2. *l.* 32. *tit.* 3. *p.* 3. ubi Greg. Lop. *gloſ.* 10. *verſ.
limit.* 1. Joan. Gratian. *regula* 213. qui plures refert.
19 Reſtringe tamen: quòd advena ſtatim receſſurus
ſortiatur forum ratione contractus, pro his, quæ
ſecundum naturam contractus erant ſtatim expedien-
da; nam ſi quis emat equum certo pretio, & ſtatim ſol-
vat, poteſt convenire ibi advenam ut in loco eodem
tradere equum teneatur, Abb. *in capit. fin. num.* 33. *de
for. comp.* Dominic. *in c.* 1. §. *nec etiam, nu.* 6. & ibi
Peruſ. *nu.* 4. *de foro comp. lib.* 6. Benven. Stracc. *de merca-
tur. tit. quomodo in cauſ. mercat. procedendum ſit.* Suar.
in tit. (de los goviernos) §. *fin. num.* 37. Bald. *in d. rub.*
20 *C. quæ in fraud.* & in his terminis intelligenda eſt
opinio Caballin. *d. §.* 2. *nu.* 8. indiſtinctè loquentis,
quod ratione evictionis imminentis in limine contra-
ctus, quæ venit ex natura contractus, advena ſtatim
receſſurus in loco contractus poteſt conveniri, &
tenetur ibi judicium ſuſcipere. Unde colliges, videri
21 veram traditionem Abb. *in d. c. fin. nu.* 31. & Marian.
Socin. *in d. dilecti, num.* 34. *de for. comp.* quod ſi ad-
vena ſumpſit Advocatum pro ſe defendendo poterit
conveniri pro ſalario Advocati in loco contractus, &
judicii, imò Judex ſi in ejus tribunali id factum ſit,
debet Advocato competens ſalarium conſtituere, *c.
ſtatutum. §. notarium de reſcrip. lib.* 6. Barb. *in d. §.
proinde, num.* 127. *ff. de iud.* & etiam ſi ſalarium non
ſit conventum, debetur Advocato, latè Flores de
Mena *libro* 1. *q.* 8. §. *nu* 46.
22 Extende etiam, quòd ratione hujuſmodi ſalarii,
expenſarumque, quæ fiunt per Advocatos, & Pro-
curatores advenæ, ut clientuli dicantur de juriſdictione
illius, Curiæ, ubi factæ ſunt, etiamſi tales perſonæ,

quibus inſervitum eſt, non ſint aliàs ſubiectæ; &
maximè de ſtylo ſervatur, qui ſtylus dat juriſdictio- 23
nem, Abbas *in c. cum contingat.* 12. *num.* 4. & 5. *de
foro comp.* & in hujuſmodi ſalariis, & expenſis con-
cludunt Mandoſ. *de monit. qu.* 59. *commiſ.* 11. *in verbo,*
(validitate juriſdictionis,) Flores de Mena *lib.* 1.
var. q. 12. *n.* 50. Stephan. *Gratia. tomo* 1. *diſcept. forenſ.
cap.* 56. *num.* 7. Et ita vidi multoties practicari in hac
Curia Regia, & per ſupremos Auditores quotidie 24
dantur reſcripta, quibus convenitur quis, etiamſi
remotiſſimè vivat, ut ſolvat hujuſmodi ſalaria Advo-
catis & Procuratoribus ſine concurſu creditorum, &
abſque oppoſitione Tertii [ad quod non animadver- 25
tunt plurimi Scribentes) teſtatur Joſephus de Seſe *de
inhibitionibus, cap.* 4. §. 2. *num.* 36. ibi: Humano au-
tem jure probatur per ea, quæ docet Bal. *in auth. ſed
iam cautum, C. depoſiti:* per *text.* ibi, & *gloſ.* ubi docet
ſalaria mercenariorum non poſſe aliquo impedimento,
& oppoſitione etiam Tertii impediri; huic addo
Didacum Caſtellum *in l.* 64. *Tau.* 95. *verſ.* (facit etiam,)
authen. ſed iam cautum, Stephanum Gratianum, *tom.*
2. *diſcept.* 257. *num.* 17. & confirmatur principalis con-
cluſio per ea, quæ ante dixit ipſe Gratianus *tomo* 1.
diſcept. 154. *n.* 24.
Extende etiam principalem concluſionem, quod 26
etſi viator & advena tranſeant per hanc Curiam Re-
gis; reſpectu omnium ſubditorum cenſetur communis
patria, *l. Roma, ff. ad municipalem, & de incolis, l.* 27
7. §. *Romæ, ff. excuſat. tut.* ibi: (Quoniam in Regia
urbe,) quæ & habetur, & eſt communis patria, *cap.
fin. de foro compet.* Barboſa *in l.* 2. §. *legatis, ff. de
judic. à num.* 10. Covarr. *pract.* 5. *l.* 4. *tit.* 3. *part.* 3.
verſ. (Ello es, porque la corte de Reyes fuero com-
munal,) *l.* 10. & 11. *tit.* 7. *lib.* 6. *recopil.* Stephanus
Gratianus *tom.* 3. *diſcept. foren.* 569. *num.* 14. & 15.
Extende etiam, quod non ſolum ubi Rex aſſiſtit, 28
& ejus Conſilium Supremum reſidet, communis pa-
tria dicitur, ſed etiam Regales Cancellariæ eadem
funguntur prærogativa, ita ut quiſquis illic repertus
fuerit, conveniri eodem loco rectè valeat, ſi-
cuti tradunt Suarez *in l. poſt rem judicatam, q.* 5. *n.*
21. Paladorius *lib.* 3. *different.* 10. *à n.* 51. *Monte* Ale-
grè *in praxi, cap.* 9. *Rota Germaniæ,* Jacobus Cancer.
par. 2. *var. reſ. cap.* 2. *de juriſdict. n.* 250. ubi dixit,
quod inter Cathalanos civitas Barcinonenſis eſt com-
munis patria, Ferrer. *decis.* 57. *p.* 1. & quilibet in ea
inventus poſſit ibi ad judicium trahi, licèt in hac
Curia Supremà reſideat Conſilium Supremum Arago-
num, quod eſt ſuperius Senatu Cathaloniæ, ex Va-
lentino, & Cæſaraugustano.
Dicunt Doctores, ut ſuprà dictum eſt *n.* 10. ex
Paul. de Caſtro *in d. l. ſtipulatio,* quòd ſi venditor
cogeretur ad dandum fidejuſſorem, aperiretur via ex-
torquendi fidejuſſores per emptores, ſi nondum ſol-
verent pretium, ſubmittendo aliquem, qui moveat
litem contra Tertium, Bar. *in l. non idcirco, C. de con-* 29
trahend. empt. attamen huic fraudi poterit per Judi-
cis officium, ad quem ſpectat, provideri, & ne fraudes
committantur, *arg. l. hæc autem, in princ. ff. ſi cui pluſ-
quam per leg. Falcid. legatum eſſe dicatur.* Vincent.
Carrot. *de ſequeſtro, p.* 3. *q.* 10. *n.* 11. & 12. Borgnin.
Cavalc. *deciſ.* 4. *prope fin. p.* 1. Judicis officium in hoc
verſatur, ſecundum Bart. *in d. l. ſi poſt perfectam,*
quoniam compellet emptorem jurare, quòd per ca-
lumniam non facit: Socin. Jun. *conſ.* 208. *col. penult.
verſ.* (Secunda defenſio) Cur. Jun. *in l. unica, C. de
ſequeſtratione pecuniæ:* & ſimiliter illum, qui movet
litem; Salic. *in d. l. non idcirco.* Quare ſi detegeretur
calumnia, emptor repelleretur; Neviz. *conſ.* 37. me-
lius tamen foret, ut illi actori juramentum deferatur;
ut juret, an ab illo emptore requiſitus litem moverit:
nam is faciliùs rei veritatem jurabit, cùm tanti ſua
non

non interſit, ut teſtatur Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. caſu* 224. *n.* 5. Sed quantum ſit ſcrupuloſa hæc via, 30 patet experientiâ, quandoquidem homines hodiernis temporibus faciles ſunt ad jurandum, *l. quæ ſub conditione, ff. de condit. & demonſt.* in Dei contemptum. Bald. *in d. l. ſi poſt perfectam*, tales enim ſatis Deum ultorem 31 habent, *l. C. de jurejurand.* Cœpol. *caut.* 52. [aliquis emit.] *& caut.* 181. (multi emptores.) Poterit venditor etiam allegare, quòd emptor per dolum & fraudem actorem induxit, ut litem ei moveret, ne pecuniam numeraret: quam quidam fraudem probare poterit conjecturis judicis arbitrio penſatis, Curt. ſen. *in d. l. unic. in fi. C. de probib. ſequeſt. pecuniæ*, Caball. *d. §.* 2. *num.* 11. Petrus Surdus *conſ.* 37. *num.* 14. *verſus finem*, *lib.* 1.

32 Reſtringe tamen, ſi emptor ſciat rem eſſe alienam, non ejus, qui illam vendidit, quia tunc poteſt facere colluſionem (ſi talis dici ſic poteſt) cum domino, procurando ut rem ſibi evincat, aliquem nomine ejus petitorem ſubmittendo, ut ſuccumbat, & tamen habet actionem contra venditorem, ut eſt tent. notabilis, qui docet, hanc bonam colluſionem, ut dominus ſuam rem habeat, & emptor non remaneat in damno, ſed habeat actionem, *in l. atqui natura*, *§. cum me abſente, ff. de neg. geſt.* vbi Bald. *num.* 1. *& in* 33 4. *notab.* dicit, quòd non videtur dolum committere, qui ſibi proſpicit: nam cautus non dicitur doloſus, qui per dolum dolo reſiſtit, & lex permittit dolum, dolo vinci, *l. cum pater*, *§. Titio*, *ff. de leg.* 2. Joan. Andreas *in cap. cupientes*, *de elect. lib.* 6. Bald. *conſ.* 28. *in fin. lib.* 1. Thomas Triviſanus *decis. Veneta* 63. *num.* 9. Bertaz. *conſ. crimin.* 555. *num.* 40. *tom.* 2. Et declara tamen ſecundum Fulgoſ. *in d. §. cum me abſente num.* 4. quòd id fieri poteſt juſti lucri cauſa conſequendi, vel ne ſibi lucrum auferatur; & quòd talis ſummiſſio licitè poteſt, affirmat Bertazol. *d. conſ. nu.* 41. Hieronym. Leo *deciſ. Valentiæ* 47. *n.* 10. Ancarran. *lib.* 3. *quæſt. famil.* 34. *nu.* 8.

Cùm verum ſit, quòd in imminente evictione per litis motionem à Tertio, venditor tenetur fidejuſſorem præſtare: ſed oritur dubium, an adverſus tantùm motorem litis, vel etiam adverſus quemlibet litem, & 34 ſic generaliter teneatur illum præſtare? Dyn. *in d. §. ſtipulatio dupla*, quem referunt, & ſequuntur ſupra citati Doctores, tenet, quòd venditor tenetur adverſus omnes; & dicit hoc probari *in l. fin. §. fin. ff. de reſcind. vendit.* vbi Bart. Bald. Salycet. Roman. *conſ.* 294. Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 46. *col.* 2. Gratus *conſ.* 135. *in fin. lib.* 2. ubi teſtatur Caballin. *d. §.* 2. *nu.* 12. Rota Romana *deciſ. diverſ.* 281. *part.* 1. *num.* 36. Franchis *deciſ.* 555. *num.* 4. Surd. *conſ.* 36. *num.* 14. *& deciſ.* 295. *num.* 8. *&* 9. Hieronymus Leo *deciſ. dicta Valentina*, *num.* 21. quod ſatis comprobatur ex ge- 35 neralitate *d. l. ſi poſt perfectam*, quæ lex cum generaliter loquatur, generaliter debet intelligi, *l.* 1. *§. generaliter*, *ff. de leg. præſtand.* eſſetque illius legis proviſio fruſtratoria, ſi non teneretur venditor adver- 36 ſus quemlibet pro evictione fidejubere, & lex nihil operatur fruſtra; *l. hæc ſtipulatio*, *§. Divus*; *ff. ut legat. nomin. cave.* Gratus *conſ.* 138. *in fin. lib.* 2. ubi teſtatur de communi.

37 Limita hoc principale dictum ſecundum Bald. *in l. non idcirco*, *ante fin. C. de contr. empt.* ut non procedat in emptore petente fidejuſſorem pro evictione, quando eſt in notoria calumnia; quod contingere facile poteſt: imò ſi eſt calumnia, quia res vendita non eſt ſua, emptorem hunc non teneri ad pretii ſolutionem, etiamſi offerret fidejuſſorem evictionis, quia venditor detegit ejus calumniam. Neviz. *conſ.* 27. 9. Caballin. *d. §.* 2. *de evict. nu.* 13.

38 Tertiò, quando pater vendit bona filiorum, in quibus habet uſumfructum: illo enim caſu pater debet præſtare fidejuſſorem pro evictione: Angel. *in §. fin. de ſuſpect. tut. ſub num.* 4. Intellige tamen, ſi emptor velit. Bart. & Paul. de Caſtro *in d. l.* 1. *§. ſtipulatio dupla*, *ff. de prat. ſtipul.* & Bald. *in d. l. ſi poſt perfectam*; ſed vero Paul. de Caſtro *in d. §. fin.* aliud ſentire videtur, poſt *Bart. & Bald.* ubi inquit, quòd ita demum pater fidejubere tenetur, ſi ante ſolutum pretium filius litem moverit: quo caſu imminet evictio in limine contractus, & ſic videtur innuere, quòd nulla ſpecialitas ſit in caſu *d. §. fin.* Salicet. autem dicit, quòd ille §. loquitur per viam conſilii, conſulendo emptori, ut ab initio ſibi proſpiciat de fidejuſſore. Verùm attende diligenter, quod Bart. *ibi.* juxta intentionem antiquorum reprobat opinionem *Gloſſæ*, illa ratione, quoniam cum filius ſit in poteſtate patris, non poteſt agere; *l.* 1. *§. fin. C. de annali except.* Rebuf. *tom.* 2. *ad ll. Galliæ. tom.* 2. *de reſciſſ. contract.* Ergo non poteſt imminere evictio. Sed animadvertendum eſt, quòd ſi vivente patre non poteſt agere, nulla filio curret præſcriptio, quia non valenti agere non currit præſcriptio: *d. §. fin.* in illis verbis, ibi: *Nullam poterit præſcriptionem filiis opponere, quandocunque rem ſuam vindicantibus*, &c. Quo caſu ſemper dici poteſt, quod imminent evictio propter periculum; ſub quo ſtat emptor, quod mortuo patre filius vendicabit rem ſuam, mors enim certa eſt, quamvis dies incertus, *l.* 1. *ff. de condit. & demonſtr.* cum ſemel, ſecundum *Apoſtol.* conſtitutum ſit hominibus mori, & Prophetam David *in Pſalmo*, *Quis eſt homo qui vivet, & non videbit mortem?* Sebaſtian. Medices multis comprobat *in tract. Mors omnia ſolvit. part.* 1. *num.* 9. Caballin. *d. §.* 2. *num.* 14. *circa fin.*

Unde cum primùm ſciverit emptor rem venditam à patre, eſſe filii, & pater non docuit eſſe ſuam; coget patrem ad præſtandum fidejuſſorem, ut clarè præſupponit text. *in l.* 1. *§. fin. C. bonis mater.* in illis verbis: *Docere debet proprii juris eam rem eſſe quam donat, vel diſtrabit.* Et in hoc ſtat ſpecialitas illius §. ne cogamur incidere in ſuperfluitatem, cum alibi lex diſpoſuerit hoc per viam conſilii, *in l. §. illud ff. de evict.* *& in d.* 1. *§. ſtipulatio dupla*; Maur. Pirr. A ezioun *parte ſecunda princip. de fidejuſſor. quæſtione* 18. *num.* 32. Caballin. *dict. §.* 2. *num.* 14.

Quartò, quando in Regione eſt conſuetudo, ut 39 venditor fidejuſſorem emptori exhibeat, text. *in l. ſi fundus*, *ff. de evictionibus*, ubi *Bart. Bald.* Salicet. *in l. quod ſi nolit*, *§. qui aſſidua*, *ff. de ædilitio edicto*, ita ſentit *Bartbolus*, & Paulus *in dict. l.* 1. *§. ſtipulatio dupla*, & Bald. *in dict. l. ſi poſt perfectam*, & fuit opinio Gloſſæ. *in d. l. illud*, *ff. de eviction.* Petrus Surdus *deciſ.* 334. *num.* 8. *&* 9. prout talem conſuetudinem eſſe Bononiæ teſtatur Gratus *conſil.* 135. *num.* 9. *lib.* 2. Alex. *conſil.* 37. *num.* 7. *lib.* 2. Afflictis *deciſ.* 226. *num.* 2. Jas. *in l.* 2. *ff. de eo quod certo loco.* Caballinus *d. §.* 2. *num.* 15. Arias Pinelius *in rub. C. de bon. mater. n.* 37.

Amplia etiam, quòd quando contractus fa- 40 ctus eſt in alio Regno, & pro eo convenitur quis in Caſtella, in his, quæ pertinent ad ſolemnitatem judicii, ſemper attenditur locus, ubi ſit actus ad judicium: ſed in his, quæ pertinent ad ſubſtantiam, & deciſionem cauſarum, attenditur locus, & forum ipſius perſonæ agentis: Bart. & omnes, *in l. cunctos populos*, *C. de ſumma Trinit*, Anton. Gomez *in l.* 3. *Tau. num.* 20. Ant. Gabriel *lib. commun. opin. cap.* 2. *de conſuetud. lib.* 6. Petr. Surdus *deciſ.* 13. *num.* 6. Parladorius *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 1. *p. §.* 11. *amplias.* 3. *numero* 13. Gratianus *tom.* 1. *diſcep.* 146. *numero* 30. Didac. Perez *in l.* 3. *titul.* 23. *lib. fol.* 443.

Extende etiamſi Clericus coram judice ſeculari litem ſuſceperit, ligatur, conſuetudine illius loci, quoad-

ordi-

ordinatoria litis, licèt non ſit ſubditus: *text. in l. cum clericis, in fin. C. de Epiſcop. & Cleric.* ubi notat Cyn. & Alex. *conſ.* 164. *n.* 3. *lib.* 1. Petr. Sur. *d. deciſ.* 13. *nu.* 9.

Præterea Bart. *in l. ſi pignore §. fin. ff. de pignorat.*
42 *act.* quòd evictio intelligitur promiſſa cum clauſulis conſuetis, Socin. Jun. *conſ.* 148. *lib.* 3. Gravet. *conſ.* 325. *lib.* 1. *num.* 3. Cabal. *in. d.* 2. *num.* 15. *in fine*,
43 ita ut Notarius præſumatur appoſuiſſe clauſulas aſſuetas de voluntate partium: *l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua*, ubi Cœpola *ff. de adilitia edicto, l. ſi prius, §. rectè placuit*, ubi Bart. *ff. de aqua pluvia arcend. l. fin. C. de fidejuſſ.* ubi Bald. Natta *conſil.* 16. *num.* 17. *libro* 1. Covar. *in rub. de teſtam.* 2. *part. num.* 14. Matienc. *in l.* 1. *titul.* 4. *gloſ.* 10. *num.* 65. & *in l.* 8. *titul.* 11. *gloſ.* 14. *num.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Gutierr. *de jurament. parte* 1. *cap.* 61. *num.* 25. & 26. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ.* 116. *num.* 24. Et ratio eſt, quia ſcribe-
44 re Notarius præſumitur, quæ à partibus dicuntur: & quidquid ſcribit, habetur, ac ſi à partibus dictum fuiſſet: Bald. *in l. erro, C. de teſtament.* ubi Paul. de Caſtro *num.* 3. & 4. Petrus Surdus *conſ.* 129. *nu.* 21. *libro* 1. & *conſ.* 440. *numero* 10. & 52. *libro* 3. ubi dicit, quòd non eſſet rationabile dicere, quòd ſint verba Notarii; quia ſcripta à Notario præſumuntur à partibus prius prolata: *conſ.* 473. *num.* 19. & 38. & *deciſ.* 213. *num.* 5. & 7. ibi: *Si amiſit verba contractus ponere, poterit addere.* Boëtius *deciſ.* 182. *num.* 7. Oſaſch. *deciſ. Pedemontana* 156. *num.* 4. Hieronym. Magon. *deciſ. Florentin.* 57. *numero* 2. Azeved. *in l.* 13. *titul.* 25. *lib.* 4. *Recopil. num.* 14. & 15. ibi: Appoſita cenſentur ad rogitum partium, quæ ſunt denotata in contractu. Molin. *lib.* 4. *de majoratib. capite* 2. *num.* 52. Verba enim Notarii, ſunt verba partium,
45 quando ſunt facti, Gloſ. *in l. ſciendum, ff. de verborum obligation.* Natta *conſil.* 483. *num.* 7. Barnab. Cornazan. *deciſ. Rotæ Lucenſ.* 4. *nu.* 2. Petr. Magdalenus *de num. teſtium in teſtamentis requiſitorum, à num.* 127. *capit.* 16. Alvarus Valaſc. *conſultat.* 146. *num.* 4. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 21. *part.* 2. *à num.* 69. Nicol. Bonthemius *de arte notariatus, lib.* 3. *capite* 8. ubi latè multas, & practicabiles quæſtiones diſputat, & *eodem lib.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 19. ait, quòd Notarius omittens ſolemnitates in inſtrumentis apponi ſolitas & conſuetas, puniri poteſt, Maſcard. *tom.* 2. *de probation. concluſ.* 1098. *num.* 33. 34. & 35.

46 Unum tamen omittendum non cenſeo, quòd ſi Notarius omiſerit ſcribere in inſtrumentis, quod à partibus dictum ſit, teſtibus id probari poteſt, & ſervabitur contractus ſecundum dicta teſtium, *l. quoties, §. verſ.* (Sed ſi non corpore,) *ff. de hæredib. inſtituend. l. cum proponebatur, ff. leg.* 2. Roman. *conſ.* 185. *num.* 7. Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 18. *num.* 2. & 3. *Alexand. conſ.* 14. *num.* 16. *lib.* 6. Surd. *conſ.* 129. *à num.* 1. & *conſ.* 236. *num.* 34. *lib.* 2. Mendez de Caſtro *in praxi Lu-*
47 *ſitana, cap.* 12. *§.* 1. *num.* 8.

Hoc tamen ſic probatum valebit in vim contractus, non tamen in vim inſtrumenti executivi paratam executionem habentis, Suarez *in l. poſt rem judicatam, in declarat. l. Regni limitat.* 3. *num.* 1. Jaſ. *in l. fin. num.* 20. *C. de edict. Divi Adrian. tollend.* Felin. *in capit. ſicut*, 16. *num.* 4. *de re judicata*, Scaccia *de appel. quæſt.* 17. *limit.* 9. *num.* 63. Anton. Maſſa Galleſ. *de Camerali obligat. quæſt.* 27. *num.* 4. ubi Sylveſt. Zacchias *num.* 1. & 4. ibi: Requiritur ergo inter alia ad hoc, ut obligatio noſtra habeat executionem paratam, quod ſit in ſcriptis: ſi probatur per teſtes, caret
48 tali privilegio paratæ executionis; Caſtro *de ſocietate officiorum Romanæ Curiæ, cap.* 11. *ſub numero* 10. Et ratio eſt, quia ubi examinantur teſtes, requiritur litis conteſtatio: & ubi ea requiritur, non poteſt procedi executivè: ſecundum Galleſium, & Scacciam *num.* 64. *ſuprà citatos.*

Reſtringe, ut non procedat in caſibus, in quibus 49
non eſt neceſſaria litis conteſtatio, quia tunc dicta teſtium deponentium, quod partes ſe obligaverunt in forma talis inſtrumenti habentis paratam executionem, habent eandem vim executivam, quam haberet ipſum inſtrumentum, Felin. *in d. c. ſicut, ſub num.* 4. *de re judic.* Scaccia *ubi ſup. num.* 65. Sylveſt. Zach. *d. n.* 4. Achilles Perſonalis *de adipiſcen. poſſeſ. numer.* 169.

Quintò venditor tenetur præſtare fidejuſſorem,
quando Princeps ſuo reſcripto confirmat venditionem; 50
argument. l. univerſa, C. de prec. Imper. offerend. Angel. *in §. fin. Inſtit. de ſuſpect. tut. ſub num.* 4. Bald. *in d. l. ſi poſt perfectam*: tamen iſte caſus ſolum nititur Doctorum auctoritate: nam in *l. univerſa*, ſolum probatur, quòd debitor, qui impetrat dilationem per reſcriptum Principis ad ſolvendum, fidejuſſorem idoneum præbere debet, alioquin hujuſmodi privilegio non frueretur nolens cavere, Rebuſ. *de dilat. §.* 1. *gloſ.* 1. *nu.* 49. *tom.* 2. Caballin. *dict. §.* 2. *num.* 16. quod non ponit pro conſtanti.

Intellige tamen, ut venditor, cui conceſſa fuit 51
dilatio, tenetur præſtare cautionem, ſi ab ipſis creditoribus petatur ipſa fidejuſſio, *l. ſi quis filium, §. ſtipulatio, ff. de collationibus* ibi: *Cum interpellatus.* Quamvis enim *text. in d. l. univerſa*, ſub illis verbis (*aliter non valeat*) videatur innuere, quod abſque alia interpellatione ipſa cautio præſtanda ſit: attamen Gloſ. & Doctores contrarium verius cenſuere: verbum namque illud (*non valeat*) prolatum à lege, intelligitur cum effectu, non ipſo jure Greg. Lop. *in l.* 33. *titul.* 18. *part.* 3. *gloſ.* 2. Hanc eandem ſententiam ſequuntur Alexan. *conſ.* 210. *lib.* 2. Marſil. *in rub. de fidejuſ. num.* 145. & *ſingular.* 341. Anton. Herig. *de fidejuſ. cap.* 5. *num.* 133. Franciſ. Marc. *deciſ.* 83. *numero.* 2. *q.* 1. Menoch. *in ſecundo remed. adipiſcend. numer.* 98. Andr. Gail *lib.* 2. *obſervat.* 46. *num.* 14. Surdus *conſ.* 124. *num.* 1. & 2. Marqueſ. *de commiſ. ſuper dilationib. morator. commiſ.* 4. *num.* 8. Carol. de Graſ. *de exceptionib. cap.* 32. *num.* 100. Carrot. *de exception. excep.* 168. *num.* 44.

Et ratio eſt, quia in omni materia in qua aliquis 52
tenetur præſtare cautionem, intelligitur, ſi à parte, in cujus favorem præſtari debeat, petatur; Abbas *conſ.* 96. *num.* 4. Lancellot. *in tract. de attent. tit. de attent. reſtit. in integrum pendente, parte* 2. *cap.* 28. *num.* 123. Paul. de Caſtr. *in l. univerſa*, ponit hanc regulam perpetuò menti tenendam, *C. de precibus Imper.* & ad plures caſus extendit Carol. de Graſ. *ubi ſup.* quem authorem ſemper habeas, & legas, quia melior, & doctior evades, *argument. l. penultim. ff. ad exhibendum* in fine.

Sextò requiritur, quando creditor neceſſitatur in 53
ſolutum capere ex bonis debitoris; tunc tenetur debitor fidejuſſorem præſtare, qualem poteſt; *§. quod autem, in Authentic. de fidejuſ.* ubi Bart. *num.* 7. Quod ſi debitor non poteſt præſtare fidejuſſorem, præſtabit
juratoriam cautionem, *l. cum facile*, cum *ibi* notatis. 54
ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid. Caballin. *dict. §.* 2. *num.* 17.

Et hoc maximè procedit, ſi qui juratoriæ cautioni 55
committitur, pauper eſt, qui fidejuſſorem dare debet, & eum non reperiat, *l. de die §. jubetur, ff. qui ſatiſd. cog. l. omnes*, ubi Bald. *C. de Epiſc. & Cleric.* Bald. *in authent. cui relictum, C. de indict. viduit. toll.* ubi Caſtr. Guido Papa *deciſ.* 189. Alex. Trentacinq. *lib.* 1. *variar. reſolut. titul. verb. ſignificatione, reſolut.* 5. Becchius *conſ.* 1. *nu.* 4. 16. & 18. Surd. *deciſ.* 141. *à nu.* 7. Franch. *deciſ.* 317. *nu.* 8. Marta *vota* 158. *numer.* 8. Farinac. *quæſt.* 107. *nu.* 38. & *quæſt.* 33. *de carcerib. nu.* 43. dicit, quod non ſolum procedit in civilibus, ſed in criminalibus; Marius Giurba *deciſ. Regni Siciliæ* 4. *nu.* 14. *Covarru. lib.* 3. *var. capit.* 3. *nu.* 6. Gu-

tierrez

tierrez *in l. nemo poteſt*, *num.* 294. *ff. de leg.* 1. & *lib.* 2. *canonic. quæſt.* 19. *num.* 4. Seraph. Olivat. *de privileg. jurament. privileg.* 8. *à num.* 1. Martin. Benindorſ. *ibi num.* 2. Caſtil. Soto Mayor *de uſufruct. cap.* 18. *num.* 10. dicit eſſe receptiſſimam opinionem, Farin. etiam *dict. quæſtion.* 33. *à num.* 43. Barboſ. *in d. l. divortio.* §. *interdum*, *num.* 26. *ff. ſolut. matrimon.* Caballin. *milleloquio* 526. Anton. Hering. *de fidejuſſoribus*, *cap.* 18. *à numer.* 84. Coſta *remed. ſubſidiaria* 58. & 59. Vincen. Mancinus *de juramento, part.* 4. *effectu* 149. *à num.* 2. Baldus *deciſione* 6.

Ampliatur, quòd ſufficiat, ſi dicat, ſe credere, quòd facilè non inveniet fidejuſſorem, *l. ſi fidejuſſor*, §. 1. *ff. qui ſatiſd. cog.* & in hoc caſu non eſſe præciſè præſtandum juramentum, Guido Pap. *dec.* 189. *nu.* 2. Surd. *deciſ.* 141. *num.* 11. *in medio.* Becc. *conſ.* 1. *num.* 18. Rip. 90. *num.* 18. Aſinius *in praxi*, §. 32. *cap.* 2. *ampliat.* 9. *in fin.* Benincaſ. *de privil. paupertatis, quæſt.* 9. *in* 7. *ſpeciali*, *num.* 15.

56 Impotentia dandi fidejuſſores, cum in facto conſiſtat, probanda eſt ſaltem juramento ex ſupradictis Doctoribus, Surd. *conſ.* 68. *num.* 12. Coſta *dict. remed.* 58. *num.* 11. Surd. *dict. deciſ.* 141. *ſub num.* 11. *authent. generaliter*, ibi: *Tactis ſacroſanctis Evangeliis affirmavit, ſe fidejuſſorem dare non poſſe*, *C. de Epiſc. & Cler.* ubi Bald. *num.* 4. & Salicet. *num.* 1.

57 Unum notandum eſt, quòd idoneus ad ſolvendum, ut quis dicatur, debet poſſidere bona in loco judicii, Gloſ. *in* §. *ſuſcepto*, *in authent. de exhibend. reis*, Doctores in *l. ſi fidejuſſor. ff. qui ſatis dare cogantur*, & *in l.* 1. *ff. ſi quis in jus vocatus non ierit.* Bart. *in l. fin. C. de princip. agent. in reb. lib.* 12. Caſtr. *in l. qui filius famil. ff. qui ſatis dare cog.* Surdus *deciſ.* 295. *numer.* 12.

58 Septimò limita, quando venditoris author ſuſcipit in ſe judicium motum, tunc ſi dives eſt, habetur loco fidejuſſoris, Surd. *d. deciſ.* 295. *num.* 12. *l. quicunque la* 2. ubi Platea Bal. & Bart. *C. de fund. patrimon. lib.* 11. Pitr. Macer. *de fidejuſ. ſect.* 3. *cap.* 20. & non poteſt emptor retardare pretii ſolutionem, Caball. *d.* §. 2. *n.* 18. Afflict. *deciſ.* 171. ubi *Urſil.* Carrot. *de ſequeſtr. p.* 3. *q. n.* 9.

59 Limita ubi fidejuſſor propter debitoris ſuſpicionem neceſſariò exigitur, quia juratoria cautio ſatis non eſt, licèt impoſſibilitas allegetur, *l. filius famil.* §. *iidem Principes*, *ff. de leg.* 1. Jaſ. *in l.* 1. *num.* 2. & *in l. ſi fidejuſſor*, §. *fin. ff. qui ſatiſd. cog.* Barboſ. *in d.* §. *interdum*, *num.* 17. Surd. *d. conſ.* 68. *num.* 23. Gaſpar Theſaur. *q. forenſ.* 21. *num.* 7. Hering. *de fidejuſſor. q.* 18. *num.* 129. Ubi firmat hominem, qui propter malos, & corruptos mores, & ob ejus doloſitatem invenire nequit fidejuſſorem, non admitti ad cavendum per juramentum, Caſt. *d. remed.* 58. *ſub n.* 11. Farinac. *quæſt.* 107. *n.* 41. Seraphin. *privil.* 18. *n.* 38. *de jurament.* Manc. 4. *p. effectu* 149. *n.* 16. Franc. *dec.* 117. *n.* 8. Giurba *dec.* 4. *num.* 35.

60 Limita etiam, quòd cautio juratoria non ſufficit ad effectum, ut quis cogat adverſarium ad aliquid ſibi præſtandum, *l.* 2. *C. de uſufr. leg.* ubi Bald. *num.* 2. Molin. *lib.* 2. *c.* 16. *num.* 44. *de primog.* Puteus *dec.* 117. *lib.* 1. Raud. *conſ.* 61. *num.* 12. *lib.* 1. Surd. *d. dec.* 141. *num.* 5. & *in conſ.* 240. *num.* 15. Carrot. *de oblat. p.* 2. *q.* 10. *n.* 58. Roland. *conſ.* 43. *n.* 18. *lib.* 2. Giurba *deciſ.* 4. *num.* 36.

61 Ulteriùs limita, quòd, fidejuſſore non invento, juratoriæ cautioni quandoque locus eſt, niſi aliud ex juſta cauſa Judici viſum fuerit; & ſic Judicis arbitrio commiſſum eſt, an cum fidejuſſore, an verò ſine illo caveri debeat: Anton. Gomez *lib.* 3. *de delictis*, *cap.* 6. *num.* 17. Farinac. *d. q.* 107. *num.* 39.

62 Cæterum cautio juratoria ſatis non eſt, licèt fidejuſſorem non inveniat venditor quando à lege, vel ſtatuto fidejuſſio requiritur: Rebuf. *ad ll. Gal. titul. de ſentent. execut. art.* 1. *gloſ.* 16. *num.* 12. *d. l. poſtquam*, §. *Imperator*, *ff. ut legatorum nomine caveat.* 21. Seraphin. *de privil.* 18. *n.* 41. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſervat. Imperial.* 47. *num.* 6. Jaſ. *in l.* 1. *num.* 23. Socin. *n.* 22. *ff. qui ſatiſd. cog.* Azeved. *in d. l.* 2. *tit.* 21. *nu.* 25. *lib.* 64. *Recopilat.* Giurba *dec.* 4. *n.* 38.

Si autem venditio beneficio reſtitutionis in inte- 63
grum reſcindatur, fidejuſſor evictionis non tenetur, Bart. Bertazol. *in conſ. civil.* 106. *num.* 5. ſecus ſi remedio ordinario, ut putà, *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* Bald. Salic. Caſt. & Alex. *in l.* 1. *C. de fidejuſ. min.* licet *Bar.* dubitaverit: & probatur hoc *in l. in cauſæ*, *la* 1. *in princ. ff. de min.* & *in l.* 2. *C. de fidejuſ. min.* Caballin. *d.* §. 2. *num.* 20.

Evictione ſequuta, an ſufficiat emptori ſi à ſuo auctore offeratur eadem res non deteriorata cum intereſſe; & an hæc oblatio auctore laudato admittenda ſit? allegatur *text. in l. habere licere*, *in fin. ff. de evict.* ubi ſemel commiſſa ſtipulatione, amplius reſolvi non poteſt: & pro venditore convento dicebatur, *dict. l. habere licere*, procedere re evicta ratione dominii; quia evictio habet perpetuam cauſam: ſed re evicta jure hypothecæ procedere, *l. evictis*, *ff. eod.* ea ratione, quia ſoluto debito, pignus, vel hypotheca ſolvitur; Odofred. *in d. l. evictis*, qui cum Gloſ. hoc ſentit; Angel. *ibi*, Cumanus *in l. fidejuſſor evictionis*, *ff. de doli except.* Socin. *conſ.* 199. *lib.* 2. Bald. *conſ.* 3. *lib.* 1. ubi concludit, quòd ſi venditor ſe concordat cum actore, & liberat poſſeſſorem, dupli ſtipulatio non committitur, *d. l. fidejuſſor evictionis*, Franch. *dec.* 145. ubi benè deciditur.

Fidejuſſor tamen evictionis habet electionem, vel 64
rem evictam reſtituendi, vel intereſſe ſolvendi, *l. fidejuſſor.* 15. *ff. de doli except.* ubi Bart. & *in l. ſi inſulam*, *num.* 14. *ff. de verbor. obligat.* Cabal. *d.* §. 2. *num.* 21. Hering. *de fidejuſſor. cap.* 27. *part.* 4. *num.* 74. Macer. Pitr. Aret. *de fidejuſ. p.* 2. *ſect.* 18. *num.* 4. Ferrar. *in praxi*, *in libel. in cauſa venditionis*, *verbo*, (promittens,) *num.* 1. Coſta *in praxi conventionali*, *part.* 2. *clauſ.* 73. *num.* 5.

Fidejuſſor evictionis eodem modo, quo principalis, 65
tenetur, *l. ſi ei cui*, *ff. de evict.* *l. auctore laudata*, *C. eodem.* Pariſ. *conſ.* 111. *num.* 10. Aretin. *ubi ſup. q.* 18. *num.* 1.

Fidejuſſor evictionis tenetur ipſi emptori actione 66
ex empto, ut venditor principalis; Pariſ. *d. conſ.* 111. Magon. *deciſ. Lucen.* 6. *num.* 8. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 1. Aretin. *d. q.* 18. *à num.* 2. ubi dicit, quòd fidejuſſor evictionis ultra pretii reſtitutionem tenetur.

Hoc tamen declaratur primò, ut intereſſe, ad 67
quod tenetur fidejuſſor, non venit conſiderandum ad tempus evictionis ſubſequutæ, ſed benè inſpecto tempore contractus; maximè quo ad melioramenta, & bonificamenta temporum; & ideò ſi bona evicta poſtea beneficio temporis creverint in æſtimatione, & pretio, tale augmentum, ſicut non tenetur principalis præſtare, ita nec ejus fidejuſſor, *l. evictu ff. de eod.* *l. id quod. ff. de act. empt.* Aretin. *d. quæſt.* 18. *numer.* 5.

Declaratur ſecundò, quod adeò fidejuſſor tenetur 68
ad totale intereſſe, ut in tali intereſſe etiam comprehendantur non tam fructus præteriti, quàm amiſſi poſt evictionem, *l. evictis*, *ff. de uſur. l. venditor* 8. *l. ſi plus* 74. §. *ſi juſſu*, *ff. de evict.* *l. ſuper. empti*, *C. eod.* Bart. *in l. quoties in diem*, *num.* 2 *ff. de verb. obligat.* Aretin. *dict. q. num.* 6.

Declaratur tertiò quòd fidejuſſor, ſecuta evictione, 69
tenetur ad damna, & intereſſe, quando id conventum eſt, nam aliàs ſimplex pretii reſtitutio facienda eſt, *l. emptum* 12. §. *qui ante*, *ff. de act. empt.* niſi generaliter evictionis facta ſtipulatio fuerit;

quia

quia continet utrumque: Surd. *conſ. 36. num.6.* Coſta *de facti ſcient. centur. 1. diſtin. 5.* Gaſpar. Theſaur. *q. forenſi* 13. *num. 1.*

70 Sed dubitari contingit, quid veniat in liquidatione iſtius intereſſe? Et quidam dicebant, hic tractari de intereſſe ſingulari, & deberi tantum duplum pretii pro intereſſe, cum ſimus in empt.& vendit. actione, per *text. in l. un. C. de ſent. quæ pro eo* &c. ita tranſeunt communiter Doctores. Alii dicebant non tantum venire pretium, & duplum, ſed omnia damna, & intereſſe, quæ excederent duplum ſummæ; quia eramus in intereſſe convento, ex Gloſ. *in d. l. unica*, & non ſolum pretium rei, ſed etiam expenſas in uſu rei factas, & id quod ea re evicta percipiebat, totum debetur, Gaſp. Theſaur. *ubi ſup. num. 3.*

71 Limitatur tamen, quòd ſi illud intereſſe creſceret in immenſum, & eſſet intereſſe ſingulare magis, quàm conventum, ſufficiat dari pretium totum ſine duplo, ſed pro intereſſe, & duplo, & fructibus, uſque ad litem conteſtatam perceptis, ad rationem quinque pro centenario præſtandum eſt; ſicuti refert judicatum* fuiſſe in Senatu Pedemontano Gaſpar Antonius Theſaurus *lib. quæſt. forenſ. 3. num.3. anno 1593. die 3. Maii.*

72 Similiter fidejuſſor, quieſcentibus venditore, & emptore, poteſt appellare à ſententia lata in cauſa evictionis, *l. à ſententia*, & ibi notant Doctores Bartol. Angel. Aretin. *ff. de appellat.* Caballin. *dict.* §. 2. *num.* 22.

73 Impropria evictio eſt, quando venditor pactus eſt, ne de evictione teneretur, licet ex hoc liberetur, ſequuta evictione, ab intereſſe; obligatus tamen remanet ad pretii reſtitutionem, *l. emptorem, §. final. ff. de actionibus empti*, Baldus *in l. prima, columna final. C. de peric.& commodo rei venditæ*, Romanus *ſingulari* 382. Quod ita demum procedit, quando in genere eſſet factum pactum, à quocumque evinceretur, Ca-
74 ballinus *dicto* §. 2. *num.* 23. Quia generale pactum, quòd venditor non teneatur de evictione, non operatur, quin illa ſequuta ad pretii reſtitutionem teneatur; Marius Giurba *deciſ.* 87. *num.* 12. Franciſcus Vivius *deciſ.* 24. *num.* 6. Socinus *regul.* 4. Aretinus *in* §. *actionem, Inſtit. de actionibus, & in* §. *final. de emptione & venditione*. Hippolytus de Marſil. *ſingal.* 656. Corneus *conſil.* 226. *num.6. lib.2.* Alciatus *conſilio* 50. *num.* 1. & 2. *lib.* 8. Surdus *conſilio* 36. *num.* 15. Vivius *deciſ.* 152. *num.* 2. Gomez de Leon *deciſ. Senatus Hiſpalenſis* 12. Maranta *de judiciis, part. 2. num.* 44. Rebuf. *tom. 2. ad Regias Conſtitut. titul. de dilat. articulo 5. num.* 50. Intrigl. *de feud. centur. 2. articul.* 5. *num.* 468. Nicolaus Mozius *de contractibus, titulo de emptione, rubrica de naturalibus, num.* 5. & 6. Covar. *lib. 3. reſol. cap.17. à num.* 1. Gaſpar Anton. Theſaur. *libro 1. forenſium qq. quæſt.77. per totam*, Franch. *deciſ.* 239. Caval. *conſ.* 100. *num.* 4. communem dicit Alexand. *conſil.* 235. *num.* 9. & 10. *lib.*6. Tiraq. *de retract. lib.* 1. §. 12. *Gloſ.* 1. *num.* 10. Cravet. *conſ* 618. *num.* 6.

75 Limita tamen, ſi ſpecificaretur, ne de evictione teneatur à certa perſona: putà à Joanne; tunc enim etiam pretium non reſtituitur, caſus eſt ſingularis *in l. qui libertatis in princip.* ubi Bartolus, Baldus, & Salicetus, *ff. de evictionibus*: Et *ibi* colligit Gloſ. ea illo textu, idem eſſe, quando exprimitur quòd non vult teneri ea certa cauſa, ut Bart. *ibi* notat, Bald. *in d. l.* 1. *quæſtione 2. C. de peric. & comm. rei vendit.* Rebuf. *tom, 3. ad leg. Gal. tit. de dilat. art.5. Gloſ.1. num.*51. & 53. Covar. *dict. lib.3. cap.* 17. *num.* 2. Stephan. Aufrer. *ad Capellam Toloſ. quæſt.* 361. *in fin. verſic.* (Secus ſi ſpecificaretur,) Gaſpar Theſaur. *d. lib.* 1. *q. forenſ.* 77. *num.* 5. Joan. Petr. Ferrar. *in praxi, in forma libelli, in cauſa venditionis, verb.* (promittens,) *num.* 1. & 2. & *ibi* Theodor. Meda, *litter. D.* Ant. Gomez. *lib. 2. var. cap. 2. tom.2. ſub num.39. verſic.* (Notandum tamen eſt) *fol. mihi* 214. *col.* 1. Et ratio differentiæ ea eſt ſecundum Caballin. *d.* §. 2. *num.*25. ex Bald. *in l. qui libertatis*, quia ubi venditor excipit 76
aliquem ſpecialem caſum, vel perſonam, per hoc videtur certiorari emptorem, quod in tali caſu, vel perſona, poteſt res evinci, *l. 1. in fin. ff. de actio. empti*; ſed ubi generaliter excipit, tunc ſaltem tenetur ad pretium, quia per generalem exceptionem non poteſt eſſe certus emptor, niſi ſciverint venditorem non habere jus.

Item verum eſt, niſi dictum pactum ſit factum 77
inter, mutuò vendentem & ementem; quia tunc neuter agit ad pretium; Gloſſa ſingularis *in l. ſi familia, C. familiæ ercif.* & *ibi* Bart. dicit, non habere locum in diviſione; quod infra latiùs explanabitur: idem tenet Baldus *in l. non dubitatur, C. de evictionibus*, quia mutuum periculum excludit evictionem, Cardinalis Tuſc. *tom. 3. conc.* 368. *num.* 6. Caballin. *d.* §. 2. *n.*26. Palat. Rub. *in repet. rubr. cap. per veſtras de donat. inter*, §. 50. *num.* 14. ubi Joannes Baraon. *litter. A.* & Bernard. Diaz Additionatores.

Extra omnem dubitationem dicitur, quòd ſi ex 78
preſsè, & ſpecialiter conventum eſt, ne venditor ad pretii reſtitutionem teneatur; quod etiam re evicta, emptor non poteſt pretium recuperare; ut notatur *in d. l. emptorem*, §. *fin.* per Gloſ. & Bart. Salicet. *in d. l. 1. quæſt. 3. C. de periculo, & commod. rei vendit.* Caballin. *d.* §. 2. *num.*27. Anton. de Padil. *in l. ſi pro fundo. C. de tranſaction. num.* 5.

QUÆSTIO TERTIA.

Verum fidejuſſor evictionis, ſi diu ſteterit in obligatione, poterit petere ſe eximi ab evictionis obligatione?

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor non poteſt agere contra principalem antequam ſolverit.*
2 *Fidejuſſor non poteſt de jure communi agere contra principalem, ut liberetur ab obligatione.*
3 *Fidejuſſor indemnitatis non poteſt agere antequam ſolvat.*
4 *Fidejuſſor condemnatus poteſt agere contra principalem antequam ſolvat.*
5 *Fidejuſſor de proximo condemnandus poteſt agere contra principalem.*
6 *Fidejuſſor lite conteſtata poteſt petere ſe liberari.*
7 *Fidejuſſor vexatus à creditore poteſt petere ſe exonerari.*
8 *Fidejuſſor, quando damnum evitare non poteſt, poteſt agere antequam ſolvat.*
9 *Fidejuſſor, ſi ex lapſu temporis timeat pœnam adjectam, poteſt agere.*
10 *Fidejuſſor obligatus in inſtrumento publico, poteſt agere antequam ſolvat.*
11 *Fidejuſſor, qui tenetur ex ſententia tranſacta in rem judicatam, poteſt petere liberationem.*
12 *Fidejuſſor obligatus in inſtrumento guarentigio, pro condemnato habetur, & poteſt petere ſe exonerari.*
13 *Fidejuſſor obligatus in inſtrumento guarentigio, poteſt agnoſcere bonam fidem.*
14 *Fidejuſſor, ut agat contra principalem, requiritur vera, & realis numeratio.*
15 *Executione petita contra fidejuſſorem, poteſt ipſe petere liberari.*
16 *Fidejuſſor, ſi tempore fidejuſſionis ſciebat ſe poſſe executari, non poteſt petere ſe liberari.*

17 *De*

17 *Debitor deciperetur, ſi ſtatim à fidejuſſore nondum moleſtato poſſet moleſtari.*

18 *Fidejuſſio aliquid creditori prodeſſe debet.*

19 *Uno eodemque tempore non poteſt quis obligari, & conſtitui in mora.*

20 *Fidejuſſor poteſt petere liberari, quando creditor habet facultatem agendi, & non anteà.*

21 *Fidejuſſor poteſt agere, quando conventum eſt inter partes quod quandocumque poſſit petere exonerationem.*

22 *Fidejuſſor agere poteſt ex conventione ante damnum paſſum.*

23 *Fidejuſſor ſi habet relevatorem poteſt agere contra ipſum antequam ſolvat.*

24 *Fidejuſſor poteſt agere, quando non habet regreſſum contra alium mortuo debitore, vel ſi non ſit ſolvendo.*

25 *Fidejuſſor tutoris durante tutela, poteſt petere exonerationem, ſi tutor malè incipit verſari.*

26 *Idem quando principalis debitor malè verſatur, vel dilapidat.*

27 *Fidejuſſor non poteſt petere liberationem ſi tempore fidejuſſionis reus dilapidabat.*

28 *Vel ſi ſciebat, quòd debitor principalis malè utebatur ſua ſubſtantia, non poteſt exonerari.*

29 *Scire debens pro ſciente habetur.*

30 *Si debitor parum dilapidabat tempore fidejuſſionis, non poteſt fidejuſſor liberari.*

31 *Si debitor cœpit dilapidare, & mutato conſilio reverſus eſt ad bonam frugem, fidejuſſor non poteſt petere exonerationem.*

32 *Hoc procedit, ſi res eſt integra, ſecus ſi non eſt integra.*

33 *Res quando dicatur integra, vel non.*

34 *Fidejuſſor poteſt denunciare creditori ut agat contra principalem dilapidantem.*

35 *Fidejuſſor poteſt agere contra principalem, ſtatum mutantem.*

36 *Fidejuſſor offerens & deponens pecuniam poteſt agere contra principalem.*

37 *Fidejuſſor poteſt agere contra hæredem debitoris, quando debitor fidejuſſori legat liberationem.*

38 *Fidejuſſor judicio ſiſti poteſt agere antequam ſolvat.*

39 *Fidejuſſor ſe abſentans ex cauſa utili, & neceſſaria poteſt petere liberationem.*

40 *Fidejuſſor poteſt agere, quando inter eum, & principalem intervenerunt inimicitiæ.*

41 *Fidejuſſor poteſt petere liberationem in omni caſu in quo debitor malè utitur ſua ſubſtantia.*

42 *Fidejuſſor qui diù ſtetit in carceribus poteſt petere exonerari.*

43 *Fidejuſſor, qui diu ſtetit in obligatione, poteſt exonerationem petere.*

44 *Dictio, diù, quod tempus comprehendat?*

45 *Dictio, diù, tempus arbitrarium inducit.*

46 *Arbitrium hoc judex abitrabitur ex tempore, ex perſonarum affectu, & aliis.*

47 *Tempus ſex annorum eſt ſufficiens tempus, ut fidejuſſor dicatur diu ſtetiſſe in obligatione.*

48 *Decreta ſupremi Senatus habent vim legis.*

49 *Exemplis non eſt judicandum, & quomodò procedat.*

50 *Fidejuſſor etiam condemnatus injuſtè, poteſt petere liberationem, ſi culpa ei non imputetur.*

51 *Quando fidejuſſori culpa imputatur, ſententia contra eum lata non nocet debitori principali.*

52 *Fidejuſſor injuſtè damnatus non apellans, non poteſt repetere quod ſolvit.*

53 *Fidejuſſor condemnatus, ſi pendeat appellatio, an poſſit petere liberationem?*

54 *Procurator ſe obligans, & fidejubens, poteſt petere exonerationem ſi diu ſteterit in obligatione.*

55 *Fidejuſſor conditionalis non poteſt petere liberationem ante adventum conditionis.*

56 *Fidejuſſor evictionis, etſi diu ſteterit in obligatione, niſi ſequuta evictione non poteſt petere liberationem.*

57 *Promittens de evictione promittit de evictione futura.*

58 *Obligatus ſub conditione, niſi adveniente conditione non poteſt agere.*

59 *Emptor quo uſque ei res ſit ablata, de evictione non poteſt agere.*

60 *Fidejuſſor cenſus etiamſi per centum annos ſteterit in obligatione, non poteſt petere liberationem.*

61 *Fidejuſſor cenſus non liberatur quo uſque redēptus ſit.*

62 *Obligatio cenſus eſt ſucceſſiva.*

63 *Mora non datur in redimendo cenſu.*

64 *Pactum, quòd cenſus redimatur, valet inter fidejuſſorem, & reum principalem.*

65 *Tale pactum non valet inter fidejuſſorem futurum, & creditorem, data fraude.*

66 *Pactum redimendi non valet, ſi fidejuſſor erat ſocius omnium bonorum ipſius creditoris.*

67 *Fidejuſſor cenſus poteſt cogere principalem ut eum liberet ab obligatione.*

68 *Fidejuſſor cenſus moleſtatus à creditore ſingulis annis pro ſolutione, poteſt petere liberationem.*

69 *Moleſtia creditoris illa ſufficit ad extorquendam ſolutionem, ut coactus ſit fidejuſſor ſolvere.*

70 *Ponitur declaratio ſupremi Conſilii Aragonum in cauſa ardua.*

71 *Fidejuſſor dotis reſtituendæ non poteſt petere ſe exonerari ab obligatione.*

72 *Fidejuſſor, conditione pendente, ſi ſupervenit cauſa ſuſpicionis, poteſt petere præſtari ſibi fidejuſſorem.*

73 *Fidejuſſor ut liberetur, requiritur conſenſus principalis creditoris.*

74 *Fidejuſſori judicii denegatur liberatio.*

75 *Fidejuſſor gratis liberatus, & qui non ſolvit, non poteſt petere exonerationem.*

76 *Fidejuſſor ſine mandato ſe obligans non poteſt petere ſe eximi.*

77 *Fidejuſſor ſolvens prætextu cedendarum ſibi actionum, non poteſt petere liberationem.*

78 *Pater fidejubens pro reſtitutione dotis uxoris filii non poteſt petere ſe liberari.*

79 *Cautela datur fidejuſſori, ut poſſit agere quandocunque.*

EGregia quæſtio quidem eſt, & in judiciis frequens illius diſceptatio: & quamvis à multis Doctoribus variis in locis ventiletur, à nullo tamen ex recentioribus omnibus ſic ex profeſſo tractata reperitur; tametſi Goſſ. à Caballin. §. 2. n. 19 *de evictionibus*, ſub brevi compendio, & indiſtinctè loquutus eſt, quia tamen majorem indaginem requirit, ideo latiori calamo illuſtrabo.

Communis concluſio eſt, quod fidejuſſor non poteſt agere actione mandati contra principalem debitorem antequam ſolvat, ut liberetur à fidejuſſione, *l. Lucius*, *ff. mandati*, *l. ſi pro ea*, *C. eodem*, *cap. fin. de fidejuſ.* Morſil. *in rubr. de fidejuſ. qu.* 31. *num.* 216. & *quæſt.* 39. *num.* 359. Afflict. *deciſ.* 414. Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 16. *tit.* 22. *l.* 14. *tit.* 12. *p.* 5. ubi *Greg. Lop.* Felicion. de Solis *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 9. & *in ejus appendice à num.* 1. Gaſp. Roder. *de redditib. lib.* 2. *cap.* 13. Avend. *de cenſib. cap.* 97. *n.* 23. Anton. Hering. *de fidejuſ. qu.* 25 *à n.* 6. Alex. Trentac. *lib.* 3. *reſol. var. reſolut.* 5. *n.* 1. *fidejuſ.* Caldas Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 33. *num.* 123. 1

Fidejuſſor enim regulariter de jure communi non poteſt agere contra principalem ut liberetur ſtatim promiſſione facta, *d. l. Lucius*, Alex. ad Bart. *in addit. magna in l. debitum*, *C. de condict. indebiti*, Speculat. *tit. de actor. verſ.* (item excipitur contra fidejuſſorem,) Caballin. *in conſ.* 12. 2

Hæc eſt indubitata in fidejuſſore indemnitatis, 3

qui non poteſt agere priuſquam ſolvat, Galleſ. *de oblig. Camerali de perſona petente exequutionem, numo 5. verſ.* [Sed ego.]
4 Iſta tamen concluſio multas patitur limitationes:
Limita enim primò, quando fidejuſſor fuit jam con-
demnatus ſolvere: nam tunc etiam quòd effectuali-
ter non ſolverit, tamen antequam ſolvat, poteſt
agere contra principalem, ut releveturindemnis; &
tenetur principalis, vel eum eximere à fidejuſſione, vel
loco ipſius novos fidejuſſores dare vel pignora pro ejus
indemnitate, *l. fidejuſſore pro venditore, ff. de fidejuſſori-
bus*, Caſtr. *conſ. 244. in princip. col. 3. lib. 2.* Guid. Papa. *de-
ciſ.* 117. *num.* 1. Afflict. *deciſ.* 241. *n.* 3. Surd. *deciſ.* 94. hoc
dicit idem expromiſſore, Afflict. *ubi ſup.* Socin. *regul.* 191.
5 Limit. 2. quando fidejuſſor de proximo eſt condem-
nandus, aut etiam quando eſt in evidenti caſu condem-
nationis, putà, ſi ſit in cauſa concluſum: vel ſit in in-
ſtrumento obligatus, *l. quamvis*, cum Gloſ. *C. de adult.*
Bald. *l. ſi pro ea, num.* 14. ubi Sicard. *num.* 7. Jaſ. *in l.
divortio* §. *interdum, ff. ſolut. matr.* Bertaz. *clauſ.* 43. *gloſ.*
3. *n.* 2. Auguſt. Beroi. *conſ.* 283. *num.* 6. *lib.* 3. Tiraq.
de legib. connub. gloſ. 2. *num.* 2.
6 Limita 3. quando jam eſt conteſtata lis cum fidejuſſo-
re, Caſtr. *in dict. l. ſi pro ea, num.* 2. Angel. *in l.* 1.
num. 6. *ff. judicatum ſolvi.*
7 Limit. 4. quando vexatur fidejuſſor à creditore, quia
etiam contra eum poteſt petere coram eodem judice, ut
conſervetur indemnis; nam ſufficiunt moleſtiæ cre-
ditorum factæ fidejuſſori, ut fidejuſſor poſſit petere li-
berationem à debitore principali, Abbas *in cap. conſti-
tutus n.* 1. 2. *de fidejuſ.* Angel. *in d. l.* 1. *ff. judicat. ſo-
lui*: nam fidejuſſor moleſtatus à creditore poteſt coge-
re principalem per Eccleſiaſticam diffinitionem, ut eum
liberet; Abbas *in cap. conſtitutus.*
8 Limit. 5. quando fidejuſſor damnum evitare non po-
teſt; nam in tali caſu poteſt agere antequam ſolvat; So-
cin. & Imol. *in cap. pervenit, n.* 28. *de fidejuſſorib.* Bartol.
in l. ſi uno, §. *ſi eum quidam, num.* 3. *ff. locati*, Rain.
conſ. 185. *num.* 5. *volum.* 1.
9 Limit. 6. quando ex lapſu temporis timetur pœna ad-
jecta, vel creditori debita; tali enim caſu fidejuſſor non
ſolvens poteſt agere contra principalem, Bald. *in d. l.
ſi pro ea, num.* 8. & 12. ubi Sicard. *num.* 6.
10 Limit. 7. in fidejuſſore obligato ex inſtrumento con-
feſſionato, jurato, ſtipulatione, guarentigia, vel obli-
gatione camerali vallato, & munito, ut eſt ex inſtru-
mento in forma Cameræ, vel ſtatuti, executionem pa-
ratam habente, ſecundum Bald. *in l. fidejuſſor pro ven-
ditore*, cum add. *ibi, ff. de fidejuſſor.* Alexand. *conſil.*
72. *n.* 6. *lib.* 2. Marſil. *in rubric. eadem quæſtione* 31. *n.*
216. & 293. *quæſt.* 38. Afflict. *dict. deciſ.* 241. *n.* 3. Andr.
Gail. *lib.* 2. *pract. obſervat.* 20. Surd. *deciſ.* 94. *n.* 5. qui
loquitur de obligatione in forma Cameræ, Vincent. de
Franch. *deciſ.* 414. *n.* 2. Ant. Gom. *tom.* 2. *var. ſub n.* 12.
Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. reſol.* 5. *de fidejuſ. n.* 6. Surd.
conſ. 367. *n.* 19. & 20. *lib.* 3. Palat. Rubeus *in Repet. rubr.
c. per veſtras*, §. 58. *n.* 11. ubi Joàn. Baraon. *lit. G.* Didac.
Perez *in l.* 5. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordinam. verſ.* (Quæro de quæſ-
tione) *fol. mihi* 747.
Idem pariter, quando fidejuſſor tenetur ex ſententia
11 ſolvere, quæ tranſitum fecit in rem judicatam; & in ſum-
ma quando fidejuſſor tenetur ex actu, qui habet execu-
tionem paratam; tunc poteſt petere exemptionem ſta-
tim, vel paulò poſt Bald. *in dict. l. ſi pro ea, n.* 7. Alex. *conſ.*
72. *n.* 6. *lib.* 2. Marſil. *ubi ſup.* n. 293. Suar. *in l. poſt
rem judic. ff. de re judicat. in declarat. l. Regni, verſic.*
[Viſum eſt ſupra,] *n.* 8. *fol. mihi* 665. *col.* 1. Bart. & Ale-
12 xand. *in d. l. ſi fidejuſſor, ff. de fidejuſſor.* Surd. *deciſ.* 95. *n.*
5. Fidejuſſor obligatus per inſtrumentum, contractum,
ſtatutum, ſententiam, vel aliquid aliud ſimile habens
executionem paratam, ut dixi, pro condemnato habe-
tur, & agere poteſt contra ipſum reum principalem, ut
liberetur non expectato tempore ſolutionis, Bart. *in d.
l. ſi fidejuſſor, n...* & Bald. *in d. l. ſi pro ea, n.* 3. & *in l.
certum, C. famil. erciſ.* Alex. *dict. conſ.* 72. *n.* 6. Socin.
reg. 148. *numero* 2. Guid. Pap. *deciſ.* 117. Marſil.
quæſt. 31. *num.* 226. Qui dicit, hoc idem eſſe, ſi fide-
juſſor foret obligatus ex ſcriptura, quæ ex forma ſtatuti
haberet executionem paratam: Et ratio eſt, ut ſuprà di-
ctum fuit, quia tali caſu fidejuſſor habetur, ac ſi con-
demnatus eſſet; Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.*
18. *part.* 2. *n.* 23. & fidejuſſor condemnatus poteſt con-
fiteri & agnoſcere bonam fidem, nec ſibi imputatur; 13
Alex. *dict. conſ.* 72. *num.* 6. *lib.* 2. Marſil. *ubi ſup. num.*
293. Jaſ. *in l. frater à fratre, ff. de condict. indebiti.*
Contrariam tamen ſententiam voluerunt Angel. Imol. 14
Caſtr. *in d. l. fidejuſ.* ubi etiam advertit Salicet. *addit.
ad Alexand. conſ.* 72. *n.* 6. *lib.* 2. Marſil. *d. q. n.* 293. Ubi
vult requiri veram, & realem condemnationem; vel ad
minus, quòd ſit petita executio: & ita dicunt in praxi
ſervari, Jaſ. *in d. l. frater à fratre, n.* 2. Caball. *conſ.* 12.
n. 8. & hanc ſententiam eſſe valde æquam affirmat Ale-
xand. Trentacinq. *lib. reſol.* 5. *de fidejuſſ. n.* 7. Qua petita 15
per creditorem contra fidejuſſorem executione, & non
priùs, quòd per dictum fidejuſſorem poſſit peti exem-
ptio, & liberatio à fidejuſſione firmarunt Suar. *in dict. l.
poſt rem judicatam*, §. *viſum eſt, n.* 8. & 11. *ad declar.
legis Regni*: & *ibi* Joan. Vald. *lit. D.* qui hanc opinio-
nem veriorem, & communiorem vocat; *Galleſ. de obli-
gat. Camerali, qu.* 42. *part.* 3. *num.* 5. Sylveſt. Zach.
ejus additionator, *num.* 2. Horat. Carpan. *ad ſtatuta Me-
diolan. cap.* 412. *num.* 25. *part.* 1.
Et qui hanc ſententiam ſectantur, adducuntur ad ſic 16
credendum, quia tempore præſtitæ fidejuſſionis ſciebat
fidejuſſor poſſe incipi ab executione, & nihilo minus fi-
dem dedit de ſolvendo: Alexand. Trentacinq. *dict. lib.* 17
3. *reſol.* 5. *de fidejuſ. num.* 6. Alioquin deciperetur debi-
tor, ſi ſtatim poſſet moleſtari à fidejuſſore ipſo adhuc à
creditore non moleſtato, & quodammodo adhuc non
completo ſuo officio, & ſibi fidejuſſor imputet ſi fide-
juſſit creditori, cui fidejuſſio aliquid prodeſſe debet;
quod non eſſet, ſi ſtatim liberationem petere poſſet, ſe- 18
cundum Bart. Ang. Caſt. Imol. & alios *in d. l. fidejuſſor*,
& requiritur quod ſaltem ſit petita executio, ut bene
per Caball. *conſil.* 12. *num.* 1. cum aliis hanc opinionem
ſequuta eſt Rota Romana in *Bononienſi viginti quinque
millium*, 7. *Maii.* 1601. *coram bon. memor. Epiſc. Paeen.*
& *in Romana Cambiorum*, 17. *Decembris* 1584. *coram
bon. mem. Gipſio*, quæ eſt *deciſio* 20. *num.* 11. *relata*
per Sylveſt. Zach. *ubi ſupra.*
Et confirmari poteſt, quia valde iniquum eſſet, quod 19
uno atque eodem tempore quis poſſet obligari, &
conſtitui in mora; ad doctrinam Bart. *in l. cum. qui*, §.
ſi juramento, num. 2. & *ibi* Caſtro, *ff. de pact. inter
empt.* & plura congerit Grammat. *deciſ.* 103. *num.* 165.
Beroi. *conſ.* 205. *num.* 11. *Deciſ. Cameralis* 20. *num.* 10.
& 11. & *deciſ.* 101. *num.* 17. & 18. per Sylveſt. Zach.
in re collectis.
Declara igitur prædicta, ut fidejuſſor poſſit petere 20
liberationem poſtquam creditor habet facultatem agen-
di, & non priùs: Bald. *in l. cum notiſſimi*, §. *illud, C.
de præſ.* 30. *an.* (ut dixi) petita per creditorem executio-
ne, & quotidie practicatur, & hæc eſt verior opinio, &
ab ea in judicando, & conſulendo non recedas; ſecundum
Angel. Imol. Caſtro *in dict. l. fidejuſſor, ff. de fidejuſ.*
Reſtringe octavò, quando inter principalem, & fidejuſ-
ſorem conventum eſt, ut ipſe fidejuſſor poſſit agere quan- 21
documque; & ſic quando eſt expreſſè promiſſum, quod
principalis debitor ad petitionem fidejuſſoris teneatur eũ
liberare, Bal. *in d. l. ſi pro ea n.* 16. Afflict. *deciſ.* 241. *n.* 3. &
ſuper conſtitut. Regni, rub. 21. *de fidejuſ. verſ.* (nonus caſus;)
lib. 3. ubi dicit fidejuſſori eſſe concedendam exoneratio-
nem, quãdo debitor ordinavit, quod ſtatim fidejuſſor exo-
neretur ab ejus hærede, Marſil. *dicta rubr. de fidejuſ. n.* 216.
Limit.

Digitized by Google

22 Limit. nono, quando verba fidejuſſionis ſunt tam
ampla, & eſſet expreſſum, quod fidejuſſor poſſet agere
ante damnum paſſum; quia tunc poteſt agere antequam
ſolvat: & ſic quando fuit facta promiſſio à principio de
exonerando à fidejuſſore, Socin. *conſ.* 42. *n.* 1. *lib.* 3.
Riminal. *conſ.* 187. *num.*1.*lib.*1.
23 Limit. decimo, quando dictus fidejuſſor haberet re-
levatorem, quia tunc poteſt agere contra dictum releva-
torem antequam ſolvat, *Socin. de conſ.* 42. *numera*1.
Riminal. *conſ.* 187. num.1.
24 Limit. undecimo, quando aliqua ſuggerit æquitas,
putà, quia ſi fidejuſſor ſolveret, non haberet regreſſum
contra alium mortuo debitore, vel ſi debitor non eſſet
ſolvendo, tunc enim bene poteſt petere liberari ante-
quam ſolvat, Sicard. *in d. l. ſi pro ea num.* 15.
25 Limit. duodecimo, in fidejuſſore tutoris, qui male
incipit verſari; nam licet non poſſit petere ſe eximi à
fidejuſſione durante tutela, ut dicemus infra; tamen
bene poteſt petere ſibi dari fidejuſſorem indemnitatis,
Bald. *conſ.* 425. *lib.* 4. conſervatio debet fieri eo modo
quo poteſt, Bald. *in dict. l. ſi pra ea*, *num.*11.
26 Limit. decimotertiò, quando reus principalis malè
verſatur, & cœpit poſt fidejuſſionem male uti ſubſtantia
ſua, & bona ſua dilapidare, & hoc fidejuſſor denuncia-
vit creditori, & neglexit, nam tunc fidejuſſor poteſt
agere, ut eximatur à fidejuſſione, vel quòd alius loco
ſui conſtituatur, *d. l. ſi pro ea*, *C. mandati.* Afflict. *d.*
27 *deciſ.* 241. *num.* 3. quod ſecus ſi tempore fidejuſſionis
jam dilapidaret, quia tunc imputandum eſt fidejuſſori, qui
fidejuſſit: Abbas *in capit. eum pra quo, num.* 3. *de fidejuſſor.*
Bald. *in d. l. ſi pro ea, n.* 1. Faber *in* §. *ſi quis autē, n.* 1. &. *ibi*
Bellon. *num.* 4. *Inſtit. de fidejuſ.* Guid. Papa *deciſ.* 117.
n. 1. Afflict. *dict. deciſ.* 241. *num.* 3. *in fine*, Bald. *conſ.*
315. *num.* 1. *lib.* 4. Marſil. *ubi ſup. num.* 216.
28 Sublimita hoc, ſi fidejuſſor ſciebat, vel ſcire debebat
arg. l. fin. §. *ſi is quoque*, *C. de ſponſal.* ſcire enim debēs pro
ſciente habetur, *l. quod te, ff. ſi certū petatur*, ubi Gloſ. Pe-
trus Surd. *conſ.* 13. *num.* 5. *lib.* 1. item etiam intelligatur,
quod taliter cœperat dilapidare, quod fidejuſſor veriſimi-
29 liter debuit timere, *l. ſi creditores*, *ff. de privil. credit.*
alias ſi non ita dilapidabat ut in ſuſpicionem veriſimili-
ter venire poſſet, poſt fidejuſſionem, tunc poteſt petere
ſe liberari, Caſtr. & Salic. *in d. l. ſi pra ea.*
30 Declara etiam quando reus tempore fidejuſſionis pa-
rum dilapidabat, ita quod non poterat timeri damnum,
quia ſi ſubſequitur magna dilapidatio, poterit agere,
Bald. *in dict. l. ſi pra ea*; *num.* 1.
31 Declara tamen, quando, quis cœpit dilapidare bona,
ſi poſtea ſaniori conſilio ad frugem melioris vitæ rever-
ſus eſt, fidejuſſor non poteſt petere ſe liberari, ſecun-
dum Bald. *in d. l. ſi pro ea*, *num.* 10. & Marſil. *ubi ſup.*
num. 220. Alexand. Trentacinq. *lib.* 3. *reſol.* 5. *de fide-
juſ. num.*4. Quod procedit, ſi res eſt integra; quia fide-
juſſor nondum egerat: at ſecus quando res non eſt inte-
gra, quia per fidejuſſorem jam erat lis conteſtata: nam
tunc non prohibetur perſequi uſque ad finem cauſæ,
32 argumento *l. poſt litem*, *ff. de procurat. l. & quia, ff. de
juriſ. omn. jud.* Petr. Surd. *conſ.* 99. *num.* 1. & 2. ubi
bene explicat, quando res dicatur integra, vel non in-
tegra; & tunc dicitur res integra quando nihil actum eſt,
ſed quando aliquid factum eſt, res dicitur non integra,
Card. Mant. *de tacit.* & *ambiguis convent. lib.* 7. *tit.* 21.
num. 6. *tom.* 1. & in judiciis dicitur res integra ante litem
conteſtatam; & in negotiis antequam fiant præparamen-
ta ad negotium promovendum, Thom. Zerola *in praxi.
Epiſcopali*, *lib.* 1. *verb.* (res integra.)
33 Et an fidejuſſor poſſit denuntiare creditori, ut agat
contra principalem, quando videt illum dilapidantem
bona ſua, & an creditor agere cogatur? vide Abb. *in
dict. cap. eum pro quo*, *num.* 3. *de fidejuſ.*
34 Limita decimo quartò, quando principalis paſ-
ſus eſt condemnationem, nam cum mutaſſe ſtatum
dicatur, tenetur extrahere ſuos fidejuſſores ab obliga-
tione, alias ipſi debent ob contumaciam poni in poſ-
ſeſſionem bonorum rei principalis contumacis, Bald.
315. *lib.* 4. Guid. Pap. *deciſ.* 117. Afflict. *deciſ.* 241. *in ſe-
cund. quæſt.*
Limita decimoquintò, quando fidejuſſor jam obtu- 35
lit, & depoſuit pecuniam, Gloſ. *in d. l. Lucius*, &
Doct. *in d. l. ſi pra ea*, Marſil. *de fidejuſ. q.* 31. *numero*
216. Socin. *reg.* 148. *limit.* 4. Afflict. *dict. deciſ* 241.
num. 3. Alex. Trentacinq. *dict. reſol.* 5. *de fidejuſ.
num.* 111.
Limita decimo ſextò, quando debitor legavit fide- 36
juſſori liberationem; nam tunc poteſt agere contra hæ-
redem antequam agat, *l. debitor*, *ff. de liberatione lega-
ta*, Afflict. *in Conſtitut. Regni*, *titul. ſi dominus vaſſal-
lum*, *num.* 11. *lib.* 3.
Limita decimoſeptimo, in fidejuſſione de judicio 37
ſiſti, in qua fidejuſſor poteſt agere antequam ſolvat,
l. ſi mandato, §. *ſi in judicia*. *ff. mandati*, Marſil. *d.
quæſt.* 31. *num.* 216. Afflict. *d. rubr. numera* 11. *lib.*
3. Carpan. *ad ſtatut, Mediolan. cap.* 413. *num.* 33.
parte prima.
Limit. decimo octavò, quando fidejuſſor vult ſe 38
abſentare ex cauſa utili, vel neceſſaria, vel proficiſci-
tur in longinquas partes, vel ad ſtudium, quia tunc
poteſt petere ut liberetur, Bar. *in dict. l. Lucius*, *in
gloſ. magna* Abb. *in dict. c. eum pro quo*, *numero* 4.
Specul. de judic. §. 1. *verſ.* (Sed quid fidejuſſor)
Roman. *ſingulari* 301. *Marſil. d. quæſt.* 31. *numero*
216. Socinus *reg.* 191. *verſ.* (Fallit quinto,) Cotta
in ſuis memorabilib. verbo (*Abbates.*]
Limit. decimononò, quando ſupervenerunt inimi- 39
citiæ inter principalem debitorem, & fidejuſſorem,
culpâ tamen & occaſione principalis debitoris, non
fidejuſſoris, & eæ magnæ ſunt, Alex. *in apoſtil. ad
Bart. in dict. l. Lucius*, Roman. *in l. facere*, *ff. ſolut.
matrim. & conſ.* 459. *numera* 7. Abb. *in capit. fin.
eodem*, Marſil. *in l.* 1. §. *præterea*, *num.* 66. *ff. de
quæſt.* Octavian. Vulpeculus *de ſig. præpoſit.* & *ad
verb.* (dictio, *Diu*] Trentacinq. *ubi ſupra*, *numero* 8. 40
Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 3. *num.*
19. Stephan. Gratian. *deciſ. Provinciæ Marchia* 133.
num. 17.
Limita 20. in omnibus caſibus, in quibus principa- 41
lis incipit malè verſari, & deterior effici, Guid. Pap.
deciſ. 117. Afflict. *dict. deciſ.* 241. *in ſecundo quæ-
ſita.*
Limita 21. in fidejuſſore, qui diu ſtetit in carceri- 42
bus; & hoc, ne ibidem mori cogatur pro debitore,
Bald. *in cap. ex reſcripto, in fin. de jurejurand.* ubi Felin.
numera 19. ampliat, etiamſi fidejuſſor diu in carceri-
bus non ſteterit, Marſil. *d. loca numero* 216. Joannes
de Arnono *ſingulari* 81.
Limita 22. quando fidejuſſor diu ſtetit in obliga- 43
tione, *capit fin. de fidejuſ. l. Lucius*, *ff. mandati.* Gloſ.
in l. ſi pra ea in verbo [facere] *C. mandati.* Alexand. *in l.
facere numero* 1. *ff. ſolut. matrim.* Bertaz. *conſ.* 143.
lib. 3. *part.* 1. poſt Imol. *conſ.* 61. *numero* 33. Afflict.
dict. deciſ. 241. *numera* 3. Eugenius *conſ.* 89. *numero*
40. Alvarus Valaſc. *conſult.* 36. *numero* 1. & 2. Felician.
de cenſib. lib. 3. *c.* 3. *numera* 9. & 10. 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *à n.*
1. Roder. *de reddit. lib.* 2. *cap.* 13. *à num.* 17. Avend
de cenſib. cap. 97. *n.* 23. Alexand. Trentacinq. *lib.* 3. *var.
reſol. reſolut.* 5 *de fidejuſſor. n.* 2. & 3 Fontanel. *de pact. nu-
ptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *à n.* 13. Jacob. Cancer. *part.* 2. *variar.
reſolut. cap.* 5. *de fidejuſſor.* Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 29.
Quod autem tempus comprendat dictio, *diu*? Pro 44
ejus declaratione ſcias, quod dictio, *diu*, aliquando im-
portat tempus decennale, *l. poſſideri*, §. *ſi ſervus*, *ff. de ac-
quir. poſſeſſ. l. ficus*, §. *Ariſto. ff. quis & à quo*, Gloſ. *ex* §.
non ſcripta, *Inſtit. de jure naturali.* Quandoque ponitur pro
quatuor annis, *l. quamvis*, *C. de uſuris.* Aliquando ponitur

ſi anni, l. 1.§. *quibus*, *ff. de jur. e go io e ucto*, ponit x et m p o biennio, *l. cum domini*, *ff. locati*, *l. quæ in agro*, *C. de omn. agro deſerto*, *lib.* 11. & aliquando ponitur pro ſex menſibus, Abbas *in capit. eum Eccleſia Sutrina*, *de cauſ. poſſeſ.* Alexan. *in l.* 1. §. *ſervus ff. de acquir. poſſeſ.* Quandoque extenditur ad tempus 20. annorum, *l. fin. ff. de ſervit.* Octavian. Vulpeculus *de ſig. adverb. in verb.* (Diu) & plura tempora comprehendit, ex Gregor. Lop. *in l.* 14. *tit.* 12. *p.* 5. ponitur pro quinque annis, ut judicatum refert Alvar. Valaſc. *dicta conſult.* 36. *num.* 2. & in Regno Valentiæ adeſt forus, quo cavetur, ut dictio, *diu*, comprehendat tempus quinque annorum, *in foro* 3. *titul. de fidejuſſor. fol.* 179: *& in l.* 8. *tit.* 18. in foro Caſtellæ dictio, *diu*, terminata eſt uſque ad annum.

45 Vera tamen eſt concluſio, quòd iſtud tempus ſit arbitrarium, & judicis arbitrio committitur, ex Gloſ. *in d. capit. fin. de fidejuſ. l.* 1. *ff. de jure deliberandi*, Jaſon *in l. ſi pœnam num.* 7. *ff. de verb. obligat.* Carol. Ruin. *conſ.* 157. *lib.* 1. *l.* 14. *tit.* 12. *part.* 5. ibi; [*La ſegunda, è ſi huvieſſe eſtado gran tiempo en la fiança, elle tiempo deve ſer determinando ſegun aluedrio del juzgador*,] ubi Greg. Lop. *verbo* (Aluedrio,) Anton. Hering. *cap.* 25. *num.* 32. *de fidejuſ.* Alexand. Trentacinq. *d. lib.* 3. *reſolut.* 5. *de fidejuſ. num.* 3. Menoch. *libro* 2. *de arbitr. caſu* 41. & probatur in *dict. l. Lucius*, ibi :) *Ex tempore judicem æſtimaturum.*) Anton. Gom. *lib.* 2. *var. c.* 13. *num.* 10. Cald. Pereir. *capit.* 33. *de emptione . & vendit. num.* 123. Octavian. Vulpecul. *ubi ſup.* in dictione (diu) *num.* 1.

46 Arbitrabitur tamen Judex ex tempore ex perſonarum affectu. & aliis circumſtantiis, *Abbas in dict. cap. fin.* & ex ratione facultatis, *l. in fraudem*, §. *Fiſcalibus*, *ff. de jure fiſci*, & pluribus relatis à Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 16. *tit.* 22. *num.* 26. Maur. Pir. Aretin. *in tractat. de fidejuſ. cap.* 3. *par.* 5. *num.* 35. Bernard. Greu. *lib.* 2. *pract. concl. cap.* 29. *nu.* 8. Coler. *de proceſ. executivis*, *p.* 1. *cap.* 10. *ſub numero* 319. Hering. *cap.* 25. *de fidejuſ. num.* 33. Hercul. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 65. *num.* 12. Monter. *deciſ.* 2. *Regni Aragoniæ*, *num.* 2. Afflict. *d. deciſ.* 241. *ſub num.* 4. & *ibi* Cæſar Urſil. Joan. Angelus, Piſan. & Proſper Carovit. Marcus Ant. Pulvin, ejus Additionatores. Vincen. Carrot. *deciſ.* 14. *num.* 16. Felician. *de cenſib. ubi ſup.* Neguſant. *de pignor. in* 1. *p. princip. memb.* 3. *num.* 45. & 46. Ludovic. Peguera *deciſ. Principatus Cathaloniæ* 192. Fontanel. *ubi ſup. numer.* 14. Modernus

47 quidam Alphonſus Villadiego *in ſua Politica c.* 8. *num.* 118. fatetur ſe vidiſſe judicatum per quemdam Judicem hujus Curiæ Regiæ, & confirmatum per Conſilium ſupremum, quod tempus ſex annorum fuiſſet ſufficiens ad hoc, ut fidejuſſor diceretur diù ſteciſſe in obligatione, & quòd debitor fuit condemnatus ad fidejuſſorem liberandum. Ex quibus Auctoribus habes [quando caſus tibi occurrerit) per quorum manus ducaris, cùm ſuprà dictæ deciſiones legis vim obtinere dicantur, *l. fin. C.*

48 *de legib.* Quæ lex licet loquatur de ſententia Principis, idem dicendum erit de ſententia ſupremi Senatus, cum Princeps, & ejus Senatus æquiparentur; *l. quominus ff. de fluminib. l. non ambigitur ff. de legib.* & ſententiis Senatus ſtandum eſt in deciſione ſimilium cauſarum, Afflict. *deciſ.* 45. Gamm. *deciſ.* 228. *num.* 2. *l. filius famil. ff. ad l. Corn. de falſ.* ibi: Sic inveni Senatum cenſuiſſe, *l. Titius Rogatus ff. ad Trebel.* ibi : (*Quod mihi videtur* non *tantum æquitatis ratione*, *verum exemplo quoque notum feciſſe*) & Gloſ. *ibi in verbo* (exemplo Principis,) §. *penul. Inſtit. de ſatiſd.* ibi : (Omnia apertius, & quotidiano judiciorum uſu ipſis rerum documentis apparere) *l.* 3. *C. de ædificiis privatis*, ibi : (Probatis his, quæ in oppido frequenter in eodem genere controverſiarum ſervata ſunt.) *l.* 1. §. *hoc autem Senatus ff. ad Syllanian.* ibi : (*Solet hoc in uſu obſervari.*) Arias Pinel. *in l.* 2. *par.* 2. *num.* 2. *C. de reſcind. vendit.* Gutier. *lib.* 3. *pract. qq. capit.* 16. *numero* 74. & 75.

Neque obſtat *l. nemo. C. de ſententiis*, & *interlocut.* 49
ubi quòd exemplis non eſt judicandum. Sed declara judicandum non eſſe exemplis inferiorum judicum; bene tamen ſuperiorum, ut explicat Gamm. *d. deciſ.* 214. *num.* 2. Cacherannus *deciſ.* 22. *num.* 16. Menoch. *conſil.* 676. *numero* 2. *lib.* 7. & *conſil.* 437. *num.* 13. ubi loquitur de ſententia Imperatoris, & *conſ.* 973. *numero* 20. & 21. *lib.* 10. Borgnin. *deciſ.* 44. Ludovicus Rodolfinus *quæſt. decima*, *num.* 6. & facit celebre reſponſum Imperatorum in *l. nemo. C. de ſumm. Trinitat.* ibi [*Nam, & injuriam facit judicio reverendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel judicata, ac rectè diſpoſita revolvere contēderit.*

Quod autem dictum eſt de fidejuſſore condemnato, ut 50
poſſit agere antequam ſolvat, extenditur, ut habeat locum quamvis injuſtè condemnatus ſit, ſi culpa ei non poſſit imputari; quia hæc injuria magis obeſſe debet reo, ad quem principaliter negotium pertinet, quàm fidejuſſori, nam exitus controverſiæ debitorem principalem reſpicit, & damnum caſus fortuiti ad dominum negotiorum pertinet, *l.* 2. §. *ſolet quæri*, *ff. de hæredit. vel act. vendit.* Gloſ. ultim. *in l. ſi quis prohibuerit ff de publican.* Bald. *d. l. ſi pro ea n.* 15. & Salicet. *n.* 17. Menoch. *conſ.* 244. *num.* 65.

Si tamen culpa fidejuſſori imputari poſſit, non nocet 51
debitori principali, *l. exceptione*, ibi Gloſ. & Bar. *n.* 1. & 2. *ff. de fidejuſ.* notat Alex. *in l. ſi quis.* §. *ſi is pro quo*, *n.* 2. *ff. quod quiſque juris*: nam & ſumptus litis non poteſt fidejuſſor repetere, quando ſuccubuit. & culpa ei imputari poteſt. Paul. Pariſius *conſil.* 104. *n.* 1. & *n. lib.* 3. Menoch. *conſil.* 212. *n.* 5. & 8. Unde ſi fidejuſſor legitima 52
exceptione munitus, & injuria judicis damnatus, non appellavit, non poteſt quod ſolvit repetere, *l. ſi procurator.* §. *ſi ignorantes*, *in fin. ff. de fidejuſſor. d. l. d. ſi pro ea*, *in fin.* ubi Fulgoſ. *n.* 2. Cardinalis Mantica *de tac. convent. tomo* 2 *lib.* 16. *tit.* 12. *num.* 17.

Si autem fidejuſſor ſit condemnatus, & pendeat appel- 53
latio, an agere poſſit? Et diſtinguendum eſt; aut appellatio eſt evidenter injuſta, & tunc poteſt agere; *L. ult. ff. de re judic.* aut eſt dubia, & tunc debet expectari eventus; *l. tutor. ff. de appellat.* Bald. *in dict. l. pro ea*, *num.* 9. Mantic. *ubi ſup. n.* 12.

Limita 23. in procuratore ſe obligante, & fidejubente 54
mandato domini, qui poteſt exonerationem petere, etiamſi diu in fidejuſſione non ſteterit, Socinus *regul* 191. *limit.* 3.

Hæc concluſio, tam illuſtribus caſibus, & limitatio- 55
nibus exornata, patitur multas ſublimitationes.

Primò ſublimita in fidejuſſione conditionali, & in diem, in qua cum quis non dicatur diu ſtetiſſe in fidejuſſione, & obligatione, niſi advenientibus die, & conditione, ante adventum diei, & conditionis liberationem petere non poteſt; nam ad hoc, quòd quis dicatur ſtetiſſe in obligatione, opus eſt, quod conveniri potuerit, Bald. *in* §. *ſi quid autem*, *Inſtitut. de fidejuſſorib.* Pirr. Mauri Aretin. *ſup. dicto loco num.* 37. & 38.

Sublimita 2. in fidejuſſore evictionis, qui non poteſt 56
eximi à fidejuſſione, licèt diù ſteterit in obligatione, niſi ſequuta fuerit; Bart. Baldus. Alexan. Caſtr. & alii *in l. facere*, *ff. ſolut. matrimon.* Bald. *in d. l. ſi pro ea*, *n.* 8. Cynus, & Salicet. *n.* 5. ubi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, Bald. *in l.* 1. *C. de fidejuſ. min.* Bald. Caſtr. Alex. Jaſ. Dec. *in l ſi pater C. de collat.* Bartol. *in l. Lucius ff. mandati*, Afflict. *deciſ.* 241. *n.* 4. ubi Cæſar Urſil. *n.* 6. Anton. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 12. *n.* 9. Roder. *de reddit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 17. *ad fin.* Caballin. §. 2. *n.* 19. *de evict.* Alex. Trentacinq *reſol.* 5. *n.* 3. *in fin lib.* 3. *de fidejuſ.* Bart. Bertazol. *de clauſ.* 43. *gloſ.* 4. *n.* 4. Marſil. *de rubric. cauſ. de fidejuſ. n.* 226. *in fin.* Bernard. Greveus *lib.* 2. *practic. cōcluſ.* *concl.* 29. *conſiderat.* 3. *num.* 9. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 6. *n.* 5.

Et ratio eſt, quia qui promittit de evictione, de evictio- 57
ne promiſiſſe dicitur futura, & ideò non dicitur diu ſtetiſſe in fidejuſſione, niſi poſtquam fuerit ſubſequuta evictio, quia etiam qui eſt obligatus ſub conditione non

poteſt

58 poteſt agere, niſi adveniente conditione, §. *ex condi-
tionali, Inſtit. de verb. obligat. l. Fulcinius, §. ſi in diem,
ff. de verb. ſignific.* Afflict. *d. deciſ.* 241. *num.* 4. Sera-
ph. Olivar. *deciſ.* 1024. *n.* 2. *part.* 2. Et quotieſque res
59 ſit ablata emptori, licet ſententia lata non ſufficeret
contra ipſum, de evictione agere non poteſt, ut latius
infra explicabitur, quod res dicatur evicta, vel non;
Bald. *in d. l. ſi pro ea; numero* 8. *& in l.* 1. *numero* 2.
C. de fidejuſ. minor. Felician. *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.*
9. & in ea opinione perſiſtit in *tomo.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. Qui
60 latè & copioſe tractat, an fidejuſſor cenſus poſſit petere
liberationem à debitore principali? & *dict. num.* 9. re-
ſolvit ibi: Sed ipſe contra puto, ut hic fidejuſſor etiam-
ſi per centum annos, & ultra ſteterit in obligatione,
non poteſt debitorem cogere ad ſe eximendum ab obli-
gatione. Ratio eſt, quia cum redditus anni continuatio
habeat obligationem ſucceſſivam, quamdiu non fuerit
61 ſors redēpta atque partes prævenerint à principio, plane
ex natura ipſius actus fidejuſſor tenetur in perpetuum,
nec poteſt jure petere ſe liberari à fidejuſſione. Et pauló
inferius dicit. Quia obligatio eſt ſucceſſiva. Cum qua
opinione tranſit Roder. *d. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 30. *&*
ibi ſatisfacit, contrariis argumentis, ibi: (Sed con-
trarium jure verius videtur, quia fidejuſſor redditus
hoc onus ſcienter ſuſcepit, & ſe obligavit ad ſolvendos
redditus omnium annorum, dum debitor non re-
demerit.) Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 10. *numero*
10. Anton. Gom. Junior *de cenſibus. cap.* 3. *quinta con-*
62 *dit. numero.* 21. At in cenſu obligatio eſt ſucceſſiva; in
qua nulla poteſt dari mora debitoris in redimendo cen-
63 ſu, cum ad hoc non teneatur debitor, & ideò doctri-
na *d. l. Lucius*, non procedit in obligatione, quæ tra-
ctum habet ſucceſſivum, Jacob. Cancer. *lib.* 1. *var.
cap.* 5. *num.* 67. Gaſpar. An. Theſaur. *lib.* 3. *q.* 76. *nu.*
5. Fontanel. *de pact. nuptialib. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *par.* 3.
num. 13.

64 Limita tamen, ſi adeſſet pactum inter fidejuſſorem,
& reum principalem, ut redimatur cenſus; vel indem-
nem fidejuſſorem debitor reddat; quod pactum licitum
eſt, ut doctè probant Michael Salon. *de juſtitia, &
jure, quæſt.* 88. *& in tract. de cenſib.* 3. *art. controverſià*
24. *verſ.* (hac occaſione explicemus,) Joan. de Salas
Societatis Jeſu *ſub. tit. de empt. vendit. dubio* 38. *num.*
1. Felic. *d. to.* 2. *de cenſibus, num.* 2. ibi: Idcirco fide-
juſſores cauti eſſe debent, & ſumma diligentia curare,
ut expreſſum pactum adjiciatur; quod debitor ad redi-
mendum obliget, & dicit pluribus arreſtis deciſum fuiſ-
ſe, in Senatu Pinciano debitorem, longo tempore lapſo,
teneri fidejuſſorem eximere à fidejuſſione; Roderic. *d.
lib. de redd. q.* 13. *num.* 18. *&* 19. Anton. Gomez *de
cenſib. dicto loco, num.* 20. *Stephanus Gratia. tom.* 1. *diſ-
cept. Forenſ.* 49. *à num.* 15. ibi: Nono addebatur non
valere hujuſmodi pactum, ut debitor teneatur redimere
cenſum infra certum terminum, & tempus; cùm de natura
contractus cenſualis non poſſit repeti cenſus, ut in
bulla conſtitutionis, Socin. *conſ.* 41. *num.* 5. *lib.* 4.
quod tamen non eſt tutum, cum prædicta procedant
inter ementem, & vendentem cenſum; ſecus quo ad
debitorem, & fidejuſſorem, quorum reſpectu debet
valere pactum.

65 Limita etiam quando fraus intervenerit inter credito-
rem, & futurum fidejuſſorem, ut ſi inter eos conveni-
ret, ne alias fidejuſſori obligaretur ad redimendum cen-
ſum intra certum tempus; quod admonent Anton. Go-
mez Jun. *cap.* 3. *de cenſib. d. concluſ.* 5. *num.* 21. Emma-
nuel Rodriguez *in tract. de cenſib. concl.* 6. *dubio* 1. Vega
in ſumma, in epitome de cenſibus, Gaſpar Roder. *lib.* 2.
de redd. quæſt. 13. *nu.* 19. *&* 20. *quæſt.* 12. *num.* 9. *&*
19. Felician. *lib.* 1. *de cenſib. cap.* 7. *num.* 17. Pater Salas
de cenſib. ſub tit. de empt. dubia 38. *nu.* 2. nam ſic credi-
tor uſuram palliatam, & implicitam committeret, &
contractus cenſus eſſet nullus, & teneretur penſiones re-
ceptas in ſortem computare; & tam ipſe, quàm fide-
juſſor pro dolo, & ſtellionatus crimine puniendi eſſent,
niſi re integra eos pœnituerit, & nihil nocumenti ſe-
quutum ſit debitori, ut affirmant Ant. Gomez, & Ro-
dericus *ubi ſuprà, ex l.* 3. *C. de his, qui ſibi adſcribunt,
l.* 1. *C. de crimine ſtellionatus*: Doctores *in l. qui ca mente.
ff. de furt.* & tale pactum eſt irritum & prohibitum
à Pio Quinto *in bulla de cenſibus*, ait enim, ſemper
venditori eſſe facultatem retinendi pretium, non ob-
ſtantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem
facultatem auferentibus: ſed tale pactum à creditore
cum fidejuſſore auferet venditori facultatem talem, ergo.
Addit ergo Gaſpar Rodericus, *num.* 20. Si autem ex
pòſt facto colluſio ſupervenerit, non debet contractus ex
eo ſolo annullari, ſed aliter dolus puniendus erit, &
omne damnum reſtituendum debitori.

Limita, etiamſi fidejuſſor erat ſocius omnium bono- 66
rum ipſius creditoris; nam tunc cum ad eum ſpectet
commodum contractus, non valebit pactio inita cum
debitore, ut eum liberet à fidejuſſione, Roderic. *ubi
ſup. n.* 21. & addit, non ſolum hoc eſſe verum ſi tempore
contractus fidejuſſor erat ſocius creditoris, ſed etiam ſi
poſtea cœperit eſſe ſocius, ut idemmet Author declarat
ubi ſup. n. 22. ſi ſucceſſerit creditori in parte, putà
dimidia, vel tertia; Salas *ubi ſuprà num.* 2.

Et quamvis Authores citati *n.* 53 jure communi, & in- 67
diſtinctè tenuerint, quod fidejuſſor cenſus non poteſt pe-
tere redemptionem à debitore; non tamen deſunt qui
contrariam ſententiam amplexi ſunt, quam defendunt
Filerinus *de cenſibus*, §. *tamquam n.* 43. Rebuff. *in l. ſi ita
ſtipulatus fuero* 150. *ff. de verborum ſignif.* Farinacius, qui
teſtatur ita fuiſſe judicatum in Senatu Romanæ Rotæ,
deciſ. 456. *n.* 3. *par.* 2. *in noviſ.* & hoc etiam tenuit in
terminis juris communis Rota *deciſ. Camerali* 101. *à n.* 9.
inter congeſtas per Sylveſtrum Zachiam *de obligatione
Camerali*, his verbis, (Quantum ad contractum cenſus,
qui eſt perpetuus, nihil dixerit Domini obſtare: iſta enim
perpetuitas conſideratur reſpectu emptoris, qui non po-
teſt cogere venditorem ad vendendum: reſpectu autem
venditoris, contractus eſt redimibilis, & ſic fidejuſſor
poteſt cogere venditorem ad redimendū cenſum, & ip-
ſum à fidejuſſione liberandum. Unde ceſſabat etiam quod
dicebatur, fidejuſſorem ab initio intellexiſſe ſe perpetuò
obligari.) Et idem refert bis deciſum Peguera *deciſ. Prin-
cipatus Cathaloniæ* 190. *p.* 1. ubi manifeſtè id admitti, ex
eo quòd fidejuſſor diu ſteterit in obligatione licet in illa
ſpecie non concurreret, quòd fidejuſſor fuiſſet moleſta-
tus: idem teſtatur Felician. *tomo* 2. *lib.* 3. *n.* 2. in Senatu
Pinciano judicatum fuiſſe pluribus ſententiis. In Regno
Valentiæ adeſt forus ſuprà allegatus, quòd fidejuſſor cē-
ſus, tranſacto quinquennio, debeat à fidejuſſione liberari.
Aliud ſimile decretum refert Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.
4. gloſ.* 18. *part.* 3. *n.* 13. in Senatu Cathaloniæ deciſum,
die decima octava Mar. anno 1592. idem tenet Hercules
Mareſcotus *lib.* 2. *variarum, cap.* 65. *n.* 15.

Verum tamē eſt, quod in his ſucceſſivis obligationibus, 68
ſi debitor laberetur facultatibus, eáſque immodicè dila-
pidaret, vel etiam fidejuſſor ipſe plures moleſtias ſuſti-
nuiſſet, ut quia ſingulis ferè annis à creditore (ut dictū
eſt) moleſtaretur pro ſolutione: in his duobus caſibus
poſſet utique iſdem fidejuſſor ad liberationem agere. Pri-
mum probatur ex *dict. l. ſi pro ea, C. mandati.* Neque bona
ſua eum dilapidare poſtea cœpiſſe comprobari poſſit.
Quæ tamen ſit dilapidatio neceſſaria; declarat bene Me-
nochius *dicto caſu* 41. *à n.* 13. Secundum probatur *in cap.
conſtitutus, de fidejuſſoribus*: tenent Marquil. *in uſatico. ſi
ille, qui pluviā, q.* 18. Jacob. Cācer. *lib. var. c.* 5. *de fidejuſ. n.*
68. Fōtanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *p.* 3. *n.* 16. *in fine.*

Et hæc quidem moleſtia, non eſt neceſſarium, quod talis 69
fuerit, per quam coactus ſit fidejuſſor ſolvere, ſed tantum
interpellatus ad ſolutionem, licèt non ſolverit: & ad hoc
ſunt binæ deciſiones Senatus Sabaudiæ relatæ per Ant. Fa-

Digitized by Google

brum *in ſuo Codice, lib. 4. tit. 16. mandati, definitione 24. & 26.* quarum. ſola relatione contentus aliam pulcram deciſionem pertranſeo, quæ mirificè comprobat hanc ſententiam.

70 Et noſtra ætate anno 1621. ex ea de cauſa ſacrum Supremum Regiumque Conſilium Aragonum, adjunctis quatuor graviſſimis, & eminentiſſimis Senatoribus ſupremi Regii Conſilii Caſtellæ, declaravit hoc idem in cauſa ardua, quæ vertebatur inter Dominam Duciſſam Gandiæ actricem, & inter ejus filium Ducem Gandiæ reum; extiterat enim dicta Domina Duciſſa multo tempore in fidejuſſione multorum cenſualium, quos ipſa, & Dux Gandiæ ejus vir impoſuerant ſuper multis villis, & ſuper Comitatu Olivæ; petiit ab ejus filio tanquam hærede ſui patris, liberationem, exonerationemq; à fidejuſſione, quam dicta Duciſſa fecerat; & auditis latè utrinque partibus, Senatus Supremus Aragonum cenſuit (me referente) dictum Ducem debere liberare, & exonerare dictam Dominam Duciſſam à fidejuſſione cenſualium. Ex quibus jam deinceps non erit hæſitandum de illa vera, & communiori ſententia.

71 Pariter dicendum videtur, quod etiam fidejuſſor dotis reſtituendæ non poteſt eximi à fidejuſſione, Afflict. *d. deciſ.* 241. Bertaz. *claus. 45. gloſ. 3. nu. 4.* Bald. *d. l. ſi pro ea, C. mandati.*

72 Advertendum tamen eſt, quod fidejuſſor conditionalis interim pendente conditione poteſt petere præſtari ſibi fidejuſſores, & hoc ſi ſupervenit cauſa ſuſpicionis, aliàs ſecus, Alexand. ad Bartol. *in d. l. Lucius*, Bald. *conſ. 42. 5. lib. 4.* quia conſervatio debet fieri eo modo quo poteſt, Bald. *in d. l. ſi pro ea, nu. 11. verſ.* Nonò quæro, *C. mandati.*

73 Contrarium tenent Alex. *in l. facere, num. 2. ff. ſolut. matrim.* Bart. *in l. ſi mandato meo*, in ſecundo notabili, *ff. mandati.*

Aliud eſſe, quando in liberatione fidejuſſoris requiritur conſenſus principalis creditoris; nam tunc non interveniente dicto conſenſu fidejuſſor liberationem petere non poteſt, Alex. ad Bartol. *in. d. l. Lucius.* Bald. *in l. 1. §. ſed ſi quis in 2. lectura, ff. de conſtit. pecun.* qui dicit, quod creditor non cogitur eximere unum de obligatione, & ſequi fidem alterius minus idonei, Angel. *in. l. ſi mandato meo, in § 1. ff. de conſtit. pecun. &. in l. inde falſum, ff. eod. Alexand. in d. l. facere. ff. ſoluto matrim. nu.* 2.

74 Tamen in fidejuſſore judicii, cui denegari volunt exemptionem à fidejuſſione, Bald. *in d. l. ſi pro ea, num.* 4. Marſil. *d. quæſt. 31. caſu 11. nu.* 216. quia in eo parata eſt executio; & limitationes propoſitæ procedunt in fidejuſſore contractus.

75 Idem quoque dicendum videtur, quando fidejuſſor non ſolvit, ſed gratis liberatus eſt, non petit liberationem à fidejuſſione, Bald. *in d. l. ſi pro ea, nu.* 9.

76 Verum etiam eſt, quando fidejuſſor contraxit ſine mandato, & ſic ſe obligavit: nam tali caſu exemptionem petere non poteſt; Marſil. *ubi ſupra, num.* 216.

77 Idem dicitur, quando fidejuſſor ſolvit non animo liberandi reum, ſed prætextu cedendarum; tali caſu etiam non poteſt petere liberationem Bald. *in dict. l. ſi pro ea.* n. 9.

78 In patre tandem, qui fidejuſſit pro reſtitutione dotis uxoris filii, qui non poteſt petere liberari à filio: Afflictis *d. deciſ. 241. in ſecundo quæſito*, ut *ſupra* dictum eſt, *nu.* 16.

79 Ad ſummovendas omnes relatas difficultates, cautela optima eſt, ut fidejuſſor in fidejuſſione per eum præſtita, apponat, ut ipſe fidejuſſor poſſit agere ante ſolutionem faciendo cum reo pactum expreſſum, quòd reus teneatur quandocumque, & quotieſcunque per fidejuſſorem fuerit petitum, ab ipſa obligatione eum eximere & liberare, ita Bertazol. *clauſ. 43. gloſ. 3. n. 3.*

QUÆSTIO QUARTA.

Ut emptor agere poſſit de evictione, quæ intervenire debeant?

SUMMARIUM.

1 *An emptor teneatur nunciare litem venditori?*
2 *Certus non eſt certificandus.*
3 *Denunciatio exigi ad certiorandum præſumitur.*
4 *Tutius eſt, & oportet ſcienti denunciare.*
5 *Venditor melius ſcit rem venditam defendere.*
6 *Iaſon movet quæſtionem.*
7 *Venditor denunciatus tenetur de evictione.*
8 *An emptor debuit appellare.*
9 *Non ſolum in prima inſtantia, ſed in aliis denunciatio fieri debet.*
10 *Emptor à ſententia contra eum lata tenetur appellare.*
11 *Denunciatio quandoque fit ad duplicem effectum.*
12 *Debitor ex ſola ſcientia ceſſionis videtur inhibitus.*
13 *Ceſſio aliquando fit ad commodum ceſſionarii.*
14 *Datio in ſolutum æquiparatur emptioni.*
15 *Conciliatur dupliciter Bald. ad illa jura.*
16 *Scientia ſimplex debitoris non ſufficit, ſed requiritur inhibitio, ne ſolvat.*
17 *Dies interpellat pro homine.*
18 *Lex*, magnam, C. de contrahend. ſtipulatione, *procedit in die certa, ſecus in incerta.*
19 *Ad factum obligatus tenetur, ſi requiſitus fuerit.*
20 *Promiſſor non poteſt defendere, niſi ſciat.*
21 *Nunciatio ſimplex non ſufficit, ſed requiritur etiam citatio.*
22 *Venditor debet venire ad defendendum.*
23 *Lex ſuper aliquo diſponens præſupponit cætera habilia.*
24 *Muliere pregnante ſatis eſt denunciare his, quibus intereſt.*
25 *Quando eſt unica ratio, habetur pro expreſſa.*
26 *Emptor poteſt ſe tueri juribus propriis, & venditoris.*
27 *Venditor dicitur defendere, ſi emptorem inſtruit.*
28 *Requiritur, ut venditor interpelletur.*
29 *Forma data adimplenda eſt.*
30 *In claris non eſt opus conjecturis.*
31 *In denunciatione ſufficit narrare factum.*
32 *Intelligendum eſt in declaratoriis, non in citatoriis.*
33 *An in denunciatione requiratur inſertio libelli, necne?*
34 *Emptores qua forma ſuis auctoribus litem intimare debent.*
35 *Intimatio debet fieri ſub forma* Clemen. cauſam, de electione.
36 *De conſuetudine non ſervatur, ut ajunt multi.*
37 *Doctori atteſtanti de conſuetudine ſui fori credendum.*
38 *Copia libelli datur, ut reus deliberet.*
39 *Doctori conceſſum eſt jura interpretari.*
40 *Venditor debet credere emptori, ſi vir bonus reputatur.*
41 *Viro bono, & gravi credendum eſt.*
42 *Adverſario meo credere non debeo.*
43 *Non creditur alieni in eo, quod ejus commodum reſpicit.*
44 *Copia libelli dari debet ſi petatur.*
45 *Venditor veniens ſponte ad litem ſuſcipiendam, requirendus non eſt.*
46 *Quatuor concluſiones inferuntur in hac materia.*
47 *Venditor, qui juravit defendere emptorem, ſciens litem motam, non eſt requirendus.*
48 *Vaſſallus qui juravit defendere dominum ſciens imminere neceſſitatem, in vim juramenti non eſt requirendus.*

49 *Præ-*

49 *Promiſſio, & juramentum debent aliquid operari.*
50 *Juramentum interpellat.*
51 *Valet argumentum à materia feudali ad alios caſus de jure communi.*
52 *Conductor ſolvere jurans, ceſſans per annum in mora conſtituitur.*
53 *Promittens ſolvere, & curare, cum primùm poteſt, & non facit, conſtituitur in mora.*
54 *Promittens factum alienum, an excuſatur, ſi fecerit ſuum poſſe, ut non teneatur ad pœnam, nec ad intereſſe?*
55 *Promittens expedire aſſenſum à Rege ſuper ſolitis, ſi non expedit, an teneatur ad intereſſe?*
56 *Juramentum habet vim litis conteſtationis, & interpellationis.*
57 *Juramentum intelligitur ſecundum naturam actus, cui adhæret.*
58 *Juramentum non obligat in plus, ſed efficaciùs.*
59 *Juramentum non auget obligationem, ſed addit vinculum religionis.*
60 *Juramentum intelligitur ſecundum naturam actus primordialis non accidentalis.*
61 *Non procedit quando venit acceſſoriè ad actum per accidens.*
62 *Vel intellige quantum ad pœnam.*
63 *Juramentum ſemper eſt principale, & ſtans* de per ſe.
64 *Vaſſallus non obligatur dominum defendere, niſi requiſitus regulariter, propter juramentum fidelitatis.*
65 *Ad conſtituendum in mora requiritur interpellatio.*
66 *Fallit in certis caſibus, inter quos numeratur juramentum.*
67 *Lex habens clauſulam decreti irritantis, cenſetur pro forma data.*
68 *Explicatur cap.* Brevi, de jurejurando.
69 *Argumentum validum non eſt de feudo ad emphyteuſim.*
70 *Improbatur Bald.* in cap. querelam, de jurejurand.
71 *In eo qui ſe promiſit facturum requiritur interpellatio.*
72 *Explicatur Bart.* in l. eum, qui, §. ſi juravero, ff. de jurejurando.
73 *Socini ſententia improbatur.*
74 *Ripæ diſtinctio reprobatur.*
75 *Si Venditor ſciens litem, & habens inſtrumentum ad victoriam, ultrò non exhibeat emptori in lite mota, non requiritur alia interpellatio.*
76 *An ſufficiat venditori indicare Notarium penes quem ſunt inſtrumenta.*
77 *Ubi venditori nulla competit defenſio, non requiritur denuntiatio.*
78 *Intellige, ſi emptor probat juſtitiam evincentis.*
79 *Exceptio defenſionis non opponitur debitori qui notoriè non eſt ſolvendo.*
80 *Quando dicatur debitor notoriè non eſſe ſolvendo.*
81 *Ubi eſt notorium rem eſſe evincentis, venditor tenetur de evictione, non ſequutâ ſententiâ judicis.*
82 *Si conſtat ex actis ſententiam fuiſſe latam ex legitimis probationibus, emptor contumax non impeditur agere de evictione.*
83 *Citatio omitti poteſt quando conſtat nullam defenſionem competere citando.*
84 *Emptor, qui non denunciavit venditori nullum jus defenſionis habenti, non aget de evictione.*
85 *Lex per aliam diſtingui poteſt. non per hominem.*
86 *Emptor, qui non denunciavit, ſua culpa præſumitur ſuccubuiſſe.*
87 *Lex præſumit pro ſententia judicis.*
88 *Lex* Emptor, C. de eviction. *an inducat ſumptionem juris, & de jure.*
89 *Quæ ſit præſumptio juris, & de jure.*
90 *Adverſus quam præſumptionem admittatur probatio in contrarium.*
91 *Hoc intellige duobus modis.*
92 *Ceſſante cauſa impulſiva ceſſat diſpoſitio.*
93 *Quæ dicatur cauſa impulſiva, & finalis.*
94 *Ripæ diſtinctio reprobatur.*
95 *Duæ diſtinctiones referuntur.*
96 *Cravetta reprobatur.*
97 *Quadam diſtinctio approbatur.*
98 *Secunda diſtinctio reprobatur. Cravettæ opinio ſalvatur, ibidem.*
99 *Advocatus fiſcalis quocumque tempore poteſt agnoſcere bonam fidem.*
100 *Cauſa dicitur finita, cum videtur contra aliquem eſſe pronuntiandum, & num. 101. & 102. & 103. & 104. & 105. & 106.*
107 *Refertur cautela Rebuffi.*

PRæmittendum eſt, quòd ut emptor agere poſſit de evictione contra venditorem, oportet, quod venditori denunciet litem, & eum requirat, ut veniat ad defendendam cauſam, aliàs non poterit agere de evictione; oportet igitur, quòd venditori denunciet litem, & eum requirat, ut veniat ad cauſam defendendam, aliàs non poterit agere de evictione, ut præſupponit text. *in l. venditor. ff. de judiciis, l. 1. C. de peric. & commod. rei venditæ, & l. emptor, 8. C. de evict. cap. fin. de empt. & vendit. l. 32. titul. 5. part. 5.*

Notandum eſt ad hanc quæſtionem diſputandam, 1 utrum emptor poſſit nunciare litem motam contra ſe, venditori habenti ſcientiam litis motæ, abſque notificatione?

Et videtur, quòd non ſit neceſſaria notificatio: nam 2 qui certus eſt, amplius certificari minimè debet, *cap. eum qui, de reg. juris, lib. 6.* certiorari non debet qui non ignorat, *l. 1. §. intelligitur, ff. de ædilit. edict. l. 1. in fin. ff. de act. empt. l. item veniunt, §. petitam; ff. de petit. hæredit. ubi* Bart. *& in l. quidam decedens, num. 1. ff. de adminiſt. tutor.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2. num.* 28. Rimin. Jun. *conſ.* 238. *num.* 37. *lib.* 3. Franciſ. Vivius *deciſ.* 510. *num.* 9. *& lib.* 3. Decian. *conſ.* 18. *num.* 151. *volum.* 1. *& conſ.* 69. *num.* 17. *volum* 4. Seraph. Olivar. *deciſ.* 671. *num.* 4. *&* 9. Petr. Surd. *deciſ.* 258. *num.* 44. *& conſ.* 172. *num.* 12. *lib.* 2. in dubio 3 enim nunciatio exigitur ad certiorandum: ergo ſola ſcientia ſufficit; ſecundum Dyn. *in dict. cap. eum qui* Alex. *conſ.* 24. *num.* 6. *lib.* 4. *& in conſ.* 138. *num.* 3. *lib.* 7. qui allegat Cyn. & Jacob. de Bellapert. *in l. emptor, C. evict.* cujus opinio probatur *in l. ſi cum quæſtio. C. de evict.* dum *ibi* diſponitur, quod emptoris auctor certius reddatur, ſi verum ſit quòd venditor ſit certificandus, ſi igitur jam ſcit litem eſſe motam, adimpletum videtur quod in ipſa lege diſponitur, ſecundum Bertrand. *conſil.* 235. *num.* 3. *lib.* 4.

Contrariam tamen ſententiam tenent ubique Doctores, 4 litem motam omninò eſſe denunciandam venditori, ut teneatur de evictione; & eſt receptiſſimum principium in materia evictionis; ex Gloſ. *in dict. l. emptor.* ubi ait, quod ſecurius eſt ſcienti denunciare; ſtrictè cæteri Doctores loquuntur, quod omninò oportet denunciare, Speculat. *de emptione, §. final. in fin.* ubi Joannes Andreas, Bartolus, Baldus, Salicetus, *in dict. l. emptor. & in l. prima, ff. de action. empt. & in l. 2. §. voluntatem ff. ſolut. matrim.* ubi *Ripa,* Bartol. *in l. denunciaſſe §. 1 ff. de adulter. & in l. non ſolùm, §. morte, n.* 52. & *ibi* Alexand. *n.* 34. Jaſ. *n.* 40. Ant. Rub. *num.* 408. *ff. de nov. oper. nunciat.* Bartol. Bald. Paul. *in l. in executione* 85. *§. in ſolidum, ff. de verbor. obligat.* Bald. *in l. libera, num.* 8. *C. de ſentent.* Felin. *in cap. Mi. num.* 65. Ripa *ibi, num.* 166. *de conſtit.* Anton. de Burg. *in cap. fin. de empt. & vend.* Alexand. *conſ.* 191. *num.* 8. *lib.* 6. Bald. *conſ.* 279. *lib.* 3. Paul. de Caſtr. *conſil.* 308. *lib.* 2. Capel. Toloſan. *deciſ.* 407. ubi Aufrerius; Philippus Corneus *conſ.* 6. *num.* 4. *& conſil.* 231. *num.* 10. *lib.* 2. *& conſil.* 255. *num.* 6. *lib.* 3. Joannes de

A[illegible]s *conſ.* 145. *num.* 6. Socin. Iun. *conſil.* 104. Natta *conſil.* 38. *num.* 5. Riminald. *conſil.* 147. *num.* 3. *lib.* 1. & *conſil.* 205. *num.* 1. & *conſil.* 274. *lib.* 2. Bertrand. *conſ.* 12. *lib.* 4. Bellon. *conſ.* 50. Covarru. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 3. Rebuſ. *tom.* 3. *ad leges Gallic. de dilat. artic.* 5. *gloſ. unic. num.* 27. Franciſc. Marcus *deciſ.* 581. *num.* 9. Arſm. Tepat. *tom.* 2. *variar. ſent. tit.* 422. *cap.* 2. Anton. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 39. Queſada *lib.* 1. *diverſ. qq. cap.* 10. *num.* 3. Petrus Barboſa *in l. venditor ff. de judic.* à *num.* 7. Duennas *regul.* 441. Caldas Pereira *de empt. & vend. cap.* 31. *num.* 65. Coſta *de facti ſcientia, & ignorantia, inſpectione* 70. à *num.* 9. Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemontana* 218. *num.* 1. *l.* 32. *tit.* 5. *part.* 5. ubi Greg. Lopez *gloſſ.* 4. Hieron. Gigas *de penſion. quæſt.* 77. Stephan. Gratian. *deciſ.* 13. *n.* 41. ibi: [Omiſſa tali denunciatione, emptor non habet regreſſum contra venditorem,] *l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vendit. l. ſi parentes, & l. empti actio: C. de evict.* Alexand. Trentacinq. *lib.* 3. *reſolut.* 4. *de emption. & vendit. ſub num.* 5. *verſ.* (Quinto requiritur,) Caſtellus Soto Mayor *lib.* 4. *ult. volunt. cap.* 42. *num.* 95. Ex quibus conſtat hanc eſſe communem, & receptiſſimam opinionem; Sempronius Aſciua *deciſ. Archiepiſcopatus Barenſis* 68. à *num.* 5. ubi dicit, probari hanc opinionem communem *ex l. ſi rem, §. fin. ff. de evict. & in l. ſi parentes,* ubi Gloſſ. & Bartol. *in l. emptor, C. de evict. & in l. qui abſentem, ff. de procur.* Barboſa *in l.* 2. *§. fin. num.* 31. *ff. ſolut. matrim. verſic.* (Sed quando.) Quando enim denunciatio requiritur, non ſolum ut quis ſciat, ſed ut aliquid faciat, etiam aliàs ſcienti debet fieri denunciatio, *l. denuntiaſſe* 17. *verſ.* (Quid ergo) *ff. de adult.* ſed in materia evictionis denunciatio requiritur, ut venditor quid faciat, id eſt aſſiſtat liti ad defendendum emptorem; ergo in ea materia etiam ſcienti facienda eſt denunciatio: quæ verba deſumpſit *Petr. Barboſa* à doctiſſimo Præſide Covarruv. *lib.* 3. *var cap.* 17. *num.* 3. quod affirmavit Gaſpar Caball. *de evict.* §. 3. *num.* 4. Rota *deciſ. Lucenſi diverſorum* 2. Marta *voto* 65. *num.* 6. Fontanella *tom.* 2. *de pact.*
5 *nuptial. clauſ.* 5. *gloſſa.* 8. *part.* 3. *num.* 72. quia venditor ſcit melius rem venditam defendere, cùm magis de jure ſuo certus & inſtructus ſit, Paul. de Caſtr. *in d. l. in executione*, Cardin. Tuſch. *tom.* 3. *var. concl.* 353. *n.* 3. Cumque talis denuntiatio non fiat ad illum finem ſimpliciter, ut venditor ſciat; ſed ut faciat aliquid de novo,
6 ut ſuprà diximus ex *Covarr. & Barboſ.* & aliis, ut declarat Bartol. *in dict. l. denuntiaſſe*, & diſtinctio aliorum eſt verbalis, & non realis, dum exiſtimant, quod ſi intimatio fiat ſimpliciter ad certificandum, ſi aliunde eſt certus, non requiritur: ſi verò non ſolum ad notificandum, ſed ad incitandum; tunc requiritur intimatio non obſtante ejus ſcientia; Gloſ. *in cap. non injuſte verb.* [Appellare,] *de procur.* Barboſ. *in d. l. vendit. ff. de judic. num.* 11. Ariſmin. Tepat. *dict. tit.* 422. *cap.* 2. Azeved. *conſ.* 4. *num.* 47. inquit enim Jaſ. *in dict. §. volunt. num.* 26. Nam quid intereſt, quod venditor certioretur à Tertio, vel ab ipſo emptore? Cui reſpondet Bartol. *in dict. l. emptor. C. eod.* quod quando venditor certioratur ab extraneo de lite mota, non eſt quòd venditori imputetur, ſi non venit ad defendendum; potuit enim præſumere, quòd emptor poſſit ſe defendere ſine auxilio venditoris: ſed quando emptor denunciat, videtur quod non poſſit ſe defendere, & ideo opus eſt, quod veniat venditor ad defendendum, quem ſequitur Caballin. *dict.* §. 3. *num.* 6. Ubi advertit, quod hujuſmodi denunciatio neceſſaria eſt ultra ſimplicem ſcientiam, ut incitetur venditor, veniatque ad defendendum. Nec divinandum eſt; ut dicunt Bart. & Jaſ. *ſup.* Quod ſi emptor non denunciavit, ſed forſan Tertius, ipſe emptor de ſuis juribus confidit; quid incredibile eſt, cùm omnes leges conſulant fieri debere denunciationem: ſi cautius emptor procedere vult; ut in caſum ſuccumbentiæ venditor de evictione teneatur, quam non aſtringeretur, niſi præcederet notificatio: ſecundum Decium *in conſ.* 74. *num.* 1. qui dicit hanc eſſe communem opinionem, a qua in judicando & conſulendo non eſt recedendum.

Raphaël Cumanus *in dict. §. voluntatem*, contra *Bar- 7
tol.* arguit, dicendo, quod malè Bart. allegat. *§. voluntatem, in verb.* (ſcire,) & *l. allegat. in ea, cum l. Herennius §. Caia, ff. de evict.* non loquitur de denunciatione litis motæ, ſed de ſententia lata. Numquid em- 8
ptor debuit appellare à ſententia, cum debuerit denuntiare venditori, quod appellet? & ſic videtur: quod *Bart.* non bene ponderavit illum text. *Jaſon.* reſpondet *in d. §. volunt.* quod *Bart.* conſideravit, quod qua ratione ibi non requiritur denunciatio, ſicut quando venditor ſcit; eadem ratione non debet requiri denunciatio evictionis. *Jaſon* tamen interpretans *Bart.* mentem ejus deſtruit, cum ubique teneat, quod denunciatio requiratur, quamvis ſciat venditor litem motam eſſe: quidquid *ibi* Gloſſa ſenſerit. Unde Caballin. *num.* 8. *ſup.* dicit *Bart.* apte allegaſſe *§. Caia*, ut probatur in illis verbis, (*Auctorem laudaverat*:) & *ibi* Salicet. id eſt, laudabiliter nunciaverat: quin imo arguendus eſt *Cumanus*, quia in *dict. §. Caia*, emptor fuit in culpa in non denunciando, quia negligens fuit in permittendo labi tempus fatalium, ut ex *illo textu* colligitur, quod non ſolum in prima inſtantia, ſed in ſecunda, vel etiam ulteriori, litis denunciatio fieri debet: alioquin emptor non ha- 9
beret regreſſum adverſus auctorem, ut *in fine illius legis* habetur, *ex dict. l.* 36. *tit.* 5. *part.* 5. ubi *Greg.* Anton. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 2. *num.* 39. Franciſc. Vivius 10
deciſ. 510. *num.* 6. *lib.* 6. Et hoc planè colligitur: quoniam emptor à ſententia contra eum lata appellare, & proſequi appellationem tenetur: Decius *dict. conſ.* 74. *num.* 3. Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. matern.* 3. *part. num.* 5. *limit.* 3. Cum ipſe nomine proprio ad utilitatem alterius, ſcilicet venditoris, condemnetur: notat Bart. *in l. ſi procuratorem* 8. *§. ignorantes, ff. mandati,* & *ibi* Salicet. Ferrar. *in praxi*, *in forma libelli*, *in cauſa venditionis, verbo* (Promittens) *num.* 8. & *ibi* Additio *in margine.* Natta *conſil.* 208. *num.* 1. *lib.* 1. Apoſtil. ad Dec. *in d. conſil.* 74. teſtatur hanc eſſe communem opinionem, Bart. *in l. invitus, C. de procurat.* Ruin. *conſ.* 84. *lib.* 5. Sigiſm. Saccia *de appellat. quæſt.* 5. *n.* 14. Franciſc. Marc. *deciſ.* 587. Petrus Barboſ. *in dict. l. venditor, num.* 65. *ff. de judic.* & in Regno Portugal. probat *Ordin. lib.* 3. *tit.* 45. §. 3. *num. Recopil.* Alexand. Trentacinq. *ubi ſup. reſolut.* 4. à *num.* 16. Caldas Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 31. *num.* 27. Marta *voto* 65. *num.* 7.

Similiter Jaſon *in dict. §. volunt.* reprehendit *Bartol.* 11
quoniam doctrina ſua fundata *in dict. l. denunciaſſe*, non eſt vera: nam quando denunciatio fit non ſolum ad ſcientiæ finem, ſed etiam incitationis, ille, cui debet denunciari ad hunc duplicem effectum, non debet certiorari, ſi ſciat: & probatur ſecundum *Iaſ.* per duos tex. ſimul junctos, *per l.* 3. *C. de novat. juncta l. fin. ff. de tranſact.* inducendo ſic, Pone: aliquis cedit mihi debitorem, dicit ibi *tex. in dict. l.* 3. *C. de novat.* quod non obſtante ceſſione debitor poteſt adhuc ſolvere creditori niſi lis fuerit conteſtata, vel denunciatum ſit debitori, ne ſolvat, vel ſolvere cœperit, denunciatio, quæ fit *in d. l.* fit ad duplicem effectum. Primò, ut ſciat me feciſſe ceſſionem. Secundò, ut inhibeam debitori, ſolvere: attamen ſi debitor ſciret ceſſionem, non opus eſt certioratione, *ex dict. l. fin. ff. de tranſact.* ubi eſt *text.* quod ſi ſciat aliunde, non eſt amplius certiorandus: ergo contra *Bartolum.*

Cui objectioni ſatisfacit *Rip. in dict. §. voluntatem*, 12
poſt num. 17. quod debitor ex ſola ſcientia ceſſionis videtur inhibitus ſolvere cedenti, cum ſciat illum remiſiſſe jura ſua, *l. ſi cum emptore, in princip. ff. de pact.* non ſic *in d. l. denunciaſſe*, nec in quæſtione noſtra; quia etſi venditor ſciat litem eſſe motam, non tamen ſcit, quod emptor

emptor velit uti defenſionibus ipſius venditoris, cum poſſit emptor etiam ſe defendere ex juribus propriis, *l. emptori* 28. *C. de evict.*

13 Sed animadvertendum eſt ſecundum *Harman. Detum in d. § morte, num.* 118. quod illa jura non faciunt in propoſito, quia loquuntur in ceſſione actionis; in qua diſtinguitur; aut ceſſio fit ad commodum ceſſionarii, ut in *d. l. fin.* quia vendita hæreditate omne commodum, & incommodum eſt emptoris, & tunc ſatis eſt ſcientia debitoris; Bart. *in d. l. ſi cum empt.* & *ibi* Jaſ. Bart. *in l. ſacta, §. ſi hæres, ff. ad Trebel.* Si autem fiat ad commodum cedentis, ut in *d. l.* 3. omne, quod exigitur à ceſſionario, cadit in utilitatem cedentis, quia in tantum liberatur, & tunc requiritur denuntiatio. Circa hæc vide Cacher. *decis. Pedemont.* 45. *num.* 4. & 5. Bertaz. *de clauſ. clauſ.* 29. *gl.* 9. & 10. Alexandr. Trentacinq. *lib.* 3. *de ſolut. reſol.* 14. *num.* 4. Sed nos verſamur in diverſis terminis debitoris ceſſi: nam agitur inter venditorem, & emptorem, qui venditor debet certiorari, ut veniat ad defendendum.

14 Verum iſtam diſtinctionem reprehendit Rub. *in d. §. morte, num.* 409. nam *in d. l.* 3. Debitor meus mihi cauſa ſolutionis mandavit actiones contra ſuum debitorem, & tamen non ſufficit ſola ſcientia illius contra quem ſunt actiones ceſſæ ut impediatur ſolvere ipſi cedenti, ſed requiritur, vel exactio partis debiti, vel litis conteſtatio, vel denuntiatio: & tamen ibi commodum, & periculum pertinet ad ceſſionarium, ſicut *in d. l. fin. ff. de tranſact.* nam in caſu *d. l.* 3. debitor meus dedit mihi nomen debitoris in ſolutum, & periculum eſt meum; quia in ſolutum datio æquiparatur emptioni, & venditioni, *l. libera, C. de ſent. l. ſi quis aliam, ff. de ſolut. l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend. l. ſi prædium, C. de evict.* not. Azo *in ſumm. eod.* Marc. Anton. Peregr. *deciſ. Patavin.* 89. *num.* 5. & infra latius demonſtrabimus. Ergo ſi debitor, contra quem actiones ſunt ceſſæ, efficeretur non ſolvendo; periculum ad me ceſſionarium ſpectaret, quia ubi quis recipit nomen debitoris in ſolutum, ſtatim liberatur dans, ſecundum Imol. & Scribent. *in d. §. ſi hæres.*

15 Circa tamen *l.* 3. intellectum, Rub. *conſ.* 159. Socin. Jun. *conſ.* 81. *num.* 17 *lib.* 1. hæc *Rub.* conſideratio fuit Cuman. *conſ.* 4. *col. fin.* ubi conſiderat pro concordia dict. jurium, quod *in l. fin.* tranſigens non poteſt præjudicare ceſſionario, ſed bene ſolutionem recipiendo, ut in *d. l.* 3 antequam interveniat alterum illorum requiſitorum Bart. *in l.* 1. *col. fin. C. quando provocare non eſt neceſſe*, duobus aliis modis ſolvit, & conciliat dicta jura. Primò, quod *d. l.* 3. loquitur in caſu ſuo quando ceſſio fit creditori cedentis, ſecus ſi fieret emptori, vel donatario; & differentiæ ratio eſt, quia ceſſio quæ creditori fit, loco pignoris ſuccedit; & cum in juribus non interveniat vera traditio, remanet quaſi poſſeſſio illius juris penes cedentem. Secundò, & verius, quia ceſſio, quæ fit creditori, fit gratia utriuſque, vel donatarii tantum, & ideo lex æquiparat emptorem ei, cui facta eſt reſtitutio ex Trebelliano: *ex d. l. fin. ff. de tranſact.* Ergo debitor, ſi cedens agat, poteſt ei objicere de juris incompetentia, quas ſolutiones *Bald.* approbat: Stephan. Bertrand. *conſ.* 290. *lib.* 2. *part.* 1.

16 Poſtremo Caballin. reſpondet, in *d. l.* 3. *C. de novation.* alterum ex illis ibi expreſſis requiritur, ut debitor videatur inhibitus ne ſolvat creditori, inter quæ præcipua eſt denuntiatio: at in *d. l. fin.* ſimpliciter dicitur, quod ſi debitor hæreditarius ignorabat venditionem hæreditatis, excuſatur ſi ſolverit hæredi: non poteſt inferri à contrario ſenſu: ergo ſi ſcivit, non excuſatur, quoniam non ſufficit ſimplex ſcientia, ſed requiritur inhibitio, ut in *d. l.* 3. & hoc ſentit *ibi* Gloſ. 1. *in primo intellectu*, quidquid poſtea dixerit; quam in hoc reprehendunt *Alber. Caſtr. Fulgoſ. Jaſon.* ſibi contrarius *ibi* in *d. l. fin.* Salic. *in l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poſſ.* & ſic videtur concludendum, quod in caſu *d. l. fin.* ad hoc ut debitor dicatur inhibitus, ne ſolvat, requiritur ſaltem denunciatio, juxta *d. l.* 3. cautio tamen adhiberi poteſt, ut tollatur proviſio *d. l.* 3. ad favorem ceſſionarii, ut per Cœpolam *cautela* 240. tu habes, & plura refert Alexand. Trentacinq. *d. l.* 3. *reſol.* 14. *n.* 3. & 4. *de ſolut.* ad quem te remitto.

Ulterius Rip. *in cap. cum M. num.* 266. *de conſtit.* op 17
ponit contra *Bart.* Quod imò non requiritur denuntiatio, quoniam dies interpellat pro homine, *l. magnam, C. de contrah. ſtipul.* Verum ſi debitor promiſit lite mota defendere cauſam ſtatim, quam primum ſcit litem motam eſſe; dies illa dicitur interpellare, ut defendat. Reſtringe, quod dies non interpellet pro homine, quando obligatio, & exactio eodem tempore naſcitur, Seraph. *de priv. juram. privileg.* 49. *num.* 5.

Reſpondet tamen *Ripa*, quod regula *l. magnam*, pro- 18
cedit in die certa, ſecus in incerta, quia illa non interpellat, ut declarat Bart. *in l. ita ſtipul. la grande, in* 2. *quæſt. principal. ff. de verb. oblig.* Vel dic, quod dies certa interpellat una cum pœna conſtituta: Ferret. *de Mora, num.* 57. Arum. *de Mora cap.* 10. *num.* 8. Pariſ. *conſ.* 19. *num.* 234. *lib.* 2. Vincent. Mancin. *de juram. part.* 4. *effect.* 13. *num.* 34. & 63. Martin. Berendorf. ad Seraphin. *de jurament. privil.* 48. *num.* 29.

Vel dicendum eſt, quod promiſſa eſt ſimpliciter le- 19
gitima defenſio, quando lis movebitur: quo caſu quando aliquis obligatur ad factum; tunc ita demum tenetur ſi requiſitus fuerit; Gloſſa eſt notabilis *in l. univerſa*, quam multis ſimilibus exornat Jaſ. *C. de precip. Imperat. offer.* Anſm. Tepat. *tom.* 2. *var. tit.* 422. *cap.* 2. Mohedan. *deciſ.* 160.

Quemadmodum ſi in civitate lex eſſet, quòd Prætor cogat agnatos ad compromittendum, intelligitur ſi aliqui litigatorum petierint: non enim Prætor officium ſuum impartitur, niſi petitum, *l.* 4. §. *hoc autem, ff. de damno infecto.* Bartholom. Socin. *in regula, Judex petitus* 197. & *ibi* ponit pulchras limitationes.

Vel reſpondeas, quòd argumentum non procedit in 20
ſimplici promiſſione facti; ſecus in iſta de defendendo, quia non poteſt promiſſo defendere, niſi ſciat: Abbas *conſ.* 49. *lib.* 2. Felin. *in capit. ſi autem, col.* 3. *de reſcript.* Alciatus *conſ.* 760. *in fin.* Adverte tamen, quòd ſi emptor mota lite proteſtetur, ſe non poſſe venditori denunciare, quia neſcitur ubi ſit; eo reverſo tenebitur iterum denunciare; aliàs intelligitur à prima proteſtatione receſſiſſe. Jaſ. *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi, num.* 4. *ff. de novi oper. nunt.* quod contrarium ſentit *Angel.* ibi. 21

Secundo dubitatur, an ſufficiat ſimpliciter nuntiare litem eſſe motam, an verò dicendum ſit, ut veniat ad defendendum, & in ſe ſuſcipiendam litem, ita ut non ſufficiat denunciationem eſſe notificatoriam, ſed requiſitoriam Bartol. *in l. non ſolum, §. morte, num.* 51. *ff. de nov. oper. nunt.* tenet, quòd in libello nunciatorio dicatur, quòd ſibi mota eſt lis, & quòd veniat venditor ad defendendum: allegat text. *in l.* 1. *C. de pericul. & comm.* in illis verbis: (Cauſæ agendi adeſſet.) & *in l. ſi. rem, la* 1. *§. fin.* ibi (ut de ea re agenda adſit) *ff. de evict. l. ſi parentes, C. eod.* idem tenet, *in l. at qui natura, §. cum me abſente, num.* 4. *ff. de neg. geſt.* addit Jaſ. *in dict. §. morte, num.* 39. quòd aſſiſtat liti motæ. Hoc tenet Angel. *in dict. l. denunciaſſe, ff. de adult.* allegat. *l. empti actio.* 21. *C. de evict.* ubi eſt text. expreſſus, ibi: *Interpellare venditorem, ſive ſucceſſorem ejus debes, ut tibi aſſiſtant cauſamque inſtruant.* & Jaſ. addit *l. cum ſi ſucceſſores, C. eodem* quando ait, *aſſiſtere negotio, denuncia, &c.* Et iſta eſt communis opinio, ut teſtantur Felin. *num.* 64. Rip. *num.* 65. *in cap. cum M. de conſtit.* quæ opinio fuit originaria Gloſ. *in l. actore, C. de evict.* ut tenent Cagnol. *in l. venditor. col.* 1. *ff. de jud.* Abbas & alii *in d. cap. fin.* Bald. *in l. ſi cum quæſtio. C. eodem.* Caſt. *conſ.* 240. *lib.* 1. Angelus *conſ.* 177. Abb. *conſ.* 45. & 49. *lib.* 2.

lib. 2. Alex. *conſ.*24. *lib.*4. *& conſ.* 190. *num.*20. *lib.*6. *& conſ.* 27. *lib.*7. Corn. *conſ.* 325. *lib.* 1. & communem dicit *conſ.* 255. *lib.* 3. Gozad. *conſ.* 94. *num.* 41. plenè Gratus *conſ.* 130. *lib.* 2. Capitius *deciſ.* 106. *n.*2. Aufrer. *in add. ad Capel. Toloſ.* 407. *circa fin.* Rimin. *conſ.*147. *num.*3. *lib.* 1. Alciat. *in l. deteſtatio. ff. de verbor. ſignific.* Covar. *libro* 3. *var. cap.*17. *num.*3. Caballin. §. 3. *num.*21. Barboſ. *in l. venditor*, *num.* 18. *ff. de judiciis.*

Contrarium tenet idem Bald. *in l. emptor, C. de evict.* Salicet. *in d. l.* 1. *C. de peric. & commod.* Jaſ. *in d. l. non ſolum*, §. *morte*, & ex pluribus moventur.

22 Primò *ex l. ſi cum quæſtio. C. de eviction.* ibi: *Auctorem tuum certum feciſti.* In quibus verbis probatur, quòd ſufficiat ſimplex denunciatio litis motæ: & quamvis verum ſit, quòd venditor teneatur venire ad defendendum; non tamen ſequitur, quòd opus ſit illum denuntiari, cum ex denunciatione litis motæ habeat ſcire ſe obligatum venire ad defendendum: additur tamen *l. ſi controverſia*, cum ſimilib. *C. de evict.*

23 Rip. *in dict. cap.* cùm M. *num.* 165. reſpondet, quòd illa lex ſimpliciter loquens de certificatione, debet declarari per alia jura ſequentia: quæ reſponſio ſuſtineri poteſt; nam quando lex ſuper aliquo diſponit, præſupponit cætera habilia concurrere, *l. qui teſtamenta*, *in princip. ff. de teſtam.* Unde cum lex *cum quæſtio*, diſponat, quòd venditor eſt certificandus, dicendum eſt, talem certificationem continere debere ſua requiſita, de quibus in *l.* 1. *C. de pericul. & commod.*

Secundò, *Bald.* movetur *in d. l.* 1. per text. *in l.* 1. §. *denuntiare igitur*, *ff. de ventre inſpiciendo*: ubi probatur, quòd muliere prægnante, ſatis eſt denunciare iis, quorum intereſt partum non edi.

24 Jaſ. tamen reſpondet *in d.* §. *morte*, *citato*, quòd ibi non ſufficit denunciatio certificatoria, ſed etiam requiſitoria intervenire debet, ut probatur in *d. l.* 1. §. *de inſpicienda*, ibi; *Denuntiandum curet, ut mittant (ſi velint) quæ ventrem inſpiciant.*

25 Tertiò adducunt, quòd denunciatio litis motæ ſolùm fit ad finem, ut denunciatus defendat emptorem: ergo cùm ſit unica ratio denunciationis, debet haberi pro expreſſa; juxta Gloſſam *in l. quamvis*, *C. de fideicom.*

Reſpondet Jaſ. *in d.* §. *morte*, quòd poteſt hæc denunciatio fieri ad duplicem effectum, vel ut veniat ad defendendum, vel ut teneatur de evictione: quæ reſponſio nulla eſt, cum ſemper ad illum finem fiat denunciatio, ut venditor teneatur de evictione, *d. l. ſi cum quæſtio.*

26 Alio modo reſpondet Ripa *in d. capit. cùm M.* præſupponendo, quòd emptor adverſus eum, qui litem movit, poteſt ſe tueri, & juribus propriis, & juribus venditoris, *l. emptor. C. de evict.* Unde dicit, quòd ad alium effectum poteſt fieri denunciatio, ut venditor inſtruat ipſum emptorem de juribus ipſius, quibus mediantibus poſſit ſe defendere.

27 Replicatur, quòd denunciatio fit principaliter, ut venditor veniat ad defendendum emptorem; ut jura ſuprà allegata demonſtrant, & *Caballin. d.* §. 3. *num.* 21. Petr. Barboſ. *in d. l. venditor. num.* 19. *&* 20. Et dicitur defendere venditor etiamſi non aſſiſtat, dummodo inſtruat emptorem, & jura, quæ habet ad cauſam facientia, ipſi commodet, ex quibus juribus litis motæ defenſio proveniat.

28 Firmiter tamen concludendum eſt, cum *Caballin. d.* §. 3. *num.* 38. quòd pro forma requiritur, ut ponatur in denunciatione, quòd veniat ad defendendum venditor, *l. emptor. C. de evict.* Igitur forma data ſpecificè adimplenda eſt, & geſta contra formam ſunt nulla, *c. cum dilecta*, ubi Felin. *de arbitris*, *l. cum hi*, §. *Prætor*, *ff. de tranſ.* Alexand. *conſ.* 24. *lib.* 4. Alderan. Maſcard. *de ſtatutis, concluſ.* 9. Guttier. *in l. nemo poteſt*, *num.* 111. *&* 112. *de leg.* 1. Neque obſtat illa Gloſſa: quia in præ- 30
ſenti non tractatur de ratione motiva, quare lex voluerit venditorem interpellari, ut veniat ad defendendum; ſed diſputatur de expreſſa legis diſpoſitione, quæ cùm ſit clara, non eſt opus conjecturis, *l. continuus*, §. *cum ita*, *ff. de verbor. oblig.*

Quartò facit contra *Bart.* & Communem, illud 31
quod ponit Bald. *in l. vinum, in fin. ff. ſi certum petatur*, ubi ait, quòd in denunciationibus ſufficit narrare factum, nec requiritur petitio, vel concluſio.

Cui reſpondet Ripa *in d. cap.* cùm M. quòd dictum 32
Bart. procedit in proteſtationibus declaratoriis, vel prohibitoriis, in quibus per modum nunciationis, & non petitionis requiritur concluſio; idem Bald. tenet *in titul. ſi de feud. vaſ. ab alio interpellat. fuerit*, *num.* 2. & hoc modo *Bald.* ſeipſum declarat, & ita cum priori, & communi opinione tranſeundum eſt; pro qua ſtat cum Gloſſa fin. *in Clem. cauſam, de elect.*

Quintò revocatur in dubium, an quando denunciatio venditori facienda eſt, ſufficiat denunciare litem eſſe motam; an verò ſit neceſſe, ut in publica forma libellus tradatur venditori oblatus contra emptorem, aliàs venditor non teneatur ei credere litem eſſe motam?

Bart. *in d. l. empti actio. C. eodem*, *& in d.* §. *morte*, Alex. *ibi. num.* 41. Jaſ. *num.* 38. Angel. *in l. in executione*, §. *in ſolidum*, *& in l. cum ex cauſa ff. de verbor. oblig.* & Alex. *in conſ.* 33. *col. fin. lib.* 3. tenet, quòd requira- 33
tur inſertio libelli in denunciatione, & hanc eſſe communem opinionem teſtantur Ripa poſt Felin. *in dict. cap. cum M. num.* 63. Ant. *in* §. *actionum num.* 18. *Inſtit. de actionib.* Rub. *in d.* §. *morte*, *num.* 414. Ruin. *conſ.* 136. *num.* 6. *lib.* 5. Rimin. *conſ.* 147. *num.* 5. *lib.* 1. Annan. *conſ.* 31. Covar. *d. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 3. Cardin. Tuſcus *tom.* 3. *pract. concl. juris*, *concl.* 353. *num.* 9. Maſcard. *tom.* 2. *de probation. concl.* 614. *num.* 9. Petr. Dueñ. *regul.* 243. & prætérea Hieron. Cagnol. *in d. l. venditor*, *ff. de judic.* quod ſervatur in praxi, quòd emptores venditoribus, & auctoribus ſuis litem intimant contra eos motam ſuper re vendita, requirendo, & interpellan- 34
do, ut veniat ad defendendum, & onus defenſionis cauſæ in ſe aſſumere, & exhibendo ad hunc effectum, ut certiores de omnibus reddantur, & copiam petitionis, & libelli, actáque, proteſtando de omnibus damnis, & intereſſe, & de agendo contra eos de evictione ſuo loco, & tempore: & ut magis ſecurè cuncta procedant, auctoritate Judicis, hæc ſuis auctoribus intimare faciant. Hoc idem tradit Cardin. Zabarella *in* 35
Clem. cauſam, *fin. de elect.* ſubdens, quòd intimatio, quam facit emptor venditori de lite ſibi mota, in caſu *c. fin. de empt. & vendit.* de rigore juris debet fieri, ut arctetur venditor ſub forma *dict. Clem.* quod perpetuò eſſe notandum dicit, quia communiter ignoratur, & rarò bene intelligitur.

Verumtamen eſt, quod *Angel. & Bald. num.* 5. *in* 36
d. l. emptor. dicunt, quòd de conſuetudine hoc non ſervatur, ſed ſolum, quòd venditor citetur, ut veniat ad defendendum in cauſa evictionis, & litis motæ, & in citatione nunciatur ei litem eſſe motam: & iſtud dicit eſſe tenendum, & nihil allegat: cujus dictum ſalvatur per Alexand. & Jaſ. *in d.* §. *morte*, & Rip. *in dict. cap. cum M. & in l. quod te, in numeris prætitatis*, ut procedat quatenùs denunciatio litis motæ fieret auctoritate judicis; quoniam tunc non eſſet neceſſarium, quòd fieret fides de contentis in proteſtatione intimatoria: quod dictum *Angeli*, tenet etiam Bald. *in l. ſi cum quæſtio*, *C. de evict.* & quòd talis conſuetudo non ſervatur, tenuerunt Anton. Gom. *tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 39. verſ. (Item adde *et.* 1.) Maſcard. *tom.* 2. *de probat. concl.* 614. *n.* 10. Gomez de Leon. teſtatur judicatum fuiſſe in Senatu Hiſpalenſi, *centur.* 53. *num.* 4. Cevallos *tom.* 1. *commun. quæſtion.* 385. *numero* 5. Barboſ. *in d.* §. *fin. numero* 42.

37 Doctoribus ſupra relatis atteſtantibus de conſuetudine iſta credendum videtur, Dec. *in l. in fin. ff. ſi certum petatur*, & *conſ.* 69. *num.* 12. cum ſeqq. Socin. Jun. *conſ.* 60. *lib.* 2. Gratus *conſ.* 12. *num.* 58. *lib.* 1. ſubdens, quòd opinio Bart. *in l. de quibus, ff. de legibus*, videtur communis; ubi tenet, quòd Doctoribus affirmantibus de conſuetudine credatur, Seſſe *deciſ. Aragoniæ* 230. *tom.* 2. *num.* 5. & *ſeqq.* Ceval. *tom.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 20.

Tamen circa principalem quæſtionem dicit Caballin. *num.* 38. *ubi ſup.* quòd ipſe ſervaret ſententiam *Bart.* ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter fiat talis intimatio, quæ debeat fieri cum inſertione libelli: in quam ſententiam inclinat Cagnolus *in d. l. venditor*, *num.* 4. & judicatum dicit Hieron. à Laurent. *deciſ. Avenionienſ.* 111. *num.* 7. & ſecuriorem affirmat *Caballin. in d.* §. 3. *n.* 38.

38 Et ratio quæ me movet, eſt illa: quoniam ſolet dari copia libelli, & petitionis in judicio productæ, ut reus deliberet, an velit contendere, vel cedere, *l.* 1. *ff. de edendo*: & cum venditor ſuſcipere litem debeat, certior reddi debet de ſtatu litis, ut ſibi conſulere poſſit, quid agere debeat. Et quod *Bald.* & *Angel.* dicunt de conſuetudine ſervari, contrarium ſcimus, quòd Doctori quantumvis excellenti, aſſerenti, ita ſervari de conſue-
39 tudine, non ſit credendum: quoniam illi eſt conceſſum jura interpretari: non autem ſuper his, quæ facti ſunt, diſponere; Decius *conſ.* 472. *num.* 17. Neviz. *conſil.* 45. *num.* 7. & *conſ.* 66. *num.* 31. Atteſtans ex allegatis, hanc eſſe communem ſententiam, quidquid in contrarium dicat cauſæ illi inſcribendo *in d. conſ.* 691. & *in d.* §. 1. Additio atteſtatur veriorem, & communiorem contra *Bart.* Vide eundem Dec. *conſ.* 402. in materia conſuetudinis: vel intellige, ut doctiſſimè declarat Aimon. Cravet. *conſ.* 166. *num.* 9. *in fin.* ubi plures auctoritates allegat; & quòd de hujuſmodi conſuetudine allegata, ſe poteſt judex informare, & ſecundum probata procedere, *Gratus conſ.* 139. *in fin. lib.* 2. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 208. *num.*

Sempron. Aſcac. *in deciſ. Archiepiſcopatus Barenſ.* 68. *ſub n.* 6. Roman. tamen in *d.* §. *morte* ubi *Alexan.* & *Iaſ.* refert, aſſerit, quòd *Bart.* opinio non eſt vera; imò non oportet libellum litis motæ oſtendere venditori, quia ſi hoc ſentiat Gloſ. *in d. Clem. cauſam*, juncto text. dum *ibi* vult *Gloſ.* totius eſſe ſervari formam *dict. Clem.* in hac denunciatione; & ſic non eſt neceſſe, quòd ſervetur forma exhibitionis libelli; Unde certus dicitur ſecundum eam venditor, quomodocumque ſit
40 certificatus, *l. certum, ff. ſi certum petatur.* Et debet venditor credere ſimplici aſſertioni emptoris, ſi vir bonus reputabatur, arg. *l. argentum, ff. commendati*, & *gl. in l. à Titio, ff. de cond. & demonſtr.* Maximè ſi em-
41 ptor vir bonus, & gravis reputatur, ei credendum eſt, *cap. nobiliſſimus*, 97. *diſtinct.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. centur.* 2. *caſu* 177. Maſcard. *tom.* 2. *de probat. concl.* 343. *n.* 3. Ric. *deciſ.* 137. *part.* 1. & *in collect. n.* 1459. *part.* 4. Maſſil. *deciſ.* 80. *num.* 3.

Alex. & Jaſ. & Caballin. *ubi ſup. num.* 4. his minimè obſtantibus ab opinione *Bart.* non eſſe recedendum dicunt. & pro ea facere aſſerunt *Clement. cauſam, in fin.* ibi dum dicit, (*idem quoque in aliis caſibus obſervari volumus in quibus requiritur intimatio facienda*) juncto principio *illius Clement.* Hieronymus à Laurentiis, *dict.*
42 *deciſ.* 111. *num.* 5. Nec eſt verum, quòd debeat credi adverſario meo mihi proteſtanti, ut pro eo aliquid faciam, nec iſtud dicunt jura allegata in contrarium.
43 Non enim creditur alicui in eo quod concernit commodum ſuum, & onus alterius, *l. nullus*, *l. in omnibus C. de teſtibus.* Alias ſequeretur, quòd nunquam proteſtanti incumberet onus certificandi adverſarium, ſed eſſet credendum proteſtanti, contra *l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. ſi quis inficiatus, ff. depoſiti*: præſertim, cum quilibet bonus præſumatur, *l. meritò, ff. pro ſocio, l. ſervus*, cum Gloſſa, *ff. de manumiſ. teſtam.* cap. *fin. de præſumpt.*

Subdit poſteà Jaſ. *in d.* §. *morte*, quòd verba *Bart.* 44
ſunt ſanè intelligenda, dum dicit, quòd libelli debet dari copia authentica; intellige ſi petatur à venditore aliàs ſufficeret ei legere, juxta diſpoſitionem *dict. Clem. cauſam*, ubi text. alternativè loquitur, & *ibi* Gloſ. *in verbo*, (Petita.)

Caballin. tamen *d.* §. 3. *num.* 43. affirmat non eſſe re- 45
cedendum ab antiqua practica, ut ſemper in libello nunciatorio inſeratur petitionis tenor, ad hoc, ut venditor certior reddatur de lite mota, & poſſit conſultiùs reſpondere: unde *Roman.* fruſtra oſtendere conatur, quòd ſimplici emptoris relationi eſſet credendum: quandoquidem ultra ſimplicem notitiam litis motæ, requiritur, ut venditor incitetur atque interpelletur, ut ad defendendum veniat, litique aſſiſtat, propter quod à legis forma deviandum non eſt.

Quid ſi venditor ſponte venit ad ſuſcipiendam litem? 46
dicendum eſt, quòd non requiritur alia denunciatio, cùm ceſſet cauſa propter quam fieri ſolet, ſcilicet, ut invitetur venditor ad defendendum, quo caſu cum ultrò ſe offerat, non eſt ſupervacuis laboribus inſiſtendum, *argum. l. is qui ſe obtulit, ff. de rei vindicat.* ita tenet Bald. *in l.* 1. *n.* 10. *C. de peric. & commodo rei vend.* ubi ait, quod debet admitti ad inſtructionem cauſæ pro ſuo intereſſe, ut notatur *in l. ſi ſuſpecta, in princip. ff. de inofficioſo teſtamento*, probat text. *in l. ſi parentes, C. de evict.* ubi notat *Salicet.* quòd qui de evictione tenetur non poteſt prohiberi, quominus in judicio aſſiſtat: Aymon. Cravet. *conſ.* 14. *num.* 5.

Ex ſupra tamen dictis colliguntur quatuor concluſiones. Prima, quod venditori etiam ſcienti, notificari debeat ab emptore litem ſibi motam ſuper re vendita. Secunda, non ſufficit ſimplex notificatio, ſed requiritur, ut inciteiur ad ſuſcipiendam defenſionem. Tertia, in libello nuntiatorio inſeri debet copia libelli, & petitionis factæ contra ipſum emptorem. Quarta, ſi ultrò venit venditor ad ſuſcipiendam litem, non requiritur alia intimatio.

Tres priores concluſiones recipiunt aliquot notabiles limitationes.

Prima limit. eſt, ut ſuprà dicta non procedant, ſi 47
venditor juravit venire ad defendendum emptorem in cauſa evictionis; quoniam tunc ſciat litem eſſe motam, non requiritur alia denuntiatio. Hanc limitationem ponit Alexand. *in d.* §. *voluntatem num.* 16. Jaſ. *in l. quod te, num.* 22. Decius *num.* 11. & *in repet. n.* 43. *ff. ſi certum petat.* Alex. *conſ.* 126. *lib.* 1. Aretin. *conſ.* 150. Cremenſ. *ſingul.* 122. Rub. *conſ.* 152. *in fin.* & *in d.* §. *morte*, *num.* 420. Capic. *deciſ.* 160. *n.* 3. Roland. à Valle *conſ.* 6. & *conſ.* 79. *num.* 45. *lib.* 1. & *conſ.* 25. *num.* 22. *lib.* 2. Natta *conſ.* 262. *num.* 20. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *illat.* 5. Laurent. de Pinu *conſ.* 91. *num.* 1. Manſuet. ad Ferrar. *in add ad praxim. in forma declinandi juriſd. lit. N.* Gutierr. *de juram.* 1. *part. cap.* 61. *num.* 19. Cardin. Tuſchus *tom.* 3. *concluſ. pract. concluſ.* 353. *n.* 5. & plures refert *Caball. dict.* §. 3. *n.* 46. Ex quibus videtur, quod iſta ſit communis opinio, ut *Dec.* teſtatur *ubi ſuprà*, & pro ea faciunt ſequentia.

Primò, dictum Canoniſtarum, & Abb. *num.* 5. *in cap. brevi, de jurejur.* ubi dicunt, quod ſi vaſſallus, vel alius promiſit defendere Eccleſiam, & ita juravit, ſi 48
poſtea talis jurans ſciat imminere neceſſitatem Eccleſiæ, non requiritur alia interpellatio.

Secundò, dictum Speculat. *in tit. de Advocato*, §. 1. *verſ.* (quid ſi is, qui juravit,) &c. & movetur *Speculator* ſimpliciter propter ſtimulum juramenti.

Tertiò, tex. *in cap.* 1. §. *licet*, *ſi de feud. fuerit controv. inter domin. & agnat.* ubi videtur text. apertus, quod vaſſallus ſciens domino imminere periculum, tenetur ultrò non requiſitus auxilium præbere; & hoc

propter

propter juramentum fidelitatis: & *cap.1. de nova forma fidelit.*

49 Quartò Rip. *in d.§.volunt.* inducit, *n.*18. hoc fundamentum, cùm abſque promiſſione & juramento venditor facta denuntiatione teneatur liti aſſiſtere, *l.1.C.de peric. & comm.rei vend.* ergo promiſſio, & juramentum aliquid ultra jus debent operari; ne ſint fruſtratoria, *l. ſi quando, ff. de leg.1.* Dicamus igitur, quod operentur, ut teneatur venditor, etiam denuntiatione non facta. Idem ſentit Rip. *in l.inſulam n.91.ff.de verbor.obligat.*

50 Quintò Gomez. *in §.item ſi quis poſtulante, num.* 10. *Inſtitut.de action.* allegat hanc rationem, quia ex quo quis juravit certum quid facere, eo ipſo quòd inſtat terminus faciendi, juramentum, quod eſt vinculum animæ, interpellat; *cap fin.ne Prælati vices,&c.*

51 Sextò, idem *Gomez. loco citato,* ſtrictius ad propoſitum noſtrum inducit *dict.§.licet*: nam ubi aliquis caſus eſt deciſus in materia feudali, qui non reperiatur deciſus de jure communi, poſſumus de illo arguere, & inferre ad alios caſus de jure communi non deciſos continentes eandem rationem, & juſtitiam; & ita notabiliter decidit Roman. *conſ.* 212. *in ſecundo dubio.* allegat Bar. *in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verbor. obligat.* Jaſ. *in l.1. num.* 60. *C. in jure emphyt.* Cum igitur tex. *in d.§. licet*, loquatur de materia feudali, & ſit fundatum in jure naturali, & juſtè poteſt ex eo inferri ad deciſionem cauſarum in aliis cauſis; ergo concludendum erit, quòd ſicut ibi juramentum conſtituit quem in mora ſine interpellatione, ita & in quacunque materia, & probat hanc limitationem Anton. de Burgos *in cap. fin. de empt. & vendit.*

52 Septimò Jaſ. *in d l.quod te*, adducit doctrinam Bald. *in cap. querelam, de jurejurando*, cum Gloſ. ubi tenent, quod conductor, qui juravit ſolvere penſionem, ceſſando per annum conſtituitur in mora; ſequuntur Alex. *conſ.* 85. *lib.* 1. Corſet. *in verbo*: (emphyteuta *cl* t.) Marſil. *ſingul* 226. Jaſ. *in l. ſi quis major. num.* 12. *C. de tranſ. & in l.2. quæſt.9 C de jure emphyt.* & Cagnolus *in d.l ſi quis major, num.*51.

53 Octavò facit; quia is qui promittit facere, & curare, ipſo jure conſtituitur in mora, quia intelligitur quàm primum poteſt: Bald. *in cap.1. §. ad hoc, num.3. hic finit lex, in uſib. feud.* pro notabili refert Alex. *conſ.* 157. *num.* 2. & *ibi* ejus *Apoſtill.* plures referens, *lib.* 6. Rubeus, *conſ.* 152. *in fin.* ſed ex juramento intelligitur quis promittere facturum, & curaturum; ut probatur *in cap. ex literis. de ſponſali.* Bald. *in l.fin.C de non numerat. pecun.* Aretip. *conſil.* 152. Felin. *in cap ex reſcripto, colum.fin. de jurejurand.* Ant. Gomez, *lib.* 2. *var. cap.* 10. *num.* 23. Roland. *conſ.6.num.*33. Surdus *conſ.* 209. *num.*11. *lib.* 1. Ant. Hering *de fidejuſſoribus cap.* 20. §. 9. *num.* 7. Marant. *de ordin. judic. diſp* 7. *num.*6. Joſephus Ludovicus *dec. Peruſina* 27. *num.* 6. *part.* 1.

54 Promittens tamen factum alienum excuſatur, ſi fecit ſuum poſſe, ut non teneatur nec ad pœnam, neque ad intereſſe. Philippus Portius *conſ.* 5. *num.* 12. & 13. Butrius *in d. cap. ex litteris, num* 9. & *ibi* Ancharan. *num.* 4. Bart. *conſ.*136. Decius *conſ.* 313. Pariſius *conſ.* 110. *num.* 25. & 26. Covar. in *cap. quamvis pactum, par.* 2. *§.5. num.*1. de communi teſt. tui Cardinal. Mantica *de tacit. convent. lib.* 14. *tit.* 4. *num.* 11. Cevallos *tom.* 3. *com. quæſt.* 846. Thomas Sanchez, *tom.1.lib.1. diſp.24. & diſp.* 25. *de matrimonio*, Guttier. *de juramento* 1. *p. cap.*44. *num.* 2. deciſ. Cameralis *per Sylveſtrum Zachiam recollect.*38. *num.*2. Surd. *conſ.*3. Gamma *deciſ.* 32.

55 Advertendum tamen eſt, quòd promittens expedire aſſenſum à Rege, ſi non expedit tenetur ad intereſſe. Quod intellige, nam aut quis promittit expediri facere Regium aſſenſum ſuper his, in quibus Rex aſſentire, aut tenetur, aut ſolet; & tunc non expediendo, quia res eſt poſſibilis, & ſolita, tenetur uſque ad omne intereſſe; aut quis promittit Regium aſſenſum ſuper non ſolitis expediri, & tunc non tenetur: hoc diſponit text. *in l.apud Julianum,§.conſtat.de legat.* 1. Vincentius de Anna *ſingulari* 140 *num.* 15. Tu tamen ſubintellige, quòd obligatus ad impetrandam licentiam, etiamſi ſit de re facili, vel difficili concedenda, tenetur oſtendere obnixè ſe omnia feciſſe, quæ pertinent ad impetrationem licentiæ Regiæ, & quod petivit, & cætera neceſſaria facit, ad hoc ut propter difficultatem à pœna excuſetur, *reſolvit* Pater Thomas Sanchez, *de matrimonio, lib.* 5. *quæſt.* 1. *num.*12. *verſ. tertio*; plures referens Mieres *de majorat. part.4.quæſt.*40. *num.*20. & *in noviſ. num.* 38. & 53. *uſque ad num.*60. Joann. Caſtellus Sotomaior, *lib.3. controv. à num.*22. *cap.* 7.

Nonò juramentum habet vim litis conteſtationis, *l.* 56
nam & poſtea, §. is, qui temporali, ubi Bart. & alii *de jurejurand.* Jaſ. *in §.item ſi quis poſtulante, de act.* Cravet. *conſ.* 71. *num.*1. Afflict. *deciſ.*174. *in fin.* Vincent. Hondedeus *conſ.*82. *num.* 1. Mancen *de juram. part.*4. *effectu* 21. Cacheran. *deciſ.* 49. *num.* 7. Mohedan. *deciſ.5.tit.de præſcrip.* Baldus *de præſcrip.part* 4 *part.ult. princip. num.*3. Seraphinus *de jurament. privil.* 50. *n.*1. *& ibi* Additio: ſed per litis conteſtationem, quis conſtituitur in mora, *l.ſi in Aſia §.fin. ff. depoſiti*: ergo & per juramentum.

Decimò probat text. *in l. eum qui, § ſi juravero*; ubi Bar. *ff. de jurejuran.* ubi habetur, quòd ſtante juramento, & interveniente mora ante interitum rei, debetur res; cum nemo regulariter in mora conſtituatur, niſi per interpellationem; attamen ibi conſtituitur ſtante juramento; ergo juramentum habet vim interpellationis, Seraphin. *de jurament. privil.*49. *num.*1. Guttier. *eodem loco*, 1. *p. cap.*56. *num.*12. & *cap.*61. *num* 19. Cravet. *conſ.* 64. *num.*2. Roland. *conſ.77.num.*19. *lib* 1. Natta *conſ.* 262. *num.*10. Covar. *lib.3. var.cap.*17. *num.* 5. Surdus *conſ.*221. *num.* 40. Oſaſchus *deciſ.*49. *num.* 7. Laurent. Sylvanus *conſ.*42. *num.* 15. communem dicit Avend. *in cap.2. Prat.n* 14.

Ultimò, quòd ſtante juramento, alia interpellatio neceſſaria non eſt, *cap. brevi, de jurejuran.* ubi Doct. ſuprà relati: Grzadin. *conſ.*27. & *conſ.*31. Cravet. *conſ.* 64. *num.*2. Roland. *conſ.*57 *num.*45. *lib.*1.

Contrariam opinionem, quòd imò requiratur denuntiatio litis non obſtante juramento, tenet *Alexand.* ſibi contrarius *in d.l.quod te, num.*8 *ff. ſi certum petatur*; & *ibi* Alciatus *in verbo deberet.* Gomez *in d. §. item ſi quis poſtulante, num.* 10. *Inſtitut. de act* Joan. Lupus *in cap.per veſtras,* §.11. *n.*32. Rebuf. *in tit. de d. l. art.*5. *gloſſa un. num.*36. *tom.*3. Guttier. *de juramento, cap.*61. *ſub num.* 20. verſ. [*ſed certè his non obſtantibus,*] ubi atteſtantur hanc limitationem non ſervari, quia oportet, quod emptor declaret litem, & an velit eam defendere, ante quam venditor regulariter non tenetur: hanc opinionem probant Baverius *in tract.de mora,p.*2. *num.* 21. Flavius *in l.quod te, num.* 24. ubi alios hujus opinionis aſſertores allegat, Cagnolus *ibidem,num.*95. Alex. *conſ.9.num.5.& conſ.*148. *num.6.lib.*7.

Quæ etiam opinio probatur ex ſequentibus. Primò, quoniam de natura contractus emptionis, & venditionis eſt, ut requiratur denuntiatio, etiam ſcienti facienda, ut per *ſuprà dicta*; igitur juramentum debet intelligi ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur, *l. fin. C. de non numerata pecun.* ubi juramentum, quo 57
quis jurat ſolvere pecuniam ſibi mutuò numeratam, eam conditionem habet, ut nihilo minus intra biennium poſſit qui juravit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Hæc ſiquidem promiſſio ſolvendi pecuniam numeratam, propriam hanc naturam habet, quòd poſſit intra biennium objici exceptio non numeratæ pecuniæ. Idem conſtat *ex cap.quemadmodum,de jurejurando*; ubi

ubi qui jurat aliquam in uxorem ſe ducturum, non tenebitur eam in uxorem ducere, ſi poſt hanc promiſſionem fuerit fornicata; quia illud ſponſalitiæ promiſſionis eſt proprium, quòd ipſa ſponſa datam ſervet fidem, & non fornicetur, Thom. Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 1. *diſp.* 55. *à num.* 1. Igitur juramentum non mutat hanc propriam hujus actus naturam: facit *l. ult. C. de liberali cauſa*, & ſic juramentum habet illam tacitam conditionem, quam habet actus, ſuper quo interponitur, Angel. *conſ.* 315. Oldrad. *conſ.* 278. Dec. 600. *in fin.* & evictionis natura eſt, ut ita demum venditor teneatur, ſi illi fuerit denuntiatum etiam ſcienti ab emptore: ergo ea conditio ineſt juramento ſuper illo actu interpoſito, Ant. Gabr. *lib.* 2. *comm. tit. de jurejurand. concl.* 10. Covar. *in cap. quamvis pactum, de pactis in* 6. *par.* 1. §. 3. *num.* 10. Octavianus Cacheranus *deciſ. Pedemontana* 4. *num.* 5. *& deciſ.* 49. *num.* 4. *& deciſ.* 92. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 84. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 431. *lib.* 4. Petrus Surd. *conſ.* 64. *num.* 45. *lib.* 2. Guttierr. *de jurament. cap.* 37. *num.* 3.

Huic ſolidiſſimo fundamento pro hac opinione primò reſpondet Dec. *in d. l. quod te, in repet. num.* 44. quod juramentum non obligat in plus, quàm ſi in principa-
58 li, & ita procedat *d. l. fin.* ſed bene obligat efficaciùs, ut notant Paul. & Alex. & alii in *l. miles*, *§. decem. ff. de re judicat.* & iſto caſu agitur de obligatione efficaciori, quod obligetur non interpellatus.

Redarguitur, quod quamvis juramentum efficacius obliget; Nevizan. *conſ.* 21. non tamen operatur, ut excedat in ſua operatione naturam actus, quandoquidem
59 juramentum non auget obligationem, ſed ſolum addit vinculum obligationis, Oldrad. *d. conſ.* 238. Dec. *conſ.* 408. *num.* 10. Roland. *conſ.* 6. *num* 40. *& conſ.* 8. *num.* 38. *cum ſeqq. lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 77. *num.* 46. & *conſ.* 110. *num.* 34. *lib.* 1. Tiraq. *in l. ſi unquam, in præfat. n.* 170. *C. de revoc. donat.* Ant. Gabriel. *lib.* 2. *comm. tit. de jurejurand. concl.* 10. Martin. Benindorfius *in add. ad Seraphin. de juramento, privilegio* 153. *num.* 1. Verum in propoſito juramentum in plus obligat venditorem non laudatum; nempe, vel ad pœnam dupli, *l.* 2. *ff. de evict.* vel ad intereſſe ultra rem, *l. fidejuſſor. ff. de doli mali except.* Quo caſu *Dec.* decipitur in hoc, cùm præſupponat efficacius, & non in plus obligari venditorem non interpellatum; quod non eſt verum, ut demonſtratum eſt.

60 Unde ſecundo modo reſpondet Rip. *in l. ſi inſulam*, *n.* 91. *ff. de verborum obligat.* Quod verum eſt, juramentum ſequi naturam actus primordialem, Marſil. *ſingul.* 226. Craveta *conſil.* 102. *num.* 7. Thomas Sanchez *de matrim. tomo* 1. *lib.* 6. *diſp.* 11. *num.* 3. *verſ. neque obſtat*; non verò ſecundum accidens, de qua nos loquimur, Dec. *in cap.* 1. *colu.* 13. *de judic.* Gloſ. *in verbo* (ex omni cauſa, *in fin.*) *in l. certi condictio, in princip. ff. ſi certum petat. arg. l. item veniunt*; *§. cum prædiximus. ff. de per hæredit.* Caballinus, *dict.* §. 3. *num.* 58. *de evict.* Roland. *dict. conſ.* 6. *num.* 37. Covar. *in d. cap quamvis pactum*; *part.* 1. §. 4. *in princip. num.* 1. Mexia *ad l. Toleti fundamenta* 7. *part.* 2. *num.* 21. & 35. Ant. Bauer. *de virtut. juram. effectu* 72. *num.* 124. Guttierr. *ubi ſup. cap.* 37. *num.* 3. & 4. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gl.* 1. *num.* 56. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. rubric.* 33. *caſu* 8. *q.* 19. Martin. Benindorfius *in add. ad Seraphin. privilegio* 116. *num.* 2. Sed venditorem teneri de evictione, naturale eſt, *l. pacta conventa*, *ff. de contrah. empt.* Quod autem ſcientibus ſit denuntianda, non eſt quid naturale, nec proprium hujus contractus, ſed generale, & omnibus aliis conveniens ad moræ conſtitutionem, atque item accidentale. Bal. *in l.* 1. *col.* 3. *C. commodati. ſed* Caball. *in d* §. 3. *num.* 59. *de evictian.* audacter dicit ſe tenere, quod juramentum ſequatur naturam actus accidentalis, quando acceſſoriè
61 venit ad actum, Alex. *in l. certi condictio*, *num.* 8. ibi eum ſequitur Decius, *ff. ſi certum petat.* ſed denuntiare litem motam venditori, eſt de natura emptionis & venditi. conſequutivè, ut ſuprà demonſtratum fuit. Vel tenet cùm *Gomez. in §. fuerat, Inſtitu. de a*?. ut illud procedat, quando illud accidens contineat pœnam, veluti eſt 62
in actione legis Aquiliæ, quæ per inficiationem creſcit: quod non contingit in propoſito; quin imò ſi concedimus denunciationem requiri, venditor liberatur à pœna (ſi vult) nempe dupli, vel intereſſe.

Salva pace *Caballini*, ego aſſerendum puto, quod licèt juramentum habeat figuram, & apparentiam acceſſorii, tamen non eſt acceſſorium, ſed principale ſtans de per ſe, & non dependens ab actu, cui adjicitur: cùm enim juramentum ſit de jure divino, quod patet dum dicitur: *Redde Domino juramenta tua*: de quo *Matth.* 63
cap. 5. *& in cap. Etſi Chriſtus, de jurejurando.* Bolognetus *conſ.* 31. *vol.* 3. *verſ.* (præterea dato,) & Dec. *conſ.* 531. ubi hoc tenent, non videtur, quod debeat eſſe acceſſio ad rem profanam, qualis eſt promiſſio, & contractus hominum, vel quilibet alius actus humanus; argument. text. *in §. ſi quis ex aliena tabula, Inſtit. de rerum diviſ.* facit optimè Gloſſa *in cap. Apoſtolicas*, 12. *q.* 2. ubi ædificium factum in alieno ſolo de pecunia, vel de rebus Eccleſiæ, non cedit loco; cùm tamen regulariter contra §. *ex contrario. Inſtit. eodem*: Neque obſtat, quòd digniora accedant rebus minùs dignis, *l. etſi non ſint.* §. *perveniemus. ff. de auro, & argenta legata.* Nam reſpondetur, quod illud procedit, quia ejus rei cauſa adjectum fuerat: unde tamquam acceſſio cedit principali, quamvis dignior; quod in juramento contingere non poteſt, quod eſt dignius omnibus rebus profanis reſpectu ſpiritualitatis, quia eſt de jure divino, & nulli poteſtati ſeculari ſubjacet, & accedente hominis voluntate alterius rei non poteſt eſſe acceſſio. Ita tenuit Seraphinus Olivarius *de juramento, privilegio* 126. *num.* 9. & 10. Magiſter meus Doctor Felicianus de Solis, olim juris Canonici *Compluti* Anteceſſor, *in lectura cap. debitores, de jurejurando*, ubi hoc firmiter defendit: etſi tamen ſuper his ſit cogitandum, tamen ſententia Magiſtri, quam retuli, me excuſat, juxta ſententiam Juriſconſulti, *in l. qualem* 19. quæ aliàs in antiquis incipit, dicere. §. *& Sabinus ff. de arbitris.* Abbas *in cap.* 1. *de poſtulatione Prælat.* Aviles *in cap.* 1. *verb.* (fiel,) *n.* 20.

Secundò facit, quia vaſſallus regulariter propter jura- 64
mentum fidelitatis non eſt obligatus dominum defendere, niſi requiſitus: *cap.* 1. *de nova forma fidelit. cap.* 1. §. *ad hæc, hic fin. lex.* text. cum Gloſ. *in cap.* 1. *in fin. an ille, qui inter fratr. dom.* Arguendo igitur à cauſa feudali ad caſum noſtrum, videtur, quod venditor ratione juramenti non teneatur emptorem defendere niſi interpellatus.

Reſpondet Rip. *in dict. l. quod te, num.* 43. quod in vaſſallo conſiderandum eſt, quod non obligatur ſimpliciter ex juramento, ſed tunc demum quando fuit requiſitus; *dict. cap.* 1. *de nova form.* Unde ſi requiſitus non fuerit, non tenetur, non obſtante forma juramenti; quia lex ultra procedit, & requirit interpellationem: ſecùs videtur, quando juramentum interponitur ſimpliciter, prout Doctores loquuntur *in d. cap. brevi*: quia juramentum operatur, ut debitor ſpontè quod promiſit offerre teneatur. Hinc tamen *Decii* reſponſionem nullam eſſe exiſtimo, quoniam in *dict. cap. brevi*, loquitur in juramento, & tamen vult, quod interveniat interpellatio, & ſic Doctores ex illo textu malè arguunt.

Tertiò, Regula eſt, quod ad conſtituendum in mora requiritur interpellatio: ut probatur per Gloſſam, 65
Bartol. & Iaſ. *num.* 22. *in dict. l. quod te*; idem Bartol. *in l. ſi duo*, § *ait Prætor*, *ff. de conſtitut. pecun.* per illum text. & *in l. ſtipulatus.* la grande. *in* 7. *opp. part.* 5. *ff. de verborum obligat.* Dec. *conſ.* 616. *n.* 21. Aymon. Cravet. *conſ.* 89. *n.* 4. *l. nulla* 99. ibi: Nulla igitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio eſt. *ff. de reg. jur.* Roman. *conſ.* 427. ſine interpellatione regulariter mora non committitur, *l. ſi pecuniam*, 24. *ff. quando dies legati cedat*, *l. fidejuſſor*, 17. §.

dit. ff. de fidejuſſoribus, Afflictis *deciſ.* 150. *num.* 38. Marcardus *tom.*2.*de probat. conſ.* 1070.*num.*8.Menoch. *de arbitrar.lib.* 2. *caſu* 465.Seraphinus *de juram. privilegia* 48. *num.* 1. ubi ejus Addit. Stephan. Gratian.*diſcept.* 262. *n.* 26. *tom.*2. Anton. Pichard. *de mora,n.*44. ubi latè, & copioſè hoc demonſtrat: Dominicus Arumeus *de mora,cap.*13.*num.*14.Petrus Surdus *deciſ.* 281. *num.* 2.*& conſ.* 150.*num.* 98. *lib.*1.*& conſ.* 157.*n.*1. *lib.*2.*& conſ.*194.*num.*3. *eodem lib.*

66 Verum reperiuntur certi caſus ſpeciales in contrarium; de quibus per Alex.*in d.l.quod te.*& in iſtis non reperitur aliquid de juramento; ergo debemus ſtare regulæ, quia dicens fallentiam, illam probare debet, *l. ab ea, ff.de probat.* & non reperitur in jure aliqua diſpoſitio legis, quæ inducat hoc privilegium pro juramento: nec ergo nos inducere debemus: argumento *l. de pretio, ff.de Publiciana in rem act.* Erubeſcimus cum ſine lege loquimur, §. *conſideremus, in auth.de triente, & ſemiſſe. l. illam, C. de collat.*

Quartò, cum ex natura venditionis proveniat, ut nuntiatio fiat venditori litis motæ, omnino facienda eſt, etſi in inſtrumento extet juramentum interpoſitum; facit in argumentum text. *in l. non dubitatur, C. de evictia.* nihilo minus ex natura contractus tacitè ſubintelligitur, ita etiam tacitè ſubintelligendum eſt, ut ita demum venditor teneatur de evictione, ſi ſibi lis mota fuerit intimata.

Quintò eſt fortis text. *in l. emptor, C.d. evictionibus.* qui negativè loquitur, & vult, quòd emptor, niſi authori ſuo denuntiaverit, non habet regreſſum de evictione contra venditorem; quo caſu quando lex habet
67 decretum annullativum, tunc inductum à lege dicitur datum pro forma, & geſta contra formam ſunt nullæ: *cap. Piſani, de reſtitut. ſpoliat. cap. cum dilecta*, ubi Felin. *de reſcriptis.* Cum igitur dicta *l. emptor*, velit, quòd emptor non habeat regreſſum contra venditorem niſi denuntiaverit, ergo neceſſariò requiritur denuntiatio; cum pro forma ſit à lege inducta, quæ non poteſt alterari per juramentum: arg. *l. qui per ſalutem, ff. de jurejuran.* facit in argumentum illud, quod notatur in *l. doli,* §. *diverſum*, maximè per Paulum de Caſtro, *ff.de novat.* Similiter quod notatur per Gloſſam, & Bart. *in. l. fin.* §. *fin. ff. de condictione indebiti.* Et probatur ex doctrina Baldi *in l.* 1.*num.* 6.*C. de peric. & commod. rei vend.& in l. nomen, num.* 2. *C.quae res pigna.obligari non poſſunt*, ubi vult expreſſè, quod ubicunque in denuntiando requiritur certa forma, tunc ſemper denunciatio eſt de ſubſtantia, nec ſufficit ſola ſcientia.

Hæc poſterior opinio placet *Moderno Apoſtill.in d. l. quod te, ad Dec.* quia juramentum tunc intelligitur ſecundum jus, & ſubjectam materiam; quamquam contrarium conſuluerit Alexand. *conſ.*9.*num.* 5.*& conſ.*148. *num.* 6.*lib.*7. & malè, ut *ibidem* dicit *Modernus Apoſtillator*, cui opinioni non obſtant in contrarium allegata.

68 Primò dictum Canoniſtarum in *cap.brevi, de jurejurando*, eſt falſum, cùm textus ille, ſuper quo eorum aſſumptum fundant, probet contrarium, nam præſupponit requiſitionem præcedere antequam ille, qui juraverit Eccleſiam defendere, perjurii reatum incurrat: unde ex *illo tex.* colligi poteſt pro iſta opinione argumentum, quod juramentum non conſtituit in mora abſque interpellatione.

Secundò dictum *Specul.* non obſtat; qui ſolum conſiderat ſtimulum juramenti; quoniam ille ſtimulus in plus non obligat, quàm natura actus, quamvis ſtrictiùs liget.

Tertiò text. *in dict. cap.* 1. §. *licèt*, non officit: quia omnes in hoc conſentiunt in *dict. l. quod te*, & alibi, quod ibi illud eſt ſpeciale in vaſſallo, quod teneatur ob maximum periculum: quia aliàs non teneretur, niſi interpellatus, *d. cap.* 1. *in fin. an ille, qui interf.*

Quartò Ripæ fundamentum fragile eſt, cùm nec lege, nec ratione illud probet; quia juramentum ſequitur naturam actus, *dict. l. fin. C. de non numerat. pecun.* Deciſio Palatij 69. *numero* 10.*part.* 2. *diverſarum.*

Quintò quod dicit *Gamez.* non eſt verum, ſi ſimpliciter præſtetur juramentum, quia regulatur ab actu, ſuper quo interponitur; ut dictum eſt.

Sextò non obſtat *Roman.* quia ſua opinio procedit in feudo, & emphyteoſi, quia videntur habere maximam convenientiam, & interdum in illis argumentamur ut notat Bart. *in l. ut jurisjurandi*, §. *ſi liberi.ff. de oper. libert.* Eſt igitur concludendum, quod ex materia 69
feudali ad alienam materiam non eſt inferendum. Bald. *in cap.* 1. *in fin. princ. de feud. cognit.* Salycet.*in l.*1.*C. de jure emphy.* & eſt communis opinio.

Non obſtat doctrina Bald. *in dict. cap. querelam, de* 70
jurejurand. Dicendum enim eſt, non eſſe veram, propter naturam ac proprietatem contractus emphyteuſis, cujus proprium eſt, non amitti emphyteuſim ob non ſolutam penſionem intra biennium, *cap. potuit, de locato*; *l. ult.C. de jure emphyteut.* Similiter & locationis ſimplicis propria eſt natura, ut conductor non poſſit privari jure ſuo, niſi poſt biennium; *l. quæro,* §. *inter locatorem ff. locati.* Hæc proprietas non tollitur per juramentum; quia ex ejus contractus ſpecie deſcendit, ut in ſimili dicebat Bald. *in l.* 1. *num.*1. *C. commodat.* & improbant Baldum Additio ad Alex. *in conſ.*85.*lib.* 1. & Curtius Iun.*in l.ſiquis major,C. de tranſ. num.* 30. Covar.*in cap. quamvis pactum,*1.*par.* §. 4. *num.* 5. *de pact.lib.*6. ubi ait, ex mente illius *cap. querelam.* deduci poſſe contrarium illius, quod *ibi* dicit *Bal.* ſiquidem poſt biennium à ceſſatione ſolutionis penſionis, agitur ibi ad privationem rei, cujus rationem ſolvere penſionem juravit: etiam quod emphyteuta non poſſit ob ceſſationem penſionis ſolvendæ privari emphyteuſi intra biennium, proprium ejuſdem contractus ab ejus exordio, & natura, non ex accidenti ſumitur.

Ad illud, quod octavò dicebatur, quod juramento intelligitur quem promittere ſe facturum, & curaturum; ſed qui promittit facere, & curare conſtituitur in mora, quamprimum ſcit, & non facit; igitur idem dicendum in jurante. Reſpondetur, quia juramentum recipit 71
in propoſito noſtro limitationem ab ipſo contractu, ſicut enim in contractu promiſſio evictionis obligat venditorem facta denuntiatione, & notificatione, ut demonſtrat Dec. *conſ.* 74. Rip. *in dict. cap. cum M. num.* 166. *de conſtit.* ita etiam in juramento ineſt eadem tacita conditio notificationis. Vel reſponde ſecundum Rub. *in d.* §. *morte*, *num.*421. quod imò in eo, qui promiſit ſe facturum, & curaturum, requiritur interpellatio, ut voluit *Aretin.* ſibi contrarius *conſil.*72. *coln. ult.* qui loquitur, ubi adeſt juramentum. Ejuſdem ſententiæ eſt Dec. *conſ.* 2. *num.* 7.*& in l. quod te, col.*4. *ff. ſi certum petat.*

Quod nono loco dicitur juramentum habere vim litis conteſtatæ, intellige delatum, & præſtitum in judicio ad litis deciſionem; quia non requiritur alia conteſtatio, nec concluſio in cauſa, ut feratur ſententia: ita ſingulariter declarat Additio ad Dec. *conſ.* 682. *num.* 7. adde Jaſ. *in l. ſi pecuniam, num.* 23.*ff. de condict. ob cauſam*; Dec. *in cap.* 1. *num.*23.*de re judicata*, Ripa *in l. ſi inſulam, num.*60.*ff. de verborum obligat.* & ſic non eſt verum in juramento in contractu interpoſito.

Ad doctrinam Bart. *in d. l. eum, qui*, §. *ſi juravero,* 72
decimo loco inductam reſpondet Rubeus *in d.* §. *morte, numero* 425. quòd juramentum non conſtituit in mora tempore contractus, ſed quamprimùm potuit. ut in ſimili dicit Gloſ. *in* §. *omnis, Inſtitu. de verb. obligat.*& iſta fuit conſideratio Alex. *in d.* §. *ſi juravero, in fin.*

Caballinus

Caballinus tamen *in d.* §. 3. *num.* 69. dicit, quòd doctrina *Barioli* nihil obſtat; quia ſi conſideretur primum membrum ex mente *Jacobi Butri*? tunc loquitur in juramento deciſorio judiciali, prout loquitur *in d.* §. *ſi juravero*: ſi verò conſideretur ſequens membrum, quando per juramentum eſt conſtitutum debitum, & tunc *Bartol.* ſentit, quòd juramentum non conſtituat in mora, & ſic potiùs probat opinionem *Caballini*, quàm contrà. Et non obſtat reſponſio Decii *in repet. l. quod te, numer.* 43. *in fin.* quando ait, quod ſicut interpellatio non excludit illud modicum tempus; ita nec juramentum interpellaret. Nam reſponderetur, quod in *dicto* §. *ſi juravero*, virtute juramenti non conſtituitur in mora; ſed benè præſupponit text. quod propter moram tenetur de interitu: quod intelligendum eſt, quando intervenit mora, vel per interpellationem, *l. ſi ex legati cauſa, ff. de verborum obligat.* vel ob lapſum temporis, ſeu juramento deciſivo interveniente.

Poſtremò, quod juramentum habeat vim interpellationis, juxta *cap. brevi, de jurejurando*: teneas quòd in *dicto cap.* potiùs probatur contrarium: & cum verba text. ſint clara, ab illorum ſignificatione recedendum non eſt, *l. non aliter, de leg.* 3. Cum enim in verbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæſtio. *l. ille aut ille, ff. de leg.* 3.

Ex his videtur, quam parum conſtantes ſint rationes, & argumenta Scribentium, qui hanc limitationem ſequuntur: quo circa hæc limitatio tenenda non eſt.

Non tamen omittam, quod aliqui fuerunt, qui diſtinctionis fœdere utramque opinionem conciliare conati ſunt.

73 Socin. *conſ.* 135. *col.* 4. *verſ.* [Secundò principaliter,] *lib.* 1. diſtinguit; aut agitur de pœna, & requiritur interpellatio aut de intereſſe, & non requiritur; quia de uno ad alterum non arguitur. Quam diſtinctionem refert, & ſequitur Gozad. *conſ.* 27. & habere maximam æquitatem dicit Cravet. *conſ.* 246. *num.* 1. ſentit Baverius *de mora, p.* 2. *num.* 19. Additio ad Alex. *conſ.* 157. *lib.* 1. Cum igitur actio de evictione contineat intereſſe, & non pœnam, dicendum videtur, interpellationem non requiri ſtante juramento. Bart. *in l. inſulam*, *in* 3. *opp. p.* 2. *ff. de verb. obligat.*

Hanc tamen diſtinctionem non probat Caballinus, *d.* §. 3. *num.* 70. quoniam talis virtus non attribuitur juramento, ut conſtituat in mora abſque interpellatione, ad pœnam, vel intereſſe, quandoquidem & pro evictione agitur ad pœnam, Caſtren. *l. ſi cum emptor. ff. ad l. Falcid. & in l.* 2. *ff. de evict.* Unde hæc diſtinctio explodenda eſt, cum amplè probatum ſit juramentum non habere vim interpellationis.

74 Ripa *in d.* §. *voluntatem*: dixit, quod ſi venditor ſimpliciter juraſſet, tunc non procedat limitatio; ſi verò juraverit ſuſcipere defenſionem, quamprimum fuerit mota lis, & tunc procedat limitatio, quia tunc ſtimulatur venditor ſtimulo juramenti abſque interpellatione ſtatim ſuſcipere defenſionem metu perjurii evitandi, *l. ſi quis major, C. de tranſact.* Hanc diſtinctionem approbat Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *illat.* 5. *in fine.* Subdit tamen, hoc eſſe maturius conſiderandum propter *Alexand.* qui in *dict. l. quod te, num.* 8. tenet contrarium. Cabal. illam reprobat *num.* 71. quia nulla lege, nec ratione probatur, ſed ſimplex illius figmentum eſt: & contra text. *in dict. cap. brevi*, ubi ille in individuo juraverat Eccleſiam defendere, & tamen præſupponitur requiſitionem præceſſiſſe.

Quapropter ſentit Gaſpar Caballinus *ubi ſuprà*, quod non eſt recedendum ab opinione contra limitationem, & dat cautelam ad tollendum omne dubium, quod poſſit apponi in clauſula evictionis; quod venditor promittat ſuſcipere in ſe dictam litem, quamprimùm ſibi fuerit denunciatum, & legitimè intimatum.

Secundo limitatur, ut non procedat, quando vendi- 75
tor ſciens habet penes ſe inſtrumenta ad victoriam facientia, quia tenebitur de evictione, ſi illa ultrò non exhibuerit emptori, etiam quòd non fuerit lis denunciata; ſecundum Bal. *in l.* 1. *verſic.* (ſed niſi venditor,) *C. de peric. & comm. rei vend.* allegat. *l. Julianus* §. *idem Julianus, & l. Titius, ff. de act. empt.* Gratus *conſil* 139. *num* 2. *lib.* 1. Aufrer. ad Capel. Toloſan. *deciſ.* 407. Rebuff. *tom.* 3. *de dilat. art.* 5. *gloſ. un. num.* 41. Ant. Rub. *in* §. *morte, num.* 434. arguit in contrarium dicens quod à communiter accidentibus venditores habent jura rei venditæ penes ſe, *d. l. Titius hæres, l. creditor. ff. de act. empt.* ergo rarò habebit locum iſta denunciatio. Quod tamen venditor teneatur emptori tradere inſtrumenta, ſequuti ſunt Ariſmin. Tepat. *tom.* 2. *var. tit.* 421. *cap.* 9. Jacob. Puteus *deciſ.* 437. *lib.* 2. *l.* 17. *tit.* 2. *p.* 3. ubi Greg. *gloſ.* 4. Fulvius Pacianus *tom.* 1. *de probat. cap.* 63. *num.* 146. Franciſ. Beccius *conſ.* 37. *num.* 8. Decius *conſ.* 214. *num.* 3.

Non obſtat text. *in d. l. Titius*, quia *ibi* venditor vendidit ſcienter rem alienam, quo caſu licet expenſæ tranſcendant duplum rei, poſſunt repeti ab eo, licèt emptor eas poſſit conſequi ab evincente; ſed *ibi* non apparet, quod denunciatio remittatur. Concludit tandem, quod ſcienter vendens rem alienam, nulla denunciatione facta, tenetur ratione doli, etiam nulla evictione ſequuta, *l. ſervus quem*, §. *ſciens, ff. de act. empt.* Cœpola *cautel. antepenul.* verùm ſi emptor moleſtaretur ratione rei venditæ, neceſſaria eſſet denunciatio, ut agi poſſit de evictione.

Ripa *in d.* §. *voluntatem*, reprobat iſtam limitationem, quod venditor potuit credere, quod emptor ideò illi non denunciavit litem, quia confidebat de juribus ſuis. *l. empti. C. de evict.*

Hæc tamen limitatio confunditur per Bald. *in dict. l.* 1. *num.* 6. ubi vult expreſsè, quod ubicunque in denunciando requiritur certa forma, tunc ſemper denunciatio eſt de ſubſtantia, nec ſufficit ſola ſcientia, Bal. *in l. nomen, num.* 2. *C. quæ res pign.* & probatur hæc forma in *d. l.* 1. *verſ.* utique *C. de peric. & comm. & in l. emptor, & in l. cum ſucceſſores, C. de evict.* Hoc tamen, quod dictum eſt de venditore, dicendum videtur in cedente, quod cedens teneatur tradere ſcripturas ceſſionario, quibus uti poſſit ad conveniendum debitorem ceſſum: Bal. *in l. ſi nomen ff. de hæred. vel act. vendit. Alex. in l. ſciendum, num.* 10. *ff. de ver. obligat.* Gloſ. *in l. Titius hæres*, ubi Gotofredus, *Bar. & Paul. de Caſt. ff. de act. empt. l. creditor. eadem tit.* Padilla *in l. inſtrumenta, C. de fideicommiſ.* Rom. *conſ.* 163. *num.* 5. Rota Genuenſ. *deciſ.* 89. *num.* 9. Hector. Felicius *de ſociet. cap.* 29. *num.* 91. Beccius *conſ.* 37. *num.* 8. Bal. *conſ.* 150. *in fin. lib.* 1. Boer. *conſ.* 52. *num.* 2. Aloyſius Riccius *in collect. deciſ.* 118. *part.* 1. Deciſio Cameralis 137. *n.* 10.

Limita tamen, quod non teneatur tradere inſtrumen- 76
ta, quando ſunt apud Notarios, & ab ipſis haberi poſſunt, nam ſufficit eorum indicatio cum die, & Notario; neque enim venditor, vel cedens tenentur tradere inſtrumenta ceſſionum, ſed ſufficit eorum oſtenſio cum cautione de exhibendis quoties opus fuerit: ita judicavit bis Rota apud Seraphinum, *deciſ.* 1477. *num.* 8. & deciſ. Cameral. 137. *num.* 8.

Tertiò limitatur ſecundum Alex. *in l. non ſolum*, §. 77
morte, num. 46. quando omninò res eſſet evicta, etiamſi facta fuiſſet denunciatio, ut ſi venditori nulla competebat defenſio: allegat Fulg. *in l. ſi ideo, ff. de evict.* & Canoniſtæ *in d. cap. fin.* Alex. *conſ.* 67. *lib.* 3. Socin. Jun. *conſ.* 120. *num.* 11. & 12. *lib.* 3. Natta *conſ.* 232. *num.* 5. & *conſ.* 462. *num.* 8. Capic. *deciſ.* 106. *num.* 4. Aufrer. *ſup. limit.* 6. Rebuff. *de dilat. ubi ſup. num.* 37. & *tom.* 1. *de dilat. civil. art. un. gloſ.* 2. *num.* 38. Gomez de Leon *deciſ. Hiſpalenſi* 53. *num.* 1. & *deciſ.* 12. *num.* 8. Suid. *deciſ.* 22. *num.* 9. Borgnin. *deciſ.* 8. *n.* 2. *lib.* 4. Dummodo

e uptor probet juſtitiam evincentis, idque jure ab eo
78 rem evictam fuiſſe, nullumque jus habuiſſe venditorem, quod poſſe: em illam defen ere. Alex. *conſ.63.* ubi Add. *colu. fi. lib 6.* Claud. *in dict.* §. *morte, num.* 101. & Rub. *num.* 418. Jaſ. *in l. ſi domus*, §. *de evict. ff. de leg.* 1. Affl ct. *deciſ.* 43. Fontonel. *tom.* 2. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 14. *num.* 75. & 77. Trentocinq. *lib.* 3. *var. reſolut.* 4. *de empt. & vendit. num.* 9. Sebaſtianus Medices, *deciſ.* 29. *num.* 5. Covar. *lib.* 3. *cap.* 17. *illat.* 6. ubi dicit communem.

79 Primò probatur per Angel. *in l. decem*, *ff. de verb. obligat. in fin.* quamvis non poſſit fidejuſſor conveniri, niſi excuſſo principali, *auth. præſente*, *C. de fidejuſ.* attamen ſi debitor non eſt ſolvendo, non poteſt opponere exceptionem diſcuſſionis: Bar. & Gloſ. & Doct. *in d. l. decem*; & *in l. fin. ff. ſi cert. pet.* Greg. Lopez *in l.* 14. *tit.* 13. *par.* 5. Carrotius *de excuſ. bonorum part.* 2. *q* 35. & *q.* 79. *num.* 3. Joſephus Ludovicus *deciſ. Peruſina* 45. *num.* 15. Flamin. Cartar. *deciſ. Genuæ* 45. *num.* 6. Andr. Gail. *lib* 2. *deciſ.* 27. *num.* 14. Dueñas *regula* 335. *limit.* 19. Paulus Æmilius Verallus *deciſ.* 273. *n.* 10. *part.* 2. Anſmin. Tepatus, *tom.* 1. *var* *tit.* 282. Hering. *de fidejuſſoribus*, *cap.* 27. *part.* 1. Pirrus Maurus Aretinus *de fidejuſſoribus*, 2. *part. ſect.* 6. *cap.* 3. *num.* 177. & per totum, Mantica *de tacit. & ambig. convens. par.* 2. *lib.* 6. *tit.* 17. *n.* 20. Vincent. Anna *ſingul.* 178. Joan. Baptiſta Bota *conſ.* 61. *à num.* 1. Flores *in add. ad Gammam deciſ.* 99. Afflictis *deciſ.* 318. *Rice. in collect.* 237. & *collect.* 1079. In propoſito tamen dicit Caballin. *in d.* §. 3. *num.* 75. quod nihil refert, venditori non fuiſſe denunciatum, ſi conſtat manifeſtè nullam defenſionem ei competere.

80 Secundò ſi debitor dicatur non ſolvendo, quando ſcilicet nuntius data ei commiſſione retulit Judici in actis ſe non inveniſſe quid exigibile in bonis debitoris, quæ relatio in actis facit notorium, tradunt Joan. Boto *in d. conſ.* 51. *à num.* 1. Angel. *in* §. *ſi quis in fraudem*, *Inſtit. de act.* Bal. *in l. perſecutione*, *num.* 6. *C. de pign.* Rolan. *conſ.* 9. *num.* 35. Maſcard. *de probat. concluſ.* 737. *num.* 5. Cevallos, *tom.* 1. *commun. q.* 372. Heringius *dict. c.* 27. *num.* 220. Dicitur etiam notoriè non ſolvendo per libri æſtimi, in quo non reperiuntur bona debitoris: Guid. Papa *deciſ.* 432. vel per ceſſionem bonorum, vel per eorum confiſcationem: Neguſant. *de pign.* 8. *part. membr.* 1. *n.* 15. vel per ſententiam, vel executionem, Bald. *in l. is apud quem*, *C. de edendo.* vel quando principalis eſt abſens. *auth. de defenſoribus*, §. 1. & 2. Gloſ. *in auth. hoc niſi debitor. C. de pign.* Rimmal. *conſ.* 416. *num.* 7. *lib.* 3. Manuel. Mendez de Caſtro *in praxi Luſitania*, *lib.* 4. *cap.* 4. §. 2. *num.* 12. Giurba *deciſ.* 57. *n.* 11. Gratianus *tom.* 3. *diſcept.* 527. *num.* 10. & 11.

81 Sed quod ad principalem quæſtionem attinet, facit Gloſ. 2. *in l. ſi cum quæſtio*, *C. de evict.* ubi *Bal. Angel.* & *Salycet.* in qua notant, quòd ubi eſt notorium, rem eſſe alienam, venditor tenetur de evictione, etiam non ſequuta ſententia judicis; Cavalcanus *deciſ.* 8. *num.* 27. *lib.* 4.

Tertiò, quia quando conſtat notoriè nullam defenſionem competere venditori, ceſſat ratio propter quam denunciatio fieri debet; ut non dicatur, quod emptor ſuccubuit quia minùs inſtructus cauſam defendit, ut notant Bart. Angel. Paul. *in l. at qui natura*, §. *cum me abſente*, *ff. de negot. geſtis.*

Quartò inducitur per Decium *conſ.* 47. *verſ.* (confirmatur) licet emptor, qui ſuccubuit propter contumaciam, non poſſit agere de evictione, *l. ſi ideo*, *C. de evict.* quoniam non comparendo in judicio, nec faciendo defenſiones neceſſarias, amittit regreſſum evictionis; *l. emptor. C. de evict.* Joan. Mario Riminald, *conſ.* 274. *à n.* 7.
82 *lib.* 2. ubi latè. Tamen ſi conſtaret ex actis ſententiam fuiſſe latam ex legitimis probationibus, non impeditur contumax agere, ſecundum Gloſſam in *verbo*, *abſens*, *l.* 2. *C. de contr. jud. tutel.* & Bald. *in l.* 2. *col.* 4. *C. quibus res jud. non nocet*, Fel. *n. in cap. cum Berroldus*, *de re judic. num.* 24.

Quintò facit Ripa *in d.* §. *voluntatem*, *num.* 2. nam 83
omitti poteſt citatio, quando notoriè conſtat nullam defenſionem competere cuando, *l.* 2. §. *quod de frumentaria*, ubi Bartol. *ff. de adminiſtrat. rer. ad civit. pertin.* Roman. *ſingulari* 228. Abbas *in cap. cum olim*, *de re judicata*; & *in cap. ad noſtram*, *de jurejurand.* quia eo caſu emptor non tenetur denuntiare, quando denunciatio eſſet fruſtratoria, ut quia rem omiſiſſet, eo quòd non habebat defenſionem, Roman. *in d.* §. *morte*, & Alex. *ibi n.* 48. Fulgoſ. *in l. ſi ideo ff. de evict.* quo tamen in caſu emptor gravabitur onere probandi, quod res defendi non poterat; & *in conſ.* 63. *lib.* 6. & *in l. ſi domus*, §. *de evictione*, *ff. de leg.* 1. & alleg. Immol. *in cap. fin. de empt. & vendit.* & eſt communis, de qua teſtatur Covarruv. *d. c.* 17. Socin. *regul.* 117. *fallentia* 4. & *in d.* §. *voluntatem*: & Bart. *in d.* §. *de frumentaria*, Socin. *conſ.* 120. *num.* 11. *lib.* 3. Afflict. *deciſ.* 106. *num.* 4. quod emptor non teneatur denuntiare, quando conſtat, quod non fovet jus, & venditor non poteſt ſe defendere; Rip. *in d.* §. *voluntatem num.* 20. & Alex. *in* §. *morte*, *num.* 46. Afflict. *d. deciſ.* 49. *num.* 3. Ripa *in cap. cum M. n.* 166. *de conſtit.* Craveita *conſ.* 83. *num.* 6. & *conſ.* 179. *num.* 6. Tuſcus *ubi ſupra*, *num.* 34.

Contrariam tamen opinionem, quod imò emptor 84
qui non denuntiavit venditori, nullum jus defendendi habenti, etiam agere de evictione non poteſt: Gloſ. Bart. & Salicet. *in l. emptarem ff de act. empt.* Angel. *in d.* §. *cùm me abſente*, Aretin. *in* §. *fin. Inſtit. de emp. & vendit.* Decius *conſ.* 74. ubi teſtatur de communi: Gratus *conſ.* 1. *num.* 57. *lib.* 1. Rebuff. *ubi ſup. gloſ. unic. n.* 37. Et opinio dictæ gloſſæ ſervatur in praxi, cum ſemper denuntiari ſoleat, ſaltem ad repetendum intereſſe, & expenſas ab eo, qui rem alienam vendidit, Franciſcus Vivius *deciſ.* 510. *num.* 1. *lib.* 3. Caballinus *d.* §. 3. *n.* 79. *de evictionib.* Et comprobatur, quia evictio non debetur emptori, qui non denunciavit lemmotam venditori, etiam ſi eſſet notorium, quod non poſſet defendi, Gloſ. *in d. l. emptorem*, *in verb.* *poſſe. ff. de act. empt.* ubi dicit, quod emptor poſſet agnoſcere bonam fidem, ſi ſciat rem eſſe petentis; attamen tenetur denuntiare litem venditori, ut olleget, & appellet; aliàs emptori non ſuccurritur contra venditorem: ibi *Bart. & Gloſ.* & benè: quia licèt emptor non compellatur ſuſcipere litem, & calumniosè litigare; debet tamen venditori litem denunciare, quia præſumitur magis informatus; Bal. *in l. qui abſentem*, *ff. de procurat.* Caſtr. *in l. in executione*, & Gloſ. *in verb* (in ſolidum) *ff. de verb. obligat.* Socin. *in d.* §. *voluntatem*, dicit in practica numquam poteſt obtinere pro contraria opinione, Dec. *conſ.* 74. & quod iſta opinio videtur eſſe communis, à qua in judicando, & conſulendo non eſt recedendum, Abb. *conſ.* 199. Marc. Ant. Peregrinus *deciſ. Patavina* 89. *n.* 7. Tuſchus *tom.* 3. *dict. concluſ.* 353. *num.* 33. pro qua Cyni opinione faciunt hæc tria.

Primò, quia leges indiſtinctè loquuntur, & dicunt, emptorem, qui non denunciavit, agere non poſſe, *l. emptor, C. de evict.* cum ſimilibus: ergo generaliter ſunt intelligendæ, *l.* 1. §. *generaliter ff. de leg. præſtandis.*

Hoc tamen fundamentum dicit Ripa *in d.* §. *voluntatem*, fragile eſſe, quia ubi reperitur lex generaliter loquens in aliquo caſu reſtricta per legem, etiam nos ratione ſubſiſtente poſſumus reſtringere, Gloſ. *in l. de pretio*, *ff. de Publiciana in rem act.* Sed leges loquentes de denunciatione reperiuntur reſtrictæ in multis caſibus, maximè quando venditor ſcienter vendidit rem alienam: *l. ſervus quem*, §. *ſi ſciens*, *ff. de act. empti.*

Hæc tamen reſolutio licèt in ſe vera ſit, eſt declaranda ex intentione Nicolai Belloni *in* §. 1. *Inſtit. quib. mo. contrah. obligat.* ut procedat argumentum in oppoſitum, 85

quoties

quoties lex ipſa debet reſtringi per hominem: ſecus, ſi
lex per legem; quia benè poteſt, ut eſt *in l. quoniam*,
ff. de condict. furtiva, quæ indiſtinctè loquitur, & per
aliam legem declaratur & reſtringitur, ut *in l. falſus*,
§. *ſed ſi is*, *ff. de furtis*; ſic in propoſito *d. l.* emptor,
quæ debet diſtingui, & intelligi ſecundum *d.* §. *ſi ſciens*;
quod ſic deducitur: Regulariter agi non poteſt de evi-
ctione niſi re evicta per ſententiam, *l. qui rem*, *C. de
evict.* & *in d.* §. *ſi ſciens*, agi poteſt nulla ſequuta evi-
ctione, & conſequenter nulla præcedente denunciatione.

86 Secundò, lex præſumit pro ſententia Judicis: *l. He-
rennius*, §. *Caia ff. de evict. cap. in præſentia, de renunt.*
Marcus Mantica *conſ. 64. num. 1. lib. 1.* & tamen non
obſtante hac præſumptione ſtatuit, quòd emptor, qui
non denunciavit, agere non poſſit, *d. l. emptor. C. de
evict.* ergo datur intelligi, quod lex conſiderat juſti-
tiam, vel injuſtitiam cauſæ; aliàs ſtatuiſſet, emptorem
poſſe agere, tamquam præſumatur juſtè condemnatus.

87 Ripa *in d.* §. *voluntatem*, reſpondet *ubi ſup.* defendit,
talem præſumptionem non eſſe juris, & de jure: quia
emptor volens probare contrarium, quod venditor ſcien-
ter vendidit rem alienam, auditur contra præſumptio-
nem hujuſmodi, *d.* §. *ſi ſciens*, Gloſ. *in cap. is, qui fi-
dem, de ſponſalibus*.

Hæc tamen reſponſio videtur, quòd non concludat,
ſi rectè ponderetur diſtinctio Bartoli *in dict. l. ſi ſervus*,
§. *ſi ſciens. ff. de act. empt.* in *ſecundo membro*; ubi volt,
quod de evictione agi non poſſit, niſi re evicta, *l. evi-
cta, in principio*, *ff. de evictionibus*, *l. 3. C. eodem*, *l. ſi
dictum*, §. *1. ff. eod. l. ſi plus*, §. *mata*, *l. ſi ſervus* 21. *ff.
eod.* Et cum dicta *l. emptor*, tollat regreſſum contra ven-
ditorem, ſi non denunciavit, colligitur, quod emptor
fuit in culpa in non denunciando, & conſequenter,
quod cauſam amiſerit ſua culpa, & damnum quod po-
ſtea ſentit, quoad ipſum emptorem damnum non repu-
tetur, quia ita voluit, *l. damnum*, *ff. de reg. juris*, &
tale damnum, quod quis regulariter ſentit culpa ſua,
non recuperat ab alio, *l. ſi fidejuſſor.* §. *1.* & *l. idemque*,
§. *generaliter. ff. mandati*, Joannes Maria Riminaldus
conſ. 274. num. 23. lib. 2.

88 Illius tamen *l. emptor*, præſumptio cùm ſit juris &
de jure, ſubſiſtendum videtur per doctrinam Pauli de
Caſtro *in dict.* §. *cum me abſente*, *n. 5* ubi determinat,
quod emptor poſſit docere nullum jus competiiſſe ven-
ditori in re evicta: & idem tenet Salicet. *in d. l. ſi idea*,
89 *ff. de evict.* Caballin. *dict.* §. *3. num. 83.* Eſt enim præ-
ſumptio juris, & de jure, quando aliquid lex præſumit,
& ſuper præſumpto diſponit, Alciatus *in tract. de præ-
ſumptionibus*, *in præludia par. 2. num. 3.* Menochius *lib.
1. eod. tract. quæſt. 3. num. 16.* & *17.* & *ſeqq.* ubi ex
Alciato, ita diffinit: quod eſt diſpoſitio legis aliquid
præſumentis, & ſuper præſumpto tamquam ſibi comper-
to ſtatuentis. Et *num. 19.* dicit, quòd non admittit pro-
bationem in contrarium. Si tamen rectè expendatur tex.
in d. l. emptor, potiùs *ibi* diſponitur ſuper facto, quàm
ſuper præſumpto. Niſi fortè diceremus, quòd *ibi* ideo
ita diſponitur, quia lex præſumit culpam emptoris non
denunciantis; & ſic videtur, quod ſit præſumptio juris,
& de jure. Utcumquè ſit, demus quod ita ſit, ex alio
90 ſuſtinetur fallentia; quia adverſus talem præſumptio-
nem juris, & de jure admittitur probatio in contrarium
ſi res notoria ſit; ita Felin. *in cap. quanta, fallent. 5. de
præſumpt.* Roman. *conſ. 350.* Alciatus *ubi ſup.* Menoch.
d. lib. 1. præſumpt. 67. Paulus Pariſius *conſ. 12. num. 53.
lib. 2.* Gratuſſ. *conſ. 83. num. 4. lib. 1.* Romanus *conſ. 350.
num. 19.* Menoch. *lib. 1. præſump. 67.*

91 Quod dictum duobus modis eſt intelligendum. Pri-
mò, ut procedat, ſi iſtud notorium allegaretur in actis,
alias nihil juvaret. Alex. *in l. unica, num. 4. C. ut quæ de-
ſunt Advocatis*; facit *l. ſi adulterium.* §. *iidem Pollioni ff.
de adulteriis*. Secundò eſt intelligendum, ut procedat in
notorio facti permanentis, ut ſentit Roman. *d. conſ. 350.*
& in propoſito intelligit Caſtr. *in d.* §. *cum me abſente*,
num. 5.

Ultimò Ripa *in d.* §. *voluntatem*, inducit pro opinio- 92
ne *Socini* novam rationem, ſcilicet, quòd ceſſante cau-
ſa impulſiva, non ceſſat diſpoſitio, *l. 1.* §. *ſexum*, *ff. de
poſtul.* Ratio autem quare requiratur denunciatio, eſt
impulſiva, ut tollatur emptori occaſio colludendi cum
actore: Alberic. *in d.* §. *cum me abſente*. Licet ergo ceſ-
ſet iſta ratio, quando notoriè conſtat, venditorem ha-
bere malam cauſam, non tamen ceſſat diſpoſitio: &
iſtud eſt, quod fortè voluit text. *in l. ſi fundo*, §. *1. ff. de
evict.* ibi: *Hoc ipſo videtur dolo feciſſe.*

Si verum eſſet, quod cauſa denunciationis eſſet im-
pulſiva, falſa eſſet doctrina Bal. *in l. 1. C. de peric. &
com. rei vend.* dum ait, quòd pro forma requiritur, ut
denunciatio fiat. Caballinus tamen *in d.* §. *3. num. 87.*
dicit, quod ipſe nunquam legit, quod pro forma quæ
dat eſſe rei, non ſit de ſubſtantia actus, ſed potius quid
accidens, & impulſivum.

Admonendum tamen eſt obiter, quæ dicatur cauſa 93
impulſiva? Caballinus *dicto.* §. *3. num. 88.* dicit illam eſſe
cauſam impulſivam quæ propter finem ultimum movet
agentem, cauſam dat actui, & ſine qua fieret actus, &
eſt illa, quæ præcurſionem habet quandam ad effectum:
cauſam verò finalem dici, quæ principaliter in agendo
actu ab agente conſideratur, quæ ipſum præcipuè mo-
vet, & in quam ipſius mens dirigitur. Bart. *in l. ambi-
tioſa, num. 19 ff. de decretis ab ordine faciendis*, Covar.
lib. 1. var. reſolut. cap. 20. num. 2. Melius tamen illam
dici exiſtimo cauſam finalem, quæ arctat ad faciendum,
ſine qua aliàs quis facturus non fuiſſet. Bar. *in l. cum te.
num. 3.* Caſtr. *num. 5. C. de pactis*, Cravetta *conſ. 142.
num. 19.* Socin. *conſ. 183. num. 3. lib. 2.* Stephanus Gra-
tianus *tomo 1. diſcep. forenſi 96. num. 40. 41.* & *42.* latè,
& copioſè Fontanella *de pactis nuptialibus clauſ. 4. gloſ.
1. à num. 13.* Monter. *deciſ.* 10. Si tamen velis ſcire
quomodò cognoſcatur, quando ratio, ſeu cauſa ſit fina-
lis, & impulſiva? vide Bald. *in l. generaliter, C. de Epiſ-
copis, & Clericis*, Bart. *in extravag. ad reprimendum, ver-
ba* (nec ex eorum abſentia,) Everardus *in topicis, loc.
80. à ceſſatione rationis.*

Ex quibus facilè à quolibet colligi poteſt, ſi denun- 94
ciatio ſit cauſa impulſiva, vel finalis.

Poſtremò Ripa *in dict.* §. *voluntatem*, nititur utram-
que opinionem ſalvare fœdere diſtinctionis: inquit
enim; aut notoriè conſtabat tempore motæ litis, quod
nulla competebat venditori defenſio, & tunc procedat
limitatio: aut tunc non conſtabat, ſed poſt ſententiam
notoriè apparuit de non jure venditoris, & tunc pro-
cedat contraria opinio; quia tunc non poteſt emptor ſe
excuſare, quod non denunciaverit prætextu injuſtitiæ
venditoris, cum ſibi adhuc non conſtaret de tali inju-
ſtitia, & hoc ipſo dolo fecit, ideóque meritò non agit, *l.
in fundo 53.* §. *fin. ff. de evict.* Barboſa *in l. venditor, n. 32.
ff. de judic.* Cravetta *conſ. 83. num. 6.* & *conſ. 179. n. 5.*
Borgninus Cavalcan. *deciſ. Fivizanenſi 8. num. 25. lib. 4.*

Caballinus tamen, *dict.* §. *3. num. 89.* hanc concor-
diam impugnat, quod iſta diſtinctio ſit verbalis: quan-
doquidem ſufficit, tempore, quo agit emptor contra
venditorem pro evictione, ut ſit notorium, nullam ipſi
venditori competiiſſe defenſionem, quia nihil refert,
quantum ad rei effectum, quando iſtud notorium appa-
reat, dummodo de eo conſtet, antequàm emptor agat
adverſus venditorem de evictione. Solet enim effectus
attendi, & non curatur modus, *l. cum ſervus*, *ff. de ver-
borum obligat. l. ſi inſulam*, *ff. de præſcriptis verbis*, *l. ſi
uno, ff. locati, l. ſi olei, C. eodem.* Petrus Surdus *deciſ.* 158.
num. 11. quin imò ipſe *Caballin.* fortius dicit ſufficere,
quandocumque iſtud notorium certificetur, etiam quod
ſuccubuerit emptor in judicio intentato contra vendito-
rem, quia non denunciavit, & retractatio illius ſenten-
tiæ poſſet fieri juxta diſpoſitionem *l. admonendi. ff.*

Digitized by Google

de jurejuran. Notorium ſolet facere ſententia, confeſſio, & inſtrumentum, *Cap. veſtra, de cohabit. cler. l. cum precum. C. de liberal. cauſ.* Petrus Dueñas *regula* 335. *num.* 17. *verſ.* (quod tamen intelligo) ex textu præcipuo *in cap. cum dilectis, de purgatione Canonic.* ubi illum allegat, & plura.

95 Alii tamen diſtinguendo dicebant, quod prior ſententia potior eſt, emptore aſſumente onus probandi juſtitiam evincentis: Poſterior autem procedit, cum emptor agnovit bonam fidem, eamque agnitionem allegat agens de evictione; non tamen probat juſtitiam evincentis.

Vel tandem quoad ſimplicem actionem de evictione obtinebat prima opinio: ſecunda verò quoad duplam: non enim emptor agit ad eam, niſi priùs denuntiaverit ſolemniter litem motam venditori, etiam ſi poſtea probet juſtitiam evincentis, ſecundum Immolam *in dict. cap. ultimo, num.* 28. *de emp. & vendit.* qui non ita indiſtinctè hoc tradit, ſed eo caſu, quo emptor, non expectata ſententia rem reſtituit, agnoſcens bonam fidem, text. optimus *in l. habere licere, ff. de evict.* Bar. *in l. emptorem, in princip. ff. de action. empt.* Afflictus, *deciſ.* 49. *num.* 3. explicat Rub. *in d. §. morte, num.* 418. Requiritur enim ſententia, ut ad duplam agi poſſit. Fulgoſ. *in dict. l. ſi ideo, ff. de evict.* hanc diſtinctionem probat, dicens actionem ad duplam jure evictionis exigere ſemper denunciationem.

Sic ſanè juxta priorem opinionem emptor, qui ſententia judicis rem reſtituit, aget de evictione ad duplam, quamvis non denunciaverit litem venditori, ſi probet jus evincentis, juſtequè ſententiam latam fuiſſe, nec venditor ullum jus in ea re competere.

96 Gaſpar Caballinus *dict.* §. 3. *num.* 91. *de evict.* dicit omnino falſum eſſe, quod ſcribit Aymon Cravet. *conſ.* 83. *& conſ.* 197. *num.* 6. exiſtimans in hac quæſtione, conventum actione evictionis, qua allegat non fuiſſe neceſſariam interpellationem, nec denunciationem, quia venditoris non intererat condemnandum fore, niſi venditor ipſe oſtendat, & probet, quod ſi fuiſſet interpellatus, potuiſſet ſe ipſum defendere, & ita onus probandi venditori incumbit, ſecundum eum, qui ad hoc citat Immol. *in dict. cap. ultim. num.* 28. *de empt. & vendit.* & Alex. *in dict. §. morte. num.* 47. à quibus hoc ipſum notat Burgos *in dict. cap. ultim. n.* 6. qui optimè eam opinionem improbat, & poſt eum Mod. Apoſtil. *ad Alex. conſ.* 63. *col. fin. lib.* 6. Siquidem emptor ipſe, qui non denuntiavit, omnino probare tenetur juſtitiam evincentis, etiamſi venditor non alleget, quod potuiſſet rem defendere, ſi ei denunciata fuiſſet lis: notant Covar. *dict. lib.* 3. *cap.* 17. *illat.* 6. Burg. *in dict. cap. fin. num.* 17. Rub. *in dict. §. morte, num.* 456. Riminaldus Senior *conſ.* 250. *num.* 15. *lib* 2. Antonius Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 39. Petrus Barboſa *in l. venditor. ff. de judic. n.* 44. Borgninus Cavalc. *dec.* 8. *num.* 6. *lib* 4.

97 Idem Caballin. *num.* 92. circa præmiſſa aliqua animadvertenda cenſet. Et primò circa primam diſtinctionem, illam latius extendit, & intelligit ſecundum Paul. de Caſtro *in d. §. cum me abſente, num.* 5. qui ita inquit. Quando emptor eſt incertus, an res ſit propria venditoris, vel aliena, & expectat ſententiam, per quam hoc declaretur, & tunc ſi poſteà agat de evictione, non habebit neceſſe probare, quod res erat aliena; quia hoc probabit ſola ſententia, per quam hoc eſt declaratum, venditore ſciente, & contrarium non probante, & eo requiſito: ſed ſi emptor certus erat, quod res erat aliena, & confidit poſſe hoc probari, etiam lata ſententia, poſſet reſtituere; tamen cum aget de evictione habebit neceſſe probare, quod erat aliena, & ſic quod juſtè reſtituit, & potuit agnoſcere bonam fidem.

Secundo verò advertit, quod ſecundam diſtinctionem non probat *Caballinus*: quoniam ſi dupla evictionis fuerit promiſſa, quamvis emptor non denunciaverit, ſufficit probare juſtitiam evincentis; qua probata emptor agit ad duplam ex ſtipulatu de evictione, Bar *in l. cum, qui, §. ſi hominem, & §. ſi aliam, ff. de ſolut.* Alex. *in l. fin. ff. de condict. ob cauſ.* Petrus Barbuſa *in dict. l. venditor, num.* 81. *ff. de judic.*

Conſequenter tamen non eſt verum, quod docet Rub. *in d. §. morte, num.* 418. ut ad duplum agi non poſſit, niſi ſequuta ſententia; quoniam ſatis eſt emptori demonſtrare juſtitiam evincentis, quandò agnovit bonam fidem: Afflictus *deciſ.* 49. *n.* 3. ubi *Urſillus*, & alii 98
Additionatores; quæ bonæ fidei agnitio fieri omninò debet ex legis conſilio, quando conſtat jus non fovere; Bar. *per l. deſtitiſſe, ff. de judic.* Caballin. *ubi ſup. n.* 93.

Ex quo venit reſolvenda ardua quæſtio: Si emptor non expectata ſententia agnoſcat bonam fidem, & rem reſtituat actori, nulla denuntiatione venditori facta; utrum ſi probet, ſe ideo agnoviſſe bonam fidem, quia ſciebat nullam juſtam defenſionem competere venditori, poſſit agere de evictione? Et magis communis opinio tenet, poſſe agere, quia cuilibet licitum eſt agnoſcere bonam fidem, & injuſtam litem non proſequi, *l. quoties, §. ſient, ff de adminiſtratione tut. l.* 2. juncta Gloſſa *verbo* (non abſens,) *C. de contr. jud. tutel.* & ita in terminis ſentit Gloſſa *in l. at qui natura, §. cum me abſente,* & ibi Bartol. & Paul. *n.* 4. *&* 5. *ff de neg. geſtis.* Immol. *in cap. fin. num.* 24. *de emp. & vendit.* Alex. *in dict. §. morte, n.* 47. *& conſ.* 63. *n.* 11. *lib.* 6. Capicius *deciſ.* 106. *num.* 2. Barboſ. *in dict. l. venditor. n.* 54. *&* 55. Et quia temerarium eſſet ſuper ſe cl.ra, & debita litigare, Hieronymus Laurentius *deciſ. Avenionenſi* 111. *num.* 8. nec prohibetur emptor bonam fidem agnoſcere, ſicuti tutor, & fidejuſſor, & ſimiles *l. ſi fidejuſſor. §. quadam, ff. mandati. l. emptor,* ubi Gloſſa, *ff. de evict.* Quod ta- 99
men amplia in Advocato fiſcali, qui ſive in medio litis, ſive lata priori ſententia, aut ſecunda, agnoſcens malam cauſam, poteſt deſiſtere à cauſa, quam putat eſſe inju- 100
ſtam, ſive actor, ſive reus ſit. Et ratio eſt, quia tunc cauſa finita eſt, cum video omninò contra me eſſe ſiniendum: paria enim ſunt, aliquem eſſe condemnatum, vel 101
proſpicere ex actis ſe omninò condemnandum: textus egregius *in l. qui pœna, §. Divus, ff. de manumiſſ.* ibi: *Vel eum proſpicere, ut damnaretur.* Ex quo infert Bart. *in l.* 1. *ff. de cuſtodia reorum,* quod licèt detentus in carcere non debeat relaxari datis fidejuſſoribus; tamen ſi publicatis atteſtationibus conſtet de innocentia, poteſt, & debet relaxari, quia paria ſunt, poſſe abſolvi, & eſſe 102
abſolutum. Facit text. *in l. quamvis indubitati, C. de adulteriis,* ubi quia erat probatum, & ferenda erat ſententia, habetur ac ſi eſſet ſententiatum. Facit *l.* 2. *§. lege Julia, ff. de teſtament.* ibi *judicatus, vel convictus.* Facit etiam, quod dicit Bald. *in l. ſi pro ea, C. mandati, in* 6. *quæſt.* quod fidejuſſor, qui videt ex proceſſu ſe omninò condemnandum, tanquam ſi condemnatus eſſet, poteſt 103
agere contra principalem: tenet Jaſ. *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. poſſeſſ. à num.* 110. *& in l. admonendi, num.* 15. *de jurejurand.* latè Garcia *de expenſ. cap.* 23. *à n.* 17. Is tamen, qui videt omninò rem à 104
ſe evincendam, etiam adhuc non lata ſententia poteſt agere de evictione, quia tunc jam res dicitur evicta, cum omninò conſtat evincendam, Garcia *de nobilit. gloſ.* 3. *§.* 1. *à num.* 30.

Minùſque (dicit Caballinus *n.* 93.) procedit, quod 105
dicit Fulgoſius *in d. l ſi ideò, ff. de evictione.* actionem de dupla requirere denunciationem; quia nullibi hoc probatur, & conſtituere talem differentiam inter actionem dupli, & ſimpli, nulla reddita ratione, eſt potiùs verbalis, quàm realis: contra *l.* 1. *C. communia de leg.* dicit propterea, tenendum intrepidè, quod conſtito de jure evincentis, quomodocumque & qualitercumque ante ſententiam, lata ſententia, ſemper limitatio locum habebit.

Tertiò

106 Tertiò conſiderat Caballin. *num.* 94. quòd *Graveta* incidenter loquitur *in citatis conſiliis*, nec principaliter conſuluit in terminis illius doctrinæ, ſed inducit illam in argumentum ad probandum ſuam opinionem; & dicit, quod etſi detur, quod principaliter loquatur, & pro vera probet illam opinionem, ſalvari poteſt illo caſu, quando venditor allegaret, quod non obſtante juſtitia evincentis, potuiſſet ſe defendere venditor; tunc probare debes, ex quo capite & quomodo ſe potuiſſet defendere: circa quæ doctrina certa tradi non poteſt, ſed totum reſidet in arbitrio Judicis.

Ant. Rub. *in d. §. morte, num.* 420. dicit, quod iſta limitatio procederet abſque dubio, ubi eſſet tale notorium, quod nulla tergiverſatione celari poſſet: quia *iſto* caſu venditor eſſet in dolo præſumpto: *cap.* 1. *cum ibi* notatis, *poſtulat. Prælat.* idcirco talis dolus culpæ emptoris, qui nondum denunciavit, videtur.

107 At unum advertendum videtur, quod in praxi ſervari poſſit, quod ponit Rebuff. *in dict. tit. de dilat. art.* 5. *gloſ. unic. num.* 46. ex intentione Præpoſiti *in cap. ſolicitudinem, de appellat.* quando venditor nullam juſtam allegat defenſionem poſt ſententiam, quòd ſi ei denunciatum eſſet anteà, aliam non allegaſſet, tunc emptor ſine denunciatione aget: expenſas tamen litis non ſolvet, cujus culpa non ſunt factæ, ſed emptor, qui ſic temere eſt litem proſecutus.

QUÆSTIO QUINTA.

In quibus caſibus non ſit neceſſaria denunciatio.

SUMMARIUM.

1 *Quando emptor, & venditor ſunt ſimul conventi in eodem judicio, non requiritur denunciatio.*
2 *Emptor non tenetur denunciare, ſi non poteſt.*
3 *Denunciatio, abſente venditore, domi facienda eſt, num.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. *&* 10. *per edictum amicis, vicinis, vel ſecundum formam* Clement. de elect.
11 *Abſenti venditori non eſt opus nunciare litem motam.*
12 *Abſenti neceſſarium ſit ne, creare defenſorem, & qualis abſentia ſit neceſſaria?*
13 *Denunciatio facta marito pro uxore, quid operetur?*
14 *Si evictio orta ſit, & venditor eſt abſens, an ſufficiat denunciare illi reverſo?*
15 *Quando mortuus eſt, cui debet fieri denunciatio, vel nullus vult adire hæreditatem, non eſt opus nunciare.*
16 *Si venditor dixiſſet quòd nolebat emptorem defẽdere, non requiritur alia interpellatio.*
17 *Favore minorum, pia cauſa, & fiſci, non requiritur interpellatio.*
18 *Explicatur lex*, in minorum, C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſar.
19 *Dominium abſq; traditione in Eccleſiam transfertur.*
20 *Privilegia non ſunt multiplicanda.*
21 *Fiſcus utitur jure privatorum.*
22 *Reprobatur gloſ.* in §. Fiſcus, l. cum quidam, ff. de jure fiſci.
33 *In Eccleſia requiritur interpellatio ſecundum* Ant. de Burgos.
24 *Eccleſiis favendum eſt, niſi aliis præjudicium inferatur.*
25 *Expenditur text.* in cap. brevi, de jurejurando.
26 *Intellectus* cap. potuit, de locato.
27 *Ultimæ voluntates, & contractus bonæ fidei à pari ſimilitudine procedunt.*
28 Gloſſæ *authoritas à multis commendatur.*
29 *Si denunciatio pacto remiſſa eſt, non requiritur alia interpellatio.*
30 *Legi prohibitivæ an renunciari valeat?*
31 *Non obſtante denunciationis remiſſione ex æquitate facienda eſt.*
32 *Cedenti non ſit nunciatio, & ratio datur.*
33 *An venditor vigore ſtatuti poſſit petere compromiſſum contra agentem?*
34 *Per compromiſſum mutatur forum.*
35 *Compromiſſum non perimit, ſed ſuſpendit judicium.*
36 *Judex coram quo fuit res evicta, poteſt cognoſcere inter emptorem, & venditorem.*
37 *Continentia cauſa dividi non debet.*
38 *Fallit in Clerico venditore.*
39 *Pluribus hæredibus venditoris in ſolidum denunciandum eſt.*
40 *Jus defenſionis individuum eſt.*
41 *Dictio, omnis, eſt collectiva.*
42 *Denunciatio non ſufficit, ut fiat fidejuſſori.*
43 *Authori fieri debet, non procuratori, niſi in cauſâ abſentia.*
44 *Procurator poteſt præſtare fidejuſſorem de evictione, licet in mandato non contineatur.*
45 *Procurator nuncians litem venditori debet docere de mandato.*
46 *Denunciatio an ſufficiat, ſi pupillo fiat?*
47 *An emptor ſit in culpa non petendo adverſarium condemnari in expenſis?*
48 *Emptor ultra duplum an aliud à venditore conſequi poſſit.*
49 *Intereſſe duplum excecedere non poteſt.*
50 *Intereſſe & damna debentur ſequuta evictione, quando id conventum eſt.*
51 *Intereſſe ſequuta evictione an poſſit excedere pretium rei?*
52 *Si lis mota ſit ſuper poſſeſſione, an agatur de evictione?*
53 *Per hypothecariam vere res non evincitur.*
54 *Emptor ſi rem melioravit, ſolvit primam æſtimationem.*
55 *Obligatus ad dandum liberatur primæva obligatione.*
56 *Emptor tenetur conducere advocatum expertum, num.* 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. *&* 64.
65 *Differentia inter ſtipulationem dupla, & habere licere.*
66 *Contra impedientem me vendere poſſum agere actione de dolo.*
67 *Si venditor promiſit de evictione rato manente pacto.*
68 *Si emptor, & venditor ſciant rem eſſe alienam, an evictio debeatur?*
69 *Si promiſſum eſt quandocunque res evincatur, num.* 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. *&* 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. *uſque ad num.* 96.

DEnunciatio non eſt neceſſaria quando emptor, & venditor, in eodem judicio ſunt ſimul conventi ab eo, qui rem evincit, quia tunc abſque alia denunciatione emptor ſuperatus poterit agere contra venditorem: Gloſſa eſt ſingularis *in l. ſi dictum, §. ſimili modo verbo*, [poſſet,] *ff. de evict.* notat *ibi* Salicetus, & ex ea colligit Bolognetus *in ſuis interpret.* quod denunciatio non debet fieri venditori, qui ſimul cum emptore in judicio conventus fuit, cum ſatis denunciatum ſit, poſtquàm ad hoc eſt citatus. Et ratio eſt ſecundum Præpoſitum *in cap. ſolicitudinem col.* 38. *fallent.* 7. *de appellat.* Coſta, *de facti ſcientia, in ſpect.* 70. *num.* 7. Nam ex quo venditor erat in judicio, potuit ſuas defenſiones adducere. Juxta notata in *cap.* 2. *fin. de procurat. lib.* 6. ſequitur Antonius Rub. *in l. non ſolum, §. morte, num.* 426. *ff. de nov. operis num.* Natta *conſ.* 208. *num.* 2. Rebuff. *tom.* 3. *de dilat. art.* 5. *gloſ. un. n.* 38. Franc. Marcus *deciſ.* 583. Capitius *deciſ.* 106. *num.* 3. Alex *in d. §. voluntatem, num.* 15. *ff. ſoluto matrimonio*, Bal. *in l. libera, in principio, C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic.* Socin. *in d. §. voluntatem*, Cardinalis Tuſchus *tom.* 3. *pract. concluſ.* 357. *num.* 7. Bal. *in l. furioſi, C. de nupt.* Greg. Lopez *in l.* 32. *tit.* 5. *part.* 5. Benedict. Capra

tom. 1. *comm. opin. in verb.* (venditor.) Caldas Pereyra *de emp. & vendi. cap.* 31. *num.* 76. Borgninus Cavalcanus *de uſufructu, num.* 215.*& deciſ.* 8. *num.*40. *lib.*4. Franciſcus Vivius *deciſ.* 510. *num.* 8. Franchis *deciſ.* 523. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. reſolu.*4.*de empt. & vendit. num.* 8. Socinus tamen dicit, quod hoc procedit, quando venditor comparuit, & ſimul cum emptore cauſam defendit, & in illis terminis loquitur Gloſſa allegata: ſed ſi venditor nunquam comparuit, tunc eſſe neceſſariam denunciationem, ut appareat, quod emptor egeat auxilio venditoris: Rip. *in d.*§. *voluntatem*, animadvertit, quod ſi venditor fuit condemnatus ſimul cum emptore, fruſtra videtur excipere, quod lis non fuerit intimata; quia emptor aget de evictione, tamquam res fuerit evicta ab ipſo venditore propter ejus contumaciam, & negligentiam: argument. *l. ſi. idea, ff. de evictian.* Caballin. *in* §. 3. *num.*97. *de evict.* dicit, non eſſe omittendum, quod Ant. Rub. *in dict.* §. *morte, num.* 428. *in fin.* teſtatur, quod communis opinio eſt, quod ſive compareat, ſive non compareat, requiratur denunciatio: & fœdere diſtinctionis componit hanc communem opinionem, aut citatio fuit ſimplex, ut compareat; & tunc procedit dictum *Socin.* ſi verò in citatione eſt inſerta cauſa propter quam redditur ce tus venditor de lite; tunc procedat dictum *Ripæ*: Intellige, niſi res illa evicta, fuiſſet communis inter emptorem & venditorem: quia tunc ſi propter eandem cauſam ab utroque ſuerit evicta, non obſtante contumacia venditoris, quamvis nulla fuerit facta denunciatio, venditor tenebitur de evictione; tamquam ſua culpa, & negligentia illa contigerit; & cum reſpectu partis ſuæ nullam excuſationem habeat; ſimili modo, nec reſpectu partis quam vendidit, cum res tota ex eadem cauſa judicio evictionis ſubjecta fuerit, & ita exemplificat Gloſſa allegata, & *ibi* Salicet.

2 Denunciatio non habet locum, ſi emptor denunciare non potuit, ut quia venditor aberat, vel latitabat. *l. ſi. ideo*, cum Gloſſa fin. *ff. de evictian. l. ſi fundo ff. eod. l. cum ſucceſſores, l. permutationis. C. eodem*, quia qui malitioſe abeſt, videtur abeſſe quoad ſui præjudiciũ, tradit Innoc. *in cap. quoniam frequenter, ut lite non conteſtata*, facit text *in l. ſi eum ſervum*, §. *fin.* à contrario ſenſu, *ff. de fideicommiſ. libert.* cum hac limitatione tranſit Præpoſitus *in dict. cap. ſolicitudinem, limit.* 8. *de appellat.* tunc enim tenebitur venditor de evictione abſque alia denunciatione, ut probat tex. *in l. ſi dictum* §. *ſi præſente*, in ultimo reſponſo, *ff. de evictionibus*, Maſcardus *tom.*2. *de probat. concluſ.* 614.*num.* 20. Cald. Pereyra *de empt. & vendit. cap.* 31. *n.* 74.

3 Denunciatio facienda eſt domi, ſi venditor abſens haberet habitationem in illo loco, ſecundum Bart. & Doct. *in l.* 4. §. *ait Prætor, num.* 6. *ff. de damno infecto*, ubi Romanus *num.* 34. Tutius tamen erit, ſi in ejus abſentia citentur amici. vel per edictum continens denunciationem ut liti aſſiſtat, & emptorem inſtruat, ac defendat, argument. *l. hac autem*, §. *non defendi, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pignoris*, ita aiebat Bal. *in dict. l. permutationis*, quem ſequitur Rebuff. *in tit. de dilat. art.* 5 *gloſ. unic. num.*44.*tom.*2. vel poterit fieri ſecundum formam *dicta Clement. cauſam*, §. *fin. de elect.* Fulgoſ. *conſ.*76. Rip. *in d.* §. *voluntatem, num.* 24. *& in d.* §. *fin.* Card. Zabarel. admonet emptorem, ut ſemper venditori intimationem faciat, juxta formam *Clement.* ad hoc ut de rigore juris arctetur venditor: addit Rub. *in d.* §. *morte, num.* 451. quod de puncto juris ſufficit ſemel proteſtari ad domum venditoris, aut uxori, & vicinis per tex. *in l. aut qui aliter* §. *& ſi forte, ff. quod vi aut clam.* Quæ quidem denunciatio perſonalis, aut ad domũ, neceſſaria eſt, ſi alicubi conſtet venditorem habere habitationem, argument. *l.* 19. *titul.*21. *lib* 4. *Recopil.* ibi: (*Sea citado el deudor para el remate en ſu perſona ſi pudiere ſer avido, y ſino en ſu caſa.*)

Et in tantum hoc eſt verum, quod ſtatutum mandans alternativè fieri citationem perſonaliter, vel ad domum in cauſa gravi, non operatur, ut ſit omittenda perſonalis; Doctores *in dict. l.* 4. §. *ait Prætor*, Afflictis *deciſ.* 358. *num.* 3. *&* 4. Maranta *in praxi part.* 6. *ultim. act. de citatione, num.* 126. Aſinius *in praxi*, §. 7.*n.*9. & verba legis Regni (*ſi pudiere ſer avida*) denotant diligentiam in perquirendo: quando tamen lex mandat citari poſſeſſorem, antequam alius in poſſeſſionem mittatur, debet inveſtigari quis poſſideat: neque excuſabitur miſſus, quod ignoraverit poſſeſſorem: licèt enim perſona ſit incerta, nunquam tamen excluditur diligentia in perquirendo, Alexander *conſil.*83.*lib.*2. Menochius *de recup.*8.*num.*103. Stephanus Gratian. *diſcept.* 194. *num.* 6.*&* 8. *tomo* 1. Gutierr. *lib.*1.*practic. quæſt.* 133. *num.* 22. Cùm igitur in caſu noſtro venditor ex neceſſitate contractus teneatur de evictione, & ſic agitur ſolum de conſervando illud jus, quod competit ipſi emptori, ſufficit unica proteſtatio; ſicut quando agi- 6
tur de conſervando exceptionem non numeratæ pecuniæ, ut *in l. in contractibus, in fin. C. de non numerat. pecun.* & de conſervando jua agendi, *l. ut perfectius, C. de annali excep.* Caballin. §. 3. *de evict. n.* 99.

Pariter neceſſaria eſt proteſtatio, ubi quis agit de novo 7
jure acquirendo in præjudicium adverſarii, aut impeditus agit non ſolum de excuſanda mora, aut pœna, ſed de ipſo adverſario in mora conſtituendo, ut *in l.*2. *ff. de nautic. fænor. in fin.* ubi Gloſſa, & Bart. notant, & *in l. fin. C. de uſuris*, Aretinus *conſi.* 163. bonus textus *in l. de pupillo*, §. *ſi quis ipſi Prætori, ff. de non oper. nunc.* ubi impeditus facto Judicis, vel adverſarii, cui denunciandum erat novum opus, proteſtari debet, ſe denunciare velle, ſed non poſſe: & ita ex illo text. tenent *ibi* Bartol. Paul. *nu.* 4. Rebuff. *tomo* 3 *ad ll. Gal. tit. de excuſat. num.*58. tradit Salcedo ad Bernard. Diaz *in regul.*615. *limit.* 2. communem dicit Jaſ. *in d.* §. *ſi quis ipſi Prætori, n.* 1.

Ex præfata ratione infertur, quod impeditus facto 8
adverſarii, tenetur proteſtari quando agit de novo jure acquirendo, ex *l. ſi idea*, §. *fin. ff. de evict.* qua deciditur, quod quando venditor, cui denunciatio motæ litis facienda eſt, abeſt, & neſcitur ubi ſit, ac per conſequens emptor impeditus eſt denunciationem facere venditori, denunciatio ipſa habeatur pro facta, adeo ut poſtea emptor re jam evicta poſſit de evictione agere, nam in iſto caſu domi denunciatio fieri poteſt, ex ſententia *Gloſſa* communiter recepta in *d. l. aut, qui aliter*, §. *etſi forte, verbo*, (ad domum,) *ff. quod vi, aut clam*, adhuc tamen neceſſarium eſt, ut emptor proteſtetur, quod denunciationem perſonaliter faceret, ſi venditor adeſſet: nam iſto caſu planè agitur de novo jure in futurum contra venditorem acquirendo, Bart. *in dict.* §. *ſi quis ipſi Prætori. num.*7. Paul. *num.*3.*&* 4. Alexand. *ad Bartol.* ibi *litera F.* ubi Joann. de Immola, & Jaſ. *num.* 4. qui contra *Angelum*, & alios opinionem communem dicit, tenet Bal. *in l. cum ſucceſſores, num.*3. *C. de evict.* reſolvit Ant. Gomez *in cap.* 2. *num.* 38.*verſ.* (item adde,) *tomo* 2. *var.* Ignatius del Villar, *lib.* 1. *reſponſo juris ſecundo, num.* 36.

Quod ſanè intelligendum eſt, quando abſentia ven- 9
ditoris eſt affectata, & culpabilis, ſecus verò aliàs, ut *in l. ſi dictum* §. *ſimili modo, ff. de evict.* ibi: *Simili modo tenetur & qui curavit ne ſibi denunciari poſſit.*) Vbi Gloſſa & Bar. & Scribentes, & notatur in *l. ſi ideo*, §. *fin. ff. de evict.* ibi *Et per eum fiat quominus denuncietur.* Et in ſpecie tenet Bar. *in dict.* § *ſi quis ipſi Prætori, num.*7. ibi: (*Sine ſui culpa*,] Ant. Comez *ubi ſup. num.* 39. *verſ. & adde*: quod eſt rationabile, ne alias ex proprio dolo commodum quis reportare valeat, ex jurib. vulgaribus, facit *lex. adea*, §. *ſemper, ff. de reg. juris*, & *in l. jure civili, ff. de condit. & demonſtrat.* quibus juribus probatur, denunciationem tunc factam cenſeri,

quando

quando videlicet denunciandus ipſum conſultò effugit: quod etiam Hoſtienſis in ſumma, tit. de contumacia, §. qualiter, num. 2. tenuit, Gregorius Lopez in l. 32. tit.
11 5. part. 5. gloſſa 4. ubi advertit cum Salycet. in l. cum ſucceſſores, C. de evictionibus, quod ſi extra provinciam ſit venditor, non teneretur emptor mittere ad denunciandum, imò abſenti venditori non eſt opus nunciare; dict. l. ſi ideo. in fin. ff. de evict. ibi: [Sive autem abſit, committitur ſtipulatio:] & ibi, præſenti venditori denunciandum eſt, Gomez de Leon. deciſ. Hiſpalenſi in centuria 12. num. 7. Greg. Lopez in l. 36. tit. 5. p. 5. gloſ. 4.

12 Ex prædictis bene colligitur, an abſenti neceſſarium ſit, creare curatorem bonorum, vulgo defenſorem, ut judicium firmum, validumque ſit? Eſt tamen advertendum, quod ſi forte debitor, qui conveniendus eſt, ſit captivus vel abſens in partibus remotis, ita quod de proximo non ſperatur venire, & bona habet ex quibus creditor poſſit conſequi debitum, tunc poterit creditor à Judice petere, ut præcedente informatione abſentiæ debiti, & bonorum, det curatorem illis bonis abſentis cum quo agere poſſit tam in via ordinaria quàm in executivo; juxta l. ab hoſtibus, §. 1. ubi Gloſſa, & Scribentes notant, ff. ex quibus cauſis majores, l. ignorare, ubi Bart. Caſtrenſ. & alii C. de re militari. lib. 11. l. 3. C. de captiv. ubi Bald: & in l. cum proponas. C. de bonis authorit. jud. poſſi. & in l. muto, §. fin. ff. de tutel. idem Bart. & Caſtr. in rubrica ff. de curat. bon. dan. & in l. ſi quis inſtituatur, ubi Angel. & Immol. ff. de hæredib. inſtitu. Bald. conſ. 575. lib. 4. Alexand. conſ. 4. num. 1. Nevizan. conſilio 17. numero 28. Rebuffus de contumacia, articul. 9. gloſſa un. num. 3. tomo 3. Menoch. de arbitrar. cent. 2. caſu 150. num. 15. l. 12. tit. 2. p. 3. ubi Greg. Lopez, Parlad. lib. 2. rerum quot. cap fin. p. 5. §. 9. num. 14. Paz in praxi tom. 1. prim. p. tert. à num. 5. Flores de Mena in addit. ad Gammam, in deciſ. 15.

Et ſi arbitrio Judicis curator dari poſſit, ut poſt Bart. & alios reſpondit Dec. conſ. 575. num. 1. quos refert Menoch. ſup. tamen in hac curatoris bonorum datione plura concurrere debent, prius enim conſtare debet de abſentia illius de cujus bonis agitur, & quod non reliquerit procuratorem ad omnia negotia, & de debito, ſeu alia cauſa juſta, ob quam dandus ſit curator, & decerni debet ad inſtantiam eorum quorum intereſt: & curator debet eſſe maſculus, & non fœmina, niſi ſit mater abſentis, & major 25. annorum; & ſatiſdare antequam adminiſtrationem ſuſcipiat, & inventarium conficere: Roland. conſ. 48. num. 14. lib. 1. Menoch. ſup. num. 16. cum ſeqq.

Item, hic curator conſtitui debet per Judicem competentem, cui ſubeſt abſens vel in foro illius Judicis in quo ſi præſens eſſet, cogeretur judicium ſuſcipere, l. 1. in fin. ff. de tut. & curat. datis ab his. Rolan. conſ. relato, Menoch. dicto caſu 150. num. 16. Unde cum hæc conſtitutio curatoris detur bonis, non extenditur ultra territorium Judicis conſtituentis, quia non poteſt dari bonis extra territorium Judicis dantis ſitis, l. 1. in princip. & in §. ſi plures ff. de curat. bon. dan. l. juris peritos. §. cum oriundus, ff. de excuſat. tut. l. ult. ff. de juriſ. omn. judic. Gloſſa in l. non ſolum. §. & qui teſtamento. ff. de curat. bon. dan. Oldrald. conſ. 59. in fin. Simon de Prætis ſol. 87. num. 75.

Amplia in curatore adulti, quem Judex, ſub cujus juriſdictione bona ſunt ſita, dare poſſet adulto etiam non ſibi ſubdito, l. 1. verſ. (ubi eorum ſunt facultates,) C. ubi tut. vel curat. ubi Bal. notat, Bar. in l. pupillo, ff. de tut. & curat. datis ab his. & in l. juriſperitos, §. cum oriundus, ff de excuſat. tut. & ratio eſt, quia curator datur rebus. l. in copulandis, C. de nupt. ideo attenditur locus, ubi res ſitæ ſunt, ut tradunt Alex. conſ. 44. num. 27. lib. 5. Tiber. Decian. reſp. 109. num. 53. lib. 2.

Denunciatio facta marito pro uxore an ſolùm prodeſt, 13
ut denuncians à dolo excuſetur, non tamen ad mulieris præjudicium; & an facta procuratori, vel Syndico reipublicæ, noceat ipſi reipublicæ? firmat Bar. in l. 5. §. ſi forte eſt, ff. quod vi, aut clam, Ariſminus Tepatus tom. 2. var. tit. 422. cap 7. Gregor. Lopez in l. 32. tit. 5. p. 5. gloſ. 4. Contrarium tamen eſt tenendum, quod maritus conventus ſuper re data in dotem, debet nunciare uxori, & uxor authori ſuo, Gloſ. in l. ſi pro re, §. ſi pro evictione, ff de evict. Dec. conſ. 10. num. 14. & illam gloſſam ſequuntur Bart. Bal. & alii Doctores, Caldas Pereira de empt. & vendit. cap. 31. num. 67. Marcus Antonius Peregrinos ſic teſtatur judicatum fuiſſe in Senatu Patavino deciſ. 89. num. 3.

Si evictio orta eſt, & venditor eſt abſens, ſufficit 14
denunciare illi reverſo, ita mirabiliter tenet Paul. de Caſtro conſ. 340. lib. 1. effectus primi dubii, Bar. & Alex. in l. de pupillo, §. ſiquis ipſi Prætori, ff. de nov. operis nunc. Tuſchus tom. 3. pract. concluſ. 353. num. 62. Marius Muta deciſ. Siciliæ 59. num. 7.

Quando tamen non eſt, cui fiat talis nunciatio, ut 15
ſi quis eſt mortuus & nullus vult adire illius hæreditatem: nam cum verba legis non conveniant, non convenit etiam diſpoſitio, l. 4. §. toties, §. ff. de damno infecto, Felin. in cap. nonnulli, de reſcriptis: nam cum denuntiatio fiat, ut ille, qui eſt magis inſtructus defendat, certè tamen hoc ceſſat in Tertio, & in fidejuſſore venditoris, ideo ei non eſt neceſſe nunciare, l. authore laudato, C. de evict. Laurentius de Pinu conſ. 92. n. 8. & 9.

Denunciatio non procedit, ſi venditor dixiſſet, quòd 16
nolebat defendere emptorem a lite mota, vel movenda, Burgos in dict. cap. fin. colu. penult. movetur per Gloſſam in ſimili in l. tres, ubi Bart. & Bal. C. quomodo, & quando judex Gloſſa loquitur de citato, qui reſpondet nuncio nolle venire: idem notat Bart. in l. conſentaneum, num. 10. C. quomodo & quando Judex: & facit tex. in cap. venerabilibus, §. ſecus, de ſententia excommunicationis, lib. 6. quem refert Rip. in d. §. voluntatem, n. 25. Rebuff. dict. tit. de dilat. 5. gloſ. unic. num. 48. citat text. in cap. 2. de dolo, & c. lib. 6. dicit tamen Ripa ibidem, quòd dicta limitatio non videtur tuta, tum quia ſimile de citato, qui reſpondet nolle comparere, quòd non ſit amplius citandus, non expenditur per Felin. in cap. conſuluit. col. 4. de offic. delegati: tum quia denunciatio requiritur, ut appareat, quod emptor indigebat defenſione venditoris: quæ rationes militant etiam, quòd venditor dixiſſet nolle cauſam defendere: Caballinus, §. 3. num. 10. de evict. tranſit cum hac opinione, licèt Caldas Pereyra in dict. cap. 31. num. 74. in fin. dicat, quòd tunc alia interpellatione opus non eſt, nec citatione, quando citatus dixit ſe non venturum, per dict. cap. 2. de dolo, & Gloſ. in cap. ad hæc, hic finitur: in uſibus feud. cui ſententiæ adhæreo.

Animadvertendum tamen eſt, ſecundum ſententiam Caballini, ubi ſuprà, quòd ſi venditor fuit extrajudicialiter denunciatus, ut in ſe judicium ſuſcipiat, & tunc dixit nolle comparere, non conſtituitur in mora, quia interpellatio non eſt legitimè facta: ſi tamen via juris fuerit incitatus ad litem defendendam, & nuncio reſpondeat nolle venire, tunc procedat prædicta opinio.

Non requiritur etiam denunciatio favore minorum, 17
piæ cauſæ & fiſci, l. in minorum, cum Gloſſa, C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. Alciatus conſil. 701. in fin. & 685. num. 8. Rebuff. tit. de reſtit. art. 2. gloſ. 4. num. 11. tom. 2. quod procedit ſi venditor habuerit ſcientiam litis motæ: aliàs non poſſet dici eſſe in mora, ſecundum Bald. in l. 1. n. 6. C. de peric. & comm. rei vend. ita tenet Ripa in dict. §. voluntatem, num. 16. Gratus conſ. 139. num. 16. Rebuff. in tit. de dilat. art. 5. gloſſa un. n. 34. tom. 3. Lex illa in minorum, loquitur ſolum 18
in minore, & tradit etiam Immola conſ. 75. Corneus conſ. 184. lib. 3. Socin. Jun. conſil. 133. lib. 2. & conſil. 174. lib.

lib 2. qui omnes dicunt, quòd in minore mora irregu-
laris contrahitur, etiam quoad pœnæ commiſſionem:
Scribentes verò ſunt (veluti Salycet. in dict.l.in mino-
rum) qui extendunt ad piam cauſam: & fuit dictum
Gloſſæ in §. ex maleficiis, Inſtit. de act. quam extollit
Roman. ſingulari 116. & Matth. Syllan. notab.4. Bald.
in Auth. quod amplius, n.16.C.de fideicommiſ. Alexan.
in l. quod te, num.8. Purpurat. num.95. ff. ſi certum pe-
tatur, Jaſ. in dict.§.ex maleficiis, num.32.Rub.in dict.
§. morte, num.429. & eſt communis opinio, teſte Co-
varruv. lib. 3. var. cap. 17. & probatur iſta opinio ex
Gloſſa in dict. §. ex maleficiis; Aufrerius ad Capell.To-
loſan. qu.408. limit.2. Cald. Pereyra dict.cap.31.n.69.
Maſcard. tom. 2. de probat. concluſ.614. n.17. Gregor.
Lopez in l.32. tit.5.p.5. gloſ.4. Ariſmin. Tepat.tom.2.
tit.422.cap.2. in fin. Vincent. de Franchis deciſ. 16.
Petrus Surdus deciſ.25. num. 15. Stephanus Gratian.
diſput. forenſ. 67. num.5. Probatur etiam. Quia minor,
& Eccleſia æquiparantur, Gloſ. in l.reſpublica, verb.
[ſolet;] ubi Bar. & alii, C.ex quib. cau.majo.textus in
cap. auditis, de in integrum reſtit. Tiraq.de privilegiis
piæ cauſæ privil.142. Steph. Bertrand. conſ.240. num.2.
lib.3.par.1. Cevallos tom.1.comm. opinion. q.4.num.3.
Caball. dict.§.num.103. Fachinæus controverſ.juris.lib.
2.cap.37.verſ. [cæterum.]

Facit etiam Gomez in dict.§. ex maleficiis, num. 48.
quòd major ratio concurrit in Eccleſia, quàm in mino-
re, ut ſibi privilegia minorum potiùs competant, quàm
ipſius minoribus: quia Eccleſia ſubjacet magnis fraudi-
bus, cum alieno tantum arbitrio regatur; minorum ſuo,
& alieno; & ideo ſtrictiores ſunt Eccleſiarum prohibi-
tiones, quàm minorum: idem ſentit Jaſ. in l.1.num.9.
C.de his.quib.ut indig.

18 Caballin.tamen ubi ſuprà, credit fundatam limita-
tionem in dict.l.in minorum, non eſſe veram; quia ſi
eſſet vera procederet per extenſionem, quæ non admit-
titur in exorbitantibus, cap.quæ à jure, de regul. juris,
lib.6. l. ſi verò, §.de viro, ff.ſolut.matrim. Nicolaus Eve-
rardus in topicis, loc.71. à rat. leg. ad extenſionem ipſius
legis, num.41. & ſeqq. Regulariter enim nemo conſti-
tuitur in mora ſine interpellatione, l. mora, ff.de uſuris,
l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. obligat. quod non proce-
dit in caſu dict. l. in minorum, ubi minores habent hoc
privilegium, ut in contractibus bonæ fidei mora con-
trahatur re ipſa: dicit tamen Caballin. ubi ſuprà, quòd
non extenditur extra ſuum caſum, cap.ſane, de privileg.
§. quod Principi placuit. Inſtitut.de jure naturali, l.ſtipu-
latus §.Chryſogonus, de verb. obligat.l.1.C. de legibus,
Gironda de privilegiis, q.4.c.2. num.53. & quæſt. 114.
num.626. Pater Salas de privilegiis, cap.27.n.2. Carolus
de Tapia in rubrica de conſtit. Principum, cap.6. à num.1.
qui plures allegat. Igitur non poteſt procedere in iſto
caſu, de quo non loquitur dicta l.in minorum.

19 Comprobat hoc dictum Caballin.num. 104. à ſimili,
quòd licèt Eccleſia habeat privilegium, quòd ex ſolo
titulo transferatur dominium ſine traditione, l.fin. C. de
Sacroſanctis Eccleſiis, tamen ei non competit Publicia-
na, niſi facta fuerit traditio, cum ille caſus non ſit ex-
preſſus in dict.l.fin. quia in exorbitantibus, non debet
fieri extenſio; ita concludit Jaſ. in §.ſed iſtæ, num.3. In-
ſtit. de actionib. Abbas in cap.ex literis, de conſuetudine,
20 col.2. Et ex alia ratione ſuadetur, quia privilegia non
ſunt multiplicanda, l. in fraudem, §. ſi quis ff. de milit.
teſtam.l.1.C.de dotis promiſſione.

21 Præterea dicit Caballin. quod facit, nam fiſcus ſolet
in multis caſibus eſſe privilegiatus, attamen niſi repe-
riatur ſpecialiter, & nuncupatim privilegiatus, utitur
jure privati, l.item veniunt, §. in privatorum, ubi Gloſſa
ff.de petit.hæred. Dec.conſ.531. num.3. l. cum quidam,
§.fiſcus, ff. de uſuris, l. idem. ff. de compenſat.l.cum vi-
tioſi, ff. de pign. l. de contractu, C.de reſcind. vendit.l.
juſtas, C.de jure fiſci, lib. 10. Ancarran. conſil.101. Ful-
goſius conſ.226. Natta conſ. 500. num. 6. Guid. Pap.
deciſ. 536. Cravetta conſ.596.num.5. Menochius conſ.
292. num.9. Anton. Peregrinus de jure fiſci, lib.6.titul.
1.num.1. Petrus Surdus deciſ.1. num. 4. & 5. quidquid
dicat Gloſſa in dict. l. cum quidam, §.fiſcus, Alexand.in 22
l.quod te, num.8.ff.ſi certum petatur. Felin. in cap. licet
Heli, de ſimonia, num. 3. Bald. in l.1. col. 2. C.de his
quibus ut indignis, Roman. in l.ſi ex legati cauſa, ff. de
verbor. oblig. quoniam contrarium tenet, & Gloſſa in l.
ſed etſi reipublica, verb. (in re,) ff. de uſuris, ut ani-
madvertit Bald. in dict. §. fiſcus: in dubio enim non præ-
ſumitur fiſcus privilegiatus, l.non puto, ff. de jure fiſci,
ſecundum intellectum Dec. in cap.ex literis. col.3. verſ.
(vel aliter cogitabam) de probat. Ripa in l. 1. num. 4.
ff. ſolut. matr. in l. ſi debitor, num.7. de pign. Covar.lib.
1. var. cap. 16. in princ. Aymon. Cravet. conſil. 168.
num.10. Idem multo magis concludendum eſt, in piis
locis, & fiſco; cum enim lex. in minorum, non debeat
extendi extra ſuum caſum, multo magis non debet ex-
tendi ad piam cauſam, & fiſcum, de quibus lex illa non
loquitur.

Anton. de Burgos in dict.cap.fin. num.9. de empt. & 23
vendit. ſuſtinet hanc partem, per text. in cap. brevi, de
jurejurando, qui inſinuat neceſſariam eſſe interpellatio-
nem, ut Eccleſiæ debitor conſtituatur in mora: adducit
text. in cap. potuit de locato, ubi præmittitur, non po-
tuiſſe conſtitui in mora Eccleſiæ emphyteutam ſine in-
terpellatione, niſi contractus, & penſionis ſolutio diem
certum conſtitutum haberet: & ex Gloſſa in dict. §. ex
maleficiis, veram eſſe quoad ea, quæ in teſtamentis Ec-
cleſiæ relinquuntur, probat hoc ex Baldo in repet.l.1.
num.47. C. de Sacroſ. Eccleſ. & Felin. in cap.licet Heli,
num.4. de ſimonia. Et quamvis multùm Eccleſiis faven-
dum ſit, illud eſſe verum fatetur, niſi ex hoc inferatur 24
alteri præjudicium, per textum in cap.ex tenore, de foro
competenti, notat Bald. per textum in l. ſi quis presbyte-
ros, notab.3. C.de Epiſcop.& cleric. Cravet. in rubrica de
leg. 2. num. 134. poſt tract. de antiquit. temp. Mantica
de conject. ult. volunt. lib.3. titul.4. num. 5.& titul. 19.
num. 19. in fin. quia Eccleſia debet eſſe juſtitiæ cultrix,
Bald. in ea lege, quæſt. 6. C. de condict. ob cauſ. & non
debet ſibi vendicare, quod de jure minime noſcitur ei
pertinere.

Covar. ergo dict. lib. 3. var. cap. 17. illat.4. reſpondet 25
ſigillatim ſupradictis argumentis tutando communem
opinionem: & primò; nam licèt Roman. Pontifex in
dict. cap. brevi, ex facto, quod ita contigit, meminerit
interpellationis, non tamen ex hoc cenſet, eam fuiſſe
neceſſariam, imo etiam quòd abſque interpellatione ſal-
tem ratione juramenti foret debitor in ſpecie illius textus
conſtitutus in mora, ex Joanne Andr. Abb. ibi: Quo-
ties ex tacita lege conventionis, & ejus natura comper-
tum eſſet debitori Eccleſiam ejus auxilio, quod is præ-
ſtare promiſerat, indigere: quem intellectum ad illum
textum probarunt Jaſ. in dict. l.quod te, num.22. & Pur-
purat. num. 97. ff. ſi certum petatur, & eſt communis
ſecundum Dec. ibi num.11. atque ita juxta interpreta-
tionem præmiſſam illa deciſio non oberit communi
ſententiæ.

Neque obſtat, cap. potuit, quia ex illo ſolum colli- 26
gitur emphyteutam Eccleſiæ non aliter in mora conſti-
tui: quam ſi per biennium ceſſaverit à ſolutione penſio-
nis: nec tamen ex hoc neceſſario colligitur, numquam
Eccleſiæ debitores in mora conſtitui, niſi per interpel-
lationem, aut per lapſum diei: hoc etenim non conſe-
quitur ex primo: nam requiritur biennii tranſcurſus,
quia is dies ad pœnam commiſſi, quæ legalis eſt, à le-
ge conſtituitur. Unde liberum erit, non obſtante ea de-
ciſione tractare; an non appoſito die committatur mo-
ra irregularis abſq; interpellatione in Eccleſiæ favorem.

Hanc reſponſionem ſuſtineri non poſſe affirmat Ca-
ballin. dict. §. 3. n.111. ad dict. cap. potuit; non tamen
dicit,

dicit, quod ſequatur, quod aliunde veniat, ut Eccleſia habeat iſtud privilegium, quia, ut ipſe fatetur, nullibi hoc probari poteſt.

Ultimò dicit, quod parum viget interpretatio Gloſſæ in *dict. §. ex maleficiis*, quia ea falſa eſt, nam in hac re, ultimæ voluntates, & teſtamenta, paria ſunt contractibus bonæ fidei: eſt text. in *dict. l. in minorum*, cujus præter *Doct.* meminere Bartol. *in l. eum te, ff. de pactis*, & Jaſ. in *§. actionem num. 5. inſtit. de action.* Unde conſtat opinionem Bald. *in dict. l. 1. C. de peric. & com. rei vend.* in favorem Eccleſiæ admittendam eſſe. Præſertim quod ubi venditor ſciverit litem motam fuiſſe Eccleſiæ, eo ipſo intelligit Eccleſiam indigere ejus auxilio ad defenſionem litis, & ideo eo hoc venditor jure quodam ſpeciali requiſitus cenſetur, & ut liti aſſiſtat tacitè interpellatus.

Salycet tamen reſpondet in *dict. l. minorum*; quod illam ſimilitudinem non ſemper obtinent teſtamenta, & contractus bonæ fidei: allegat *l. alias, ff. de in litem jurand. l. ſi hæres* juncta *l. in bonæ fidei, ff. de eoquod certo loco.*: & propterea ſubdit, quod in caſibus expreſſis à jure facienda ſit æquiparatio, & non aliàs, ut unumquodquè in dubio judicetur ſecundum ſuam naturalem regulam, *l. jus ſingulare, l. quod verò, ff. de legib.* Unde id, quod diſponitur in *dict. l. in minorum*, non eſt trahendum extra caſum ſuum.

Minus probat Caballinus *in dict. §. 3. num. 110.* opinionem *Antonii de Burgos* conſtituentis differentiam inter ultimas voluntates, & contractus bonæ fidei, juxta terminos *dict. l. in minorum*, cum ex ipſamet lege colligatur contrarium.

28 Nec etiam probat ſententiam *Covar.* nitentis probare limitationem hanc authoritate ſolùm Gloſſæ argumentativè ad *dictam l. in minorum*, & quamvis ſciat Gloſſæ authoritatem à multis commendari, quos congerunt Dec. & Claud. de Seyſell. in *l. ut vim, ff. de juſt. & jure*, in *Gloſſa fin.* latè Maſcard. *tomo 2. de probat. concluſ.* 842. *à num. 1.* & mirabiliter dixit Salycet. in *l. 1. C. de pactis*, quod Gloſſæ ſunt naves, per quas navigamus per vaſtum juris civilis pelagus, nos in portum claræ veritatis ducentes, Thomas Ferrato *cautela 17. num. 3.* nihilo minus Gloſſa *in l. ſed licet in fin. ff. de officio Præſidis*, de ſe dicit, quod authoritas eſt probabilis, non talis neceſſaria.

Standum tamen eſt communi opinioni, quam retulimus *ſuprà, numero* 21. pluribus authoritatibus corroboratam, & deciſionibus exornatam, à qua nunquam eſt recedendum, cum Alexand. Trentacinq. *lib. 3. reſol. var. reſolut. 4. de empt. & vendit. num. 15. verſ.* (ut non diſcedas,) Munnoz de Eſcobar *de ratiociniis, cap. 15. num. 31.* Ant. Pichardo *diſput. de mora, à num. 38.* qui copioſè exornant *dict. l. minorum, C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſaria*: ad quos recurre.

29 Denunciatio non debet fieri, ſi ea pacto remiſſa fuit, *l. Herennius, in principio*, ubi Bald. & Salicet. *ff. de evict.* & iidem in *l. non dubitatur, C. eodem*, Bart. & Paol. *in l. emptorem, §. fin. ff. de act. empt.* Angel. *conſ. 177.* Corneus *conſ. 6. in fin. lib. 2.* Aufrer. ad Capel. Toloſ. *deciſ. 480.* Sempronius Acius *deciſion. Archiepiſcopatus Barenſis* 68. *numero* 3. Rebuff. *dict. titulo 5. gloſſa un. numero 39. & 40. tom. 3.* ſubdens ex intentione Angeli, in *l. emptor. C. de evict.* quod ſolent quidam in inſtrumentis venditionis ſcribere quod venditor de evictione teneatur, etiam non facta denunciatione, quia remittentibus jura ſua non eſt regreſſus dandus; *l. quæritur, §. venditor, ff. de ædilit. edict.* & comprobatur per rationem illam generalem, quòd quilibet favori ſuo renunciare poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis cum ſimilib.* Cœpola *cautela* 134. Cardinalis Tuſchus *tom. 3. var. reſolut. conſ. 353. num. 45.* Bald. *conſ. 447. lib. 2.* Alex. in *dict. §. morte, num. 8.* & hodie paſſim in inſtrumentis fit hæc renunciatio: &

idem Tuſchus, *num. 46.* extendit hoc, ut procedat, etſi non ſit pactum in inſtrumento, quod non fiat denunciatio, niſi per relationem ad aliud inſtrumentum; quia ſi in alio inſtrumento tale pactum adſit, cum ſit facta relatio quoad omnia, perinde eſt, ac ſi pactum eſſet extenſum, Bald. *dict. conſ. 447. verſ.* (item conſtat;) reſtringit tamen *ibidem Tuſchus, num. 47.* quia ſi venditor remiſiſſet denunciationem, etiamſi promiſiſſet de evictione de jure, & de facto, intelligitur remiſiſſe judicialem moleſtiam tantùm denunciandam; non autem extra judicialem, & ideo ſi evictio fuit extrajudicialis, & ignoraverit venditor, non tenetur: *Angel.* plenè *conſ.* 177. Dec. *conſ. 74. colu. 3. verſ.* (quarto demonſtrabitur.) Quod autem valeat pactum per quod emptori remittatur denunciandi neceſſitas, firmarunt Caballin. *dict. §. 3. num. 114. de evict.* Franciſc. Beccius *conſ. 106. num.* 20. Rota Genuenſis *deciſ. 15. num. 13. verſ.* [tertio,] *& deciſ. 28. num. 17.* Maranta *de ordine jud. part. 6. tit. de laudatione, num. 15.* Maſcardus *tom. 2. de probat. concluſ. 614. num. 19.* Fab. Turetus *conſ. 86. num. 23. lib. 2.* Marius Muta *deciſ. Regni Siciliæ 59. num. 14.* Alex. Trentacinq. *ubi ſuprà num. 7.*

Antonius Rubeus *in dict. §. morte, num. 443.* contrariam ſententiam ſequitur, & dicit, quod ſibi videtur, quod iſta neceſſitas denunciandi non poſſit remitti, 30
quia eſt inducta à lege, quæ ſic præcipit, *l. ſi fundo, §. fin. l. ſi ideo, in fin. ff. de evictionib.* ubi ergo lex præcipit, ei renunciari non poteſt; ut eſt Gloſſa notabilis in *l. 1. C. ne fidejuſſores dotium dentur*, ubi *Doct.* Gloſſa *in l. à Divo Pio, ff. de ritu nupt. & in Auth. imò, C. de act. & obligat.* Tiraq. *de Primogenitura, quæſt. 22. num.* 9. & eò maximè, quia iſta denunciatio fit magis ad tollendam negligentiam in denunciante, quàm ad moram inducendam in denunciato; ipſe tamen *Rub.* reſpondet quod continet utilitatem denunciantis, quia ipſe videtur magis inſtructus; & quod legi prohibitivæ aliquid in favorem alicujus ſtatuenti ille ſolum poteſt renunciare, ut declarat Cyn. *in d. l. 1. in fin.* Et contra *Rub.* replicari poteſt, quod pro forma inducta eſt à lege, ut fiat denunciatio, Bal. *in l. 1. C. de peric. & comm. rei vend.* cui legi renunciari non poteſt. Caballin. *in dicto §. 3. num. 115.* quod non procedit quando illa forma eſt introducta in utilitatem privatam; Abbas *in cap. fin. §. ex autem, de offic. delegat.* Dec. *in l. penult. num. 17. de pactis*: & idemmet Caballin. reſpondet argumento *Rubei* facile: nam etſi verum ſit, quòd legi prohibitivæ renunciari non poſſit, illud verum eſt, niſi lex ipſa hoc permitteret, ut contingit in propoſito. Unde quamvis *lex, emptor C. de evict.* deneget regreſſum emptori non denuncianti adverſus venditorem, nihilo minus non procedit, ſi pacto fuerit remiſſa denunciatio, *dict. l. Herennius*, Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 2. num. 39. verſ.* [item adde] Jean. Pet. Ferrar. *in pract. in cauſa venditi Verbo* [promittens] *num. 7.* dicit, quòd per hanc renunciationem venditor ſubjicitur maximo periculo, & quòd ea ſit rarò, ideoque ſit cautus notar. in hoc; ſubdit tamen *num. 9.* quòd plerumque ut cautius ſuccurratur emptori, ſolent notarii in inſtrumentis apponere hujuſmodi pacta, quæ vulgo appellantur utilia, & convenienti congruoque vocabulo; quia emptoribus valde utilia ſunt.

His tamen minimè obſtantibus, media via tenenda 31
eſt, quòd ex æquitate denunciandum eſt, tenent Rebuf. *ubi ſuprà*, Gaſpar Caballinus *dict. §. 3. nu. 115.* Ancarran. *quæſt. 36. lib. 1.* D. Garcia Maſtrillus *deciſ. Regni Siciliæ 189. num. 22.* Rota Genuenſis *deciſ. 28. num. 17.* & ita judicatum etiam refert in Regno Siciliæ, Marius Muta *deciſ. 59. num. 15.* ibi: quòd hoc non obſtante, ſemper fieri deberet cedula laudatoria ad effectum, ut promittens de evictione deducere poſſit jura ſuo, & de illis inſtruere eum, cui ſit promiſſa evictio; alioquin, ut inquit *Caballin.* ſi venditor haberet in-

ſtrumen-

ſtrumentum, quod ſi productum fuiſſet, emptor rem non amiſiſſet, & cauſam non perderet; in culpa enim eſt emptor non obſtante pacto.

32 Denunciatio non habet locum in cedente; & ita ceſſionarius agens, ſeu intentans actionem ceſſam, cedenti nunciare non tenetur, Dec. *conſ.* 102. Præpoſitus *in cap. ſolicitudinem, de appellat.* Rebuff. *tom.* 3. *ad ll. Gallic. art.* 5. *gloſ. uni. num.* 42. Greg. Lopez *in l.* 31. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſ.* 4. Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap.* 31. *nu.* 75. & comprobatur duplici ratione à Dec. *in dict. conſ.* quia ad hoc, ut emptor agere poſſit de evictione non requiritur, quòd fuerit præſens in judicio venditor, ſed ſatis eſt, quòd fuerit præſens per procuratorem, Paul. Caſtrenſ. *in l.* 1. *in fin. C. de peric. & comm. rei vendit.* ſed ipſe cedens habuit in judicio ceſſionarium conſtitutum procuratorem, (ut fieri ſolet in inſtrumento ceſſionis) unde in tali judicio videtur cedens præſens fuiſſe, *l. fin. C. de procurat.* Sed iſta ratio videtur debilis, Caballin, *ubi ſuprà, num.* 117. quia forſan cedens, ſi illi fuiſſet denunciata lis, ſciviſſet meliùs defendere cauſam, ut magis inſtructus.

Secundò, quia in præſenti caſu agitur contra cedentem, ut adimpleat, quod promiſit, ut conſilit Alex. *conſ.* 67. *lib.* 3. ubi concludit, quòd quando agitur contra venditorem, ut tradat rem liberam, quæ reperitur obligata, agitur etiam quòd nulla denunciatio intervenerit; allegat plura Tuſcus *tom.* 3. *pract. concl.* 352. *num.* 63. & facit Gloſſa *in l. qui rem, C. de evict.* Aymon. Cravet. *conſ.* 109. *n.* 4. Quod comprobatur, quia exceptio implementi non ſequuti, ſicut nocet cedenti, ita & nocet ceſſionario, eò quia rei cohærens eſt, Aretin. *conſ.* 95. Dec. *conſ.* 59. *in fin.* Nevizan. *conſ.* 50. *num.* 63. *verſ.* (non obſtat quarto.) Reales enim exceptiones ſolutionis, compenſationis, & ſimiles poſſunt opponi ceſſionario per debitorem ceſſum, tanquam rei cohæreant, ideo ſicut dantur contra principalem, dantur etiam contra ſingularem ſucceſſorem; ceſſio enim tranſit cum ſuo onere; nam cedens non poteſt transferre jus ſuum ſalvum & integrum, quod penes eum non erat ſtante obligatione de bonis ceſſio ad favorem alterius, qui ex hoc habebat exceptionem, & ita in præjudicium ejus, qui vult excipere non poteſt tranſire talis ceſſio, quæ ſolum poteſt tranſire cum ſua cauſa, & aptitudine paſſiva, & non aliàs. Dynus *in regul. is, qui in jus* 46. *de regul. jur. lib.* 6. & *ibi* latè Additio, *verb.* (emptori,) Cyn. *in l. ejus*, ubi Bald. *num.* 2. Salicet. *num.* 2. Angel. *ad fin. C. de compenſationibus*, Alex. *conſ.* 54. *in fin. lib.* 2. ubi Additio *verb.* (ceſſionario) Guid. Papa *ſingulari* 564. & 834. & *ibi* Rauebin. Philippus Portius, *conſenſus* 74. *numero* 4. & 5. Iſta enim interna qualitas videtur ineſſe ipſi ceſſioni legis, cùm etiam connexa disjungi non poſſint, *cap. tranſlato, de conſtitut.* Caſtr. *in l. cum actum, de neg. geſtis*, & paſſim ita concludunt omnes *in l. doli ff. de novat.* Angel. poſt Bart. Bald. *in l. ſi quis rem, ff. de procuratorib.* Afflict. *decis.* 221. *num.* 1. Auferius *ad decis. Capel. Toloſan.* 93. *in fin.* Martinus Monter, *decis.* 25. Stephanus Gratianus *tom.* 2. *discept.* 356. *à num.* 1.

Ex his tamen bene infertur, quòd exceptio, quæ obſtabat cedenti, non obſtat ceſſionario, *l. dol. ff. de novationib.* ibi: *Doli exceptio, quæ poterat deleganti opponi, ceſſat in perſona creditoris, cui quis delegatus eſt. Idemque eſt & in ceteris ſimilibus exceptionibus*) ubi *Bart.* Greg. Lopez *in l.* 19. *tit.* 14. *par.* 5. Bertazolus *de clauſulis, clauſ.* 33. *gloſſa* 14. *num.* 1. Ut hoc melius intelligitur per legem antecedentem, *ſi quis delegaverit* 12. *ff. de novat.* ibi: (*Si quis delegaverit debitorem, qui doli mali exceptione tueri ſe poſſe ſciebat, ſimilis videtur ei, qui donat, quoniam remittere exceptionem videtur*)

Quia debitor patiendo ſe delegari ſcienter, cenſetur exceptionem remittere; ſecus ſi ignoranter, ut in *dict. l.* Bar. Dyn. Paul. de Caſtro dicunt, & ita vidi judicatum à Senatu Regio Supremo Caſtellæ in cauſa Alphonſi Sanctii chirurgi, contra dominum Antonium de Caſtro, qui perdidit ludo 1311. argenteos, quos lucratus fuit nobilis dominus Joannes de Gaviz; qui eandem quantitatem debuerat dicto Alphonſo Sanctio, eámque ceſſit ſupra dicto Alphonſo Sanctio, & iſte ceſſionarius denunciavit dicto debitori, ut ſibi potiùs, quam cedenti ſolveret: & tunc contradixit debitor delegatus, & in executione oppoſuit, quòd debitum oriebatur ex ludo, & ſtante Regia obligatio ex cauſa ludi erat nulla: & rejecta fuit iſta exceptio, ex eo, quia conſenſit delegari, eidem exceptioni remittere videbatur: per quæ jura motus fuit Senatus Supremus, die decima quarta Martii, anno 1619. coram Medel de Uriaca ſcriba ad condemnandum dominum Antonium de Caſtro, qui oppoſuerat exceptionem ludi ceſſionario, quæ cedenti competebat: me patrocinante.

Supra dicta juridica concluſio patitur aliquas limitationes: & primò non procedit, quando is cui facta eſt delegatio habet cauſam lucrativam, *l. Julianus ff. de doli except. l.* 2. §. *aliud, ff. de donat.* Gloſſa *in l. ſed Julianus*, §. *non ſolum, in verbo* (adverſus) *ff. ad Macedonianum.* Secondò limitatur, quando eſt eadem cauſa nullitatis, & militat eadem exceptio in ſecundo contractu, & ſic in delegatione, quæ militabat in primo, ut ſi mulier, quæ non poteſt intercedere, pro alio delegetur debitrix, vel minor viginti annis, qui etiam in ſecundo contractu pariter læditur, *dict. l. doli*. Tertiò etiam limitatur, quando pecunia reverſura eſt ad delegantem, ut quando delegatur maritus, & facta eſt delegatio ex cauſa dotis, *l. apud Celſum*, §. *apud Julianum ff de except. doli*, Bartholomæus Bertazolus *de clauſulis, clauſ.* 33. *gloſ.* 14. *num.* 1. & 3.

Supra dicta tamen concluſio, *num.* 16. relata, in qua non erat opus nunciatione, quia ceſſionarius erat procurator cedentis, ampliatur, quia illic non agebatur de evictione, in qua opus erat nunciatione: ſed ut res libera detur, quæ reperitur obligata, poteſt agi etiam quòd nulla denunciatio interveniat, poſt Gloſſam *in d. l. qui rem, C. de evict.* Joann. Andr. *in add. ad Specular. de empt. & vendit.* §. 1. Alex. *conſ.* 63. *num.* 11. *lib.* 6. Aymon. Craveta *conſ.* 83. *num.* 4. Rim. Sen. *conſ.* 262. *num.* 8. *lib.* 2. Stephanus Gratianus *decis. Provinciæ Marchiæ*, 13. *num.* 47. 48. & 49. qui ita judicatum affirmat.

Ex præmiſſis infertur, quod ſi ſtatutum extaret, quòd 33
cauſæ inter conſanguineos, & affines compromittantur, ſi contingat, quod venditor denunciatus ab emptore, ſit conſanguineus agentis, an poterit vigore prædicti ſtatuti petere venditor compromiſſum? *Bar.* diſputavit hoc in civitate Piſana, *quæſt.* 2. & conſuluit in contingentia facti, ut *in conſ.* 29. *lib.* 2. Conſilium Piſanæ civitatis: idem repetit in *l. ſi venditor, ff. de jud. & in l. procurator*, §. 1. *ff. rem ratam haberi*, & ubique tenet, quod poſſit. Movetur, quia cum ille veniat tamquam procurator in rem ſuam, & pro ſuo intereſſe, poterit allegare beneficium ex perſona ſua, *l. idemque*, §. *generaliter, ff. mandati, d. l. procurator*, §. 1. Et quia per tale compromiſſum non dicitur fieri mutatio nec fori, nec judicis, ut poſt multos reſolvit Aretin. *in rubric. Inſtitut. de excep. num.* 6. ſe bis pro iſta opinione judicaſſe, idem tenet Paul. de Caſtro *in l.* 1. *C. ubi in rem actio.* Ant. de Burg. *in dict. cap. fin. num.* 21. *de emp. & vendit.* Cagnolus *in dict. l. ſi venditor, num.* 21. atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, quam ſequuntur Socin. *conſ.* 91. *num.* 12. *lib.* 3. Sylvanus *conſ.* 49. *num.* 71. Jaſ. *conſ.* 76. *lib.* 3. dicens hanc eſſe communem opinionem. Bald. verò *in l.* 1. *C. ubi in rem act.* hunc articulum ſubtiliùs perpendens, & poſt eum *ibidem* Salycet, tenet contrarium, nam ſi venditor non 34
poteſt transferre forum, ut inferius dicemus: ergo

multò

multo minus perimere : ſed ita eſt, quod iſta exceptio eſt peremptoria fori : ergo non poterit opponi : *dict. l. ſi venditor.* Præterea ille dicitur rectè defendere, qui facit id, quod debet defenſor facere, *l. hæc autem*, §. *rectà ff. ex quibus cauſ. major.* Sed iſte detrectat judicium petens compromiſſum ; unde non videtur, quod actor ex perſona ſua cogatur ad tranſigendum, quia per hoc diſtraheretur judicium. Addit tres alias rationes Salyc. *in dict. l. 1.* quæ ad eundem finem tendunt, ut ſuperiores *Bald.* ſequitur Joannes Arneno *ſingulari* 70. *in fine.*

His tamen, & aliis ſubtilitatibus rejectis, non eſt recedendum ab opinione *Bart.* quam ſequitur Aretin. *in rubric. de except.* & argumentis *Baldi* ſatis argutè reſpondet. Dicendum tamen eſt, quod compromiſſum
35 non perimit, nec detrectat judicium, illud petens, ſed ſolum ſuſpendit, *Clem. quamdiu, de appellationibus*, Barboſa *in l. venditor, num.* 133. *ff. de judic.* Suadetur ex alio, quia compromiſſo expirato, vel expedito, partes ad eundem Iudicem redire poſſunt : Bar. *in l. ſi ſocietatem*, §. *arbitrorum, num.* 21. *ff. pro ſocio, l.* 2. *C. ubi & apud quem, cap. expoſita, de arbitris*, ubi Abb. *& in cap. Quintavallis, num.* 33. *de jurejurando*, Socin. *conſil.* 18. *num.* 31. *lib.* 1. Blanc. *de compromiſſis, quæſt.* 10. *num.* 13. *Alex. conſ.* 131. *num.* 1. *lib.* 2. ubi Additio aſſerit, hanc opinionem in praxi eſſe receptam. Federic. de Senis *conſ.* 285. Ferrar. *in praxi, de forma libelli, quo agitur ad pœnam compromiſſi, num.* 5. Lanfrancus *de arbitris, par. ult. quæſt.* 10.

36 Ulterius ad complementum hujus quæſtionis addendum eſt, quod Judex, qui cognovit de cauſa principali mota contra emptorem, cui venditor aſſiſtit in cauſa evictionis, poterit cognoſcere circa intereſſe, & pœnam dupli : quia hoc venit in conſequentiam primæ litis ; argument. text. & ibi notat. *in l. cum vendente, C. ubi cauſæ fiſcales*, ubi *Caſtrenſ.* & allegat text. ad propoſitum, *in l. minor* 25. *annis ff. de evict.* ubi notat, & infert : Si Judex maleficiorum accuſatum coëgit ad dandum fidejuſſorem, de pecunia ſolvenda pro pœna, factâque condemnatione compellit fidejuſſorem ad ſolvendam pœnam, poterit fidejuſſor implorare officium Judicis, ut eodem modo compellat accuſatum ad ſibi ſolvendum quod ſolvit ; licet maleficiorum judex non habeat de cauſa civili cognitionem, *l. ſolemnis*, §. *latrunculator, ff. de judiciis*, ibi : (*Latrunculator de re pecuniaria judicare non poteſt*,) ubi judex criminalis non poteſt principaliter cognoſcere de cauſa merè civili, etiam ex prorogatione, & conſenſu partium, Bald. *in l. teſtamenta omnia, C. de teſtament. num.* 2. Angel. *de maleficiis, verb.* (per Judicem maleficiorum,) *num.* 1. Vantius de nullit. ex defectu juriſdict. ordinar. *num.* 47. Maranta *in praxi, par.* 4. *diſtinct.* 12. *num.* 18. Barboſa *in l.* 1. *art.* 1. *ff. de judic. n.* 116. *&* 117. Fulgoſ. *in l.* 1. *in fin. C. de juriſ. omn. judic.* Vincent. Carrocius *deciſ.* 54. *n.* 4. Alvarus Valaſc. *conſultat.* 27. *num.* 5. ubi dicit, quòd hæc nullitas omni tempore allegari poteſt, juxta Gloſ. communiter receptam in *Clement. unic. de ſequeſtrat. poſſ. & fruct.* Covar. *pract.* 25. *num.* 4. Marcellus Crecenſis *deciſ.* 5. *de judiciis*, Farinac. *deciſ.* 55. *tom.* 2. *criminal. & in praxi crimin. qu.* 1. *à n.* 62. Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. quæſt.* 82. *num.* 7. & per totam : Auguſtinus Morla *in emporio juris, tit.* 2. *num.* 11. Greg. Lopez *in l.* 25. *tit.* 1. *par.* 7. *gloſ.* 6. Azeved. *in l.* 13. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recopil.* Aloyſius Riccius *part.* 5. *collectaneo* 1947.

Tamen ſupra dicta limitantur, quando in eodem libello, & judicio, petitur actio criminalis, & civilis ab ea dependens, Bartholom. Bertazolus *conſ. crimin.* 232. *lib.* 1. Boſſius *in praxi, tit. de furtis, num.* 13. Cappella Toloſana *deciſ.* 22. & ibi Aufrerius, Camillus Borellus *in ſumma deciſionum, lib.* 1. *tit.* 41. *de judiciis, à num* 54. Gothofredus Abbivo *in praxi criminali, in* §. *falſum, num.* 49. *&* 50. ubi dicit, quòd aut criminalis proponitur principaliter, & civilis incidenter, & tunc utriuſque concurſus admittitur, per text. *in l.* 1. §. *ſi dicetur, ff. finium regund.* Julius Clarus *in praxi criminali, quæſt.* 2. & ibi Baraidus.

Et hoc illa ratione inductum eſt, quia illa cauſa deſ- 37
cendit à criminali : & idem eſt judicium de dependentibus, & connexis, *l. ſi quis ex argentariis*, §. *rationem, ff. de edendo*, probant Rebuff. *tit. de dilatione, art.* 5. *gloſ. unic. num.* 5. Barboſa *in dict. l. venditor, num.* 185. quia cum de hac cauſa inſtructus ſit, facilius de ea judicabit, *cap.* 1. *de cauſa poſſ. & propriet.* de qua enim re Judex cognovit, de ea pronunciare debet, *l. de qua re, de judic.* latè Fulvius Pacianus, *lib.* 1. *de probat. cap.* 27. *à num.* 4. ubi quæ ſint connexa, & inſeparata, & è contra, diſputat : Surd. *deciſ.* 238. Oſaſcus *deciſ.* 39. Boërius *conſ.* 5. inter conſilia *Sylvani* : Nicolaus Genua *de privata ſcriptura, tit. de connexis, & ſeparatis* : Munnoz de Eſcobar *de ratiociniis, cap.* 13. *n.* 17. Quam etiam ſententiam veram eſſe intelligit *Rebuff.* ut primus Judex, qui de re cognoſcit, poſſit etiã de connexis cognoſcere, ſi partes non reclament ; alioquin non : quod eſt notandum. Idem in ſimili ſentit Socin. *conſ.* 244. *lib.* 2. Aretinum allegans in *conſ.* 83. vel fortaſſis cùm de connexis & dependentibus, compar ſit ratio, ne continentiæ cauſa dividatur, Judex, qui de cauſa cognoſcit, & de connexis & dependentibus cognoſcet, *l. nulli, C. de judiciis, cum ſimilibus* : Caldas Pereyra *de empt. & vendit. cap.* 31. *num.* 86. Joannez Garcia *de expenſis, cap.* 18. *num.* 22. *in fin.* Caballinus *in dict.* §. 3. *de evict. num.* 129. ubi notat, quod venditor non poſſit allegare contra emptorem non fuiſſe dominum illius rei venditæ, Alex. ad Bart. *in l. commendare, ff. commodati*, Bart. & Bald. *in l. cum res, ff. de procurat.*

Principale dictum limitat Cagnol. *in dict. l. venditor*, 38
ut non procedat in Clerico venditore ; quia tunc habetur ratio ſequelæ, ſeu talis conſequentiæ : allegat Angel. *in l. qui abſente ff. de procurat.* ratione enim dictæ conſequentiæ erubeſcit lex inter venditorem Clericum & emptorem, eundem Judicem facere, quia Clericus etiam volens non poteſt eum eligere, *cap. ſi diligenti, de foro competenti* : quæ ratio ceſſat in eo, qui renunciare poſſet foro, ut in caſu ſuprà relato, cujus author fuit Paul. de Caſtro *in l.* 1. *C. ubi in rem actio.* & de hoc latè ſuperiùs diſputavimus.

Si venditor moriatur ante denunciationem, hæredi- 39
bus pluribus relictis, an omnibus in ſolidum denunciandũ ſit? Et illud certum eſt, quod ſi plures ſint domini, omnibus nunciandum eſt : idem eſt in pluribus hæredibus, tex. *in l. in executione*, §. *in ſolidum, ff. de verb. obligat. l. cum ſucceſſor, C. de evict.* quoniam evictionis natura individua eſt, *l. cum ex cauſa, ff. de verb. obligat.* & ita inſinuavit Juriſc. Paulus *in d. l.* §. *in ſolidum.* Itaque conſtat ſtipulationem evictionis individuam eſſe reſpectu denunciationis, & defenſionis faciendæ, ſecus reſpectu præſtationis, ſiquidem re non defenſa, adverſus omnes hæredes in pœnam, vel id quod intereſt committitur ; pro portione tamen ſua : quod idem probat, *l. ſi rem quæ*, 62. *ff. de evict.* Ant. Gomez, *tom.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 39. Armin. Tepat. *tom.* 2. *var. tit.* 423. *cap.* 1. Anton. Picard. *lib.* 4. *Inſtit. tit.* 17. *de officio Judicis*, §. *ſi finium regundorum*, Andreas Gail. *lib.* 2. *obſervationum, obſervat.* 14. *à num.* 1. Et hoc ideo eſt, quia ſequuta denunciatione omnium, ſi unus ſolum ſuſtineat judicium, & vincat, omnibus vincit : ſi vincitur, contra abſentes quaſi defenſos pro evictione ages ; *l. ſi rem, la* 1. §. 1. *ff. de evict.* Rebuff. *ubi ſuprà, num.* 15. Felinus *in cap. cum contingat, de reſcriptis*, Riminaldus *conſ.* 380. *n.* 1. *lib.* 2. Et hoc eſt, quia quodammodo totam cauſam in ſuam defendere debet ; cui in ſolidũ defendendi neceſſitas eſt ; nec auditur ſi pro parte defendere paratus ſit, *l. ſi cum uno, ff. ſi ex noxali cauſa*, & ita tranſeunt Aretinus *in* §. *actionum, num.* 28. *Inſtit. de*

actionibus, Anton. de Borgos *in cap. fin. col. 1. in fin. de empt. & vendit.* Angel. *in dict. §. in ſolidum, & in dict. l. cum ex cauſa, ff. de verb. obligationibus.* Et hoc contingit, quia
40 ojus defenſionis individuum eſt, Andreas Gail. *lib. 2. dict. obſervat. 14. à num. 2.*

Verum Ripa *in l. 4. §. Cato, num. 77. ff. de verb. obligat.* aſſerit, quòd obligatio defendendi dividua eſt: ad quod probandum ponderat *dict. l. cum ex cauſa*, & quòd
41 omnes hæredes ſunt denunciandi; Dictio enim, *omnes*, eſt collectiva; Bart. *in l. hoc articulo. ff. de hæredib. inſtituend.* ergo obligatio defendendi eſt dividua; alioquin à quolibet poſſet integra pœna exigi, *l. 2. §. ex his, ff. de verb. obligat.*

Eſt tamen verum, quod in *dictis juribus* dicitur, quòd defenſio eſt individua, ſolutione, ne ſequatur inconveniens, ut fiat ſolutio in diverſis rebus, & ita procedat dictum *Angeli*; & quod emptoris conditio, ſecundum Paul. de Caſtro *in dict. l. cum ex cauſa*, morte venditoris non fiat deterior: quia ubi illo vivente, non habebat denunciare, niſi uni, nunc pluribus denunciare debet, quia omnes prætendunt intereſſe.

Verùm emptor non debet de hoc conqueri, quia quod evenire poſſet, proſpicere debuit, *l. ſi quis domum, §. idem quæris, ff. locati*: eſt bene verum, ne incommodo afficiatur actor, illo requirente, neceſſe habebunt illi hæredes, unum procuratorem conſtituere, ut omnes defendat, *l. ita tamen, §. ſi tamen plures, ff. judicatum ſolvi*: Et hoc intellige, quando lis jam inchoata erat cum venditore defuncto, alioquin ſi cum ipſis hæredibus; tunc unius litis plurium perſonarum plures dari procuratores non eſt prohibitum: *l. ſi quis cum procuratorio, §. unius, ff. de procurat.*

Notandum tamen eſt, an plures ſimul agentes, vel conventi cogantur conſtituere unum procuratorem: variè ſecundum varios caſus deciſum reperitur. Nam in Vniverſitate, vel Collegio concluditur, quòd unus conſtitui debet defenſor, vel Syndicus, *l. 4. §. creditoribus, ff. de fideicommiſ. libertat.* ubi *Doct.* Stephanus Gratianus *deciſ. 107. num. 4.* Franchis *deciſ. 309.* Coſta *de rata, q. 215.* Caſtillo *deciſ. 33. num. 17.* D. Maſtrilius *deciſ. 108. à num. 1.* Gratianus *tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 294. num. 55.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 137.* Anna Sen. *ſingulari 387.* Caldas *in l. ſi curatorem, in princ. n. 13. C. de in integrum reſtitut.* Roman. *in l. 1. §. ſervum. ff. ad Trebellianum*, ubi dixit, quòd ad unumquēque actum omnes citari deberent, ſecundum Vlpianum *in l. jam tamen, §. ſi tamen, ff. judicatum ſolvi*, loquendo de pluribus hæredibus, ibi: *Nam, & plures hæredes neceſſe habebunt unum dare procuratorem, ne defenſio per plures diviſa, & ſciſſa incommoda aliqua afficiat actorem: aliud eſt in hæredibus actoris*, &c. Ponderanda eſt dictio (*aliquo*) quæ denotat parvum incommodum, ut recenſet Gratianus, *deciſ. 107. num. 3.* Eandem rationem videtur quaſi poſuiſſe *Ulpian. in l. 1. §. ſi plures, & l. ſeq. ff. de exercitoria*, ibi: (*Ne in plures adverſarius diſtringatur, qui cum uno contraxerit*;) ubi Gloſſa verb. (*in ſolidum*) confirmat ex aliis; licèt dicta jura non loquantur de conſtituendo procuratore, ſed Gloſ. *in d. §. ſi tamen*, loquendo in materia, adducit dicta jura; & melior Gloſſa *in l. non tamen, ff. de procurat.* & in pluribus hæredibus: eſt etiam tex. *in l. licet. §. ſi plures, ver.* (plane), *ff. de procurat.* quem text. adducit Gloſſa in *dict. §. ſi tamen*: & eſt text. clarior *in l. quod ſi nolit, §. ſi plures, ff. de ædilitio edicto*, ubi Gloſſa adducit concordantes, Aloyſius de Leo *in l. 1. n. 11. C. de pet. hæredit.* & in pluribus conventis judicatum fuiſſe referunt *ſupra dicta dec.* Garcia Maſtrill. *deciſ. ſacri conſcientiæ Regiæ Regni Siciliæ 108. n. 7.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſa 10. par. 1. n. 17.* & militat etiam quando ſunt plures conventi, Aloyſius de Leo *in l. 1. n. 4. C. de condict. furtiva. & in l. 1. n. 5. C. ſi plures un. ſent.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. rub. 16. §. 6. verb. Ou. n. 4. in fin.* Franc. Marcus *deciſ. 699. part. 2.* ubi allegat *Abb.* & alios: fortius, ubi natura rei, aut negotii hoc pateretur, ut voluit Florianus *in l. familiæ. ff. famil. erciſ.* ubi dixit, quòd in judiciis duplicibus poteſt dari unus procurator: allegat rationem, quia natura negotii hoc patitur, & Bart. *in l. 4. §. Cato, q. 4. ff. de verb. obligat.* poſt *Jacob. de Arena* Oldrad. quod plures hæres poſſunt agere diviſim, *dict. §. ſi tamen.* Fallit ubi natura negotii requirere ſimul, & per unum agi, *dict. l. quod ſi nolit, §. ſi plures, ff. de ædilitio edicto*, ubi Bartholomæus Cæpola, *n. 3. & 11.* & clariùs affirmavit Alex. *in add.* Angel. *ibidem*; & ſequitur poſt alios Gratian. *dict. deciſ. 107. n. 8.* ubi hoc limitat in hæredibus actoris, qui licèt non teneantur unum procuratorem conſtituere, *dict. §. ſi tamen, ver. aliud*; tamen ſecus erit ubi natura negotii hoc requireret.

Tamen revera licèt authoritas deciſionum ſit maxima, non ita generaliter intelligendum erit; ſed adhibita diſtinctione ſemper punctum determinandum cenſet Maſtrillus, *n. 13.* nam aut cauſa ex qua agitur reſpectu reorum initium habebat in una perſona, & tunc unus dandus eſt procurator; aut in pluribus, & eo caſu plures poterunt dari procuratores: quæ diſtinctio fuit originalis Gloſſæ in *dict. §. ſi plures*, dum *ibi* opponit de *dict. §. unius*, & ſolvit quòd in *dict. §. ſi plures*, unus erat, qui ſatis dederat, cujus ſunt plures hæredes, & ſic loco unius; & ideo non mirum, ſi unum debeant dare procuratorem: ſic è contra, Gloſ. in *dict. §. unius*, opponit de *dict. §. ſi plures*, & dicit, quòd *ibi* unus à principio erat litigaturus, videlicet defunctus, ſed quando plures ſunt principaliter perſonæ conjunctæ, quæ non repræſentant unicā perſonam, plures poſſunt dari procuratores, juxta text. ibi *dict. §. unius*: ſequitur Bart. *ibidem*: idem voluit *Baldus*, & ſic diſtinguit, quòd aut origo debiti ſumpſit originem in perſona unius, & tunc plures ſuccedentes in locum unius debent conſtituere unum procuratorem, ut plures hæredes unius debitoris: ſed ſi à principio ſint plures debitores, tunc quilibet poteſt conſtituere ſuum procuratorem, quia numerus eorū qui in unius locum ſuccedunt, pro una perſona reputātur: & reſpōdet ad contraria, ponens rationē differētiæ: & idem dixit in *l. 4. n. 13. in fin. verſ.* (ſed pone è cōtra,) *C. de ædilit. actionib.* ſic etiā voluit Alber. *in dict. §. ſi plures*, ubi dicit, quòd ſi in illo ageretur cōtra hæredes ad præſtandum à quolibet pro parte, tunc quilibet poſſet dare procuratorem, nec cogentur in unū convenire; ut dixit Angel. *in dict. §. ſi plures*: quòd ſi inchoaretur inſtantia cōtra hæredes, dū quod petitur ſit dividuum, & inter ipſos hæredes ſit diviſum ipſo jure, quilibet nomine proprio eſſet conveniendus, & quilibet iſto caſu ſuum poſſet conſtituere procuratorem: ſic etiam Paul. de Caſtro *in dict. §.* qui intelligit illum text. quando lis erat inchoata contra defunctum, & ex illo perventum ad plures, qui iſto caſu tenentur unum dare procuratorē: ſecus eſſet ſecundum *Paul. Caſtr.* ſi lis eſſet inchoata contra plures hæredes, nam iſto caſu non eſt conſiderandum quòd actor aliquo afficiatur incommodo: & tenet cum Gloſſa, Salycet. *in l. 1. C. ſi plures un. ſent. n. 1.* ubi allegat *Bald.* Idem dixit notabiliter Fulgoſ. *in l. omnium. num. 2. ff. de procurat.* dicens, quòd defenſio unius litis non debet ſcindi in plures defenſores; ſecus autem ſi eſſet lis una plurimarum perſonarum, quia tunc non eſſet prohibitum dare plures procuratores: & idem Fulgoſ. *in dict. §. unius*, ubi *num. 3.* ait, quòd in illo *§. unius*, ab initio plures erant perſonæ principales; & ita intelligit text. *in dict. §. ſi plures*, in reo, vel hæredibus rei qui promiſiſſent judicatum ſolvere: Jaſ. Socin. Jun. *in l. 4. §. Cato, numero 142. de verb. obligat.* & magiſtraliter dixit faciendo ſuper hac materia Theoricam Abbas *in cap. injuſte; num. 10. de procurat.* quem ſequuntur *ibi* Francus, *numero 2.* Immol. *numero 16.* Joann. Calderinus *in lib. ſi curatorem, num. 13. C de reſtit. in integ.* & optimè Gratian. *dict. deciſ. 107.* & Maſtrill. *dict. deciſ. 108.* ſic videbantur procedere allegata per tex. in *dict. §. ſi plures*, & loqui-

tur

tur text. *in l. familiæ, ff. famil. erciſcun.* quia *ibi*, pendente judicio diviſorio, mortuus erat unus, relictis pluribus hæredibus, qui cum habeantur loco unius, unum tenebantur dare procuratorem: & ita declarant *illum text.* Florian. Caſtr. & Alber. *ibi*: qui etiam dicit, quod ſecus fortè eſſet ſi deceſſiſſet ante judicium inchoatum; quia tunc quilibet poſſet conſtituere procuratorem: & text. in *dict. l. quod ſi nolit. §. ſi plures*, procedebat ea ratione particulari, quia naturæ negotii repugnabat, ut declarat Angel. *in dict. §. unius, num.* 1. & Fulgoſ. *ibidem num.* 3. ultra quod in *dict. l. quod ſi nolit. §. ſi plures*, negotium ſumpſerat originem in una perſona, à qua plures hæredes habebant cauſam, ut in redhibendo conſentirent in unum, & Gloſſa *ver.* (*dare*) allegat text. in *l. jam tamen, §. ſi tamen plures*, & declaratur per textum *in l. ne in plures*, ubi Gloſ. *d. de exercit.*

Nec obſtat Vincentii de Franchis *deciſ.* 309. ubi ponit caſum de pluribus perſonis conventis, qui fuerant coacti convenire in unum procuratorem, vel duos; nam ipſe allegat text. in *dict. §. ſi tamen*, & ideo debet intelligi ſecundum legem allegatam, & ſic quòd lis ſumpſerat originem in una perſona, à qua forſan dependebant illi conventi, cùm non alleget alior Authores in contrarium, etſi caſus non eſſet juxta *dict. §. ſi tamen*, haberet in contrarium *dict. §. unus*, Gloſ. Bart. & alios præallegatos Authores. Obſtabitque minus alia ratio adducta per Franch. *ibidem*: quòd quando Univerſitas litigat, poterit cogi, ut unum conſtituat Syndicum, quæ ratio militare videbatur, etiam quando eſſent plures perſonæ conventæ: quia iſta ratio faciebat in contrarium: nam univerſitas ita habet neceſſitatem conſtituendi unum Syndicum, in quantum habetur loco unius, ut dixit Angel. *in d. §. unius*, Alber. & Bal. *in l. fin. num.* 45. *C. de fideicommiſ. libertat.* ubi quòd hoc debeant facere, ut univerſi, non ut ſinguli; & ideò non poſſunt ſinguli conſtituere procuratores, quia habentur loco unius.

In propoſito accidit quotidiana quæſtio, multoties cùm eſſem Corrector in praxi habui, an plures condomini recepturi ſint minutos cenſus à ſuis ſubditis in una villa, vel ſuis debitoribus debeant mittere plures exactores, vel executores, vel debeant deputare unum exactorem, & in unum convenire, qui pro omnibus exigat, ne debitores graventur diverſis, & particularibus exactoribus; & ex ſuprà dictis videbatur dicendum non poſſe ad id compelli, ſed unicuique creditorum particulariter ſolvendum ex dict. text. *in l. ita tamen, §. ſi tamen plures, ff. judicatum ſolvi*, debitores tamen contradicunt ſemper creditores eſſe compellendos ad deputandum unum exactorem, vel executorem: quia licet exactio, & ſolutio particularis adſerat multa incommoda, *l. planè, ff. famil. erciſ. l. cum hi, §. cauſæ, ff. de tranſ.* Quo circa, tam in actibus civilibus quam criminalibus ſtatutum fuiſſe reperio, ut actor, dominus, vel creditor cogantur unire diverſas actiones, ut unico judicio procedatur, *l. Prætor edixit, §. ſi mihi plures, ff. de injuriis, l. hæredes, §. de pluribus, ff. familiæ erciſ.* Purpurat. *in l. edita, num.* 165. *C. de edendo*, Aymon Craveta *conſ.* 225. *l. cùi fundus in fin. ff. de cond. & demonſtrat.* Gaſpar Antonius Theſaurus, *lib.* 1. *quæſt. Forenſ.* 19. Tamen ſi non poſſent creditores compelli actione aliqua, Judex ex æquitate, & officio debet decernere, ne debitores patiantur illud incommodum, quod oritur ex pluribus exactoribus, ex *dict. l. planè, ibi*: [*Ad officium judicis non nunquam pertinet.*] Theſaurus *ubi ſuprà*, limitat *num.* 5. Quòd ſi domini vellent eligere plures exactores, hoc facere non poſſent, ſed debeant in unum concordare: ſi verò ipſi velint per ſe exigere, hoc bene facerent, nec tenerentur unum deputare, per ea quæ dicit Caſtr. *in d. l. ita tamen, §. ſi tamen plures.* Alienum tamen non eſt ab hoc puncto, quod decidit Jaſ. *in d. l. nulli, num.* 3. *C. de judic.* verſ. (*imò plus,*) *ibi*: Imò plus ſi in civitate ſint plures judices ordinarii, & habeo aliquem debitorem obligatum diverſis actionibus, ſi omnes iſtæ cauſæ poſſunt coram uno judice tractari, non poſſum adire diverſos ordinarios, pro diverſis debitis; Gloſſa eſt notabilis *in cap. fin. in verb.* [literas] *de reſcript.* & *ibi* Abb. Gemin. *in cap. diſpendia, de reſcriptis, lib.* 6.

Unum tamen valdè notandum cenſeo, quòd Alguacelli, & executores euntes extra civitatem ad executionem faciendam, pro eundo, & redeundo non debent percipere niſi pro uno itinere, licèt facere debeant in diverſis locis plures executiones *l.* 32. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil.* Aviles *in capp. Prætorum, cap.* 42. *num.* 1. Azeved. *in dict. l.* 32. *num.* 31.

Si hæreditas jaceat, quomodo conſultum erit emptori? Paul. de Caſtro *conſ.* 240. *lib.* 1. *Effectus*, &c. dicit, quòd erit denunciandum hæreditati jacenti, quantum ad conſervandum ſibi regreſſum de evictione, ſaltem quoad pretium, nec tenebitur facere ſibi dare curatorem: inducit in argumentum text. *in l. ſi dictum, §. fin. ff. evict.* & tunc ſatisfactum erit, ſi fiat ad domum venditoris mortui: ſin verò emptor deceſſerit, pluribus hæredibus relictis, unuſquiſque ob evictionem ſuæ partis pro portione ſua habebit actionem, *l.* 4. *§. fin. de verbor. obligat.* Caballin. *dict. §.* 3. *n.* 137.

Cùm denunciatio adeò ſit neceſſaria, ut venditori 42 fiat, an ſufficiat fieri fidejuſſori venditoris? reſpondetur, quòd non; *l. auth. re laudata, C. de evict.* Rebuff. *ubi ſuprà num.* 28. Rota Genuenſis *deciſ.* 15. *num.* 13. Ariſminus Tepatus, *tom.* 2. *tit.* 422. *cap.* 2. Caldas Pereyra *dict. cap.* 31. *de empt. & vendit. num.* 78. Greg. Lopez *gloſ.* 4. *quæſt.* 1. 32. *titul.* 5. *part.* 5. quia ſicut mora rei, fidejuſſori nocet, *l. mora, ff. de verbor. oblig.* ita facta interpellatio venditori, & ipſum fidejuſſorem cenſetur interpellare: Dec. *conſ.* 74. *col.* 4. *l. ex perſona, ff. de fideiuſſ. l. exceptiones, §. rei autem, ff. de except.* & propterea dicit Bal. *in dict. l. authore*, quòd ſufficit cauſam agitari cum eo, ad quem negotium principaliter tangit, nec eſt neceſſe, quòd ille, qui læditur per quandam conſequentiam, moneatur; cum regulare ſit, in quocumque judicio, illum ſolum, ad quem defenſio principaliter attinet, citandum eſſe: nec exigi citationem illorum, qui in conſequentiam lædi poſſunt: Gloſſa, *verb.* (quos cauſa) *in l. de unoquoque, ff. de ſent. & re judicata.* Ant. Gabriel, *lib.* 2. *commun. de citat. tomo* 2. *num.* 300. Molina *de Hiſpanorum primogen. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 4. Hieronymus Leo *deciſ. Valentina* 93. *num.* 12. Petrus Surdus *deciſ.* 256. *num.* 1. poteſt tamen ipſe fidejuſſor invito auctore ſuſcipere in ſe defenſionem tanquam procurator in rem ſuam, & pro ſuo intereſſe; Paul. de Caſtro *conſ.* 10. *dubio* 6. Præmitto, *lib.* 2. allegat text. *in l. ſed etſi lege, §. item ſi res diſtraxit, verſ.* (quid tamen,) *ff. de petit. hæredit.* cum declaratione *Bart.* poſt Dyn. *in l. novationem, num.* 5. *ff. de ſolut.* alioquin, ſi non haberet intereſſe, non poſſet; Fulgoſ. *conſ.* 185. Idem concludendum eſt, quòd nunciatio fieri debet authori, *l. item veniunt, §. petitam, ff. de petit.* 43 *hæredit.* etiamſi eſſet procurator generalis: quod eſt verum, ſi autor eſſet præſens, alioquin contra: Gloſ. *in l. ſi dictum, §. præſente, verbo,* (procuratori,) *ff. de evict.* Gloſ. *in cap. fin. de empt. & vendit. l.* 1. *§. mulieri, ff. de ventre inſpiciendo*, Rebuff. *ubi ſup. num.* 31. Caball. *ubi ſup. num.* 138.

Notandum tamen eſt, quòd habens mandatum 44 ad vendendum, poteſt præſtare fidejuſſorem de evictione, licèt in mandato nihil contineatur, notant Bald. & Angel. *num.* 1. *in l. bene à Zenone, C. de quadriēnali præſcrip.* idem Angel. *in l.* 2. *ff. de juriſd. omn. jud.* Fabianus de Monte *de empt. & vendit. quæſt.* 3. *n.* 33. Quia in generali mandato tacitè veniunt, quæ ſunt de natura actus, *l. non dubitatur, C. de evict.* Et an tenetur ipſe procurator, vel dominus in caſu evictionis? Reſpon-

deas cum Bartol. *in l. ſi procurator, ff. de jura fiſci, num.2.* ibi: Quæro, quid in alio procuratore vendente, & promittente duplum nomine evictionis; Utrùm dominus teneatur ad duplum? Reſpondeo, ſi conſuetudo patriæ eſt, quòd in venditione promittatur duplum nomine evictionis; tunc tenebitur dominus, quia procurator poteſt promittere ea, quæ ſunt de conſuetudine, ut *in l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædilitio edicto, l. ſi prius, §.1. ff. de aqua plu. arcen.* & expreſſiùs in *l. ſi convenerit. §. fin. ff. de pignorat. act.* Si autem de conſuetudine non eſſet, tunc dominus non tenetur, ſed procurator benè tenetur, *l. procurator, qui pro evictione, ff. de procurat.* Abbas tamen *in cap. fin. de precario,* tenet, quod ſolùm poſſit promittere pœnam, quæ venit ex natura contractus, ſecus ſi eſſet præter naturam contractus.

86 Similiter notandum cenſeo, quod quando procurator denunciat litem, debet docere de mandato, Bartol. *in l. qui abſentem, num. 3. ff. de procurat.* per *l. ſi quis inficiatus, ff. depoſiti*, qui procurator ſic vendens non poteſt ipſe evincere; quia obſtat ſibi exceptio, *l. ſervum, & ibi* Bart. *ff. mandati*, Franciſcus de Claperiis *deciſ. 39. par. 1. num. 2.* docto tamen de mandato, venditiu facta à procuratore, nomine procuratorio cenſetur habita, & procurator non tenetur de evictione, nec poterit conveniri, per textum *in l. Iulianus, §. ſi procurator rem vendiderit, ff. de action. empti, & in l. ſi cùm venditor, §. fin. ff. de evict.* & probatur *in l. finali ff. de inſtit. actione*; in quibus juribus cavetur, in venditione procuratorio nomine facta, mandantem teneri de evictione, non autem mandatarium; quia contrahens, appoſito nomine officii, in dubio contemplatione officii contrahere cenſetur; & finito officio non tenetur, *d. l. fin.* ubi *Bart.* Petrus Sayra *in praxi Valentina, quæſt. 30.* Ripa *in l. ſe non obtulit, num. 11. ff. de re judicat. & in l. 3. §. idem reſcripſit, ff. de peculio*, Guttierr. *de tutel. 1. part. cap. 1. num. 22.* Caldas Pereyra *cap. 7. de empt. & vendit. à num. 4.* Greg. Lopez, *in l. 7. gloſ. 4. tit. 1. par. 5.* Ant. Hering. *de fidejuſſor. cap. 27. part. 1. à num. 136.* Bartolomæus Socin. *conſ. 154.* Joan. Bapt. Laderchius Imola *conſ. 36.* Afflictus *deciſ. 64.* Carrotius *deciſ. 77.* Boërius *deciſ. 8. & 80. & 114. & 273.* Hieronymus Laurent. *deciſ. Avenio. 76.* Maſtrillus *deciſ. 34. num. 5. & 8.* Vincent. de Anna *allegat. 141. num. 12. & 14.* Marta *voto Senatus Piſani* 103. *à. num. 17.* Menochius *lib. 3. præſump. 49. num. 18.* Maſcard. *tomo 3. de probat. concl. 1234.* Cabedo *dec. Luſitan. p. 2. deciſ. 280.*
87 *in fin. num. 4.* Ubi dicit, quod contrahens ſuper re ad dominum pertinente, licèt ſimpliciter contrahat; videtur contrahere ſub nomine officii, ut *in l. Plautius, ff. de procurat. l. 1. & ibi* Salycet. *C. de ſentent. & interlocut. l. cum poſt, §. 1. ff. de adminiſtrat. tut. l. poſt mortem, §. 1. & ibi* Gloſ. & Bart. *ff. quando ex facto tut.* Bart. *in l. 1. §. nunciatio, ff. de operis novi nunc.* Anton. Natta *conſ. 161. num. 7. tom. 1.* Surdus *conſ. 19. num. 8.* ubi dicit, *hoc* eſſe verum quoad mandantem, & mandatarium, ut inter eos detur actio, etiamſi in exequutione mandati procurator non dixerit ſe facere no-
88 mine domini. Secùs autem procedit quoad Tertium; quia Tertius poteſt ipſum, cum quo contraxit, tamquam ſibi obligatum convenire: *l. quod Iulianus, §. 1. in ſecundo reſponſo, ff. ad Macedon.* & ita conciliat contrarias opiniones Bar. *in l. ſi qui in aliena, §. ſi is, qui putabat, §. de acq. hæredit.* ſequitur *ibidem num. 11.* Jaſ. tenent etiam Alex. & Jaſ. *in l. poſt dotem, num. 14.* Ruynus *in dict. §. nunciatio, num. 73. & 83.* Surdus *ubi ſuprà, num. 9.*

89 Quando tamen procurator vendidit ſimpliciter, non facta mentione mandati, tunc ipſe obligatur, licèt juris interpretatione intelligatur iſto caſu vẽditio facta procuratorio nomine: quod intelligitur reſpectu illius, qui mandavit; nam reſpectu emptoris, qui ignorabat mandatum, & qui exiſtimabat emere à vendente proprio nomine, intelligetur venditio facta proprio nomine, ad hoc ut teneatur de evictione, ex *Bart. Jaſ. Alex. ſuperiùs allegatis*, & ita concludit eſſe arreſto judicatum in magna Curia Sacri Ærarii, Franciſcus de Claperiis *deciſ. 39. part. 2. num. 2.* Monter. *deciſ. 14. Aragonum.*

Si denunciatio facienda eſt pupillo, ſi tutor non ap- 90
pareat, an ſufficiat ut ipſi pupillo fiat? concludendum videtur, quòd ſic probat hoc text. *in l. ſi dictum, §. fin. ff. de evict.* ibi; *Pupillo etiam ſine tutoris authoritate poſſe denunciari, ſi tutor non appareat.* Et ratio eſt *ibi* per *Bald.* quia fit cauſa damni vitandi, & non lucri captandi: & non requiritur, quòd perſona ſit legitima, cui denunciatur; *l. minor, §. denunciare, ff. de evict.* nam iſta fit ad jus proteſtantis conſervandum: Bald. *conſ. 240. lib. 1.* & ideo ſufficit, ſi taliter eſt facta, qualiter fieri poteſt, *l. ſi ideo, §. præſenti, ff. de evict.* & ita pertranſeunt Aretin. *in §. actionum, numera 18. verſ.* (ſi autem pupillus) *Inſtit. de action.* Anton. de Burgos *in cap. fin. colum. 2. de empt. & vendit.* & Socinus Junior *conſil. 46. num. 1.* Et ratio eſt, quia ipſo pupillo nihil faciente omnino tenetur, Gloſſa *in l. eum filius §. in hæc verba, ver.* (ſtetiſſe) *ff. de verbor. obligat.* Bald. *in libera, num. 9. de ſententiis, & interloquut. om. jud.* & judicatum refert Marcus Anton. Peregrinus *deciſ. Patavina* 89. *num. 9.* Caballinus *dict. §. 3. num. 142.* ubi advertit, quòd ſpeciale eſt in hac denunciatione, quam facit emptor de lite mota, quòd poſſit fieri ſine tutoris authoritate, text. *in dict. §. fin.* ibi: *benignius receptum eſt,* quaſi ſentiat, quod ſecùs eſſet de juris rigore. Et fuit hæc ponderatio Salyceti *in l. mora, ff. de uſur.* Natta *conſi. 513. num. 9. tom. 3.* Regulariter enim contra *l. ſed ſi ex ſtipulatu, ff. de verb obligation.* Gloſ. *in dict. l. ſi mora in princip. in verb.* (difficile) *& in dict. l. ſi dictum §. fin. ff. de evict.* ubi *Bald.* notat, quòd denunciatio conſtituit pupillum in mora in his, quæ ſolus agere poteſt ſine tutore, non in aliis; Salycet. *in dict. l. mora, colum. 2.* verb. (*juxta hoc quæro,*) ubi vult pupillum ex denunciatione in mora conſtitui: *Rub.* tamen *in dict. §. morte, num. 49.* audacter arguit contra, ad quem te remitto; tamen non eſt recedendum à ſupra dictis, ad quorum comprobationem vide latiùs per Salycet. *in d. l. mora, ff. de uſuris.*

Tandem an negligentia imputari poſſit emptori, ſi 91
venditor denunciatus non vult in ſe litem ſuſcipere, vel in illa aſſiſtere, an teneatur conducere emptor expertum Advocatum, & procuratorem, quia videtur emptor malè ſe defendere, ſi non eligat Advocatum, & procuratorem, non quomodolibet, ſed bonos; alioquin non habebit regreſſum de evictione, Gloſ. eſt ſingularis *in l. quòd ſi nolit. §. ſi mancipium, verbo* (adhibuit,) *ff. de ædilitio edicto.* Bal. *conſ. 258. libr. 5. circ. fin.* Alex. *conſil. 117. lib. 7. & conſil. 119. lib. 6.* Grammaticus *conſ. civile 22.* Cardinalis Tuſchus *tom. 3. concluſ. 367. num. 19.* Aret. *in §. fin. Inſtit. de emp. & vendit. col. fin. & in §. actionum n. 22. de act.* Caball. *dict. §. 3. num. 159.* ubi intellige bonum Advocatum, qui ſolet frequentare palatium cauſarum, 92
& ſe exercet in litibus forenſibus, & nomen habet excellens, & fama eſt omnium quòd in exercitio eſt peritus; & ſi fortè contingat, quòd in cauſa negligenter ſe gerat, emptor excuſatur, quia adhibuit bonum Advoca- 93
tum, Aretinus *in §. præterea, Inſtitut. de lege Aquilia:* & quæ requirantur in Advocato notat Georgius Natta *in Clement. ſæpè in fine princip. de verb. ſignif.* de Advocato, & Jacob. Bennius *de privileg. juriſconſultorum, part. 2. §. 51, num. 6.* Optimam cautelam tibi dabo, ut ſis his temporibus excellens Advocatus, ut habeas divitias, multos require procuratores, & ſollicitatores, qui tibi ferant multa negotia, illiſque retribuas, quia calamitas hujus temporis ità facit Advocatos.

Quid enim eſſet, ſi emptor ſit Advocatus in cauſa evictionis, & ſuccubuerit: non recuperat expenſas à venditore, Bart. *in l. quòd ſi domus, ff. locati*: quod intelligit

verum

verum *Caball. ubi ſupr.* niſi venditor ſit obligatus ad omnes ſumptus: quia qui non expendit aliquid ex ſuo, non poteſt petere nomine expenſarum: & ideo receptum eſt, quòd ſi Advocatus egit cauſam propriam, in qua obtinuit, & adverſarius fuit condemnatus in expenſis, nihil tamen petere poteſt nomine advocationis, cùm nihil ſolverit ex ſuo, ſed ipſe propriam operam adhibuit Bart. *in l. fin. ad finem, C. de fructib. & lit. expenſ.* Bart. & Paol. de Caſtro *in l. ſtipulatus eſt, ff. de fidejuſſoribus.* Greg. Lopez *gloſ. 1. in l. 8. tit. 22. part. 3.* Andreas Gail *lib. 1. obſervat. obſervat. 151. num. 16.* Nicolaus Boërius *dec. 210. num. 3.* Minſyngerius *in decif. Camer. Imperial. obſervat. x. Centuria 1.* Barboſa *in l. eum, qui temere, num. 261. ff. de judic.*

94 Reſtringitur tamen concluſio, niſi Advocatus aſſumpſerit Advocatum in propria cauſa, ut fieri ſolet, & prudenter faciet, ut ſapienter dixit Quintus Curtius *lib. 7.* Natura moralium hoc nomine etiam prava dici poteſt, quòd in ſuo quiſque negotio hebetior ſit, quàm in alieno, turbidaque facta ſunt conſilia eorum, qui ſibi ſuadent. Quod eleganter notarunt Molina *de Hiſpanorum primogen. in procemio, num. 7.* Bobadilla *in Politic. tom. 2. libr. 3. capit. 14. num. 62. litera A.* Tamen ſub nomine expenſarum, venit id quod ex ſuo dedit alii Advocato, Rebuff. *de expenſis, damnis, & intereſſe, tom. 3. ad ll. Gallic. num. 27.*

95 Reſtringe tamen, ſi pretium ſuæ advocationis petat Advocatus ſub nomine damni, & intereſſe, ut quia occupatus in defendenda propria cauſa, non potuit patrocinari in aliis, ut ſolebat; nam tunc ei ſalarium eo nomine adjudicabitur, Bart. *in l. procurator, in fin.* & *ibi* Paul. de Caſtro, *ff. rem ratam haberi*, & probant deciſiones ſuperiùs allegatæ. Aſinius in *praxi, §. 32. cap. 3. num. 19.* Barboſa in *dict. l. eum, qui temere, num. 263.*

Præterea debet etiam reſtringi, quòd ſi Advocatus nihil voluit accipere a cliente, & ſic victor gratis habuit Advocatum, vel Notarius, nihilque voluit ab eo recipere propter reverentiam perſonæ, non debebuntur illi hæ expenſæ, pro quibus nihil ex ſuo ſolvit Jaſ. *in l. properandum, §. ſivè alterutra, num. 14. ff. de judiciis:* Aſinius *ubi ſuprà, num. 20.* Benincaſius *de paupertate, quæſt. 7. ſpeciali 1. In judiciis, num. 25. & 28.* niſi tamen hæc remiſſio ſit facta propter benemerita præterita, vel futura; quia tunc victor non omninò gratia videtur accepiſſe, cùm ad antidota ſit obligatus, *l. ſed etſi lege, §. conſuluit, ff. de pet. heredit.* Benincaſius *ubi ſuprà, num. 20.* Spec. *de expenſis, §. poſtremò, num. 8.*

95 Quid ſi promiſſum eſt, quomodocumque res evincatur, an ipſe venditor teneatur de evictione, etiamſi non fuerit facta eidem litis motæ denunciatio? Et profectò apparet ita fore eſſe ſatisfaciendum, ut equidem emptor de evictione teneatur, & id probatur authoritate Gloſ. *in l. cùm pœna. ff. de arbitris*, quo loco *Accurſius* ſcribit, promiſſione de evictione in hunc modum facta, quod venditor de evictione teneatur quomodocumque fuerit res evicta, venditorem teneri de evictione, re evicta per ſententiam arbitri, in quem ſponte cauſam emptor compromiſit: tametſi alioqui re evicta per ſententiam arbitri, etiam denunciatione facta legitimè ipſi venditori, locus non eſt evictionis actioni, *l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de evict.* Bal. *in dict. l. cùm pœna.* Alexander *in l. filius à patre, §. ultimo. ff. de lib. & poſthum.* Deci. *in rub. de probat.* Alex. *conſ. 4. lib. 3.* Burg. de Paz *in cap. fin. num. 11. de empt. & vendit.* Aretin. in *§. ultim. Inſtit. de empt. & vendit.* Bald. & Alexand. & alii *in l. domus, §. de evictione, de legat. 1.* Gozad. *conſ. 1. num. 19. & conſ. 14. num. 22. & conſil. 63. num. 9.* Tiraquel. *de retr. praxim.* qui alios citat, *§. ult. in fin. num. 97.* Curtius Jun. *conſ. 1. num. 2.* Covarr. *lib. 3. var. cap. 17. illat. 7.* Franciſcus Beccius *conſ. 106. num. 12. lib. 1.* Caldas Pereyra *in cap. 31. num. 72. de empt. & vendit.* Gaſpar Caballinus *§. 3. n. 168. de evictionib.* Franciſcus Marcus *decif. 585.* Rogerius *in l. 18. §. fin. ff. de donat. num. 4.* Jaſ. *in l. 2. §. Prætor. num. 4. ff. qui ſatiſdare cog.* Covar. tamen dicit, quod dictum eſt obtinere ſolum quoad pretium rei venditæ, non quoad duplum, nec quoad intereſſe, quod in ſe æquitatem habere videtur. Adde unum ſingulariter notandum; quòd pactum, ne quis de evictione teneatur, non ei prodeſt, qui ſcit cauſam, ex qua poſtea evincatur, & eam tacet. *l. tenetur, §. ultima, ff. de action. empti*, ubi Bartol. nam hoc dolo non caret: Alexand. *conſ. 4. n. 2. lib. 4.* Tiraquel. *de retr. praxim. §. 12. gloſſa 1. n. 10. & 11.*

QUÆSTIO SEXTA.

An venditor denunciatus ab emptore teneatur defendere emptorem coram ſuo Judice, vel coram Judice emptoris?

SUMMARIUM.

1 *Venditor tenetur defendere emptorē coram judice competenti ipſius emptoris.*
2 *Aſſiſtens in judicio ratione proprii intereſſe, debet aſſiſtere, & defendere coram judice rei conventi.*
3 *Rei vendicatio datur contra poſſeſſorem.*
4 *Sententia ferenda eſt in perſonam emptoris, & non venditoris.*
5 *Aſſiſtens liti conſideratur tamquam actor, & debet ſequi forum rei.*
6 *Venditor non comparens in judicio non poteſt emptor obtinere ut liberetur ab inſtantia, ſed in ea proceditur, ac ſi venditor numquam comparuiſſet in judicio.*
7 *Venditor non poteſt trahere cauſam ad judicem, quem de jure communi ſortitur.*
8 *Venditor comparens ad defendendum emptorem admittitur tamquam ſimplex defenſor, & procurator in rem ſuam, & non ad declarandum judicium.*
9 *Novatio judicii, vel obligationis, non poteſt fieri ſine conſenſu illius, cui jus agendi, vel obligationis competit.*
10 *Declaratur text. in* l. ſed ſi rem, §. item ſi rem, ff. de petit. hæredit.
11 *Quomodò procedendum ſit cum venditore, qui ante inchoatum judicium comparet, & petit in ſe transferri judicium.*
12 *Venditor invito actore judicii tranſlationem impetrare non poteſt, eo autem conſentiente poteſt.*
13 *Venditor audiendus eſt, ſi comparet non animo novandi actionem, & quòd ea ſalva maneat actori, & petat mutari judicium futurum, ut cum eo inchoetur, & non cum emptore.*
14 *Declaratur quomodo procedant* dict. l. ſed etſi lege, §. item rem, & l. planè, ff. famil. erciſcundæ.
15 *Licèt actor reluctetur, tamen etiam invitus cogetur litem inchoare cum venditore.*
16 *Reſpondetur ad text. in* l. ſi mandato, §. 1. ff. mandati.
17 *Si ex judicii mutatione actor prætēdat aliquod præjudiciū ſibi inferri, quia allegat emptorem faciliorē eſſe ad conveniendum, tunc judicium non mutabitur, ſed cogetur vēditor in foro actoris cauſā defendere.*
18 *In dubio videtur ceſſare actoris præjudicium, cùm regulariter nihil interſit cum uno, vel alio cauſam movere, & agitare.*
19 *Si venditor compareat, poſtquam judicium eſt inchoatum cum emptore, neque judicii mutationem obtinere poteſt.*
20 *Venditor tantùm poterit aſſiſtere emptori, ſumendo litem in terminis, in quibus eſt ſeu pote aſſiſtentia.*
21 *Aſſiſtens poterit reum adjuvare allegando, & probando omiſſa per emptorem.*
22 *Aſſiſtēs poteſt recuſare judicem, qui de cauſa cognoſcit.*
23 *Hæc declaratur, quando venditor comparet ante litem conteſtatam, & tamen non poteſt transferri judicium, ſed tantum aſſiſtere emptori.*

24 *Venditor comparens poſt finitam dilationem conceſſam emptori ad probandum, non poterit hoc caſu novas probationes facere, quantumcumque allegetſe ignoraſſe dilationem datam emptori.*
25 *Aſſiſtens ſi ſit minor, beneficio reſtitutionis impetrabit, ut poſſit producere novos teſtes.*
26 *Si conveniatur ille in rei vendicatione, qui nomine alterius rem detinet, ſi dominus compareat in judicio, in eo debet transferri lis, & conventus debet omnino ab ea liberari.*
27 *Conventus in hoc caſu non poſſidet, ſed dominus cujus nomine poſſidetur.*
28 *Venditor an poſſit opponere declinatoriam fori ex perſona ſua, vel ex perſona emptoris?*
29 *Emptor, qui omiſit declinatoriam fori opponere, an aſſiſtens poſſit eam opponere?*
30 *Malitia, ſive negligentia emptoris non poteſt præjudicare venditori ignoranti.*
31 *Veniens ad aſſiſtendum alteri debet litem aſſumere in eo ſtatu, in quo eſt tempore aſſiſtentiæ.*
32 *Aſſiſtens debet proſequi eundem proceſſum, & non novum inchoare.*
33 *Declaratur tex. in l.* ſi perluſorio, §. 1. ff. de appellationibus.
34 *Declaratur etiam* l. penult. ff. de re judicata.
35 *Sententia lata contra hæredem nocet legatariis, etiam ignorantibus.*
36 *Venditor licèt judicium inchoatum non poſſit mutare, poteſt tamen coram judice emptoris opponere exceptiones perſonales, & reales.*
37 *Exceptio perſonalis competens principali propter proprium ſuum intereſſe, non competit fidejuſſori.*
38 *Exceptio peremptoria de jure poteſt opponi in quacunque parte judicii.*
39 *Venditor comparere in judicio ex cauſa proprii intereſſe poteſt.*
40 *Et opponere exceptionem peremptoriam, etſi ſit limitata ad ejus perſonam.*
41 *Aſſiſtens liti poteſt opponere exceptionem, quam emptor omiſit opponere, vel quia noluit, vel quia non potuit.*
42 *Aſſiſtens poterit in executione opponere exceptiones modificantes ipſam executionem.*
43 *Aſſiſtens proponens exceptiones executionis, illas proponere debet coram Judice executionis.*
44 *Regula.* l. venditor, *in cauſa executionis locum habet.*
45 *Judex cognoſcens de cauſa principali, & ſententiam contra venditorem tulit, poterit emptor coram eo convenire venditorem ſuper evictione.*
46 *Declaratur tex. in l.* cum majorum, C. de ſententiis, & interlocut.
47 *Expenditur tex. in l.* cum vendente, C. ubi cauſæ fiſcales.
48 *Traditur optima ratio concluſionis.*
49 *Gloſſa in* dict. l. cum vendente, *reprobatur.*
Immola reprobatur, ibidem.
50 *Cùm notorium ſit judici, & ſibi conſtet ex actis publicis factis in cauſa principali, in hac ſecunda lite pendente poteſt procedere via executiva.*
51 *Declaratur, hoc procedere, quando cauſa ſecunda habet immediatam cauſam à principali cauſa.*
52 *Si cauſa habet dependentiam mediatam, ſive remotam, prædicta non habent locum.*
53 *Judex delegatus ad cognoſcendum de cauſa movenda contra emptorem, an cognoſcet de defenſione venditoris aſſiſtentis cauſa, de quo in reſcripto nulla fit mentio?*
54 *In bonis defenſoris neceſſarii, qui fecit ſe conſortem litis, poterit fieri executio, ac ſi principaliter in ſententia fuiſſet condemnatus.*
55 *Contra non condemnatum in ſententia, non poteſt fieri executio.*
56 *Declaratur* l. Plautius, ff. de procuratoribus.
57 *Reſpondetur ad* l. ſi procuratorem, §. ignorantes ff. mandati.
58 *Reſpondetur ad* l. fin. C. de uſuris.
59 *Procurator in rem ſuam condemnatus nomine proprio, & non eſt ſolvendo, tunc fit executio in bonis principalis abſentis.*
60 *Fidejuſſores condemnati, ſi ſolvendo fuerint, ex ſuo debent ſatisfacere: ſi autem non ſint ſolvendo, ne detrudantur in carcerem, poterunt ſolvere ex bonis principalis debitoris.*
61 *Uſufructuarius, licèt nominet in judicio actorem proprietarium, non facit transfundi in eum judicium, quia ipſe ex propria perſona habet jus in re.*

VEnditor ab emptore denunciatus, ut eum evictionis nomine defenderet, intentabat cauſam ad ſuum Judicem trahere.

Videbatur, quòd poſſit, quia venditor ſubrogatur in locum emptoris, & tamquam reus coram judice ſuo conveniendus eſt: quia actor ſequitur forum rei; *l. ita tamen, §. fin. ff. jud. ſolut. l. fin. C. ubi in rem actio, l. juris, l. in criminali, C. juriſdict. omn. jud. cap. cum ſit generale, de foro competẽti,* Riccius *collect.* 363. *par.* 2.

His non obſtantibus colligenda eſt concluſio principalis, quòd venditor tenetur defendere emptorem coram Judice competenti ipſius emptoris, ita ut quamvis venditor ratione fori ſit privilegiatus, tamen non poſſit cauſam trahere ad ſuum judicem: ita viſum eſt *Paulo I.C. in l. venditor, ff. de jud.* Afflict. *deciſ.* 227. *num.* 2. & *ibi* Urſillus, & cæteri Add. Bal. *conſ.* 460. *num.* 5. *lib.* 4. Socin. Jun. *conſ.* 46. *num.* 5. *lib.* 1. Natta *conſ.* 360. *num.* 1. *lib.* 3. Barbat. *conſ.* 219. *lib.* 1. Rebuff. *tit. de dilat. art.* 4 *gloſ. uni. num.* 7. *to.* 3. Gamma *deciſ.* 333. *num.* 1. & *ibi* Flores, & *in addit. ad deciſ.* Greg. 266. Lopez *per l.* 57. *tit.* 6. *par.* 1. *gloſ.* 6. de communi teſtatur Caballin. §. 3. *num.* 118. *de evict.* Cald. Pereyra *cap.* 31. *num.* 82. *de empt. & vendit.* Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 169. *tom.* 2. Maranta *de ordine judic. par.* 6. *memb.* 5. *num.* 10. Anton. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 39. *verſ.* (Advertendum tamen.) Capicius *deciſ.* 197. Grammatic. *deciſ.* 21. Et hoc duplici ratione, quia ubi judicium eſt cœptum, ibi finiri debet, *l. ubi cœptum ff. de judiciis*: & quia venditor eſt quaſi procurator emptoris, immò una eſt emptoris & venditoris perſona, Surdus *deciſ.* 335. *num.* 21. & *deciſ.* 173. *num.* 24. & veluti quoddam adminiculum, Bald. *in Auth. hodie, C. de appellat.* Benintend. *deciſ.* 75. *num.* 4. Giurba *deciſ.* 8. *num.* 29. ubi dicit, quòd venditor per emptor repræſentatur in judicio, unde in ſuo tribunali debet eum defendere, *l. ſed. & hæ, §. non ſolum, ff. de procur.* emptor enim convenitur, non venditor, Joann. de Amicis *conſ.* 29. Et hoc procedit ſive venditor uteretur hac exceptione declinatoria jure privilegii, ſive jure communi, ut notavit *Caſtr. in d. l. venditor.*

Idque generaliter procedit in eo, qui propter proprium intereſſe aſſiſtit in judicio, nam debet aſſiſtere, & defendere coram Judice rei conventi, Ancarran. *conſ.* 2
333. *num.* 1. Natta *conſ.* 99. *num.* 8. *lib.* 1. Laurentius Sylvanus *conſ.* 49. *num.* 71. Abb. *in cap. cum inter. num.* 12. *de except.* Bald. *in l. ſi eo tempore, C. de remiſ. pign.* Afflict. *deciſ.* 235. *num.* 6. & ratio eſt; quia interveniens actoris partes ſuſtinet, & ideo meritò rei forum ſequi tenetur, juxta Roman. *conſ.* 217. Andreas Gail. *obſervat. Imperiali* 71. *num.* 2. Barboſa *in l. venditor, num.* 100. & rationem hujus aſſignat Gloſ. *in d. l. venditor*, ſed ea probabilior eſt, quòd rei vendicatio movetur contra poſſeſſorem, & non contra venditorem: 3
l. 1. *ubi in rem actio*; & ideo attenditur forum rei conventi, & non venditoris, Socin. *conſ.* 91. *colum. fin.* 4
lib. 3. Cagnolus *in d. l. venditor. n.* 1. Quare ſententia ferenda

Digitized by Google

ferenda ſemper concipienda eſt in perſonam emptoris,
non venditoris, Bart. *in d. l. venditor*, Natta *dict. conſ.*
360. *num.* 4. *lib.* 3. Barboſ. *in d. l. venditor*, *num.*
102. & ratio aſſignata *num.* 2. poteſt reddi: quia aſſiſtens
5 liti propter proprium intereſſe conſideratur tamquam ac-
tor. Neque enim comparente venditore in judicio poteſt
6 emptor obtinere, ut liberetur ab inſtantia, ſed in ea proce-
ditur, ac ſi venditor numquam comparuiſſet: Joannes
de Amicis *conſil.* 19. *num.* 1. Socin. *conſ.* 46. *num.* 5.
lib. 1.
7 Ex quo colligitur primò, quod dum *d. l. venditor*
probat, quòd venditor propter ſuum privilegium non
poteſt cauſam trahere ad Judicem ſuum, à fortiori, nec
poterit trahere ad Judicem, quem de jure communi
ſortitur; quia militat ratio de qua ſuprà, & probat *l.* 1.
C. ubi in rem actio: tradunt Caſtr. Lancellot. Dec. Cag-
nolus, *num.* 8. *in dict. l. venditor*, & *ibi* Barboſa, *num.*
105.
Secundò infertur, quòd venditor comparens in judi-
cio ad defendendum emptorem, admittitur quidem tam-
8 quam ſimplex defenſor, vel tamquam procurator in
rem ſuam propter proprium intereſſe: ſed ſi compareat
animo mutandi judicium ut dimiſſo emptore cum eo lis
agitetur, audiri non debet; neque enim in ejus poteſta-
te debet eſſe mutare juriſdictionem, & diſpoſitionem,
quæ jubet, quòd contra emptorem, & rei poſſeſſorem
moveatur judicium, ut probat *dict. l.* 1. *ubi in rem actio.*
9 Et quia novatio judicii, vel obligationis non poteſt
fieri ſine conſenſu illius, cujus agendi obligatio com-
petit, *l. ſi mandato.* §. 1. *ff mand.* Bart. *in l. ſolutionem*,
num. 6. *ff. de ſolut.* reſolvit Natta *dict. conſ.* 360. *num.*
2. & receptam opinionem teſtantur Joann. de Amicis
conſ. 19. *num.* 2. Carolus Ruinus *conſ.* 84. *num.* 2.
lib. 5. Benintend. *deciſ. Bononienſi* 92.
10 Non tamen eſt relinquendum, quòd adverſus hanc
reſolutionem videtur text. expreſſus *in l. ſed etſi lege*, §.
item rem, *ff. de petit. hæredit.* qui videtur probare, quòd
venditor comparens ad defenſionem emptoris, & pe-
tens in ſe transferri judicium, ut cum eo tamquam cum
poſſeſſore inchoetur, auditur, & incipit competere ex-
ceptio emptori, ſi actor velit cum eo rem proſequi,
11 notant Angel. *in d.* §. *num.* 3. Jacob. *num.* 6. Caſtr.
in d. l. 1. *num.* 2. Sed dicendum eſt, quòd ſi ante ju-
dicium inchoatum cum emptore venditor compareat, &
petat in ſe transferri judicium animo novandi actionem;
quia emptor poterit conveniri, ita ut emptor remaneat
omnino liberatus à judicio, & ab actione, ut omnia
transferantur in ipſum venditorem, id invito authore
impetrare non poſſit: juxta *dict. l. ſi mandato*, §. *tradit*, &
Bart. *in d. l. liberto*, §. *fin. n.* 5. *ff de neg. geſt.* & *in d. l.*
ſolutionem, *num.* 6, ubi Caſtr. *num.* 1. *de ſolut.* Angel.
in l. à ſententia, *num.* 8. *ff. de appellat.* Barboſa *in d. l.*
12 *venditor*, *num.* 110. Conſentiente autem authore, id obti-
nebit: & eſſe de mente omnium aſſerit Ruin. *conſil.* 84.
num. 2. *lib.* 5. Sed ſi compareat non animo novandi
actionem, ſed quòd ea ſalva maneat actori, & tantùm
petat mutari judicium futurum, ut ſcilicet, cum eo in-
13 choetur, & non cum emptore, audiendus eſt, dum-
modò ſe obliget, quòd in re petita fiat executio: & in
his terminis procedit *dict. l. ſed etſi lege* §. *item ſi rem*,
14 *in fin.* & *l. planè*, *ff. familiæ ercisc.* & licet actor re-
luctetur, tamen etiam invitus cogetur litem inchoare
15 cum venditore, Bar. *conſil.* 209. *num.* 1. Ruin. *conſ.* 84.
num. 6. *lib.* 5. Benintend. *deciſ.* 92. *num.* 2.
16 Neque obſtat regula, *l. ſi mandato*, §. 1. *ff. mandati*,
quia procedit de novanda actione, quod non poteſt hic
applicari, ſed tantùm de movendo judicio contra ven-
ditorem, remanente emptore obligato, ut antea; id
enim licitum eſt invito actore, & ſentit Bald. *in d. l.* 1.
ad fin. C. ubi in rem actio, Angel. *in dict. l. à ſententia*,
17 *num.* 8. niſi ex hac judicii mutatione actor prætendat
aliquod ſibi præjudicium inferri, ut potè qui alleget,
emptorem eſſe faciliorem ad conveniendum, *l. ſi actor*,
ff. de procurat. vel ſuo prætextu vellet trahere cauſam
ad forum ſuum, & ſic coram judice ſuo cauſa agitare-
tur; tunc enim non mutabitur judicium, ſed cogetur
venditor in foro emptoris cauſam defendere, juxta
d. l. venditor, tradit Natta *conſ.* 603. *num.* 2. *lib.* 3. Re-
buff. *tit. de dilat. gloſſ. un num.* 7. In dubio videtur ceſſare
actoris præjudicium, cum regulariter nihil interſit cum 18
uno, vel cum altero cauſam movere, vel agitare. Et ſen-
tentia lata contra venditorem præjudicet emptori ſcienti,
litem agitari cum venditore. *l. ſæpe*, *verſ.* [ſcientibus)
ff. de re judicata, tradit Angel. *in rubr. de except. Inſtit.* 19
num. 14. Quòd ſi venditor compareat poſtquam jam ju-
dicium erat inchoatum cum emptore; tunc neque
prædictam judicii mutationem obtinere poterit, cùm
hoc caſu reſpectu judicii videtur agi de quadam nova-
tione, ac ita debeat induci regula *d. l. ſi mandato*, §. 1.
Caſtr. *in d. l.* 1. *C. ubi in rem actio*, Angel. *in d. rubr.*
num. 17. In his ergo terminis venditor tantum poterit 20
aſſiſtere emptori, ſumendo litem in terminis, in quibus
eſt tempore aſſiſtentiæ, *cap.* 2. §. *fin. ut lite pendente*
lib. 6. ibi: (*Sanè ſi ad defenſionem ipſius litis aliqui, quo-*
rum intererit, petierint ſe admitti, eos in illo ſtatu, in quo
ipſam invenerint, decernimus admittendos) *cap. ubi*
periculum, §. *ſi verò*, *de electione*, *lib.* 6. ibi: *Vel etiam*
ſi alii abſentes, quos per decem dies dicimus expectandos
ſupervenerint re integra, videlicet antequam eidem Ec-
cleſiæ ſit de paſtore proviſum, in eodem negotio, in illo ſta-
tu, in quo ipſum invenerint admittantur) Afflictis *deciſ.*
235. *num.* 6. Bal. *in l. ſi eo tempore*, *C. de remiſſ. pign.*
Covar. *pract.* 13. *num.* 1. Magonius *deciſ. Lucenſi* 96.
num. 22. & 23. Seraphinus Olivarius *deciſ. Rotæ Roma-*
næ 1422. *num.* 6. *part.* 2. Cravetta *conſil.* 14. *num.* 4.
Alexand. Trentacinq. *lib. variar. reſolut.* 17. *de judiciis*,
num. 49. Vantius *de nullit. tit.* (*quis poſſit dicere de nul-*
litate.) *num.* 25. Jacob. Puteus *deciſ. Rot. Romanæ* 343.
num. 3. *lib.* 3. Joann. Vincentius Honded. *conſ.* 25. à *num.*
8. *lib.* 1. Barnabas Cornazanus *dec. Lucenſ.* 215. *num.*
8. & 9. *Mar. Giurba deciſ.* 8. *numero* 28. Et po- 21
teſt emptorem juvare allegando, & pronunciando
omiſſa per ipſum emptorem. Gloſ. 2. *in l. ſi ſuſpecta*,
ff. de inoffi. teſtament. Gloſ. fin. *cap.* 2. *de procurat. lib.*
6. Burgos de Paz *conſ.* 18. *numer.* 12. Joan. Gutier. *lib.*
1. *practic. quæſt.* 66. *num.* 1. Poterit aſſiſtens recuſare 22
Judicem, qui de cauſa cognoſcit, quia non poteſt vide-
ri in illum conſenſiſſe, *cap. cum ſuper*, *de offi. delegati*,
ubi Abb. *num.* 2. Afflict. *d. deciſ.* 235. in fine Rebuff.
tom. 3. *ad ll. Gallic. art.* 5. *gloſ. un. num.* 13. Vincent.
Ann. *ſingul.* 600. Poſſet tamen ille Judex recuſari, ſi ipſe
de evictione teneatur, ut docet Specul. *tit. de jud. dele-*
gat. §. *ſupereſt*, *verſ.* (ſi item ſit cauſa,) Caballinus *d.* 23
§. 3. *n.* 118. *de evict.* Et poteſt alia facere, quæ enumeran-
tur à Covarr, & Andrea Gail, *ſupra* citati: quæ pariter ad-
mittenda ſunt, quando venditor comparet ante litem
inchoatam; & tamen non poterit in ſe transferre judi-
cium, ſed tantùm aſſiſtere emptori, non aſſiſtendo obli-
gationi, ſed defendendo; Fulgoſ. *in l. qui abſentem*,
col. fin. ff. de procurat. Jaſ. *in l. venditores*, *nume.* 3. *de*
verb. obligat. Si autem compareat poſt finitam dilatio- 24
nem conceſſam emptori ad probandum, cum debeat li-
tem aſſumere in terminis, in quibus erat tempore aſſiſ-
tentiæ, ut dictum eſt, non poterit hoc caſu novas pro-
bationes facere, quantumcumque alleget ſe ignoraſſe
dilationem datam emptori, ut contra multos reſolvit
Covar. *pract.* 13. *num.* 2. Afflict. *deciſ.* 15. Coſta *de*
facti ſcientia, *dict.* 57. *cent.* 1. *num.* 9. & 13. Marc. An-
tón. Peregrinus *de fideicommiſſis*, *art.* 53. *num.* 55. Mar-
zar. *conſil.* 23. Joſephus Ludovicus *deciſ. Peruſina* 26.
num. 6. *part.* 1. Surd. *deciſ.* 69. *num.* 6. & *deciſ.* 147.
num. 6. Menoch. *de arbitrariis*. *caſu* 28. *num.* 1. Octa-
vianus Veſtrius *in praxi Romanæ Curiæ*, *lib.* 5. *cap. ult.*
ubi Mandoſius, *num.* 25. & 26. Si tamen aſſiſtens 25

ſit minor, qui beneficium reſtitutionis impetravit, poterit producere novos teſtes, Gloſ. *in l. ſi parentes, verb.* (ex perſona) *C. de evict.* Covar. *pract.* 14. *n.* 3. Affliſt. *dict. deciſ.* 15. *num.* 4. Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 66. *n.* 2. Barboſ. *in l. venditor, nu.* 125. *ff. de jud.* Mieres *de majorat. part.* 4. *quæſt.* 14. *num.* 4. & in noviſſimis *num.* 13. *& num.* 141. intra quindecim dies *ex l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 4. *Recopil.* Gutierr. *ſup. num.* 4.

26 Addendum tamen eſt prædictis, quòd ſi rei vendicatione conveniatur ille, qui rem detinet nomine alterius, ſi dominus compareat in judicio, in eum debet transferri lis, & conventus debet omnino de ea liberari; nam in his terminis ceſſat ratio, de qua *ſuprà*, cùm conven-
27tus non poſſideat, ſed potiùs dominus, cujus nomine poſſidetur, *l. quod mea, ff. de acq. poſſ. cap. cum veniſſet, de reſtit. ſpoliat.* ergo cum domino debet lis agitari, & non cum eo, qui ejus nomine detinet: quod probat *l.* 2. *C. ubi in rem act. cap. quoniam frequenter,* 1. *in aliis, ut lite non conteſtata,* tradit Abbas *in cap. fin. num.* 8. *de empt. & vendit.* Platea *in l.* 5. *C. de jure fiſci, lib.* 10. Angel. *in l. à ſententia, num.* 10. *ff. de appellat.* Socin. *conſ.* 46. *num.* 5. *lib.* 1. Gamma *deciſ.* 332. *num.* 1.

28 Venditor licèt ex perſona ſua non poſſit opponere declinatoriam, ut probat *d. l. venditor*, & notat Aretin. *conſ.* 129. *num.* 3. Ex perſona tamen emptoris illam po-
29terit opponere; ita ut quamvis emptor eam jam nunc poſſit opponere, quia omiſit eam opponere ante omnia, ut tenebatur, *l. penult. C. de excep.* Marius Giurba *d. deciſ.* 8. *n.* 28. Cephalus *conſ.* 168. *n.* 23. Hondedeus *conſ.* 25. num. 10. Tamen venditor aſſiſtens poterit eam proponere; quia non declinando, non fuit in culpa; cùm adhuc non comparuiſſet in judicio: ita poſt *Innoc.* concludit Angel. *in d. l. venditor.* Caſtr. *num.* 3. Iacobin. *n.* 2. Cagnol. *num.* 9. Angel. *in l. quidam conſulebant, in fine, ff. d. re jud.* Roman. *ſingul.* 624. Felin. *in cap. qualiter, el* 1. *num.* 13. *de accuſat.* ne aliàs malitia, ſeu negligentia
30emptoris præjudicet venditori ignoranti Gaſpar Caballin. *dict.* §. 3. *num.* 131. *de evict.* Borgninus Cavalcanus *deciſ.* 8. *lib.* 1. *num.* 23.

31 Cui tamen nimis videtur obſtare, quòd veniens ad aſſiſtendum alteri, debet litem aſſumere in eo ſtatu, in quo eſt tempore aſſiſtentiæ, ut *ſuprà* dictum eſt. Ancharrenus *conſ.* 183. *num.* 2. Franchis *deciſ.* 261. *num.* 9. Tuſchus *concluſ.* 83. *num.* 11. Barboſa *in l. ſi alienam, n.* 16. *ff. ſol. matrim.* Surd. *deciſ.* 147. Gratian. *deciſ.* 149. Marzar. *conſ.* 14. Sed venditor in hoc caſu invenit litem in eo ſtatu, in quo jam non poſſit uti declinatoria fori:
32ergo nec ille eam opponere poteſt. Et confirmatur, quia aſſiſtens debet proſequi eundem proceſſum, & non novum inchoare, *dict. cap.* 2. Abſurdum enim videtur, quòd in proceſſu, in quo jam agi non poteſt de declinatoria, de novo de illa agatur, Franchis *deciſ.* 492. Vant. *de nullitate, tit.* (*quis poſſit dicere de nullit.*) *ſub num.* 20. Cancer. *tom.* 2. *cap. de tertio appoſitore, num.* 5. Giurba multos referens *dict. deciſ.* 8. *ſub num.* 6. *&* 24.

33 Videntur tamen concordandæ opiniones ex traditis per Bar. *in l. ſi per luſorio*, §. 1. *num.* 3. *ff. de appell.* quòd aut venditor ſcit litem agitari; & tunc debet eam aſſumere in terminis, in quibus eam invenit; & ideò non poteſt excipere de incompetentia Judicis, aut teſtes producere, ſi ſtatus litis non patiatur: ſi autem ignoraverit litem, quocumque tempore poterit prædicta opponere, quia acta facta cum venditore ignorante, illi præjudicare non potuerunt. *l. penul. ff. de re jud.* Abb. *in cap. veniens*, *el.* 2. ubi Felin. *num.* 8. Affliſt. *deciſ.* 235. *num.* 3. Cephalus *conſ.* 106. *num.* 6. *& conſ.* 279. *num.* 6. *lib.* 2. Surd. *deciſ.* 256. *num.* 4. *& conſ.* 399. *num.* 10. Menoch. *conſ.* 320. *num.* 29. latè Giurba *deciſ.* 8. *num.* 9. & 10. Burg. de Paz, *conſ.* 18. *num.* 12. Quæ tamen concordia tuta non videtur, quia illi repugnat generalitas *d. cap.* 2. *ut lite non conteſtata, lib.* 6. quæ vendicat ſibi locum, etiamſi defenſor ignoraverit, litem moveri emptori,

Innoc. *in cap. cum ſuper, de re jud.* Ubi Butrio. *num.* 8. Bal. *in l. ſi ea tempore, ad fin. C. de remiſſ. pign. & in Auth. nunc ſi heredes, num.* 1. *C. de litig.* Angel. *in l. ſi ſuſpecta, ff. de inoffi. teſtam.* Quam opinionem, ut communem admiſit Covarr. *pract.* 13. *num.* 2. Quin imo nec ex perſona propria defenſionibus poteſt uti, cum ſit admittendus in eo ſtatu, in quo cauſa reperitur; neque dilatorias exceptiones opponet. Boër. *dec.* 69. Matheſilan. *ſingul.* 40. Grammat. *deciſ.* 61. Rota Genuæ *deciſ.* 143. *num.* 7. Natta *conſ.* 99. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 37. *num.* 7.

Neque pro hac diſtinctione facit *d. l. penult. de re jud.* 34
quia duo caſus diſtinguendi ſunt. Primus eſt, quando venditor tamquam principalis defendit cauſam, ſciente, & patiente emptore, cui tamen primo loco competebat defenſio, & venditor poſtea comparet ad eum adjuvandum, tunc non habet locum diſtinctio *d. l. penult.* ſed procedit generalitas *dict. cap.* 2. & ideò ſententia lata contra hæredem nocet legatariis, etiam ignoran- 35
tibus litem: quia hæredi primo loco competebat defenſio, *d. l. ſi ſuſpecta*, facit *l.* 3. *ff. de pign. & l.* 1. §. *fin. ff. de lib. agnoſcen.* Franciſc. de Claper. *deciſ.* 66. latè Giurba *deciſ.* 8. *n.* 15. & ita prædictos caſus diſtinguit Caſtr. *in dict. l. penul. num.* 5. & *ibi* Alex. *num.* 82. Et ſententia lata contra emptorem, cui primo loco competebat defenſio nocebit venditori ignoranti litem; & pari ratione ſemper venditor tenebitur aſſumere litem in terminis, in quibus erat tempore aſſiſtentiæ, etſi litem ignoraverit, ut probant Covarr. *d. pract.* 13. *num.* 3. & relati Authores. Poterit tamen ſalvari ſuprà dicta opinio, quando venditor comparuit tempore, quo declinatoria opponi poteſt; nam licèt emptor ea nolit uti; defenſor tamen, eo invito, eam opponere poteſt, prout emptore invito poteſt Judicem recuſare tamquam ſuſpectum, *cap. cum ſuper, de offi. delegat.*

Venditor etſi judicium inchoatum mutare non poſſit, 36
neque ad Judicem ſuum actorem trahere; tamen coram Judice emptoris poterit opponere omnes exceptiones etiam perſonales, quæ ſibi competunt ex propria perſona, etiamſi tales ſint, quòd illis non poſſet emptor uti, quia in perſona venditoris eſſent meræ perſonales, ita probat text. *in l. idemque* 10. §. *generaliter, ff. mandati*; ubi exceptio perſonalis competens principali, & quæ ſecundum juris regulas non prodeſt fidejuſſori, *l.* 37
exceptiones, ff. de excep. illi tamen proderit, ſi principalis propter proprium intereſſe compareat in judicio, & actori ex propria perſona obiiciat prædictas exceptiones, Jaſ. *in* §. *ſed & ſi quis, num.* 12. *Inſtit. de act.* Dec. *in l. Dinus, num.* 6. *ff. de reg. jur.* Pinellus *in l.* 2. 38
part. 2. *cap.* 3. *num.* 44. *C. d. reſcind. vendit.* Dueñas *regula* 330. *num.* 4. Unde receptum eſt in hac materia, quòd cum exceptio peremptoria poſſit opponi in quacumque parte judicii, *l. peremptorias, C. ſent. reſcind. non poſſ.* venditor comparens in judicio propter proprium
intereſſe, poterit eam opponere in quacumque parte 39
judicii, quantumque limitata ſit ad ejus perſonam, Bal. *in Auth. nunc ſi hæredes, num.* 4. *C. de litigioſis*, Angel. *in dict. l. ſi ſuſpecta, num.* 2. Caſtr. *in dict. l. venditor, num.* 3. ergo pariter venditor comparens in judicio ad 40
defenſionem emptoris, poterit opponere exceptiones perſonales ſibi competentes, quia eadem militat ratio. Angel. Aretin. *in rub. Inſtit. de except. num.* 13. Cagnolus *in d. l. venditor, num.* 15. Corneus *conſ.* 79. *ad fin. lib.* 4. Socin. *conſ.* 91. *ad fin. lib.* 3. & juxta hæc accipienda eſt traditio Bar. *in l. ita tamen,* §. *quoties, num.* 1. *ff. ad Trebell.* quòd aſſiſtens liti propter proprium intereſſe, 41
poteſt opponere exceptionem, quam emptor omiſit opponere; vel quia noluit; vel quia non potuit. Quin imo in executione poteſt aſſiſtens opponere exceptiones modificantes ipſam executionem, juxta Gloſ. *in l. Neſen-* 42
nius, §. *fi. ff. de re jud. l. & ex diverſo.* §. *fin. ff. ſolut. matrim.* Rip. *in l. qui pro tribunali, n.* 9. *ff. de re jud.* Avendan.

in

Digitized by Google

*in l.4.& 5. de las exceptiones,num.*18. Guttierr. *de ju-*
ram. part. 3. *cap.*15. *num.* 37. Seraphinus *de jurament.*
privileg. 89. *n.*87. Coſta *remed. ſubſid.*38. *num.*6. Ni-
colaus Calvolus *in praxi concl.*1. *de except. n.*65. Alex.
Trentacinq. *lib.*2.*reſolut.*10. *num.*7. *de except.* Barboſa
in d.l. venditor , num. 189. *& tradit.* Bar. *in l.*1. *num.*3.
43 *C. de juris, & fact. ignorant.* Quamvis eas debeat oppo-
nere coram Judice executionis, non obſtante quocum-
que privilegio, juxta regulam *hujus text.* quæ etiam lo-
cum habet in cauſa executionis, Ancarran. *conſ.* 333.
*num.*2. Cagnol. *in d. l. venditor, num.*8. & *ibi* Barboſa
num. 181.
44 Ulterius eſt addendum, quod Judex, qui cognovit
de cauſa principali mota contra emptorem, cui vendi-
tor aſſiſtit, ſi lata ſit ſententia contra emptorem, po-
terit emptor convenire venditorem coram eodem Judi-
ce ſuper evictione; text. eſt *in l.minor, ff. de evict.*& *ibi*
notat Bal. *in lectura* 2.*Caballinus,* §.3.*de evict.num.*183.
& 184. Caldas *de empt. & vendit. cap.* 31.*num.*86.
Itē Cevallos *tom.*4. *commun. quæſt.*897. *à n.*950. idem
45 probat *l.cum eorum, C.de ſent.* ubi Judex fiſci, qui co-
gnoſcit adverſus fidejuſſores debitoris fiſcalis, eſt judex
competens ad cognoſcendum inter ipſum principalem,
& ejus fidejuſſores, qui pro eo coacti ſunt fiſco ſolvere,
& ſic pro eorum indemnitate poterit Judex bona prin-
cipalis eis in pignus concedere: ad idem eſt bonus text.
46 *in l. cum vendente, C. ubi cauſæ fiſcales,* ubi ſi quis ex
mandato alterius emit prædium à fiſco, & pro mandan-
te ſolvit pretium, & prædium emptor mandanti tradit,
coram eodem Judice poterit mandantem convenire, ut
ſibi pretium reddat, quod pro fiſco ſolvit: *l.in fraudem,*
45. §. *qui pro alio, ff. de jure fiſci,* tradit in ſpecie in *d. l.*
venditor. Caſtr. *num.*4. Jacobin. *num.*8. Cagnolus *n.*22.
Capicius *deciſ.*107. *num.*2. Cagnol. *in rub. num.* 38. *C.*
de edendo, Ruin. *in l. ſervi evictione, in princip.num.*42.
*ff.de leg.*1. Caſtr. *conſ.* 210. *num.*1. & *conſ.*232.*col.fin.*
*lib.*2. Caballin. *d.* §.3. *num.* 129. Aretin. *conſ.* 48. *colu.*
fin. Roder. Suarez *tit.* (de los emplaçamientos,) §.5.
47 *num.*23. Et ratio eſt, quia hæ cauſæ ſunt connexæ & in-
vicem dependentes, & Judex, qui fuit competens ad
cognoſcendum de cauſa principali, efficitur etiam com-
petens ad cognoſcendum de connexis, & dependenti-
bus à cauſa principali, *l. ſi quis ex argentariis, §. ratio-*
nem, & *ibi* Bal. *ff de edenda, Clement. diſpendioſam, de*
judiciis, tradit Socin.*conſ.*244.*num.*4. *lib.* 2. Decius *in*
cap.tranſlato,num. 5.*de conſtit.* Purpurat.*in rub.à n.*20.
de officio ejus, ex omnique Afflictis *deciſ.*125. *à num.*20.
*à num.*46. Barboſa *in d.l.venditor, num.*185.
48 Unde cavendum eſt à Gloſſa penul. *in d. l. cum ven-*
dente, dum intelligit illum text. ea procedere ratione,
quia partes prorogarunt juriſdictionem Procuratoris
fiſci, qui aliàs inter privatos cognoſcere non poterat, *l.*
1. *C. de juriſd. omn. jud.* ſubſcripſit Immola *conſ.* 140.
ad fin. Nam is intellectus divinat: & ab eodem *Immola*
eſt etiam cavendum, dum dicit, *d.l. cum vendente,* ſpe-
49 cialiter procedere in fiſco: ad quod allegat Butrigar. *in*
d l,cum vendente, qui tamen non dicit, quòd ſit ſpecia-
le in fiſco, ſed potiùs eſſe ſpeciale in procuratore fiſci,
quòd poſſit de ea cauſa cognoſcere inter privatos, quia
habet dependentiam à cauſa fiſcali, cujus procurator
fiſci erat Judex competens, ubi declarant Paul. & Saly-
cet. *num.*2. & probat *d.l.in fraudem,*45. §. *qui pro alio,*
ff. de jure fiſci. Quinimo cùm id notorium ſit Judici, &
50 ſibi conſtet ex actis publicis factis in cauſa principali,
poterit in hac ſecunda lite pendente à prima procedere
ex officio via executiva, ut videtur probare text. in *l.*
minor. ff. de evict. l. fin. §. *fin.* ubi notat Angel. *C. de*
execution. rei jud. tradit Paul. de Caſtro *in d.l.cum ven-*
dente, in fin. quidquid poſt *Bald.* controvertat Suarez
51 *tit.* (de los emplaçamientos,) §. 5 *num.*24. Sunt tamen
prædicta intelligenda, quando cauſa ſecunda habet im-
mediatam dependentiam à cauſa principali; ut contin-
git in *juribus ſuprà citatis.* Aretin. *conſ.*83. *à num* 8.
Barboſa *in dict. l. venditor, num.* 189. Nam ſi habeant 52
dependentiam mediatam, ſive remotam; prædicta non
obtinebunt, ut in eleganti caſu probat Immola *conſ.* 189.
*à num.*6. Et juxta hæc venit decidenda quæſtio, de qua
Abbas dubitat *in cap. P.& G. num.*13. *de offi. delegati:*
Si Judex delegatus ſit ad cognoſcendum de cauſa mo- 53
venda contra emptorem; utrum poſſit cognoſcere de
defenſione venditoris aſſiſtentis cauſæ propter connexi-
tatem, & dependentiam? Affirmativè reſolvitur, argum.
cap. 1. *de mutuis petit.* & in ſpecie Afflictis *deciſ.* 227.
num. 2. Rebuff. *tomo* 3. *titul. de dilat. art.*5. *gloſ. un.*
*num.*12. Caballin. *dict.* §. 3. *num.* 118. *in fin. de evict.*
Barboſa *in dict.l. venditor. num.*191.
Unde notandum eſt, quòd in bonis defenſoris ne- 54
ceſſarii, qui ſe fecit conſortem ejuſdem litis, poterit
fieri executio, ac ſi principaliter in ſententia fuiſſet con-
demnatus, quod probat *l. Plautius, ff.de procurat.* ubi
Bald.*col.*1.*poſt med.* illam ad hoc expreſſe notat: quod
probat text. *in l. ſi procuratorem, §. ignorantes, ff. man-*
dati, ubi fidejuſſores condemnati poſſunt ſolvere con-
demnationem ex bonis debitoris principalis, ita notant
Bar. & Jaſ. *in l.* 4. §. *Cato,num.* 34. *ff. de verbor.obligat.*
poſt Bar.*ibi num.*15. Ergo pari ratione cum emptor con-
demnetur propter venditorem, poterit fieri executio in
bonis venditoris: idem colligitur *in l. fin. C. de uſur. rei*
jud. ex qua Bal. *num.* 2. colligit, quòd quicumque ſe
facit participem litis, ſive tamquam principalis, ſive
tamquam fidejuſſor, in ejus bonis poteſt fieri executio.
Hoc tamen non admittunt Fulgoſ. & Lancellot. Dec. 55
in dict. l. venditor, & Cagnol. *num.* 25. & videtur ve-
rius: neque enim contra non condemnatum per ſenten-
tiam, vel nominatum in inſtrumento non poteſt fieri
executio. Bal. *in l.hac edictali,C.de ſecun.nupt.in princ.*
Immola *in l. fin. ff. à quibus appellare non licet,* Caball.
*milleloq.*633. Alex. *conſ.* 83. *num.* 11. *lib.* 3. *l.* 1. *& l.*
19. *tit.*21. *lib.*4. *Recopil.* Gratian. *tomo* 1. *diſcept.* 138.
*num.*1. Cavalcan. *deciſ.* 37. *num.* 84. *part.*2. Anton. de
Amatis *deciſ.* 48. *n.* 7. Magon. *deciſ. Lucenſi num.* 62.
*num.*1.& 2. Guttierr. *conſ.*19.*num.*6. & *in l. nemo poteſt,*
*ff.de l.*1. *num.* 32. Marius Giurba *deciſ.* 92. *num.* 22. Et
ita, quod non cantat inſtrumentum, nec ego cantabo,
ut dicit Bald. *in cap.per venerabilem,de electione,* Petrus
Surdus *conſil.* 127. *num.* 35. *lib.* 1. Marta *deciſ. Piſana*
103. *num.* 16.
Neque obſtant rationes adductæ pro opinione Gloſſæ 56
magis communiter receptæ; nam ad primam de *dict. l.*
Plautius, de procurat. reſpondetur procedere, quando
ipſe defenſus fuerit condemnatus; nam tunc meritò in
ejus bonis poterit fieri executio; ſed ſi non fuerit con-
demnatus, non patiuntur juris rationes, ut in bonis non
condemnati fiat executio, ut advertunt Fulgoſ. & Lan-
cellottus Dec. *in d. l.venditor,* & Barboſa *num.*198.
Non obſtat *dict. l. ſi procuratorem,* §. *ignorantes, ff.* 57
mandati, quia placet *Ruini* intellectus in *dict.* §. *Cato,*
*num.*63. Quòd in *eo textu* fidejuſſores habebant facul-
tatem, ut ſolvere poſſent de bonis principalis. Quod pa-
tet ex eo, quia *text.* tantùm dubitat, an ſi fidejuſſores
ſolvant illud, de quo principalis erat jam liberatus, te-
neantur actione mandati; quæ dubitatio eſſet inanis, niſi
præſupponatur, eos habuiſſe facultatem ſolvendi de bo-
nis principalis; ſed extra hunc caſum non debet eſſe li-
citum fidejuſſoribus ſolvere.
Non etiam obſtat *d. l. fin. in fin. C. de uſur. rei jud.* 58
quia procedit ſpecialiter in fidejuſſore judicii, cujus obli-
gationis conditio, cùm purificata ſit per ſententiam,
Bar. & Paul. de Caſtro *per l.* 1. *ff. judicat. ſolvi;* meritò
ratione ſententiæ poterit fieri executio in ejus bonis, *l.*
cum pro quo, juncta Gloſ.fin. *ff.de in jus vocando;* quod
in terminis noſtris applicari non poteſt, cùm venditor
aſſiſtens, in nihilo ſe obligaverit actori; & ſic non poteſt
dici, ejus obligationem fuiſſe purificatam per ſententiam.
Poterit

59 Poterit defendi contraria opinio, quando procurator in rem ſuam fuerit condemnatus nomine proprio, & non ſit ſolvendo: tunc enim ratione illius ſententiæ fiet executio in bonis principalis obſentis, ut probat text. *Auth. qua in provincia, C. ubi de criminibus agi oportet*, quam allegat Gloſſa in *d.l. venditor, verb.* (ſolvere) *in fin.* & per eam tradit Bal. *in Auth. ſi captivi, n.6. C. de Epiſ-*
60 *cop. & Clericis*, inquiens; quòd fidejuſſores condemnati, ſi fuerint ſolvendo, ex ſuo debent ſatisfacere, ne detrudantur in carcerem; juxta *l. 1. C. qui bonis cedere poſſ.* nunc poterunt ſolvere ex bonis debitoris principalis: & ſic intellige *l. ſi procuratorem*, *§. ſi ignorantes, ff. mandati*. Roderic. Suarez *tit.* (de los goviernos,) *ubi ſuprà, num.26.* Hippolytus de Marſil. *in rub. de fidejuſſ. num.364.* Dueñas *regul.337.num.6.* Barboſa *in d.l. venditor, num.203.*

61 Notandum tamen eſt, quòd ſi uſufructuarius nominet in judicio proprietarium, non transfundit in proprietarium jus quod ipſe habet in re, & ſic non eſſe cogendum actorem cum domino agere, ſed poſſe condemnari uſufructuarium, ſalvo jure dominii, cum quo poſtea potuit agere, Gamma *deciſ.265. num. 1.* & ibi Flores, Cancer. *lib. 2. var. cap.17. n.65.*

QUÆSTIO SEPTIMA.

An Clericus laudatus, & nominatus in judicio evictionis poſſit forum declinare,

SUMMARIUM.

1 *Clericus ubi de evictione agitur, non poteſt conveniri coram judice laico.*
2 *Clericus proprium habet judicem.*
3 *Clericus eſt exemptus à juriſdictione judicis ſecularis, cùm ſit res ſpiritualis.*
4 *Denunciatio, quæ fit Clerico venditori à laico pulſato ſuper judicio evictionis, debet fieri coram judice Eccleſiaſtico.*
5 *Si hujuſmodi denunciatio non fieret coram judice Eccleſiaſtico, eſſet nulla.*
6 *Eccleſiaſticus emens nomine Eccleſiæ, poteſt agere de evictione, licèt ante litem motam, in qua ſuccubuerit, venditori laico non denunciaverit.*
De licentia tamen Epiſcopi poteſt defendere coram judice laico; ibi.
7 *Clericus veniens nominatus ad judicium, debet remitti ad judicem ſuum.*
8 *Et etiam quando eſſet denunciatus in judicio ſeculari, debet etiam remitti.*
9 *Refertur contraria, & communis opinio.*
10 *Et ratio redditur; & num.11.*
12 *Refortur deciſio Senatus Patavini.*
13 *Judex Eccleſiaſticus inhibens judici ſeculari, ne in cauſa evictionis procedat contra Clericum, de hujuſmodi inhibitione non eſt curandum.*
14 *Clericus venditor res emptoris gerere videtur, & poteſt facere, quæ emptori permittuntur.*
15 *Emptor principaliter conventus excluditur ab omnibus illis, ex quibus excluditur etiam venditor admiſſus.*
16 *Nec poteſt opponere exceptiones, quas principaliter conventus opponere poſſit.*
17 *Ampliatur, etiamſi Eccleſia vendidiſſet.*
18 *Limitatur, quando Clericus uti defenſor neceſſarius vocaretur ad judicium ad defenſionem ſui coloni vel inquilini.*
19 *Quod ſecus eſſet, quando Clericus eſſet defenſor voluntarius.*
20 *Vel etiam quando fuit citatus coram judice laico pro ſuo intereſſe ad defendendum emptorem.*
21 *Clericus cõparens, ut neceſſarius defenſor, & procurator in rem ſuam, non poterit opponere declinatoriam*
22 *Conventus ſi à principio fateatur ſe poſſidere & poſtea nominet Prælatum, aut Clericum in dominum, tunc hoc non obſtante debet condemnari ad rei reſtitutionem, cum fructibus, reſervatis juribus Clerici nominati.*
23 *Judex laicus, coram quo fuit agitatum judicium evictionis, non poterit eſſe judex ſuper intereſſe prætenſo per emptorem contra Clericum.*
24 *Judex ſecularis remittens Clericum ad ſuum judicem maximum à Deo conſequitur ex juſtitiæ adminiſtratione.*
25 *Judicium evictionis ſuper principali cauſa pendente intentatum in alio tribunali, debet ſimul prævia avocatione coram eodem judice uniri.*
26 *Quod procedit etiam in diverſitate cauſarum, dato quod Rei ſint diverſi fori.*
27 *Judex qui ſuper principali juriſdictionem habet, etiam debet ſuper connexis & incidenti habere.*
28 *Secunda opinio confirmatur, & num.29. & num. 30. & 31.*
32 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe in judicio, non poteſt forum declinare, ſed debet proſequi judicium.*
33 *Clericus ſucceſſor ex aliqua cauſa in re hypothecata, an executari poſſit coram judice laico?*
34 *Contraria tamen ſententia frequentiori calculo hujus Curiæ eſt recepta.*
35 *Clericus ratione retractus ſanguinis coram judice laico eſt conveniendus.*
36 *Idem etiam, quando tractatus de recognitione chirographi.*
37 *Idem etiam videtur, quando Clericus velit, necnè, ſtare tranſactioni.*
38 *Idem etiam eſt in actione ad exhibendum, in qua judex laicus poteſt cognoſcere.*
Idem etiam videtur, quando Clericus ratione feudi, & domus ſubjecta hoſpitationi Regali, vulgò apoſento, *coram judice laico conveniendus eſt.*
40 *Temperanda eſt hæc concluſio, quòd licèt ejus cognitio pertineat ad judicem laicum, ejus executio remitti debet ad judicem Eccleſiaſticum; & referuntur exempla in contrarium.*
41 *Clericus citatus à laico judice, ſi ſua putaverit intereſſe, iſta citatio eſt invitatoria, & non arctatoria, & dicitur Clericus actor voluntarius.*
42 *Clericus ſic citatus poteſt forum declinare.*
43 *Clerico ſic citato, & non comparenti, acta, & ſententia contra eum lata non officiunt.*
44 *Secus erit ſi compareat; quia in ejus contumaciam procederetur, & diceretur reus neceſſarius.*
45 *Clericus concreditor laicorum creditorum an poſſit per cæteros creditores cogi ad concurrendum coram Judice ſeculari circa dilationem præſtandam debitori, vel remiſſionem debiti?*
46 *Judex Eccleſiaſticus eſt judex competens contra Clericum, & coram illo Clericus convenitur.*
47 *Incapacitas laicorum erga Eccleſiaſticos an ſit de jure divino?*
48 *Refertur communis concordia.*
49 *Judex ſecularis, qui cognoſcit de cauſis Clericorum, excommunicatur.*
50 *Judex incompetens fit competens; incapax non poteſt fieri capax ex incidentia, vel prorogatione.*
51 *Incidentia non eſt modus tollendi incapacitatem.*
52 *Judex Eccleſiaſticus per incidentiam, vel connexitatem cognoſcit de cauſa profana, & pœna impoſita.*
53 *Refertur ſententia affirmativa, quòd judex ſecularis cognoſcit de cauſa dilationis, & remiſſionis debiti inter creditores, etſi inter eos ſit Clericus, vel Eccleſia creditor.*
54 *Si ſint plures ſeculares inter quos eſt unus Clericus, poteſt iſte unus Clericus cum aliis coram judice ſeculari conveniri.*

55 Cum

Digitized by Google

55 *Continentia cauſa dividi non debet.*
56 *Ubi eſt diverſitas perſonarum, & identitas actionis, unus Judex adeundus eſt.*
57 *Si univerſitas conveniatur, cujus major pars eſt laicorum, quàm Clericorum, convenitur coram judice ſeculari.*
58 *Quanda dicatur univerſitas laicorum, vel Clericorum.*
59 *Quad differtur, non auſertur.*
60 *Clericus primus creditor, ex cauſa juris offerendi, an conveniri poſſit à ſecunda creditore coram judice ſeculari?*
61 *Clericus habens bona debitoris, virtute graduationis, & ſententia lata per judicem ſecularem, an ab eodem poſſit cogi?*
62 *Lite graduationis finita ceſſat judicium ſeculare.*
63 *Lis quando dicatur finita.*
64 *Si poſt finitam litem emergat aliquid, quod ſit in judicio deducendum, novum dicitur judicium.*
65 *Clericus emptor, & ſoluto pretio, perfectaque venditione, conveniri debet coram judice Eccleſiaſtico. Ibi explicatur text.* in l. à Divo Pio §. ſi poſt addictum, ff. de ſent. & re jud.
66 *Controverſia emergens poſt venditionem, vel pignoris adjudicationem, non ſummariè, ſed ordinario judicio tractanda eſt.*
67 *Coram judice ordinario emptoris emergens quæſtio eſt ventilanda.*
68 *Clericus virtute ſententia graduationis ſi conſequutus eſt integrum ſuum debitum, manet extincta actionis executio.*
69 *Reſpondetur eruditè ad oppoſitum.*

ET imprimis quærendum eſt; cum ſoleant ſæpe Cle-
rici bona vendere, ſeu quovis modo, vel titulo alie-
nare in laicos; unde de jure communi, cum vigore pro-
miſſionis teneantur de evictione, cumque contra lai-
cum emptorem contingat judicialiter rei vendicatione
experiri in foro ſeculari, qui in authorem laudat Cleri-
cum, an in hoc caſu Clericus poſſit opponere fori de-
clinatoriam, & ſic eximere cauſam à laicali juriſdictio-
ne, ſeu potiùs teneatur defendere emptorem coram ju-
1 dice laico? Et videtur tenenda opinio negativa, quòd
Clericus non poteſt conveniri coram judice laico, ubi
de evictione teneatur: namque ſi in judicio eſſet lauda-
tus, & nominatus ab emptore ad defendendum rem
venditam, poterit forum declinare, & petere, ut lis
agitetur coram judice Eccleſiaſtico; quia Clericus habet
proprium Judicem, *cap. nullus*, 11. *quæſt.* 1. *cap. de-*
2 *cernimus*, *de judic cap. ſi diligenti de foro compet.* Caſtr.
2. *in l. venditor, ſub num.* 3. *ff. de judic.* Caball. §. 3. *n.* 119.
de evict. teſtatur de Communi Aretin. *in §. actionum*,
n. 43. & 44. *de act. & in rub. de except. num* 20. Hot-
tomannus *conſ.* 24. *n.* 10. Afflict. *in conſt. Regn. ſi quis
in poſterum*. Specul. *de prima, & ſecunda decreto, §. reſtat,
verſ.* (quid ſi dominus) Immola *in l. non ſolum*, §. *quod
vulgò*, *ff. de uſucap.* Arnon. *cautela* 21. & *ſingul.* 69.
Socin. *conſ.* 40. *n.* 10. *lib.* 1. Natta *conſ.* 324. *num.* 4. *libr.*
2. Joan. Igneus, qui plures allegat *in l. neceſſarios*, §.
non aliàs, *num.* 512. *ff. ad Syllanian.* Boër. *deciſ.* 69.
num. 27. Nicolaus Carb. *in pract. practic. lib.* 3. *cap.* 4.
num. 96. *libr.* 1. Follerius *in add. ad Maranam, in praxi
par.* 6. *actu* 5. *num.* 10. Ubi dicit, ita in praxi ſervari,
Carolus Grimaldus *in addit. ad praxim Nuntii Tartalia*,
cap. 2. *num.* 52. Julius Cæſar Umbrianus *in tract. de jud.
Regni*, *dialoga* 1. *num.* 47. qui dicit, quod eſt opinio
recepta in Concilio Neapolitano. Grammaticus *deciſ.* 21.
num. 9. Capicius *dec.* 191. ubi Maſſul. *in add. num.* 6.
Marcellus Cala *in tract. de modo articulandi, & proban-
di*, §. 1. *gloſ.* 1. *num.* 50. Vincent. de Anna *ſingul.* 45.
& dicunt, quod eſt verior opinio. Muſcatell. *in praxi
civili*, *part.* 2. *in gloſ. verb.* (intimatio) *num.* 36. Barboſa
in dict. l. venditor, *num.* 139. Caldas Pereyra *cap.* 31.
de empt. & vend. num. 83. Alex. Ambroſinus *de immu-* 3
nitate Eccleſia cap. 20. *n.* 22. Sunt enim Clerici exem-
pti à juriſdictione Judicis ſecularis, cùm ſint res ſpiri-
tuales, ex quo corpus, & animam in ſervitium Chriſti 4
devoverunt: *cap. cui portio*, 12. *q.* 2. Et probatur ex ſe-
quentibus.
Primò, quia denunciatio, quæ fit Clerico venditori
à laico pulſato ſuper judicio evictionis, debet fieri co-
ram judice Eccleſiaſtico, quia cùm iſta denunciatio non
fit incitatoria, ſed judicialiter, & ſtrictiſſimè facienda,
neceſſariò fieri debet coram judice Eccleſiaſtico, Cagnol.
in d. l. venditor, *col.* 2. Cardin. Zabarel *in clement. cau-
ſam. de elect.* qui dicunt hanc eſſe veram practicam, ut
emptores venditoribus, & authoribus ſuis litem inti-
ment contra eos motam ſuper re vendita, requirendo,
interpellando, ut veniant ad defendendum; & ut ma-
gis ſecurè hoc faciant, authoritate ſui Judicis hæc om-
nia procurent. Marta *de juriſ. Eccleſiaſt* 4. *part. cent.* 1. 5
caſu 34. *num.* 5. Ergo ſi denunciatio iſta non fieret co-
ram judice Eccleſiaſtico, eſſet nulla ipſo jure; ex nota-
tis à Bart. *in l.* 3. *ff. de teſtibus*: & de citatione nulla ex
defectu juriſdictionis, eſt text. *in cap. cauſam*, ubi Ab-
bas *num.* 3. & *in cap. prudentiam*, *num.* 6. *de offi. delegat.*
Specul. *tit. de citat.* §. *jam de citatione*, *col.* 5. *verſ.* [hoc
autem nota] Vant. *de nullit. ex defectu citationis*, *n.* 27.
& ideo ſperni poterit Innocent. *in cap. præterea*, *de di-
lationibus*, in *prima caſu*, quod emptor pulſatus in ju-
dicio evictionis, non poſſit poſt rei abdicationem de
evictione agere contra Clericum venditorem, quia illi
non denunciavit juxta formam requiſitam.
Secundò facit, quia ſi Eccleſiaſticus nomine Eccleſiæ 6
emerit, poteſt agere de evictione, licet ante litem mo-
tam, in qua ſuccubuerit, venditori laico non denuncia-
verit, Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *illat.* 4. Stephanus Au-
frer. ad Capellam Toloſanam *deciſ.* 403. Tiraq. *de pri-
vil. pia cauſa privileg.* 141. Caballinus *d* §. 3. *num.* 102.
Marta *ubi ſuprà*, *num.* 7.
Tertiò Clericus venditor denunciatus canonicè co- 7
ram judice Eccleſiaſtico, poteſt defendere laicum ven-
ditorem ſi vult, & habuerit licentiam à ſuo Epiſcopo,
coram judice laico, Gloſ. *in cap. Clericus nullus*, 11. *q.* 1.
verſ. (ſecularem) & *verſ.* (licèt ei præſtet) & *ibi* Tur-
recremata duo dicit, ut Clericus velit, & habeat licen-
tiam à ſuo Epiſcopo, Marta *ſup. num.* 8.
Quartò, aut Clericus venit nominatus in judicio ſe- 8
culari, & tunc dandus eſt contra eum libellus, & debet
remitti ad ſuum judicem; aut venit voluntariè ad defen-
dendum ſuum emptorem, & tenetur nominatus *ibi* de-
fendere, ut dicit Abb. *in cap. fin. de empt. & vend.* &
Ant. de Burgos, *num.* 16. Ancarran. *in cap. ea, qua in*
17 *quæſt. de regul. juris*, *lib.* 6. Sed Clericus, qui ultrò
ſe offert videtur in hoc caſu reus voluntarius, & aliter
judicandum eſt, quàm de reo neceſſario, Soc. *conſ.* 91.
num. 10. *lib.* 3. Rip. *in cap.* 2. *de judic. num.* 24. Et quan-
dò venit directè Clericus, & ſua ſponte ad defenſio-
nem, procedit text. *in d. l. venditor. ff. de judic.* & in eo
caſu Marta *ubi ſupr.* dicit, quod etiam Clericus volens
non poteſt comparere in judicio ſeculari, *cap. ſi diligen-
ti*, *de foro competenti.*
Quintò quando Clericus formaliter denunciatus in 9
judicio ſeculari, & ita diceretur defenſor neceſſarius,
debet remitti ad ſuum judicem, & ita Neapoli ſervatur
in practica, ut judex ſecularis remittat Eccleſiaſticum
ad ſuum judicem, retinendo cauſam inter privatos, te-
ſtatur Maranta *in ſua ſpecul. part.* 3. *dict.* 11. *num.* 78.
Afflict. *in conſt. Regni*, incipit, *Si quis in poſterum*, Capit.
deciſ. 197. *num.* 7. Grammat. *d. dec.* 21. Marta *ſup. n.* 23.
ubi dicit, quod hæc opinio eſt ab omnibus amplectenda,
quia regula in *d. l. nulli*, *C. de jud.* non procedit in
cauſis, quarum pars ſpectat ad juriſdictionem ſecula-
rem, & pars ad Eccleſiaſticum, ſed unuſquiſque pro-
cedit in ſua cauſa.

Contra

10 Contrariam nihilo minus opinionem tenuerunt Abb. *in d. cap. fin. num.*8. & *ibi* Barbat.*num.*16 Ant.de Burgos,*num.*16. & 20. *de empt. & vendit.* Bal. *in l. venditor*, & Alberic. *ibi*, *ff. de jud.* Grammatic. *deciſ.*21. *num.* 4. 8. & 9. Ubi dicit quod hæc opinio ſibi multum applaudit, & eſt majoribus authoritatibus multorum Doctorum non mediocris authoritatis fulta, Florianus *in l. fin. num.*4. *ff. de noxalib.* qui aſſerit, hanc eſſe communem opinionem Dec. *conſ.*700. *num.* 1. Covar. *pract.* 8. *num.* 5. ubi alios citat; & dicit, hanc eſſe communem opinionem, Lancellot. Dec. *in d. l. venditor.* ubi de communi teſtatur, Cæſar Urſil. ad Afflict. *deciſ.*380. *num.*8. & 9. Bertachinus *in tract. de Epiſcopo, part.* 1. *lib.*4. *num.* 91. Capicius *de* 197. *num.*7. Vincent. Maxilla *ſuper conſtit. Barenſ. titulo de authore laudato, num.*13. Guillem. Benedict. *in cap. Raynutius, de teſtam. verb.* (uxorem el2.) *num.*417. Pater Molina *de juſtitia, & jure, diſput.* 380. *num.*11. Ubi atteſtatur de communi, & de veriori; affirmat Alex. Ambroſinus *de immunitate Eccleſia. cap.* 20. *num.*23. qui multos allegat: & *Pater Molina* dicit, quod ſi contrà laicus teneretur de
11 evictione rei venditæ Clerico, & Clericus conveniretur coram judice Eccleſiaſtico, ipſe laicus cauſam defenderet coram judice Eccleſiaſtico, Aufrerius *de poteſtate laici, regul.*2. *fallent.* 5. *num.*6. Cevallos *in ſpecul. pract. opin. quæſt.* 36. *n.* 2. & *quæſt.*588. ubi teſtatur de Communi, Andr. Gail. *obſerva.* 31. *num.*7. *lib.* 1. & dicit, hanc eſſe receptiorem in praxi: Maranta *in praxi, part.* 6. *actu.* 6. *num* 5. Riminald. Jun. *conſ.*422. *num.*1. & *ſeqq. lib.* 4. ubi dicit, hanc eſſe communem opinionem: Scappa *in tractatu de jure non ſcripto, part.*1. *c.*11. *num.*98. ubi atteſtatur hanc eſſe veriorem, & receptiorem, Jacob. Nabell. *regul.*10. *fallent.*4. Franciſcus Vivius *deciſ.*49. *num.*8. & 9. qui atteſtatur etiam de communi, Cevallos *commun. contra commu. quæſt.*588. Petrus Surdus *conſ.*222. *num.*20. *lib.* 2. & *conſ.* 396. *num.*7. & 35. & 37. *lib.* 3. Joannes Vincent. Hondedeus *conſ.* 25. *num.*14. & 17. *lib.* 1. Borgninus Cavalcan. *deciſ.* 5. *num.* 33. *part.* 4. Joach. Minſyngerius *centuria* 5. *obſervat.*14. Bernardus Greveus *libr.*1. *concluſ. practic. concluſ.* 56. *conſideratione* 8. Scaccia *de appellat. cap.* 7. *num.* 123. Purpuratus *conſ.* 26. *num.* 1 *lib.* 1. Joannes Aloyſius de Leo *in Auth. Caſſa, num.*19. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Sicard. *in l. emptor, C. de evictian. num.*14. Horatius Carpentanus *ſuper ſtatut. Mediolan. lib.* 1. *cap.* 69. *num.* 97. & 98. & 107. Gloſſa *ſuper Rit. Magnæ Curiæ Vicar. tit. de Foro competenti, verb.* (ſecunda regula,) Boër. *deciſ.* 69. *num.* 27. & 28. Follerius ad Marantam *in praxi part.* 4. *diſt.* 11. *num.* 73. Petrus Zenedo *in collectan. juris Canonici, part.* 1. *c.* 37. *num.* 8. ubi more ſuo multos allegat. Marcheſanus *de commiſſionibus, commiſ.*2. *cap.*2. *num.*18. & 19. Bobadil. *in Polit. tom.*2. *lib.* 2. *cap.*18. *num.*169. Didacus Perez *in l.* 4. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordinam.* Acevedus *in l.* 15. *num.*2. *tit.*4. *lib.*5. *Recapilat.* Gironda *de gabellis* 4. *par.* §. 1. *num.*15. Caball. *tomo* 4. *comm. quæſt.*897. *num.*627. Carolus de Graſſis *de effectibus clericatus, effectu* 1. *à num.* 262. Fachinæus *lib.*2. *controv. cap.*37. Jacob. Cancer. *tom.*2. *var. c.*13. *num.*63. & 64. & *tom.*3. *cap.*16. *à num.*163. Surd. *conſ.*396. *num.*7. & *num.*35. *lib.*3.

12 Et principalis ratio hujus concluſionis colligitur *ex l.* 1. *C. ubi in rem act.* & *ex dict. l. venditor*, quibus probatur quod forum, quod eſt declinabile à defenſo, declinari non poterit à defendere volente, ita Grammaticus *dec.*21. *num.*1. & 2. Honded. *conſ.*25. *num.*17. *lib.*1. Carolus de Graſſis *dict. effectu num.* 263. Alex. Ambro-
13 ſinus *dict. cap.* 20. *num.*23. & confirmatur ex *deciſ. Senatus Patavini*, per Marc. Ant. Peregrinum, *relata n.*4. ubi Senatus judicavit pro hac opinione dicens, quod aſſumens judicium in ſe, non mutat judicium, nec qualitatem judicii, ac idcircò venditor aſſumens judicium in ſe peremptoriè, tenetur cauſam defendere in eo judicio, ubi emptor reſpondere tenebatur, nec poteſt declinare forum ex perſona ſua, *d. l. venditor. ff. de judic.* ubi Bart. & DD. quicumque ſit iſte aſſumens, ſive laicus, vel Clericus Socin. *conſ.* 91. *col. penult. ad fin. lib.* 3. ita ſervatur in ſupremis Curiis, Boërius *deciſ.* 69. *n.* 27. & in Regno Neapolitano, Grammat. *d. dec.* 21. & apud nos moris eſt notorii; imò ſi Eccleſiaſticus pro ſuo intereſſe ſe opponeret in foro laico, in judicio inter laicos legitimè intentato, teneretur in foro illo ſua jura deducere, Afflict. *deciſ.*380. *num.* 2.

Si judex Eccleſiaſticus inhibeat judici ſeculari, ne in 14
cauſa hujuſmodi procedat, ſed Clericum ad ſe remittat de hujuſmodi inhibitione curandum non eſt, cum in eo caſu judex Eccleſiaſticus juriſdictionem non habeat: Joan. Vincent. Honded. *d. conſ.*25. *num.* 15. Caball. *dict.* §. 3. *num.*122. *verſ.* (judex Eccleſiaſticus,) Socin. Jun. *conſ.* 99. *num.*27. *lib.* 3. Cavalcan. *deciſ.* 9. *num.* 2. *lib.* 1. Robertus Lancellotus *de attentatis, part.*2. *cap.*20. *quæſt.* 3. *num.* 88. 89. & 90. Carolus de Graſſis *dicto effectu, num.*263. Alex. Ambroſinus *de immunitat. Eccleſiæ*, & *d. cap.*10. *num.*26.

Alia tamen ratio aſſignari poteſt, ſcilicèt, quia iſto 15
caſu Clericus venditor cum res emptoris gerere videatur, ea dumtaxat facere poteſt, quæ emptori permittuntur; ſed emptor non poteſt declinare forum, ſequitur ergo, quod nec hoc facere poſſit Clericus venditor Bar. Paul. Caſtr. *in l. liber.* §. *fin. ff. de neg. geſt.* Cephalus *conſ.*168. *num.* 23. *lib.* 2. Honded. *dict. conſ.* 25. *num.* 10. Ubi etiam dicit, quod ea, quæ emptori, cum quo lis cœpta eſt, obſtabant, obſtabunt etiam vendito-
ri, qui ejus defenſionem aſſumpſit, Angel. *in l. ab exe-* 16
cutore, §. *illo, num.*4. *de appell.* & ab illis omnibus, ex quibus excluditur emptor principaliter conventus, excluditur etiam ipſe venditor ad defenſionem admiſſus, Philip. Corn. *conſ.*79. *colum. penul. lib.*4. Socin. Sen. *conſ.* 91. *num.*11. *lib.*3. Hondedeus, *d. conſ.*25. *num.*10. Nec poteſt opponere exceptiones, quas reus principa-
liter conventus opponere non poſſet, Bald. & Angel. 17
in l. parentes, C. de evict. Hondedeus *dict. conſ.*25. *n.*10. & 13. & 23. Ubi ulterius dicit, quod venditor, qui non venit principaliter pro ſuo intereſſe, ſed ad defendendum emptorem, tenetur cauſam defendere in ſtatu, & terminis in quibus reperitur, nec actoris conditionem deteriorem facere poteſt; quoniam ei ſententia contra emptorem lata non noceret ex propria vi, & natura cauſæ, Dec. *conſ.*700. *num.*7. Alciatus *conſ.* 492. Covar. *pract.*15. *num.* 15. Carolus de Graſſis *dict. effectu* 1. *num.*264.

Subampliandа eſt iſta concluſio, ut procedat etiamſi 18
Eccleſia vendidiſſet, & vellet emptorem defendere quia adhuc tenetur illum defendere coram Judice ſeculari, Covar. *pract.*8. *num.* 3. Alberic. *in dict. l. venditor.* Carolus de Graſſis *d. effectu tamen num.*265.

Limitanda eſt, ubi Clericus uti defenſor neceſſarius 19
vocaretur ad judicium ad defenſionem ſui coloni, vel inquilini, qui nullum habet jus in re, nec civiliter, nec naturaliter poſſidet, juxta text. *in l.*1. *C. de uſucap.* quia tunc Clericus, qui eſt verè dominus rei petitæ, & habet dominium utile, & directum, ad judicium vocatur, rem propriam proprio nomine defenſurus: ideò tunc cauſa debet tractari apud judicem Eccleſiaſticum, *cap. quantam frequenter*, §. *in aliis*, ubi Abb. *num.* 28. Butrius, & cæteri Scribentes, *ut lite non conteſtata. l.*2. *ubi in rem actio*, Immol. *in l. non ſolum*, §. *quod vulgo*, *num.*4. *ff. de uſucap.* Angel. *in d. l. venditor.* Aretinus *in* §. *actionum*, *num.* 20. *de act.* ubi ita de conſuetudine ſervari dicit, & in Senatu Cathaloniæ judicatum refert Jacobus Cancer. *lib.*2. *var. reſolut. cap.*13. *num.*64. Bal. *in l.*1. *C. ubi in rem actio*, Lanfrancus *de arbitris, par.* 7. *q.*47. Grammat. *dict. deciſ.* 61. *num.*6. Mar. Anguiſol. *conſ.*50. *num.*15. Surd. *conſ.* 396. *comm. opin.* Villalob. *lit. N. num.* 14. Aloyſius Leo *in l. placet*, *num.* 17. *C.*

de

de Sacroſ. Eccleſ. Purpuratus *conſ.26. n. 2, lib.1.* Mar-
cheſ. *de commiſ. p. 2. cap. 4. princip. num.34.fol.mihi*
499. Burgos *in d. cap.fin num.16.* Boër.*deciſ.69.n.28.*
Dec. *conſ.* 118. Natta *conſ.324.* Gabr. *conſ.47.*Caval-
can. *deciſ.45.num.74.lib.1.* Hond. *d. conſ.25. num.16.*
Alex.Ambroſinus *de immunit. Eccleſ. d. c.20.num.27.*
20 Alex.de Nevo *conſ.55. num. 2.* Ubi hanc limitationem
ſublimitat, & dicit, quod non habet locum, quando Cle-
ricus voluntarius venit ad defendendum illum, qui non
nominavit eum in judicio: & dicit, quod ad hoc facit,
quod notat Gloſ. *in d. cap.clericus nullus, 11.q.1.*Abb.
in d.cap.fin.de empt. & vendit. & hæc limitatio poteſt
exemplificari in inquilino, ſeu colono Clerici, qui con-
venitur tanquam poſſeſſor illius rei pro executione con-
tractus, Carolus de Graſſis *ubi ſuprà,n.267. & n. 268.*
21 Limitanda eſt ſecundò, quando Clericus, qui vult
declinare forum, fuit citatus à Judice laico pro ſuo inte-
reſſe, ad defendendum emptorem, ita colligitur per tra-
dita per Speculat. *in tit. de prima, & ſecundo decreto,* §.
reſtat, verſ. (Quid ſi dominus;) tunc ſi Clericus non
vult comparere coram judice laico, & de præjudicio
evictionis litigare, invitus utique non compellitur; imò
Judex laicus eo caſu nihil poteſt ſtatuere contra eum,
ſed ſic ſuper poſſeſſa per laicum decernere, ut juris
fuerit; & cauſa evictionis, quatenus concernit præju-
dicium Clerici, debet ad ſuum forum remitti: Franciſ-
cus Vivius *deciſ.30.num.7.& deciſ.47.num.8.*
22 Limitanda eſt etiam tertiò, ubi Clericus comparet ad
ſuſcipiendum in ſe judicium ut neceſſarius defenſor, &
procurator in rem ſuam; quia tunc poterit opponere de-
clinatoriam fori ex perſona propria, & trahere actorem
ad forum ſuum, Speculat. *in d. §.conſtat, verſ.* [Quid
ſi clericus:] Laurentius Sylvanus *conſ.49. num.42.* An-
gel. *in §. actionum, Inſtit. de act. col. 12. & in rub. de
except.col.10.* Abbas *in d.cap.quoniam frequenter.colum.*
30. Tamen ad hoc, ut Clericus nominatus in judicio
poſſit declinare forum, debet probare à ſe habere cauſam
illam, Bal. *in l. 2. C.ubi in rem, act.* Alex.de Nevo *conſ.*
23 *55.num.5.* Monte Alegre *in praxi cap.9. num. 99.* Nec
omittitur dicere in præſenti, quod ſi is, qui conveniе-
batur à principio, fateretur ſe poſſidere, & poſtea no-
minaret Prælatum, vel alium Clericum in dominum,
tunc, non obſtante nominatione, poterit condemnari ad
reſtitutionem rei petitæ unà cum expenſis, reſervatis
juribus ipſius Clerici nominati, Afflictis *deciſion.* 126.
Joannes Aloyſius de Leo *in dict. l.placet,num.19.C. de
Sacroſanct. Eccleſ.* Carol.de Graſſis *ubi ſuprà, n.274.*
24 Judex laicus, coram quo fuit judicium agitatum,
non poterit eſſe judex ſuper intereſſe prætenſo per em-
ptorem contra Clericum occaſione evictionis, Cagnol.
*in d.l.venditor, num.23.*Carpan. *ſuper ſtatut. Mediolan.
cap.69.num.106.lib.1.*
25 Advertendum tamen eſt, quòd Judex Eccleſiaſticus
remittens Clericum ad ſuum Judicem, maximum à Deo
conſequitur ex juſtitia adminiſtratione præmium, Alex.
de Nevo *conſ.56.num.11.* latè tradit Zenedo *in collectan.
ad Decretales 56. num.2.*
26 Licèt hic ponere unum ſatis notabile mirandum in
cauſa evictionis, quòd judicium evictionis ſuper prin-
cipali cauſa pendente intentatum in alio tribunali, debet
ſimul prævia avocatione coram eodem Judice uniri, ac
coram illo negotii principalis,ne in eadem re diverſas fer-
ri ſententias contingat, *l. venditor*, ubi DD. *ff. de jud.*
Angel.*in dict. rub. except.num.17.*Socin. *conſ.91. lib 3.*
Ant.de Butr.*in cap.fin.num.27.de empt.& vendit.*Socin.
conſ.12.num.7.lib.1,& in cap.fin.de mutuis petit. Quod
27 procedit in diverſitate cauſarum, data, quod rei ſint di-
verſi fori. *l.1.* ubi Bart. *ff.ex quib. cauſ.ad eundem judi-
cem eatur: nulli,* & *ibi* Doctores, *C.de jud. l.venditor,*
ubi Cagnolus, *num.22.Soc.conſ.244.num.3 lib.2.* Mar-
cheſanus *de commiſſionibus, par.1.§.2.in noviſ. num.* 37.
28 & *38.fol.mihi* 790. Et ratio urget, quia ſuper principali
juriſdictionem habens, etiam debet ſuper incidenti, &
connexis habere, Bald. *in l.fin. C. ſi adverſus fiſcum, &
in capit.1.de calumniat.* Butrius & alii *in capit.cæterum,
de judic.* Socin.*dict. conſil.244.num.4,* Marcheſanus *ubi
ſup. num.39.*
Confirmatur iſta ſecunda opinio; nam judicium eſt 29
inſtitutum contra emptorem tanquam poſſeſſorem, ſed
venditor venit ſolùm ad aſſiſtendum emptori, illum de-
fendendo *d.l.1. C.ubi in rem actio;* Hondedeus *d. conſ,
25.num.14.* Ambroſinus *dict.cap.20.num.24.* Hoc enim
caſu non dicitur clericus conveniri coram Judice ſecu-
lari, quia ſolùm præſtat authoritatem, & defenſionem
ipſi emptori, Caballin.*dict.§.3.num.119.* ubi dicit unum
in practica notandum Cagnolus *in d.l.venditor*, quòd
boni practici inchoato judicio, quicumque veniat ad de-
fendendum cauſam, proteſtantur, quòd non intendunt
deſerere jus ſuum, & judicium, ſed contra communem 30
proſequi ſic defenſionem animo mutandi judicium, non
admittere, *l.ſi mandato meo,* §.1. *ff.mandati.* quæ practi-
ca eſt Angeli *in l. à ſententia, col.3.ff.de appellat.*Natta
*conſ.630. dub.2.*Caball.*d.*§.3. *num.*120. dicit,quod hæc
opinio communiter ab Scribentibus recipitur, Ancar.
conſ.333. Corneus *conſ.79. lib.4.* Dec.*conſil.700.*Mar-
ſil. *ſingul.694.* Capitius *deciſ. 197. num.7.* Joan. de Ar-
nono *ſingul. 69.* Covar. *pract.8. num.3.* Taber, *in §. fin.
Inſtit. de ſatiſd.* Aufrer. ad Capell. *deciſ.* 360. Rebuff.
tit. de dilat. art.4.gloſ.un.n.8.tom.3, Rip.*in cap. 2. de
jud. num. 24.* qui ſubdit hanc notabilem diſtinctionem,
aut judicium ſubſtantiatur in perſona laici conventi, &
iſto caſu Clericus comparens ad defenſionem illius de- 31
bet defendere illum coram Judice laico,coram quo judi-
cium cœptum eſt, & ita procedit *d.l.venditor:* aut judi-
cium non ſubſtantiatur in perſona laici conventi; etiam
quòd nominet Clericum in judicio, aſſerens ſe nomine
Clerici comparere; & iſto caſu procedit Gloſ. *in d.cap.
Clericus nullus, 11. quæſt. 1.* & dictum *Speculatoris*; in
quam diſtinctionem inclinat Abb. *in dict. c. fin.* Afflict.
*deciſ.217.*Natta *conſ.324.*
Notandum tamen eſt, quod coram Judice ſeculari
non prohibetur de novo uti jure ſibi competenti, & be- 32
neficio: Ancarr. *conſil.333.* Corneus *conſil.79. col fin,
lib.4.* Afflict. *deciſ.15.* Ubi vult, quòd minor veniens
ad talem defenſionem poſt publicationem teſtium, poſ-
ſit teſtes de novo ex perſona ſua inducere, non obſtante
publicatione teſtium,quia non debet ſibi denegari,quod
jure communi eidem competit, *l.ſi minor 25.annis, ff.
de minorib.* Caball. *dict.§.3.num.123.*Ant. Cardoſus *in
praxi Advocat.verſ.* (emptio) *num.* 34. Marius Giurba
deciſ.1.à num. 6. dummodo hoc faciat intra terminum,
l.3.tit.8. lib.4.Recop.
Et confirmatur, quia Tertius, quivis ille ſit, compa- 33
rens pro ſuo intereſſe, forum non poteſt declinare, ſed
proſequi debet in judicio jam inchoato, Ancarran.*d.conſ.*
*333.*Gloſ.*in cap.clericus 17.11.quæſt.1.*Marſil. *in cap.
at ſi clerici, de judic. num.* 210. voluit Bald. *in l.teſta-
menta omnia,C.de teſtamentis.*Sempronius Aſcius *in de-
ciſ.Archiepiſcopatus Barenſis 69.n.9.*Jacob.Cancer.*tom.
2 var.cap.16.num.43.*Bald.*in l ſi ea tempore, in fin.C.de
remiſ.pign.*Rota Genuæ *deciſ.143.num.7.* Cornazan.*de-
ciſ.215.num.8.* Vivius *deciſ.* 30. Vincent.de Anna *alle-
gat.76.* Aloyſius Riccius *in collect. deciſ.2284.par.6.*
Clericus ſucceſſor ex aliqua cauſa in re hypothecata 34
à laico, executari poteſt coram Judice laico,cùm Cleri-
cus ſuccedat in re cum ſuo onere, & tenetur ad tributa,
penſiones, onera, & cenſus, Guid. Papa *deciſ.79.* Abb.
*in cap.cùm ab homine, num.6.de decimis.*Gigas *de penſ.
quæſt.44.*Tiraq.*de retract. Lignag.* §.29.*gloſ.2.n.7.* Ce-
vallos *tom.1.comm.opin. quæſt.56. à n. 14.* ratione enim
cenſus poteſt Clericus conveniri coram Judice laico,
cum ſuccedat cum ſuo onere, *l.fin.C.ſine cenſu vel reli-
quis,&c. l.Imperatores, ff.de evict.l.4. §.ſi aliter, ff. fi-
nium regund.*ibi: [*Magis fundo,quàm perſonis adjudicari*]

E

partes

partes intelliguntur.]*l.qui in aliena* §.*fin.* [ibi ſententia prædio datur,] *ff.de neg.geſt.cap.cauſam* , *l. qui filii ſint legitimi*, ubi ad Regem pertinet, non ad Eccleſiam, de poſſeſſionibus judicare, Thomas Triviſanus *deciſ. Veneta* 34. *num.* 2. & 3. ubi ratione congrui, & protomiſeos, & ratione domus affixæ Guid.Pap.*deciſ.* 139. Boetius *deciſ.* 69.*n.*6. Covar.*pract.*8.*num.*4. Joan.Garcia *de nobilit. gloſ.*9.*num.*45. Azeved.*in l.*10.*num.*30.*t. l.*4. *Recopil.* Zenedo *in collect. ad decretal.cap.*37.*n.*24. Dueñas *Regula* 100. *limit.*6. Roderic.*libr.*2.*de ann.red.q.*9.*n.*58. Gutier.*libr.*2.*pract. quæſt.*132. *num.*9. Farinac. *tom.* 1. *quæſt.*8. *num.*124. Gratianus *diſcept.* 16. *num.*19. Quia magis convenitur poſſeſſio, quàm Clericus; nam ſuccedit in re cum onere ſuo, *l.*57.*tit.*6.*part.*1. ubi Greg.Lopez *verb.*(de mands) ubi Humada *gloſ.*5. dicunt ita ſervari in praxi: Petra *de poteſtate Principis,cap.*4.*n.*38.*fol.*90.

35 Contrarium eſſe in praxi frequentius, & in Romana Curia admiſſum voluerunt Roland. *conſ.*12. *num.* 27. & *conſ.*23.*n.*13.*lib.*2. Tiraq. *de retract. Lignag.* §. 32. *gloſ.* 1. Villalobos *in ærario comm. opin.verb.*(Clericus,) *num.* 70. Covarr.*pract.*32. Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 21. Marta *de juriſdict. Eccleſiaſtica*, *par.*4. & *cent.*2. *caſu* 125. à *num.*18. Bobadill. *lib.*2.*Polit.cap.*18. *num.*164. *tom.* 1. Gratianus *tom.* 1. *diſcept.* 141. *num.* 16. Vidi multoties judicatum in hac Curia Regia per Judices in favorem primæ opinionis; licèt executio ſententiæ committatur judici Eccleſiaſtico, quod eſt conſiderandum.

36 Sic etiam Clericus in cauſa retractus ratione ſanguinis coram ſeculari Judice conveniendus eſt, Maranta *in praxi diſput.*8.*num.*34. Afflictis *in conſtit. Regni in rubr.* Mantica *lib.*2.*dialoga juris* 39. Marc.Ant.Bard.*in tract. protomiſeos*, Triviſan.*dec. Veneta* 34.*num.*2.*lib.* 1. Marius Giurba *dec.*25.*n.*10. Quando enim tractatur de re-
37 cognitione chirographi, hujuſmodi recognitio poteſt fieri coram Judice laico, Ant. Faber. *dec.*7.*de juriſ.omn. jud.*& ſimiliter, an Clericus velit ſtare tranſactioni, vel
38 non, poteſt agi contra Clericum coram Judice laico, Ant. Faber; *ubi ſup. deciſ.* 9. Et idem in actione ad exhiben-
39 dum, in qua Judex laicus poteſt cognoſcere in Clericum, ut teſtatur *Ant. Faber.* judicatum in Senatu Sabaudiæ, *ubi ſup. deciſ.* 37. quos, & alios caſus recollegit Aloyſius Riccius *in collectan. dec.* 353.*part.*2.

40 Clericus tamen ratione feudi, aut fundi Realengui eſt conveniendus coram Judice ſeculari; quia quando reſpectu certæ rei attribuitur juriſdictio univerſaliter, talis deciſio propter naturam rei comprehendit Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, & ita obſervat praxis Luſitana in Clericis poſſidentibus fundos Realengos, ut conveniantur coram judice Seculari, tamquam illi, qui fundum poſſident, *cap.cæterum*, ubi Abbas *num.* 6. & omnes, *de judiciis*, Jaſ. *in l.de quib. num.* 1. & 22. & alii, *ff.de legibus*, text. *in cap. ſolitæ*, ubi Gloſ. *verb.* (ſuſcipiunt) Innocent. & alii *de majorit. & obedient.* Cæſar Urſillus ad Afflict. *deciſ.* 24. *num.* 5. Cardoſo *in praxi Advocatorum verb.* (Clericus) *num.*49. Jacobus Cancer. *tomo* 2.*var.capit.*13.*num.* 63.

41 Idem quoque dicendum eſt, quando Clericus, vel Eccleſia, monaſteriumvè ſuccedit in domo hoſpitationi Regiæ ſubjecta, (vulgò, *que paga apoſenta al Rey*) aut ſi ſolvit penſionem propter incommodam partitionem, coram judicibus Regiis hujus Curiæ conveniendi ſunt, quia tale Regium hoſpitium æquiparatur feudo, & fundo Realengo, *l. de his* 3.*C.de Epiſc. & Clericis*, Gloſ. *verb.*(fiſcalia.) ibi, *bene dici Præfectum Prætorio poſſe conſtringere Clericos, ut ſolvant tributa pro prædiis*, & ibi Guillielm.de Cun. & multoties vidi in hac Curia Regia, coram Judicibus hujus Curiæ, multa monaſteria, quæ habebant multas domos ipſis incorporatas, hoſpitationi Regiæ ſubjectas, conveniri, & qui eorum Religioſi nolebant ſolvere hoſpitium, vel penſionem incommodæ habitationis, fuerunt condemnati per Judices hujus Curiæ; & licèt opponerent declinatoriam coram dictis Judicibus, ipſi tamen ſe declarabant Judices competentes, & in Supremo, Regioque Conſilio eorum ſententiæ fuerunt confirmatæ: & ſic in monaſterio Sanctæ Mariæ Mercedis, ob denegatum hoſpitium incommodæ habitationis, fuerunt bona ſequeſtrata dicti monaſterii per Judicem quemdam Regiæ Curiæ, & ſententia fuit confirmata in Regio Conſilio die ſexta Junii anno 1622.

In Supremo Conſilio vidimus aliud exemplum coram illuſtriſſimis, & clariſſimis, nobiliſſimiſque Senatoribus, Dominis Domino Ildephonſo de la Cabrera, Gaſpare de Vallejo militibus Sancti Jacobi, & Gregorio Lopez Madera, fuitque determinatum contra quendam Canonicum Eccleſiæ Toletanæ, quod in actione reali contra Clericum ventilata, coram Judice Regio, in ejus bonis executio fieri debebat, per Judicem ſecularem: & motus fuit Senatus, quod ſi ad judicem Eccleſiaſticum executio pertineret, numquam ſententia lata in Conſilio adverſus clericum effectum haberet, & appellatio ab Eccleſiaſtico de omiſſione executionis rei judicatæ, non ad dictum Conſilium fieret, ſed ad Superiorem Eccleſiaſticum, & non haberet finem rei judicatæ, & de actibus negativis non recurritur per vim violentiæ ad Conſilium Supremum.

Et licèt hanc praxim habeamus, & horum cognitio 42
ad Judicem laicum pertineat, executio tamen eorum debet fieri per judicem Eccleſiaſticum, & eſt communis opinio, *cap.unica, de clericis conjugatis. libro* 6. ubi Ancarran. allegat *cap.fin.de excep.lib.*6. Palat. Rub. *in cap. per veſtras de donat.int.*§.1.*n.*4. Barboſa *in l. qui prior*, *n.*95.*ff.de jud.* Covarr. *pract.*8. *n.*5. Carol. de Graſ. *in præludio except.num.*95. Vivius *deciſ.*49.*lib.*1. Marta *de juriſ. Eccleſiaſtic.part.*4.*cauſa* 125.*n.*23.

Clericus citatus à Judice ſeculari cum clauſula, *ſi ſua* 43
putaverit intereſſe, poteſt citari, cum talis citatio ſit incitatoria, & non arctatoria, & in hoc caſu Clericus ſic citatus dicitur actor voluntarius, ut notant Caſt. Bald. Alex. & alii in *l. teſtamenta omnia,C.de teſtam.* Maranta *de ordine judic.*4. *p. diſt.* 11. *num.*36. Roland. à Valle *conſ.* 29. *num.* 3. *lib.* 2. Guttier. *conſ.* 48. *num.* 9. & 10. Mexia *in pragmat. taxa panis*, *concl.* 5. *num.*34. Farinac. *tom.*1.*crim. quæſt.*8. *num.* 87. Afflict. *deciſ.* 24. Surd. *deciſ.* 26. *num.* 2. Maſtril. *deciſ.* 79. *num.* 1. Marius Giorba *deciſ.* 1. à *num.* 1. Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *var. reſolut. de judiciis,reſolu.*16.*num.*4. ubi dicunt relati, quod ſi Clericus compareat citatus, ſi ſua putaverit intereſſe, à Judice ſeculari, dicitur actor voluntarius, & non neceſſarius; quia acceſſoriè, & non principaliter fuit vocatus ad cauſam, ita Caſtr. Alex. Jaſ. *in l. libertus, ff. de in jus vocando, per cap.veniens, el* 2.*de teſtibus*, Jaſ. poſt Alex. *in l.de pupillo*,§ *ſi ſervo, ff. de nov.oper. nunt.* Jaſ. Dec. Sap. & Zuchar. *in l.fin.C.de edict. Divi Adrian. tollenda.* Ideo poteſt à Judice ſeculari condemnari. Cæſar Argelus *de legitima contradictore,q.*3. *art.*3. *num.*88. & 90. ubi multos refert.

Limitatur, quando Clericus ſic citatus comparens 44
poteſt declinare juriſdictionem, dicendo ſe poſſidere, quia tunc dicitur actor neceſſarius, & remittendus eſt ad judicem Eccleſiaſticum, Bald. *in l. ſi quis in conſcribendo , in fin.C.de pactis.* Roland.*conſ.*29. *num.*17. *lib.*2. Capit. *deciſ.*8.*num.* 3. Menoch. *remed.* 15. *recuperand. poſſ. n.*232. Grammat. *deciſ.*61. *n.*3. Afflict. *deciſ.* 380. *num.*7. & *ibi* Urſillus, *num.*5. Farinac. *ubi ſup. num.*91. Monte Alegre *in praxi, cap.* 9. *num.* 101. Trentacinq. *ubi ſup.num.*5.

Limita etiam, quia Clericus ſic citatus ſi non compa- 45
reat, tunc acta, & ſententia contra eum lata ipſum non afficiunt, quia citatus ſi ſua putaverit intereſſe, non comparens non dicitur contumax, Bal. *in l.libertus,ff.de in jus vocando*, Angel. *in l. conſentaneum*, *C. quam. & quand.jud.* Bald. *in l.fin.quæſt.*5.*C. de edicto Divi Adrian. tollen.* Ægidius Bellamera *deciſ.*11. Afflict. *deciſ.*2. *n.* 8. Menoch. *dict.rem.*15.*num.*228. Farinac. *dict. quæſt.* 8.

*num.*90. Alex. Ambroſinus *de immunit. & libertate Eccleſiaſtica, cap.* 20. *n.*73.

46 Limita, ſi Clericus citatus compareat; eò quod ſi non compareret, contra ipſum in ejus contumaciam procederetur; tunc enim comparendo dicitur reus neceſſarius, & non actor voluntarius, & ſententia contra ipſum minimè ferri poteſt, & ei non parat præjudicium: Socinus *de citationibus, quæſt.*14.*art.*2.Capitius *deciſ.*8.*num.*4. Grammat.*deciſ.*61.*num.*3.Farinacius *ubi ſuprà,num.*92. Roland. *dict. conſ.*29. *num.*18. Marta *de juriſdict. Eccleſiaſt.*4. *part. cent.*1. *caſu* 37. *num.*19.

47 Clericus concreditor laici an poſſit per cæteros creditores cogi ad concurrendum coram judice ſeculari circa dilationem dandam debitori, vel circa diminutionem partis debiti? Eſt prima opinio negativa;quod creditor
48 Clericus non poteſt compelli, ex ſeqq. *Primò*, quia judex Eccleſiaſticus eſt competens, ut coram illo Clericus conveniri debeat; nam Judex ſecolaris incapax eſt ad cognoſcendum de Clericis, & Eccleſiaſticis rebus etiam ex prorogatione, & renunciatione, *cap.*2. 3. & 4.*cap.cæterum,cap.novit,de judic. & cap.* 1.*cap. cum ſit generale,cap. ſi diligenti, de foro compet.*

49 Secundò, quia licet magna ſit inter Doctores contentio in duas communes ſententias diviſa: an incapacitas laicorum ergo Eccleſiaſticos ſit de jure divino,an de jure poſitivo, juxta tradita à Cardinali in *cap.perpendimus, de ſent.excommunic.*D.D.*in c.Eccleſia Sancta M. de conſti.* Abb.*in cap.at ſi clerici,de judic.num.* 23. Novar. *in cap. novit, eodem tit.* Covar. *in pract. quæſt.* 31.Roland. *conſil.*23.*num.*18. *lib.*2. Lælius Iordan.*de majorib. Epiſcoporum cauſis,cap.* 8. Oſio *de hæreſibus noſtri temporis lib.*2. *tit.de legitimis judicibus*, Burſ. *conſil.*397. *n.*10. *lib.*4. Bal. Angel. Alber.& Fulgoſ.*in l.jubemus C.de Sacroſanct.Eccleſiis*,Menoch.*de recuperan.remed.*15.*n.*210. Duaren. *de Sacris Eccleſiæ miniſteriis*,Alvarus Valaſcus
50 *conſultat.*100.*n.*8.Tamen communis concordia eſt,quòd in temporalibus Judex laicus eſt incompetens de jure poſitivo: in ſpiritualibus de jure divino incapax, ut reſolvit Covarr. *ubi ſup.* Roland. *conſ.* 523.*à n.*6.Lancellot. Conrad.*in templo judic.lib.*2.*cap.*1.Joan.Garcia *de nobilitat.gloſ.*9.*n.*8.& 27.

51 Tertiò facit, quia Judex ſecularis, qui cognovit de cauſis Eccleſiaſticis, excommunicatur, & officio privatur. *Auth. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & Cleric.* Bobadilla plures allegans, *in Polit.tom.*1.*lib.*2.*cap.*18.*n.* 8. *& ſeqq.* ubi etiam dicit, quòd Judex ſecularis non poſſit cognoſcere contra Clericos licentioſos, etiam de conſenſu Epiſcopi,argum.Gloſ.*verſ.*(diſcuti) *in c.ſi Imperator,*96.*diſtinct.*Gloſ.*in c.quamquam.de cenſib.lib.*6.*verb.*(diviſio.)

52 Quartò præterea facit, quia licèt verùm ſit, quòd Judex incompetens ſit competens ex incidentia, vel ex prorogatione per *l.*1.& 2.*ff.de judic. cap.*1.*cap.ſignificaſti, de foro competenti*,vel ex reconventione, *l. cum Papinianus. Auth.& conjuncta ſequenter,C.de ſent.& interlocut.omn.jud.c.p.*1.2.& *de mutuis petit.* vel ex incidentia, *l.quoties, C. de jud.* Judex tamen ſecularis non tantùm eſt incompetens, verùm etiam, ut dictum eſt, eſt incapax, qui non poteſt fieri capax ex incidentia,vel prorogatione, vel alia juſta cauſa, ut aliqui exiſtimant; quia inciden-
53 tia non eſt modus tollendi incapacitatem, *cap. tuam, de ordin. cognit.* Covar. *in* 4.*decretal.cap.*8.§.3.*n.*4.Quod
54 ſecus erit in judice Eccleſiaſtico, qui per incidentiam, & annexitatem cognoſcit de cauſa profana, & pœna impoſita:ita Conrad.*ſuper conſ.*169.*Federic.de Sen.*& Alexand. *in cap.gemma,n.*3.*de ſponſalib.*text *in c.de prudentia, de donat.inter:*Gloſ.*ibid.verb.*(acceſſoriè.) Petrus Gerard. *ſingular.*96. Covar.*in* 4.*Decretal.dict* §.8.§.12 *n.*3.*part.* 2.Caſtr.*in l. ordinarii, C. de rei vend.n.*4. Cagnol.*in l. diffamari,C. de ingen.manum.num.*10.Felin.*in cap. cum ſit generale,de foro compet.*

55 Sed contrariam ſententiam affirmativam communem tenuerunt multi, ſcilicèt quòd Judex ſecularis cognoſcat de cauſa dilationis debiti contra creditores ſeculares & Eccleſiaſticos,& pro hac communi opinione faciunt ſequentia. *Primò*, quia de facto rei Eccleſiaſticæ poteſt Judex laicus cognoſcere, juxta communem opinionem ab omnibus receptam, à Bar. Jaſ. Alex. *in l.quoties,C.de judic.* Menoch. *de recuperand. poſſ.remed.*19.*num.*338. qui dicit,magis communem, & receptam; *de retinenda poſſ. remed.*3. *num.*336. Villalobos *in ærario mille comm. opinion.in verb.*(Judex ſecularis) *num.*107.Humada *in ſcholiis ad Greg. Lopez in l.*58.*tit.*6.*part.*1 *gloſſ.* 2.*num.*2. Afflict. *deciſ.* 219. *num.* 15. Roland. *conſ.*12. *num.* 24. *libr.* 2. Gerard. *ſingul.*56.& 96.Capitius *deciſ.*7. poſt Bart. Roman. Alex.& DD. *in l.Titia*,dicunt communem, *ff. ſoluto matrimon.* Ripa *in cap.*2. *num.* 17. *de judic.* Ant. Padilla *in l.*1.*num.*57.*C.de juris, & facti ignorant.* Navar. *in cap. novit. de judic.* Covarr. *in pract.* 35.*n.*1.*& ſeqq.& de ſponſalib.cap.*8.§.12. *n.*3. Aviles *in cap.*1.*Prat.c.*1.*verb.*(mandamientos) *num.* 11. Belluga *in ſpeculo Principum, verb.*[ſunt & alii] *rub.*11.*num.*2. & 3. & *ibi* Camillus Borellus *lit. B.* Ant. Queſada *var. qq.juris quæſt.*29.*ſub n.*14. Petrus Barboſa *in l.Titia* 35. *num.*54 *ff. ſoluto matrimonio*, Gratian. *Regula* 254. *limit.*1.& *num.*12. Bobadilla plures referens,*tomo* 1. *lib.* 2. *cap.*235. Sed in prædicta quæſtione tantum tractatur de facto,& de concedenda dilatione; ergo convenit cognitio Judici ſeculari.

Secundò probatur, quia ſi ſunt plures ſeculares con- 56
tendentes, cum quibus unus eſt Clericus, poteſt unus iſte Clericus cum aliis coram Judice ſeculari conveniri, *l.*1.*ff.de quib.reb.ad eundem jud.eat.* Bobadilla *ubi ſup. num.*179.*litera G.* plures refert Authores: Gironda *de privilegiis.n.*960. & hoc,ratione connexitatis,ut *in gloſ. dict.l.*1. & continentia cauſæ dividi non debet, *l. nulli, C de judiciis*: tenet etiam Stephanus Aufrerius *de poteſtate ſeculari, regul.*2.ponit etiam exempla Menoch.*lib.* 57
2.*de arbitrar.cent.*4.*caſu* 371.*n.*10. Quia ubi eſt identitas actionis, ſed perſonarum diverſitas, unus tantùm Ju- 58
dex adeundus eſt, ſecundùm Afflict. *deciſ.*354.*num.* 13. Et quando eſt convenienda univerſitas laicorum, & 59
Clericorum, cujus major pars eſt laicorum, conveniri debet coram Judice ſeculari,ita Bart.*C.de collegiis illicitis,num.*15. qui hoc tenendum dicit, dummodo conveniatur communitas Clericorum ſuper bonis temporalibus: ita etiam tenet Sicul. *in cap. ex literis, de conſtitut. & in cap.ſi diligenti,de foro competenti*,& Florianus *in l. repetund.arum.*§. *Hermaphroditus, in fin ff.teſtib.* Bal.*in Auth. habita,C. ne filius pro patre, n.* 43. ubi mirabilem ponit diſtinctionem, Bar. *in l.ſodales, num.*15.*ff.de collegiis illicitis.*ubi ponit ſingularem quæſtionem: Quan- 60
do dicatur collegium Clericorum, vel laicorum,ut poſſit conveniri coram ſuo Judice:& reſolutivè dicit, quòd ſi eſt major pars laicorum, quàm Clericorum, dicitur collegium laicorum; ſi verò eſt major pars Clericorum, dicitur collegium Clericorum: & unaquæque major pars conveniri debet coram ſuo judice: ſi verò eſſent æquales laici, & Eccleſiaſtici, dicit quòd debent conveniri coram Eccleſiaſtico; quaſi pars Clericorum dignior, trahat ad ſe partem laicorum æqualem,argumento *l.quidquid,* §. *cum partes,ff.de acquirendo rerum dominio,& l. qua Religioſis ff.de rei vendicat.* Salycetus *in dict. Authent.habita,num.*39.Zerabella *in cap.accepimus, de fide inſtrumentorum*, Stephanus Aufrerius,*ubi ſuprà,num.*16. Garcia Gironda *de privilegiis,n.*963.& 964.

Principalem concluſionem, quòd Clericus citatus ad concurrendum cum aliis creditoribus, debeat comparere coram judice Eccleſiaſtico,confirmarunt Cæſar Urſillus ad Afflict. *deciſ.*380. *num* 7. Franciſcus Vivius *deciſ. Neapolitana* 38.*n.*8. judicatum teſtatur, *quinto die Decembris anno* 1585. Aloyſius de Leo, *in l. cum ſoluto, n.*11.*C. qui bonis cedere poſſ.* Maſtrill.*dec.Sacræ Regiæ conſcientiæ Regni Siciliæ* 79 *n.*5.*die* 31. *Januarii* 1604. inter Clericum Thomam Berſighelli cum Vincentio Ci-

tardo; Garcia Gironda *de privilegiis, num.* 958. Cevallos *tom. 4. comm. opin. qu.* 809. *n.* 624. verſ. (*idem dicendum.*) Pro qua communi, & vera opinione expertus patrocinium præſtiti, & vidi multoties in hac Curia Regia judicari tam per inferiores, quàm per ſupremos judices.

Nec obſtant fundamenta pro prima opinione adducta; nam unico verbo reſpondetur, quòd in prædicta quaſtione Judex ſecularis cognoſcens de dilatione ſolutionis concedenda, nihil auferre videtur de rebus temporalibus Clerici, vel Eccleſiæ: ſolùm enim differtur ſolutio, & quod differtur, non aufertur, *l. ſi quando, C. de inoffic. teſtamento*, Gironda *ſuprà n.* 464. & 465.

61 Clericus primus creditor ex cauſa juris offerendi à ſecundo creditore, an poſſit conveniri coram Judice ſeculari poſt addictum pignus creditori Clerico litiganti pro ſui debiti ſatisfactione?

62 Ad hoc dubium reſpondetur affirmativè, quòd Clerico competat declinatoria fori, cum ſit perſona Eccleſiaſtica, & vocatur in judicium à ſecundo creditore, qui debet ſequi forum Clerici per regulam tritam, actor debet ſequi forum rei, *cap. cum ſit generale, de foro competenti*, cum ſimilibus.

63 Neque ullatenus impedit, quod ipſe Clericus habuerit bona virtute graduationis, & ideo ab eodem cogi poteſt ad reſtituenda bona anterioribus; quia nihilominus declinatoria ei competit, tantò magis cum tractetur de re Eccleſiaſtica; Socin. *regal.* 10. *fallen.* 1. & 2. Antonius Cioſius *conſ.* 60. *n.* 11. *lib.* 2. in terminis.

64 Hoc quidem juſtificatur hac ratione; quia in judicio ſeculari lis graduationis fuit procul dubio finita, tunc enim dicitur lis finita, ubicumque datur ei qui vicit, ita Bart. & Jaſ. *in l. fidejuſſor §. ſi ſatisdatum ff. qui ſatisdare cogantur*: & ſic lis dicitur finita ſolummodo per ſententiam executioni demandatam, ut per Sarnen. *in regal. de an-*
65 *nali, q.* 44. *n.* 4. & *ſeq.* Caputaq. *deciſ.* 172. *par.* 2. Mohedan, *deciſ.* 8. *aliàs* 105. *deciſ.* 14. *aliàs* 240. *de cauſ. poſſ. & propriet. & deciſ.* 3. *aliàs* 180. *num.* 3. *de lite pendente*, Vivius *deciſ.* 527. *n.* 3.

66 Attamen ſi poſt finitam litem emergat aliquid, quod ſit in judicio deducendum, novum quippe erit judicium: & quod lis jam fuerit finita, patet; quia Clericus habuit integram ſummam pecuniarum, quæ ſibi debebatur, & dicitur lis extincta, ubicumque poſſeſſor cedit liti, & habuit poſſeſſionem, ut per Capuaquenſ. *de dec.* 172.

67 Et alio fundamento confirmatur, quia Clericus emptor ſoluto pretio, & perfecta venditione conveniri debet coràm ſuo Judice. judex enim poſtquam ſemel ſententiam dixit, poſtea judex eſſe deſinit, *l. judex, ff. de re judic. cap. in literis, de officio delegati. & in l. à Divo Pio, §. ſi poſt addictum, ff. de re judic.* his verb. (*Si poſt addictũ pignus aliqua cõtroverſia emptori moveatur, an ſit cognitio ejuſdem judicis, qui ſententiam executus fuerit, videndum eſt? & cùm ſemel emptio perfecta ſit, ejuſque, qui ſic comparait, periculum vertatur, non puto locum eſſe cognitioni. Certe poſteaquam inductus eſt emptor in poſſeſſionem, nonne ceſſabunt partes eorandem judicum? Idemque & ſi ipſi, cui quis judicatus eſt, res fuerit addicta*) Ubi Scribentes duo utiliter quippe concludunt: quòd in controverſiis emergentibus poſt venditionem, vel pignoris adjudicationem, non ſummariè, ſed juris ordine ſervato procedi debet. Alterum verò, quòd coram Judice ordi-
69 nario emergentia hæc pertractanda erunt: Judex autem ordinarius non intelligitur ille abſolutè, qui primam ſententiam tulit; ſed ille, qui erit Judex competens emptoris, vel ejus cui pignus fuerit addictum; prout ita explanat Paul. de Caſtr. *in dict. §. ſi poſt addictum*, Franciſc.
70 Vivius *deciſ.* 527. *num.* 7. *libr.* 4. Et confirmari poteſt alia ratione, quòd ſi jam Clericus virtute ſententiæ graduationis conſecutus eſt integrum ſuum debitum, quod ei debetur, extincta manet ejus actio; nam ſolutione ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio: *princip. Inſt. quib. mod. tollit. obligatio.* cum ſimilib. Etſi iſtud debitum evincatur, non agit ampliùs Clericus primæva actione judicati, ſed uti ex empto, *l. ſi prædium, C. de evict.* Bart. *in d. §. ſi poſt addictum, & in l. ſi quis aliam, ff. de ſolut.* Vincent. de Franchis *deciſ.* 50. *num.* 2.

Neque impediunt notata à Riminald. Jun. *conſ.* 171. 71 *n.* 63. *lib.* 2. & text. *in l. cum ſecundus, & in l. ſeqq. ff. de diſtract. pign.* quòd ubicumque primus creditor emit, etiam jure creditoris poteſt ei offerri per ſecundum: quia non intelligitur emiſſe non tam acquirendi dominii, quàm tuendi pignoris cauſa; quoniam hoc procedit ratione juris offerendi, quod non negatur competere poſteriori creditori contra Clericum, ſed ex hoc non infertur ad id, de quo agitur; namque ſive irrevocabile, ſive revocabile ſit jus Clerici, certum eſt, quidquid adverſum eum competere exiſtimet ſibi ſecundus creditor, id deduci oportet coram judice Eccleſiaſtico competenti.

QUÆSTIO OCTAVA.

An fiſcus venditor revocet cauſam ad ſuum Judicem?

SUMMARIUM.

1 *Fiſcus trahit cauſam ad ſuum judicem.*
2 *Fiſcus vendens privato, ſi extraneus velit vendicare, & fiſcus eum defendat, coram judice fiſci agendam eſt.*
3 *Fiſcus etſi privilegiatus, non poteſt declinare forum emptoris.*
4 *Speciale eſt in fiſco, ut cauſam trahat ad ſuum judicem.*
5 *Fiſcus utitur jure privati, niſi reperiatur exemptus.*
6 *Inter privatos actor privilegiatus ſuperveniens ad defenſionem ẽptoris pro evictione, non mutat forum rei.*
7 *Fiſcus ſuperveniens ad defenſionem venditoris trahit actorem ad judicem ſuum.*
8 *Fiſcus habet proprios Judices, & Notarios.*
9 *Fiſcus ſi agat ex alterius perſona, etiam ex ceſſione, cùm pro ſuo intereſſe compareat, trahit ad ſe cauſam.*
10 *Quod procedit, ſive fiſcus ſit actor, ſive reus.*
11 *Et etiam ubi comparet pro ſuo intereſſe.*
12 *Fiſcus ſuccedens poſt cœptam inſtantiam ad ſuum tribunal cauſam trahit, etiamſi alibi dependeat.*
13 *Fiſcus, qui non poſſit conveniri, niſi coram ſuo Judice, trahit cauſam ad ſe emptoris, & cauſa habentis ab eo.*
14 *Fiſcus habet ſuos Judices non habita ratione fori.*
15 *Fiſcus trahit cauſam ad ſuum tribunal in cauſa ementis à fiſco.*
16 *Quando quæſtio eſt inter privatos, & dependet à cauſa fiſcali, Procurator Cæſaris eſt judex.*
17 *Emens à fiſco, & à privato conventus, poteſt petere ſe remitti ad Judices fiſci.*
18 *Quæſtio inter duos privatos in conſequentiam, & acceſſoriè ad cauſam fiſcalem, ad tribunal fiſci remittenda eſt.*
19 *Ponitur deciſio Sacri Ærarii in hac Curia Regia.*
20 *Fiſcus licèt teneatur de evictione, non niſi ad ſimplum tenetur.*
21 *Fiſcus non tenetur de evictione, ſi rem debitoris ob debitum vendat.*
22 *Fiſcus condemnatus, nec uſuras nec intereſſe ſolvit.*
23 *Nec etiã tenetur ultra ſimplum, etiamſi promiſſum ſit.*
24 *Fiſcus ex contraventione cõtractus tenetur ad intereſſe.*
25 *Fiſcus tenetur ad intereſſe, quando promiſſa non ſervavit, & ex facto ſuo damnum quis patitur.*
26 *Intereſſe in hoc caſu idem eſt, quod res ipſa debita.*
27 *Intereſſe, & pretium ſunt diverſa, & pretium conventum non eſt intereſſe.*
28 *In evictionis materia aliud eſt pretium conventum, quo res eſt vendita. & aliud evictio.*
29 *Inter actionem ex ſtipulatu, & actionem ex empto, verſatur differentia.*
30 *Quando factum non eſt adimpletum ſed contraventum, non debetur niſi facti æſtimatio.*

31 *Ultra*

31 *Ultra rei æſtimationem ad intereſſe non tenetur fiſcus.*
32 *Ex privilegio fiſci non debetur ultra ſimplum: in contractibus privatorum aliud procedit, num. 33. & 34. ponitur quæſtio, 35. 36. 37. 38. 39.*
40 *Fiſcus non habet privilegium niſi in expreſſis.*
41 *Explicatur text. in* l. cum quidam, §. fiſcus.
42 *Data poteſtate alicui vendendi bona fiſcalia, poterit dare fidejuſſorem de evictione.*
43 *Uſura omni jure prohibita eſt, intereſſe omni jure permiſſum.*
44 *Intereſſe, & damnum, de jure Canonico peti poſſunt.*
45 *Aliud eſt intereſſe, & aliud uſura: num. 46. 47.*
48 *In pecunia ſemper venit intereſſe extra rem.*
49 *Emens à fiſco non patitur evictionem, quando fiſcus poſſidebat rem venditam.*

1 Fiſcus trahit cauſam ad ſuum Judicem *Ancarr. in cap. ea, quæ, quæſt. 17. de regulis juris*, quòd ſic inducit text. *in l. 3.* cum Gloſ. *C. de jure fiſci, lib. 10.* inquit enim Fiſcus habet privilegium ſui judicis, quia fiſcales cauſæ agitantur coram procuratore Cæſaris, *l. ad fiſcum,*
2 *C. ubi cauſ. fiſcales*, modò ſic: fiſcus vendidit privato, à quo extraneus vult vendicare, & fiſcus eum defendit coram procuratore Cæſaris, qui eſt judex inter fiſcum, & privatum: ita videtur ſentire Gloſſa magna *ibi* in verbo, *ſi autem contra emptorem.* idem ſentit *ibi* Bar. *in ſecunda lectura*, quem ſimpliciter ſequitur Paulus de Caſtro *in l. venditor, ff. de jud.* Rebuff. *tit. de dilat. gloſ. unica, n. 9.* Ant. Theſaurus *deciſ. 213. à num. 1.* Contrarium ſequitur Caballinus *in §. 3. num. 124. de evictionibus*, & inquit ſuaderi poſſe ex generalitate *d. l. venditor, ff. de judiciis*, ubi in privilegiato dicitur, quòd non poteſt declinare forum judicis emptoris, Fechinæus *lib. 2. controverſ. c. 37.*
3 Verùm fiſcus utitur hac prærogativa, ut trahat cauſam ad ſuum Judicem virtute privilegii à jure ſibi conceſſi, ſi perſona privilegiata comprehenditur in caſu *l. venditor, ff. de judic.* ergo & ipſe fiſcus; & hoc ſentit Bald. *in l. 3. C. de jure fiſci*, reprehendens Gloſ. Aretin. *in rub. de except. num. 17.* nititur pluribus modis reſpondere *ad*
4 *d. l. 3.* ſecundum Anton. de Burgos *in d. c. fin. de empt. & vendit. num. 18.* & in vanum nititur: Socin. *conſ. 91. lib. 3. in fin.* duobus modis reſpondet, ut apud eum videri poteſt. *Cagnolus* perſiſtit cum priori opinione, dicens illam eſſe communem, quòd fiſcus hac prærogativa fulcitur, ut cauſam eum tangentem ad ſuum Judicem trahat, tit. totus. *C. ubi cauſæ fiſcales, l. 1. & 2. C. ſi adverſus fiſ-*
5 *cum*, Caballin. *ubi ſup.* ſequitur opinionem *Bal.* propter generalitatem *d. l. legis, venditor*, quæ loquitur in perſona privilegiata, & fiſcus utitur jure privati, niſi expreſſe in illo caſu reperiatur exemptus Gloſ. *in l. item veniunt, §. in privatorum, ff. de petit. hæredit. l. in fraudem, §. fin. ff. de milit. teſtamento, l. cum quidam 17. §. fiſcus, ff. de uſuris, l. ex imperfecto, C. de teſtament.* & ibi Bald. *& in l. digna vox, C. de legibus, l. & in legatis 4. C. ad l. Falcid. l. juſtas, C. de jure fiſci, libr. 10.* Martinus Laudenſis *de fiſco, quæſt. 14.* Joannes de Platea *in l. fiſcum, C. de uſuris fiſcalibus, lib. 10.* Decius *in l. juſtum, C. de edendo, num. 2. & in conſ. 531. num. 3.* Aymon Craveta *conſil. 168. num. 10.* Padilla *in l. manifeſta, C. de ſervitut. & aqua.* Menchaca *qq. contr. illuſtr. cap. 38. n. 14.* Everardus *in centur. legali cap. 26.* Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. gloſ. 14. n. 100.* Peregrinus *lib. 6. tit. 1. num. 13. de jure fiſci*, Aviles *in cap. 1. Præt. gloſ. donation. num. 31.* Petrus Belluga *in Speculum Princip. rub. 5. n. 1.* ubi Camill. Borellus, Fulgoſ. *conſil. 73. col. fin.* Rip. *in l. 1. num. 4. ff. ſolut. matrimon.* Caballin. *dict. §. 3. à num. 106. & 107. & n. 124.* Roderic. Suarez *in proœmio fori, num. 28.* Petrus Surdus *deciſ. 18. num. 1. & 2.* Cavalcanus *de tutore, n. 337.* Guido Pepe *deciſ. 536.* Alpharus *de officio fiſcalis, gloſ. 16. à n. 10.* Gaſpar. Anton. Theſaurus *libr. 3. qq. forenſ. q. 93. n. 4.*
6 Licèt inter privatos actor privilegiatus ſuperveniens pro evictione rei venditæ non immutet forum, nec trahat actorem ad forum ipſius authoris, ut in *dict. l. venditor*: Secùs eſt in fiſco, qui ſuperveniens ad defenſio- 7
nem venditoris, trahit actorem ad ſuum Judicem, id eſt, Procuratorem Cæſaris: Socin. *in d. conſ. 91.* dicit, quòd in caſu illius legis, fiſcus erat obligatus agenti contra venditorem ſibi rem reſtituere: Quod non contingit in caſu noſtro; licèt enim venditor teneatur de evictione emptor, non tamen tenetur ad aliquid evincenti; & conſequenter, termini ſunt diverſi, & ex ſeparatis non fit illatio; *l. Papinianus, ff. de minorib.* Corneus *conſ. 79. lib. 4.* Præterea ibi emptor convenitur propter contractum fiſci. qui emit minori pretio, nimirùm ſi coram Judice fiſci conveniatur, Barboſa *in d. l. venditor, n. 154.* in caſu tamen iſto non ratione contractus, ſed ut poſſeſſor convenitur, unde videtur coram Judice ſuo cauſa ventilanda, *d. l. venditor*, & hanc ſequuntur, & defendunt Covarr. *pract. 8. n. 3.* Caldas Pereira *cap. 31. de empt. & vendit. n. 99.* Caball. *dict. §. 3. n. 125.* Antonius Theſaurus *deciſ. 213. num. 3. verſ.* (contrariam opinionem,) Franchis *deciſ. 117. ſub num. 2.*
Nihilominùs tamen privilegium fiſci eſt, ut proprios 8
habeat Judices, & Notarios, qui acta ſcribant, Bal. *in rubr. C. de hæred. vel act. vendit.* Lucan. 1. *par. de fiſco, num. 87.* allegans *l. in fraudem, §. quoties, ff. de jur. fiſci, l. 1. C. ſi adverſus fiſcum, l. ſi conſtante. la 2. §. fi. ff. ſolut. matrimonio tot. titulus, C. ubi cauſæ fiſcales*, Bal. *in l. ſi debitum, num. 2. C. quando fiſcus, vel privatus*; Franciſcus de Cleperiis *deciſ. 53.* Meſtrillus *de Magiſtratib. lib. 5. cap. 8. num. 78.* Peregrinus *de jure fiſci, lib. 7. tit. 1. n. 1. & tit. 2. num. 1. & 16.* Alpharo *de offi. fiſcalis, gloſ. 16. n. 21.* Gregorius Lopez *in l. 14. tit. 7. par. 6. gloſ. 1.* Ubi fortè in Regno ſufficiet, imò fieri deberet coram his, qui præſident in judiciis rerum fiſcalium, & patrimonii Regis, (Qui vulgò dicuntur *Contadores majores*,) qui videntur ſucceſſiſſe in locum Procuratoris Cæſaris, cùm cognoſcant de cauſis fiſcalibus, & inter fiſcum, & privatum, prout faciebat procurator Cæſaris, Jacob. Cancer.
cap. 16. à num. 40. & lib. 3. cap. 16. à num. 131. Et 9
etiam cum ex alterius perſona agit, coram procuratore Cæſaris agere poteſt, ut refert *Bal.* proximè citatus, Quemada *in quæſtionibus fiſcalibus, quæſt. 1. & 2.* Corneus *conſil. 3. num. 3. libr. 2.* Everardus *in centuria legali, capit. 61. num. 3.* ubi allegat textum ſingularem *in l. ſi minori*, & *ibi* Platea notat, *C. de jure fiſci, lib. 10.*
Et hoc procedit, ſive fiſcus actor, ſive reus ſit, ut te- 10
nent *ſupra* relati, & Padilla *in l. manifeſta, num. 4. C. de ſervit. & aqua*, Peregrinus *ubi ſuprà*: fiſcus enim ad ſuum Judicem trahit, cùm propter ceſſionem, aut evictionem comparet, Matthæus de Afflictis *deciſ. 2.* ubi *Angelus Piſanellus.* Et etiam ubi comparet pro ſuo in- 11
tereſſe, trahit fiſcus cauſam ad ſuum tribunal, *dict. l. ſi minori 3. C. de jure fiſci, lib. 10.* Et in tantum hoc eſt ve- 12
rum, ut fiſcus ſuccedens poſt cœptam inſtantiam, non teneatur primum Judicem ſequi; ſed ad ſuum tribunal poſſit cauſam trahere, Bald. *in l. 1. C. de hæredit. vel act. vendit.* & *in rub. de rerum diviſ. n. 13.* & idem Bald. & Salycet. *in l. 1. C. ſi pendente appellatione mors intervenerit*, idem Salycet. *in l. ſi debitum, C. quando fiſcus, vel privatus, num. 2.* Afflictis *dict. deciſ. 2. in princip.* Capicius *deciſ. 197.* & etiam cauſas alibi pendentes procurator Cæſaris ad ſuum poteſt trahere tribunal, nè publicæ cauſæ præjudicetur, *l. apud Julianum, ff. de jure fiſci*, Alpharo *de officio fiſcalis, gloſſa 16. n. 24.* Alexand. Ambroſin. *de immunitate Eccleſiæ, cap. 20. n. 44.* Adeo etiam, quod ſi fiſcus ſuccedat condemnato, non cogitur ſequi inſtantiam inchoatam per delinquentem; ſed poteſt adire proprios judices, Boſſius *in praxi, tit. de bonis publicatis num. 24.* latè Farinac. *in fragment. poſt tit. de furt. quæſt. de fiſco, num. 192. fol. 194. & 195.* Cabedo *dec. 119. Senat. Portugalliæ num. 6. lib. 2.* Ubicumque enim fiſco intereſt, hoc ſive agens, ſive patiens, ſive reſpondens, ſive aſſiſtens, vel quomodocumque ſit, non 13

habit: ratione fori, cauſa ad ſuprema tribunalia, ubi
aſſiſtit, trahitur; Pereg. *dict. lib. 7. tit. 1. num. 9. ex d. l.
ſi minori*, Ancarr. *in cap. ea quæ, de regulis jur. lib. 6.*
Caſtr. & Cagnolus *in d. l. venditor, ff. de judiciis*, Ma-
theſilanus *in l. cum eorum, C. de ſent. & interlocut. omn.
jud. num. 9. tom. 1. ſingul.* Doct. Franciſcus de Claperiis
dec. 53. & Cabedo *dict. dec. 119. num. 7. lib. 2.* Decius
conſ. 700. Boſſius *in d. prax. tit. de fiſco, & privileg. ejus,
num. 43. ibi*, (Fiſcus habet ſuos judices non habita ra-
tione fori.) *l. 1. & per totum tit. C. ubi cauſa fiſcales*,
l. 2. C. ſi adverſus fiſcum: & pariter inter privatos cognoſ-
cunt Judices fiſci, quando cauſa dependet à fiſco, *l. cum
eorum*, & *ibi* Bart. *C. de ſent. & interlocut. omnium jud.
l. cum vendente, C. ubi cauſæ fiſcales.*
14 Et in tantum hoc procedit, quod fiſcus habet facul-
tatem avocandi cauſam ad ſuum tribunal in cauſa Clerici
ementis à fiſco, vel ab eo habentis cauſam, Marta *de
juriſdictione Eccleſiaſtica, p. 4. caſu 34. num. 18. & 19.*
15 & ex numeratione Doctorum colligit, quod iſta ſit
communis opinio: Bar. *in d. l. cum eorum, C. de ſent. &
interlocu. omn. jud.* teſtatur, quod quando quæſtio eſt in-
16 ter privatos, & dependet à cauſa fiſcali, procurator Cæ-
ſaris eſt Judex: idem dicit in *l. 3. C. de jure fiſci*, quod
ſpeciale eſt in fiſco, ut in eo non habeat locum *dicta l.
venditor, ff. de jud.* & hanc eandem tenet Gloſſa in *dict.
l. 3.* Alexand. ad Bart. *ibidem*, & Angelus *in repet. l. 1.
C. de fide inſtrument. & jure haſtæ fiſcalis, lib. 10.* An-
ton. de Alexand. *in l. 2. C. ſi adverſus fiſcum*, Caſtrenſis
17 *in l. edicto, C. eodem*, ubi dicit, quod emptor à fiſco,
conventus à privato, poteſt petere ſe remitti ad judices
Cameræ, Salycetus *in l. cum vendente, in quæſtione 3. C.
ubi cauſa fiſcales*, dicit, cognoſcere debere procurato-
18 rem Cæſaris inter duos privatos in conſequentiam, &
acceſſoriè ad cauſam fiſcalem: idem firmat Franciſcus
de Platea in *tract. de privilegiis fiſci, privileg. 14. & 31.*
Socin. *conſil. 46. lib. 4.* Cagnolus *in dict. l. venditor,
num. 16. ff. de jud.* Capit. *decif. 197.* Coſta *de rata, quæſt.
227. num. 8.* Franchis *decif. 117. in fin.* Joan. Baptiſta
Toro *in compendio decif. verb.* (Advocatus Regii patri-
monii) Borgninus Cavalcanus, qui dicit communem,
in cauſa Clerici; & licèt Marta *in fine*, ab hac opinione
recedat; tamen ipſe *Cavalcanus* refert, ita judicatum
in Senatu Fivizanenſi *decif. 8. num. 13. libro 1.* Jacob.
Cancer. *tom. 2. variar. reſolut. cap. 16. num. 42. & 45.*
affirmat Senatum hoc jure uti in Regno Cathaloniæ,
& in eo judicatum fuiſſe, anno 1610. octavo die De-
19 cembris. Judicatum etiam vidi per Senatores Sacri Æra-
rii coram Relatore Camaſobras, me patrocinante, in
cauſa inter Michaëlem Gargiam actorem, & inter Mel-
chiorem de Herrera, Clericum præbendatum in mea
Sancta Matre Eccleſia Collegiali villæ de Paſtrana feli-
ciſſima mea patria, in qua ortum, & originem mater-
nam habui, & lis vertebatur inter dictos ſecularem, &
Clericum. Prætendebat actor in dicto Senatu Sacri Æra-
rii domum quandam, quæ vendita fuerat dicto Clerico
à quodam executore ejuſdem Senatus, ea ea de cauſa,
quòd malè vendita fuerat domus, quia etiam actor ſol-
verat quod debebat adminiſtratoribus Regii fiſci, & li-
ber exiſtebat, & ſolutione non obſtante, vendita fuit
dicta domus Clerico, & addicta publicè fuit pro qua-
tuor centum aureis. Tradita enim poſſeſſione Clerico;
tamen actor interpoſuit appellationem ad Conſilium Sa-
cri Ærarii; datoque libello gravaminum, & ejus copia
domino fiſcali, conſului actori, ut peteret literas Re-
gias ad vocandum Clericum emptorem; eiſque intimatis
venit, & comparuit Clericus, qui declinavit juriſdi-
ctionem, & data copia actori, fuit reſponſum, decli-
natoriam non impedire, quo minus Clericus in dicto
Senatu litem proſequeretur. Cauſaque concluſa, fuit
votatum per dictos Dominos, quòd Clericus directè
reſponderet, & quòd cauſa ſequeretur in dicto tribu-
nali; & ibi Domini dixerunt altera vice fuiſſe judica-
tum in cauſa patronatus ad Anaya contra quendam Cle-
ricum emptorem.

Speciale eſt autem in fiſco, quòd de evictione non 20
niſi ad ſimplum teneatur, licèt in privatis ſecus ſit, in
tantum, ut etiamſi procurator fiſci duplum promittat
evictionis nomine, fiſcus non obligatur niſi ad ſim-
plum, *l. ſi procurator 5. in princ. ff. de jure fiſci*, Bald. *in
dict. l. 1. C. de hæredit. vel actione vendita.* Afflictis *de
jure pro tom. §. 4. num. 26.* Laudenſis *de fiſco, quæſt. 111.
num. 57.* Gloſſa *in l. ſi dictum, ff. de evict.* Paul. Pariſius
conſil. 101. num. 14. lib. 1. Caballinus *§. 5. de evict. n. 89.*
Peregrin. *de jure fiſci, lib. 6. titul. 4. num. 36.* Alphaso
de officio fiſcalis, gloſſa 34. ſpeciali 7. num 48. Fiſcus ta- 21
men non tenebitur de evictione ſi rem debitoris ob de-
bitum vendat; tunc enim nec ad ſimplum tenebitur, *l.
ob cauſam 13. C. de evict.* & tenet Petrus Dueñas *regu-
la 169. ampliat. 1.* Gregor. Lopez *in l. 23. tit. 18. part.
3.* Alphar. *de officio fiſcalis, gloſ. 34. de empt. & vendit.
num. 49. ſeptima ſpeciali*, ubi dicit plura.

Verùm etſi fiſcus ipſe condemnatus uſuras non ſolvat, 22
ex regula tex. in *l. cum quidam, de uſuris*, qui textus etſi
loquatur de uſuris, an ſit idem reſpectu intereſſe,
ponderando gloſſam peregrinam, & ſingularem *in l. 2.
§. gravi æſtimatione*; in *verb.* (per injuriam) *ff. de admi-
niſtrat. rer. ad civit. pertin.* quæ per text. in *dict. l. ſi pro-
curator, ff. de jure fiſci*, dicit, non teneri ad intereſſe,
vel ultra æſtimationem, etiamſi promiſiſſet, & Gloſſa
loquitur in evictione rei emptæ, quam à nemine vidi
allegatam, aut ponderatam, Bal. *in l. 1. C. de hæredit.
vel act. vend. n. 11.* his verbis: (Sed ſcias, quòd in con-
tractibus fiſcalibus, fiſcus numquam tenetur de evictio-
ne ultra ſimplum, etiamſi ſit expreſsè promiſſum (*ut
ff. de jure fiſci, l. ſi procurator*,) quem allegat, & ſequi- 23
tur Martin. Lauden. *in tract. de fiſco, cap. 111.* dicens,
fiſcum non teneri de evictione ultra ſimplum, etiam
quòd expreſsè promittat de duplo: & idem in ſpecie
Paul. Pariſ. *conſ. 101. lib. 1. num. 54.* tradens, eſſe ſpecia-
le in fiſco, ut ſi res vendita per eum evincatur, ad aliud
non teneatur, quàm ad ſolutionem pretii, quod acce-
pit, per *dict. l. ſi procurator*, ubi allegat Alexand. *in ad-
dit. ad Bart. ibidem*, verbo, *ſimplum*, & allegat Alex.
Bal. *in d. l. 1. C. de hæredit. vel act. vendita*: & ſpeciale
dicit eſſe Gloſſa magna *in fin. l. ſi dictum, in principio,
in verbo*, ſimpla, *ff. de evictionibus*: & inter privilegia
fiſci, ut non teneatur de evictione ultra ſimplum, etiam
quòd expreſsè promittat, ponit Franc. Lucanus *in tract.
de privileg. fiſci, privilegio 53.* & Caball. *§. 5. num. 89.
de evictionibus*: Rebuff. *tom. 3. ad ll. Gallic. tit. de dilat.
art. 2. gloſ. 1. num. 32.* Afflict. *de jure protom. §. 4. not. 9.
num. 26.* Belluga *in Specul. Princip. rubr. de præconiis, §.
poſtquam durum, num. 7.* Ægidius Boſſius *in praxi cri-
minali, in rub. de fiſco, num. 36.* Virginius Bocatius *in
tract. de cenſib. part. 2. num. 163.* ubi refert deciſionem
Rota Romana factam *in cauſa Volaterrana terrarum co-
ram Blanchetta 18. Aprilis 1586.*

Et quamvis Peregrinus *in eodem lib. 6. tit. 1.* authori- 24
tate Alex. *in conſ. 156. lib. 2. & in conſ. 4. lib. 3* tradide-
rit teneri fiſcum ad intereſſe ex contraventione contra-
ctus per eum geſti; tamen iſte eſt alius caſus, cùm in
obligationibus facti ſuccedat obligatio ad intereſſe, &
quando fiſcus promiſſa non ſervaverit, & ex facto ſuo
damnum quis patitur, tunc non poteſt aliud deberi, 25
quàm id, quod intereſt: ſiquidem nihil certum eſt de-
ductum in contractu, & intereſſe quod liquidabitur,
illud erit ſimplum debitum, Alexand. *conſil. 168. num. 4.
lib. 3.* Et idem erit in tali caſu intereſſe, quòd res ipſa 26
debita, cum in alio non conſiſtat; ita *Bartol.* notabiliter
in *l. ſtipulationes non dividuntur, num. 60.* in *verbo* (præ-
terea ſi petitur actum,) *ff. de verbor. obligat. conſ. 2.
num. 8.* Joan. Baptiſta Thoro *in add. ad §. 4. num. 4. titul.
4.* Franciſc. de Ponte *de poteſtate Proregis.* Et quamquã 27
intereſſe rei, & pretium, ſunt diverſa, & pretium
conven-

conventum non eſt intereſſe, ut poſt alios bene de-
clarat Socin. *in l.1. C. de eo, quod intereſt num. 23. uſ-
que ad num.39. & numero* 127. Maur. Jun. *allegat.47.
num.2.* ultra Specul. *in tit. de intereſſe, in principio*, &
propriè in materia evictionis, aliud eſt pretium conven-
tum, quo res fuit vendita, & aliud evictio, quæ impor-
tat æſtimationem rei tempore evictionis ſequutæ; ita
quod poteſt eſſe quantum eſt pretium primo loco con-
2 ſtitutum, poteſt eſſe plus, ſi adeſt augmentum temporis,
& poteſt eſſe minus, ſi res eſt deterioris conditionis ex
tempore, vel quandocumque, juxta textum notab. *in l.
Titius, §. fin.* juncto *text. ſeq. in l. idemque, ff. de action.
empti*; ubi Gloſſa ſingularis diſtinguens inter actionem
29 ex ſtipulatu, & actionem ex empto, quæ datur pro evi-
ctione, ut prima detur ad pretium primo loco conſtitu-
tum cum duplo; ſecunda ad id, quod intereſt, & ſic æſti-
matur res tempore evictionis: idem textus *in l. cum ven-
deret, ff. de evict.* ubi Gloſſa *in l. evicta*, la ſegunda, *eodem
tit.* & in actione ex ſtipulatu procedit text. *in l. ex mille,
§. 1 ff. de evict.* Franc. de Ponte *de poteſtate Proregis, tit. 4.
§. 4. n. 7. & ibi* Ioan. Bapt. de Toro *eodem num.* 7. Tamen
30 in cap. *Alex.* in quo nihil certum eſt promiſſum, ſed
factum non adimpletum, & contraventum, tunc nihil
aliud poteſt deberi, niſi æſtimatio facti; & tunc idem
erit, quod intereſſe; quod benè declarat Dec. *in eodem l.*
31 *1. num.* 10. Ex quibus videtur communem eſſe conclu-
ſionem ex natura contractus fiſcalis, exiſtente particulari
fiſci privilegio, non teneri fiſcum ad intereſſe, ultra rei
32 æſtimationem: & ſic dum *Joann. Andr. Butr. Panorm.
Immol. Zabar.* & communiter Doctores tradiderunt *in
cap. 2. extra de precario*, quòd ideò in caſu text. *l. ſi pro-
curator, ff. de jure fiſci*, non tenet evictionis promiſſio
ultra ſimplum; quia eſt ultra naturam contractus: Benè,
inquam dixerunt, quia ex privilegio fiſci non debetur,
niſi ſimplum ratione evictionis, & meritò promiſſio fa-
cta de triplo, & quadruplo tamquam contra naturam
contractus fiſcalis, non eſt ſervanda: ita Bald. *in dict. l.
1. C. de hered. vel act. vendita, num.* 5. Martin. Laud. *de
33 Fiſco quæſt.* 111. Quod non eſt in contractibus privato-
rum: ſiquidem dupla eſt ex natura contractus emptionis,
& venditionis; & propterea etiam non promiſſa debetur,
text. *in d. l. 2. ff. de evict.* ubi *Bart. Bal. Angel.* & om-
nes, cujus text. verba ſunt: (*Si culpa non promitteretur,
& eo nomine agatur, dupli condemnandus eſt reus.*) Joan-
nes Criſpus de Montibus, *in ſua nomencl. act. ſub tit. de
action. act. ex empto*, & alia ad ornatum *l. emptor, C. de
evict. tradit.* Alphanius *collectat.* 1312. & in quo hæc
actio ex empto conſiſtat, videas Specul. *in tit. de empt.
& vendit §. 4. n. 1.*

34 Sed quæſo, advertatur articulus quotidianus, & ma-
ximæ conſiderationis in dies in cauſis fiſcalibus, dum
habentes à fiſco cauſam, contra ipſum de evictione
agunt. unus eſt articulus, ad quod fiſcus tenetur ex cau-
ſa evictionis, & liquidato eo, quod debet, & in mo-
ra conſtitutus, an ſolvat intereſſe quantitatis debitæ?
35 Primò enim caſu facilis eſt reſolutio, nec adeſt diſcre-
pantia, ſi rectè advertatur; nam duplex actio oritur ex
contractu emptionis, & venditionis, una ex ſtipulatu,
& ex hac agitur ad ſimplum cum dupla, ut ſuprà di-
ctum eſt; & altera ex empto, quæ datur ex evictionis
natura ad intereſſe; ut declarat Gloſ. *in l. ſi in venditio-
ne, ff. de evict.* Marius Giurba *deciſ.* 115. *num.* 11. Se-
raphin. *de privil. jur. privilegio 77. num.* 31. & in tantum
eſt de natura, quòd datur actio de evictione ex empto,
etiamſi non ſit promiſſa, juxta tex. *in l. non dubitatur, C.
de evictionibus*; ita quòd, ut dictum eſt, duplex datur
actio ex ſtipulatu ad pretium ſolutum cum dupla ex em-
pto ad intereſſe; bona Gloſ. *in l. idemque ff. de act. em-
pti*, quam allegat, & ſequitur Bart. *in l. Titius, la 1. ff.
de evict.* Gloſ. *in l. ex mille 64. §. 1. ff. de evict.*

Si ergo duplex actio ex ſtipulatu ad ſimplum cum
dupla, & ex empto ad intereſſe, ex natura contractus
emptionis & venditionis, quomodo hoc practicabitur
in fiſco: non ſi ex regula text. in *l. ſi procurator, ff. de
jure fiſci*, fiſcus non ſolvit duplum, ut Doctores dicunt
ex iſto textu, quòd ad ſimplum fiſcus tenetur, videtur
hoc benè procedere in actione ex ſtipulatu, & intel-
ligitur ſolvere fiſcum ſimplum tantùm, dum aliàs pri-
vatus ſolveret duplum: ſed in actione ex empto, quæ
datur ad intereſſe, quod importat æſtimationem rei
tempore evictionis, quæ poteſt ſe habere ad plus, & 36
ad minus, ut ſuprà dictum eſt, non procedit diſpoſitio
textus in *dict. l. ſi procurator*, & *Gloſſa*, & *Doctor.* qui
in *dict. text.* ſe fundarunt, per quem deciderunt ad ſim-
plum tantùm fiſcum teneri; non enim intelligentur reſ-
pectu alterius actionis ſeparatæ ex empto, quæ datur ad
intereſſe, quæ eſt propriè actio, quæ datur evictione
ſequuta: text. in *dict. l. non dubitatur, & in d. l. ſi in ven-* 37
ditione; ad quod videtur contradicere, Gloſ. in *dict. l. 2.
§. gravi æſtimatione, ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin.*
quæ loquens in venditione, & evictione ſequuta, dicit,
fiſcum non teneri ad intereſſe, vel ultra æſtimationem,
allegat text. in *dict. l. ſi procurator.* & magna eſt autho-
ritas Gloſſæ: & pariter Pariſius *ubi ſuprà*, dixit, ſpeciale
eſſe in fiſco, ut re evicta ad aliud non teneatur, quàm
ad reſtitutionem pretii, quod accepit; & latè Afflict.
in cap. 1. de inveſtit. de re aliena facta. Eſt benè verum,
quòd omnes fundant ſe in *dict. l ſi procurator*, quæ cùm
loquatur de ſimplo, & duplo, videntur omnes intelli-
gendi ſecundum legem, quam allegant in actione ex
ſtipulatu. Sed ſi rectè advertatur, Gloſ. prædicta dicit
idem, quod jura prææallegata, ſiquidem, ut diximus in
contractibus emptionis & venditionis, fiſcus actione ex
ſtipulatu non tenetur niſi ad ſimplum; actione verò de
evictione ex empto tenebitur ad intereſſe, ſed non tota-
le: verùm quatenus æſtimatio rei importabit tempore
evictionis ſequutæ, per jura allegata: hoc eſt quod Gloſ. 38
dicit *in d. l.* 2. videlicèt fiſcum non teneri ad intereſſe,
vel ultra æſtimationem: & hoc pariter eſt, quod Do-
ctores tradiderunt *in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod
intereſt*, in illa quæſtione; An idem ſit æſtimatio rei,
quod intereſſe, & è contra? nam largo modo eſt idem,
quod intereſſe; & quando non eſt quid certum promiſ-
ſum, ſemper eſt intereſſe, ut latiùs ibi per *Dec.* & ſic
non erit ſimplum reſpectivè ad pretium primo loco con-
ſtitutum; nec erit totale intereſſe, ſed limitatum ad rei
æſtimationem tempore evictionis: quod voluit dicere
Gloſſa in *dict. l. 2.*

Imò hoc dicit expreſsè, dum dicit, non teneri ad 39
intereſſe, vel ultra rei æſtimationem: ergo tenetur ad
intereſſe, quatenus importat rei æſtimationem. In quo
concordant jura allegata, videlicèt dari actionem ex
empto, quæ importat id, quod intereſt tempore evi-
ctionis ſequutæ, & ſecundum æſtimationem, quæ tunc
temporis fiet, ut expreſſis verbis dicit tex. *in d. l. ſi cum
venditor. § fin. ff. de evict.* Ita quòd quando ſumus in
evictione, quanta debeat eſſe quantitas, hoc erit ſecun-
dum æſtimationem rei, tempore evictionis paſſæ. Fiſcus 40
enim, ut eſt juris notorii, non habet privilegium, niſi in
expreſſis, & in hoc non habemus, niſi text. *in d. l ſi pro-
curator*, qui loquitur in duplo, ſeu triplo, & text. *in l.
cùm quidam §. fiſcus*, loquitur in uſuris, quæ longè di- 41
ſtant ab intereſſe, maximè ab intereſſe intra rem, vel
circa rem debito ex natura actionis, & conſiderando
damnum emergens, quod omni jure eſt debitum; ma-
ximè ſi fiſcus fuerit interpellatus, conventus, & con-
demnatus, & ſolvere non curavit; cùmquè promittendo
fiſcus evictionem, promiſit factum, videlicet defen-
dere, quod idem eſt juris interpretatione, quòd pro-
mittere intereſſe, juxta notabilem doctrinam Bar. *in d. l.
ſtipulationes non dividuntur*: meritò ad intereſſe tenebitur
tali caſu, & non defendendo, fiſcus, vel contraveniendo,
vel non reficiendo damna, & intereſſe juxta promiſſio-
nem evictionis ex natura contractus: videntur in hoc

propria conſilia *Alex.* ſuprà allegata per *Peregrin.* ut fiſcus ad intereſſe teneatur: cùm ſint omnia de natura contractus, Virginius Bocatius *in tract. de cenſib. par.* 2. *num.* 163. Franciſcus de Ponte *de poteſtate Proregis*, *tit.* 4. §. 4. *num.* 18. & *ibi* Joan. Baptiſta de Toro, &
42 eſt bona deciſio Angeli *in l.* 2. *ff. de juriſ. omn. judic.* ubi tradit, quòd data poteſtate alicui vendendi bona fiſcalia, poterit dare fidejuſſorem de evictione, & opponere omnia pacta pœnalia ſecundùm morem Regionis; quem allegat, & ſequitur Barbatia *in cap.* 2. *de precario.* Et pœnæ, & omnia, quæ ſunt de natura contractus, poſſunt promitti, ut in Eccleſia tradiderunt communiter Doctores *in d. cap.* 2. *de precario.* Unde cùm actio ex empto, quæ datur ad quanti intereſt, ſit de natura contractus, in tantum, quod etiam non promiſſa evictione debetur, & differt à reſtitutione pretii primo loco conſtituti: Sequitur præterea, quòd debebitur intereſſe ex natura contractus actione ex empto, in quo fiſcus non reperitur privilegiatus: ſed hoc intereſſe non erit ultra rei æſtimationem tempore evictionis, quia hoc intereſt ſecundùm jura præallegata: hoc dicit Gloſ. *in d. l.* 2. *de admin. rer. ad civit. pertin.* & hoc erit ſimplum, ſecundum Doctores loquentes in terminis tex. *in d. l. ſi procurator*, reſpectu dupli, quando agitur actione ex ſtipulatu, & ſic ſemper debebitur pretium ſimplum rei; ſed in actione ex empto, pretium conventum, quo res æſtimabitur tempore evictionis ſequutæ: pro quo affertur text. *in cap.* 1. *ſi de feud. vaſſ. ab aliq. interp. fuerit.* ibi (*Si in ea judicia vaſſallus fuerit victus de re aliena inveſtitum fuiſſe, ut dominus vaſſallo ejuſdẽ æſtimationis, quod erat tẽpore rei judicatæ, feudum reſtituat, vel nummas in feudum dandas numeret.* Et idem determinat text. *in cap.* 1. *in princ. de inveſtit. de re alien. fact.* ut de evictione agere poſſit, ut aliud feudum ejuſdem bonitatis, ſeu quantitatis præſtetur, cujus æſtimationis facta liquidatione intrat prætextum fiſci privilegium intereſſe ab eo non deberi, quia fiſcus non ſolvit uſuras, & ſic ex quacumque alia cauſa, quomodocumque ſit liquidus debitor.

De quo ſatis, ſuperque ſemper dubitandum eſt: nam
43 maxima eſt differentia inter uſuras, & intereſſe, in tantum quòd ſicut uſura eſt etiam de jure divino prohibita, text. *in cap. ſuper ea*, *cap. conſuluit*, *de uſuris*: ſic è contra omni jure permiſſum eſt intereſſe: latè *Bar.* quem omnes ſequuntur *in l. cunctos populos*, *C. de ſumma Trinit. & fide Cathol.* ubi *gloſ. notab.* dicens, quòd dannum paſſus, non uſuras, ſed intereſſe petit, & licitè abſque ulla fœnoris labe exigit, & conveniri quis poteſt ratione intereſſe; quod omni jure eſt permiſſum, etiam Pontificio; *cap.* 2. *de fidejuſ.* Bal. & Salycet. *in l.* 2. *C. de uſur.* Felin. *in cap. P. & G. de offi. delegat. & in cap. cum venerabilis*, *num.* 7. ubi Dec. *num.* 14. *de except.* Palat. Rub. in *cap. per veſtras*, *in* 6. *notab. de donat. inter vir. & uxor.* Ant. Gab. *lib.* 3. *commun. concl. concluſ.* 10. *tit. de ſalut. verſ.* (amplia,) & ex Theologis Scholaſticis D. Tho. 2. 2. *q.* 62. *art.* 4. & *q.* 78. *art.* 2. ubi *Caietan.* Conrad. *de contract. qu.* 30. Navar. *in comment. de uſur. num.* 44. Sylveſt. *in ſumm. verb.* [uſura] 1. *q.* 6. & multos conglomerat Joan. Baptiſta Lupus *in l. curabit*, *C. de act. empt. comment.* 1. §. 6. *num.* 101. & 108. Salyc. *in l.* 2. *C. de uſuris*, dixit uſuras de jure
44 Canonico peti non poſſe; intereſſe vero ſecùs: & Gloſ. *ibi*, dum text. dicit, quod retardans ſolutionem pretii uſuras emptori æquitatis ratione præſtare cogatur. Et quærit *Salicet.* an hodie de jure Canonico ſit prohibitum, quia prohibita uſura? & dicit, ſecundum opinionem *Azonis* non eſſe prohibitum, quia loco intereſſe petitur, & dicitur ſolvi ſecundùm *Bald.* ibi: (*In recompenſationem fundatam in naturali æquitate, ne quis locupletetur cum jactura aliena:*) in quo eſt elegans text. *in l. ſocium qui in eo, ff. pro ſocio*, ibi: (*Non quaſi uſuras, ſed quod ſocii intersit moram eum non adhibuiſſe:*) per quem tex. Gloſ. notabilis *in cap. conqueſtus*; *de uſur.* dixit, quòd intereſſe, & damna ſecundum canones peti poſſunt, quia non ſunt uſura: Socin. *conſil.* 176. *num.* 4. *lib.* 2. & Aretin. *conſil.* 149. *num.* 1. Duennas *regula* 2. *num.* 44. Vivius *opin.* 1048. *num.* 1. Quinimò uſuræ curſus mox poſt lapſum diei ſolutioni deſtinatæ incipit, *Mynſing. cent.* 3. *obſervat.* 95. *num.* 5. & ſucceſſivè peti poſſunt ratione retardatæ ſolutionis. Quod etiam in dote procedere dixit Oſaſchus *deciſ.* 132. *num.* 1. ubi plures allegat Doctores. Verum tamen in actionibus bonæ fidei uſuræ prædictæ debentur officio judicis ex mora contracta Matheſilan. *ſingulari* 90. ubi *Saray*, Maur. Junior *allegat.* 101. *num.* 16. Joan. Baptiſta Thoro *in add. ad Franc. de Ponte, de poteſtate Proregis*, *tit.* 4. §. 4. *num.* 22. Alex. *conſil.* 156. *lib.* 2. & text. *in cap. fin. de nov. for. fidelit.* ubi ſi dominus differt poſſeſſionem tradere, & omnem utilitatem ei præſtabit; ubi Gloſſa allegat text. notabilem *in l. ſi ſterilis*, §. *cum per venditorem*, *ff. de action. empt.* Cagnol. *in dict. l. unic. C. de ea, quod intereſt*, *num.* 46. *verſ.* (non obſtat authoritas *Bald.*) ubi dixit, non eſſe arguendum 45
ex diſpoſitione jurium loquentium in uſuris ad intereſſe, quod, ut dictum eſt, fundatum eſt in naturali æquitate, ne quis locupletetur cum aliena jactura. Pro abſoluto tradit Minadous *in deciſ. Sacr. Conſ.* 17. aliud eſſe intereſſe, aliud uſuram. Hinc in terminis *Auth. quæ ſup-* 46
plicatio, *C. de precibus Imp. offer.* Regia Camera *in cauſa Caroli Papacada cum heredibus Joannis Pagani*, pronuntiavit deberi intereſſe pecuniæ ſolutæ revocata ſententia Præfecti Præt. ponderando verba tex. ibi, *Cum legitimis augmentis*: & verb. *in Auth.* unde ſumitur, quodque aliud ſit intereſſe, aliud uſura: maximè quando permiſſum eſt negotiari, & dari pecuniam ad honeſtum lucrum, ita quòd non tenetur otioſa.

Et licèt dubitatum fuit, qui fructus veniant in ter- 47
minis *dict. Auth.* an naturales tantùm, an etiam civiles, & Gloſſa *in l. jubemus.* §. *ſanè*, *el* 1. *in verb.* (vel acceſſionibus,) *C. de Sacroſanct. Eccleſiis*, voluerit, naturales tantum venire, conſiderando verbum, *acceſſiones*, & ex eo quia titulus reducitur ad non titulum, & ſic, ut indebitum reperitur; qua actione naturales tantùm fructus veniunt; Gloſſa *in l.* 1. *in verb.* (actione,) *C. de condict. indebiti.* Et uſura dicitur fructus civilis, ob quod non benè dicit Gloſſa *in l. indebiti*, *in princip. ff. de condict. indebiti.* Tamen hæc limitantur in condemnatione reſtitutionis pecuniæ, dum ea ſecundùm communem curſum non ſtat otioſa, ſed ordinariè implicatur in emptionem, vel reemptionem: & propterea de communi ſtylo, cùm retractatur ſententia, condemnatur quis ad reſtitutionem pecuniæ cum intereſſe: nam dixit Bald. *in l.* 1. *ff. de condict. indebiti*, quòd ubicumque eſt licitum negotiari, tunc etſi uſura ſit prohibita, tamen quando quis poteſt ponere pecuniam ad honeſtum lucrum, tenetur ad hanc reſtitutionem; qui allegat Bartol. *in l. Divi Severus, ff. ad l. Falcid.* qui hoc explicitè dixit. Et ſupra dicta concluſio, quòd aliud eſt uſura, & aliud intereſſe, quod omni in jure debetur, Gloſ. *in d. cap. conqueſtus*, *in dict. l. curabit*, & *in dict. l. ſocium qui in eo*, Alexand. *in l. ſi inſulam*, §. *uſuras*, *ff. ſolut. matrim.* Fulgoſ. poſt Bart. *in l. indebiti*, §. *ſed ſi nummi*, *ff. de condict. indebiti*, dicit, venire civiles actiones, quando non eſt in damnum, nec in pœnam debitoris. Et ratio quare tenetur ad fructus naturales, eſt, quia effectus eſt locupletior: ergo eadem erit ſemper quòd ex pecunia mea lucrum ſentit quomodocumque: & licèt aliàs non veniat intereſſe extra rem, ſed intra rem: tamen dicunt Doct. quòd diſtinctio illa non habet locum in pecunia, in qua non dantur fructus, propterea venit ſemper intereſſe extra rem; immò etiam venit intereſſe lucri ceſſantis: Bart. *in dict. l. nummis*, & eſt communis ſecundum Jaſ. *ibi*; ſecus verò, quando ſumus in rebus, & ſpeciebus debitis, quo procedit text. *in l. ſi ſterilis*,

rilis, §. *cum per venditorem*, *ff. act. empt.* Bal. *in l. eum allegans*, *num.* 14. *C. de uſuris*. Et licèt text. *in dict.* §. *fiſcus*, loquatur in uſuris, quæ tamen ab intereſſe diſtant, ſequitur, quòd omni jure intereſſe ſolvi præcipitur; ita Peregrin. *de fiſco*, *lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 4. Franciſc. de Ponte, *in dict. tit.* 4. §. 3. *num.* 31. & 32. Emens
49 à fiſco tunc non patitur diviſionem, quando poſſidebat rem venditam, Riminald. *conſ.* 103. *num.* 52. *lib.* 1. Caballinus *de* §. 3. *num.* 128. *in fine*, *de evict.*

QUÆSTIO NONA.

An Nuncio referenti ſe citaſſe venditorem credendum ſit?

SUMMARIUM.

1 *Reſponſio citati eſt de pertinentiis citationis, & nuncio dicenti ſe citaſſe, credendum eſt.*
2 *In mandato, quod eſt ſtricti juris, veniunt ea, quæ ſunt juxta mandatum, ita etiam in juramento nuntii.*
3 *Reſponſionis relatio non eſt commiſſa nuncio, ſed ſola citatio.*
4 *Citatus comparens, vel nolens comparere fuitque juſto impedimento detentus, non dicitur manifeſte contumax.*
5 *Citatus tunc verus contumax dicitur, ſi non fuit impeditus, & non comparuit, & per ejus confeſſionem conſtat in judicio, vel per teſtes, quòd ſic dixerit nuncio.*
6 *Nuncio non creditur ſuper reſponſione partis, vel ejus facto.*
7 *Nuncius tenetur referre factum ſuum, & non alienum.*
8 *Nuncio publico jurato creditur, non aquè non jurato.*
9 *Juraſſe ſufficit nuncium in aſſumptione officii.*
10 *Limitatur, ut non credatur in citanda perſona fide digna.*
11 *Intellige, quando nuncius eſſet perſona illaudata, & viliſſima.*
12 *Limitatur, quando relatio eſſet in cauſa gravi, & magnum citandi præjudicium concernente.*
13 *Citando integrum eſt probare contra nuncium non eſſe citatum.*
14 *Nuncius, quo pacto quis probetur, & cur?*
15 *Nuncio publico creditur ſine literis, privato tantùm cum literis committentis.*
16 *Illuſtris perſona non tenetur credere ſine literis.*
17 *Nuncio citanti ex parte Judicis delegati non creditur ſine literis.*
18 *Nuncio quantumcumque publico, quando vadit ad locum longinquum, non creditur, niſi in literis citatoriis inſeratur tenor delegationis.*
19 *Nuncio etiam publico non creditur ſine literis in citatione reali, ſecus in verbali.*
20 *Nuncio non creditur ſine literis, quoad citationem, quæ domi fieret.*
21 *Nuncio dicenti, ſe non potuiſſe reperire citandum, & ideò ad domum citaſſe, an credatur; item ſi ſimpliciter diceret, citaſſe ad domum, an credatur feciſſe perquiſitionem; & in citatione debitam ſolemnitatem interveniſſe.*
22 *Cuſtodi agrorum cum juramento aſſerenti, ſe aliquem in noxa deprehendiſſe, credendum eſt.*
23 *Agrorum cuſtodi non eſt plena fides adhibenda, ſi ſit levis exiſtimationis, vel ſi debet habere partem condemnationis.*
24 *Menſuratori, vulgò* corredor, *creditur dicenti, ſe portaſſe vinum, vel oleum, de domo Petri.*
25 *Intellige, ſi ſit perſona publica, & ſolita ſit ſimilia publicè facere.*
26 *Nuncio creditur miſſo ad perſcrutandum ludentes, & portantes arma.*
27 *Armorum delatio, eſt leve crimen, & creditur nuncio referenti, quem arma detuliſſe poſt ſonum campanæ, vel luſiſſe de nocte.*
28 *Limitatur, quod non credatur, ſi ſimul eſt accuſator, & teſtis.*
29 *In levibus delictis abſq; proceſſu executio fieri poteſt.*
30 *In hujuſmodi caſibus, & legibus pœnalibus, niſi actu portantes res prohibitas apprehendantur, non puniuntur.*
31 *Nuncio ſoli creditur circa actus judiciales.*
32 *Notario ſcribenti in actis talem fuiſſe citatum ex relatione talis nuncii creditur, licèt nuncius neget.*
33 *Notario dicenti ſe tenutam, vel poſſeſſionem dediſſe de mandato judicis creditur, licet judex neget.*
34 *Teſtibus dicentibus ſe alio modo dixiſſe, quàm fuerit à Notario ſcriptum, magis creditur Notario.*
35 *Reo dicenti ſe confeſſum metu tormẽtorum magis creditur, quàm Judici neganti ſe tormenta illi dediſſe.*
36 *Soli aſſertioni Papæ ſtandum eſt.*
37 *Aſſertioni Regis, vel Principis an ſit credendum?*
38 *Perſona nobiliſſimæ creditur, de mandato, vel commiſſione ſibi facta.*
39 *Secretario, vel alteri familiari Sacri cubicularii Principis creditur de rebus à Principe commiſſis, etiam in arduis, quando Princeps eſt in eodem loco.*
40 *Temperatur, ut procedat hoc, ſi non reſpiciat præjudicium alterius, alias ſoli ei fides non daretur.*
41 *Nulli creditur dicenti ſe habere mandatum Principis, niſi probaverit.*
42 *Cautius tamen erit, ſi in rebus arduis mandatum requiratur.*
43 *Homini ſoli jurato ex diſpoſitione teſtatoris ſtandum eſt.*
44 *Sacerdoti, qui perſona magna eſt, creditur de commiſſione ſibi data à pœnitente revelandi confeſſionem.*
45 *Confitens poteſt dare licentiam confeſſario revelandi confeſſionem, & quomodo.*
46 *Licentia debet eſſe expreſſa, & non tacita.*
47 *Quod procedit, etiamſi Epiſcopus velit illud ſcire.*
48 *Secretum confeſſionis, quodcumque ſit, non eſt manifeſtandum.*
49 *Quod ſit Sacerdos in confeſſione, non ut homo, ſed ut miniſter Dei ſcit.*
50 *Majus eſt vinculum Sacramenti quolibet homine, etiam Summi Pontificis præcepto.*
51 *Revelanti confeſſionem judicialiter, nulla fides adhibetur.*
52 *Limita, ſi Sacerdos eſſet fide dignus, aſſereretque morientem dediſſe licentiam revelandi.*
53 *Sacerdoti aſſerenti ab aliis dictum, & non per confeſſionem, incumbit onus probandi, & num.* 54.
55 *Hoc intellige de Sacerdote malæ famæ.*
56 *Sacerdoti an credendum ſit de commiſſione diſtribuendi pecuniam in ſchedula contentam pro relevatione conſcientiæ defuncti.*
57 *Conſcientia eſt Angelus humanæ vitæ præſidens, cui ſoli ſtandum eſt, omiſſis apicibus juris.*
58 *Commiſſum ad conſcientiam, ad veritatem dicitur commiſſum.*
59 *Quando Deus eſt judex, alius teſtis, quàm conſcientia noſtra non erit.*
60 *In foro conſcientiæ dicto unius Sacerdotis ſtatur, & num.* 61.
62 *Ponitur deciſio Regii Senatus.*
63 *Nuncio in his, quæ ad ejus officium pertinent, creditur.*
64 *Nuncio de bonorum diſcuſſione alicujus creditur.*
65 *Nuncio etiam creditur dicenti debitorem non eſſe ſolvendo.*

IN hac quæſtione Scribentes ſunt varii: Bar. *in l. fin.*
ſſ. de re ſtit. in integ. & in l. tres denunciationes, C. quo-
modo & quando judex, *& in l. ex conſenſu §. fin. ff. de*
1 *appellat.* aſſerit, quòd nuncio credendum ſit, quia re-
ſponſio citati eſt de pertinentiis citationis, & propterea
eſt illi credendum: argument. text. *in cap. Præterea, de*
offic. delegat. & in cap. parati, de appellat. ubi creditur
nuncio quoad locum, & *ibi* Abb. & alii, Decius, Za-
barella *in clement. 1. quæſt. 8. de dolo & contumacia*; &
movetur, quia ſicut in mandato, quod eſt ſtricti juris,
veniunt ea, quæ ſunt juxta naturam mandati, *l. eam*
tamen, ff. judicatum ſolvi, & ita in juramento nuncii:
2 Ripa *in cap. 1. de judic. num. 83.* ſtat cum hac ſententia,
& ſatisfacit argumentis in contrarium facientibus.
3 Salycetus tamen in *dict. l. tres, & in l. properandum*,
§. etſi quidem, notab. 6. C. de judic. ubi plures allegat:
& Felin. *in cap. conſuluit, col. 9. de offic. delegati & in cap.*
inquiſitionis, colu. penul. de accuſat. dicunt contrarium,
quòd reſponſionis relatio non ſit commiſſa nuncio, ſed
ſola citatio.
4 Gaſpar Caballinus *dict. §. 3. num* 101. *de evict.* dicit,
ſibi placere multùm diſtinctionem Philippi Franchi *in*
cap. venerabilibus, §. porro, & ibi Gloſſ. *verb.* (judicio,)
de ſent. excommunicat. lib. 6. Si talis denunciatus com-
paruit, vel nolens comparere fuit juſto impedimento
detentus: & hoc conſtat; quia non poteſt dici manifeſ-
5 tus contumax, argum. *l. ejus, ff. ſi cert. petat.* Si verò
non comparuit, non conſtat de impedimento, & tunc
ſi conſtat per ſuam confeſſionem in judicio, factam, vel
per teſtes, quòd ſic dixerit nuncio, hinc poteſt dici ve-
rus contumax: & ita poteſt procedere prima opinio. Sed ſi
de hoc non conſtat niſi per relationem nuncii, tunc pro-
cedit poſterior opinio, pro qua facit; quia licèt credatur
nuncio, quòd citaverit aliquem quando eſſet nuncius ju-
ratus; tamen ipſi nuncio non creditur ſuper reſponſione
partis, vel ejus facto: quia tunc deponeret extra ſuum
6 officium, ut in dict. *cap. venerabilibus*, ſentit *Gemina-*
nus; cùm nuncius teneatur referre factum ſuum, & non
alienum: ſicut ei non creditur, ſi aſſeruit ſe eſſe percuſ-
7 ſum vel vulneratum: Joan. Andreas *in add. ad Specula-*
torem, titul. de contumacia, in addit. magna, Guid. Pa-
pa *dec. 557. verſ.* (ſed juxta hoc quæro,) Marſilius
ſingulari 560. Alciatus *de præſumpt. regula 3. præſ. 14.*
8 Nuncio publico, & jurato creditur, non æquè non
jurato: hujus enim relatio citandi negatione inferior
eſt; Maſcardus *de probat. concluſ. 189. num. 9. & conſil.*
1119. num. 14. Aſinius *in prax. Florent. §. 9. cap. 3. n.*
1. Patianus *lib 1. de probationib. capit. 48. num. 69.* ſuf-
ficit tamen, quòd in ſumptione officii nuncius juret, ut
9 advertit Aſinius *ibidem in cap. 3 num. 3.* Bald. *in l. magis*
puta, §. illud, in fin. ff. de reb. eorum. & in l. 2. C. de
ſportulis, Angel. *de maleficiis, in verb.* (necnon ad
denunciationem,) *num. 5. & in verb. Petra publica &*
jurato nuncio, poſt *principium*: Franciſcus Marcus *deciſ.*
418. *ſub num. 1.*
10 Limita, ut non procedat in citanda perſona fide dig-
na, quæ veroſimiliter non falsò negaret ſe eſſe citatum;
hoc enim caſu magis creditur neganti citando: Ant.
Gabr. *libr. 2. commun. concluſ. 4. num. 8.* Bernardus
Grevæus *practſ. concluſ. Cameræ Imperialis, 54. conſide-*
11 *rat. 1. num. 3.* Quæ tamen limitatio procederet,
quando nuncius eſſet viliſſima, & ſuſpecta perſona: Me-
noch. *de arbitrariis, caſu 112. num. 10.* Bernard. Gre-
væus *ubi ſuprà. num. 3.* maximè ubi perſona hæc ne-
gans, jurejurando affirmaverit ſe non eſſe citatum,
Maranta *in ſpeculo Advocat. part. 6. tit. de citatione, n.*
53. Greveus, *num. 4.*
12 Limita etiam, quando relatio eſſet in cauſa gravi, mag-
num citandi præjudicium concernente, Anton. Gabr. *con-*
cluſ. 4. num. 6. Menoch. *ubi ſupra, num. 9.* Aſinius *dict. §.*
9. cap. 2. num. 11. Integrum tamen eſt, citando pro-
13 bare contra nuncium, non eſſe citatum, Gloſſ. *in §.*
item teſtes, verb. [in executoribus.] *4 quæſt. 3.* Archi-
diaconus *in dict. cap. venerabilibus*, in verb. (citatus.)
Angel. & Immol. *in l. qui bona, §. qui damni* (& *ubi*
Alex. *ff. de damn. infect.* Immol. & Felin. *in cap. propo-*
ſuiſti, de probat. Guid. Papa *de præſum. col. 5. verſ.*
(an debeat præſumi,) *& deciſ. 628. & ſingul. 409.*
Bertrand. *conſil. 27. libr. 1.* Tiraq. *de retract. §. 4. gloſ. 1.*
num. 6. tenet Bal. *in l. contra negantem, in fin. C. ad l.*
Aquiliam: Roman. *conſil. 102. num. 5.* Alex. *conſil.*
114. num. 3. lib. 4. & conſil. 91. num. 8. lib. 6. Vin-
cent. Carrot. *deciſ. 91. num. 4. & 5.* Matth. de Afflic-
tis *deciſ. 91. num. 12.* Seraphinus *de privileg. juramenti,*
privil. 31. num. 70. & 94. & *ibi* Additio *num. 28.* Plo-
tus *in l. ſi quando §. 47. à num. 1. C. unde vi.*
Eligitur tamen nuncius à Judice, vel à Conſilio, ſi à 14
Conſilio probatur quis nuncius ex actis de electione
ipſius facta, & illius juramento, aut ſaltem de quaſi
poſſeſſione illius officii: ſi à Judice, tunc etiamſi non ap-
pareat, quòd aliquis electus ſit nuncius: hoc non eſt cu-
randum, cùm ſtatim, quòd ſibi datur commiſſio citan-
di, cenſeatur electus, Bar. *in conſtitut. ad reprimendum,*
§. per nuncium, num. 5. inter *ejus conſilia*, Nicolaus
Honthemius *de arte Notariatus lib. 4. cap. 6. num. 56.*
& 57.
Nuncio autem publico credere quis tenetur ſine lite- 15
ris; privato autem tantum cum literis judicis commit-
tentis; Gloſ. *in cap. prudentiam, de officio delegati, &*
in cap. propoſuiſti, 82. diſtinct. Franchis, & alii *in cap.*
cùm parati, de appellat. Maranta *in ſpecul. aurea, part.*
6. memb. 1. num. 45. Rota *in novis, deciſ. 335. de dolo,*
& contumacia. Si tamen citetur perſona illuſtris, quæ 16
non poteſt citari ſine literis, nuncio ſine eis non eſt
credendum; Rom. *in l. ſciendum, num. 46. ff. de verb.*
oblig. qui dicit, eſſe caſum ſingularem *in l. quoties, ad*
fin. ubi Bart. *C. de dignit. lib. 12.*
Nec nuncio citanti creditur ex parte judicis delegati; 17
tradit Bart. *in dict. conſtitut. ad reprimendum, verſ.* (per
nuncium). *num. 8.* Nicolaus Honthemius *ubi ſup. num 8.*
Maſcard. *tom. 2. de probat. concluſ. 1119. n. 18.* Quan- 18
tumcumque publico nuncio ex parte judicis, quando
emanat citatio ad locum longinquum, non creditur ſine li-
teris, & niſi in eis reperiatur tenor commiſſionis judicis;
Specul. *in tit. de judic. §. ſequitur, verſ.* (Qui de audi-
toribus,) Felin. *in cap. cum in jure, num. 5. de offi. de-*
leg. Nicolaus Honthemius *loc. cit. num. 52.* & Bart. *num.*
7. ubi ſuprà.
Minus enim creditur nuncio publico ſine literis in 19
citatione reali; nimirùm quando ageretur de capiendo
poſſeſſionem, vel pignora, vel perſonam, Bal. *in dict.*
cap. cum parati, quem ſequuntur Franchis, Præpoſitus,
Bart. *in l. Palatinas, C. de locat. fundarum, lib. 11.*
Nicolaus Honthemius, *nu. 54.* & Maſcard. *num.*
22. ubi ſuprà. Quoad tamen citationem, quæ domi fit, 20
creditur; Maſcard. *num. 23.* ubi plures allegat. Et quòd
ſimiliter ſit credendum nuncio dicenti, non potuiſſe
reperire citandum, & ideo domi citaſſe, Bart. *in l. 1.* 21
§. permittitur, in fin. ff. de lib. agnoſcend. & in l. ſi tamen,
in fin. ff. de leg. 2. & in l. 4. §. Prætor, ff. de damno in-
fecto Aſinius *in praxi, §. 9. cap. 6. num. 1.* Maſcardus,
ſuprà num. 24.
Montium, & agrorum cuſtodi plena fides eſt adhi- 22
benda, quando juratus declarat, ſe aliquem in noxa
comprehendiſſe; nam nuncio jurato creditur in eo quòd
pertinet ad officium ſuum, ut ſuprà dictum eſt; & in ſpe-
cie Petrus Antibolus *de munerib. §. 4. num. 206.* Aven-
dan. *in cap. Correct. 1. part. cap. 1. num. 15.* Doctores
in cap. cùm parati, de appellat. Tiraq. *de retract. §. 8. gloſ.*
9. Capicius *deciſ. 45. num. 3.* Palad. *lib. 3. different. 52.*
§. 1. num. 1. Patianus *libr. 1. de probat. num. 48.* Nico-
laus Honthemius, *ubi ſup. num. 38.* Petrus Ferrar *in*
praxi, in forma libelli inquiſitionis, §. hæc eſt quædam in-
quiſitio, num. 39. Quam tamen opinionem intelligo poſſe
de

Procedere de conſuetudine totius Hiſpaniæ: & alibi juva-
ri poteſt, quod communiter traditur in his, quæ ruri, ſeu
eremo committuntur, non tam exactam exigi probatio-
nem, quàm in cæteris cauſis; ſed ſatis eſſe eo caſu ve-
ritatem præſumptionibus, & argumentis comprehendi,
Bar. *in l. ſi quis ex argentariis, §. & an heredi, ff. de edenda.*
23 Limitatur tamen ſi cuſtos agrorum ſit levis exi-
ſtimationis, vel debeat habere partem de condem-
natione, ſeu mulcta: nam eo caſu plena non eſt
ei adhibenda fides, prout in pluribus locis vidi ſun-
ciri, quòd aliqua pars pœnæ ipſi cuſtodi applicetur: niſi
accedant alia argumenta, & præſumptiones; quia non eſt
ſtandum ipſius cuſtodis relationi ſimpliciter ob ratio-
nem commodi, quod ipſe ſperat conſequi; quæ ratio
adimit fidem cuilibet atteſtanti, *l. nullus, ff. de teſtibus,
l. in omnibus, C. eod.* Patianus *ubi ſup. num.* 48. Sed
contrarium admitterem duobus concurrentibus, quando
de re modica, & levi crimine agitur, ut ait Bart. *in l.
Divus, num. 8. ff. de cuſtod. reor.* Bal. *in l. magis puto, §.
illud. in fin. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* Vel quando tota
pœna fiſco applicatur, vel communitati, ut notat Bart.
in l. ictus fuſtium, num. 3. ff. de his, qui notant. infam.
Fulvius Patianus *ubi ſuprà, num. 48. in fin.* Quia quando
pœna, quæ cuſtodibus applicatur, eſt modica trium,
vel quatuor argentorum, non eſt præſumendum, ut
pro re tam minima vellet quis mentiri, & peierare, ut
dicit Andreas Barbatia *conſ. 12. num. 15. lib. 2.* & refert
judicatum Francifcus Calletus *in addit. ad Patianum,
num. 48. lit. L.* vel aliàs adeſſent ſtatuta à Rege confir-
mata, circa obſervantiam, & cuſtodiam montium, vi-
nearum, & paſcuorum; ea namque obſervanda ſunt, *l.
14. tit. 6. lib. 3. Recopilat.* Gutierr. *libr. 3. pract. q. 23.*
24 Unum tamen determinatum cenſeo, *ex l. 1. tit. 7. par.
3.* ubi *Greg. gloſ.* 8. quòd non creditur nuncio minori,
niſi cum eo adſint duo teſtes, ne fraus fiat, & eviten-
tur multa damna, quæ litigatoribus obveniunt ex prava
relatione nunciorum, Cevallos *tom. 1. q. 381. num. 5.*
plura tradit in praxi Paz *tom. 1. par. 1. temp. 3. de ci-
tatione à num. 1. & 23.*
25 Menſuratori vini, vel olei, vulgo in aliquibus oppi-
dis, (*corredor, omojonero,*) aliàs (*medidor,*) dicenti,
ſe portaſſe vinum, vel oleum ex domo alicujus, credi-
tur, ſi ſit perſona ſolitus ſimilia facere, & populari
teſtimonio communiter approbata; argum. *text. in cap.
nullus ordinetur, dist. 24.* Ferrat. *in libell. de forma oppo-
nendi contra teſtes in facto eorum proprio, num. 7.* Curſius
de teſtibus, conſil. 58. Boſſius *in praxi criminal. de oppo-
ſit. contra teſtes, num.* 57. Borgninus Cavalcanus *deciſ.
Fivizanenſi 37. num. 42.* Patianus *ubi ſup. num. 29.*
26 Creditur etiam relationi illius, qui mittitur ad per-
ſcrutandum ludentes per civitatem Angel. *in l. ea qui-
dem, C. de accuſat.* ubi ait, quod in levioribus delictis,
27 veluti in delatione armorum, per euntem de nocte poſt
ſonum campanæ, & in ludente; non ſolum ſtandum eſt
relationi denunciatorum, qui authoritatem habent à
publico, verùm etiam abſque alio proceſſu poteſt exe-
cutio fieri, vel in ſolvenda pœna pecuniaria, vel in
ponendo perſonas viles ad columnam in publico ex con-
ſuetudine terrarum; quod notant Bal. *in l. ictus fuſtium,
num. 3. ff. de his, qui notant. infam.* ubi dicit; quòd ſi
familia invenit aliquem cum armis, & facit relationem
Poteſtati, idque in actis appareat, poterit fieri præcep-
tum, ut pœna ſolvatur; Sed Marſilius *ſingul.* 395. dicit,
quòd eſſet nefandiſſimum docere hanc rem; cùm iſti
nuncii ſint viles & ſceleſtiſſimi, ut notavit Bald. *in l.
magis puto, §. illud, in fine, ff. de reb. eor. qui ſub tutel.*
Boſſius *in praxi criminali, tit. quomodo proced. in crimine,
num. 7.* Fulvius Patianus *dict. cap. 48. num. 44.* Con-
trarium tamen voluit Farinac. *tom. 3. crim. quæſt. 108. n.
150.* plures referens, & Albericus *in l. 1. §. quies, num.
1. ff. de officio Præfect. urb.* ubi ait; quòd ſi miles Prætọ-
ris vadit, & dicit, ſe inveniſſe aliquos ludentes, vel
arma portantes, vel quid aliud ſimile, non ei creditur,
niſi probet; quia non poteſt quis eſſe teſtis, & accuſa- 28
tor: propter quod dicit excludiſſe ſæpiſſime datiarios,
ſeu publicanos referentes, ſe inveniſſe aliquos facientes
contra formam datii. In levibus delictis, ut ſuprà dictum
eſt, creditur denunciatoribus, cùm de conſuetudine lo- 29
corum ex Specul. §. 1. *in fin. num.* 33. quidam officiales
conſtituuntur à publico, ut ſint cuſtodes nocturni ad
capiendum, denunciandum quoſcumque nocturnos fu-
res, vel alios arma portantes, vel incedentes poſt ho-
ram noctis ſolitam ſine lumine. Item deputantur alii
ad curandum, ne vina exportentur: item alii ad cuſto-
diendum, ne damna dentur in prædiis ab hominibus,
vel animalibus, quorum genus hominum tota Hiſpania
vocat *Camparios.*
30 Notandum eſt, quòd in hujuſmodi caſibus, & legi-
bus pœnalibus, niſi actu comprehendantur delinquen-
tes, puniri non debent, ita ut non ſufficiat, quòd ſint
viſi, ſi non ſint capti, & apprehenſi. Et ratio eſt
quia nunquam dicitur quis inventus in delicto, niſi ap-
prehendatur, ſecundùm text. *in l. ſi Barſatorem, C. de
fidejuſſoribus,* ubi *Bald. & Angelus,* & alii Bar. Paul.
Immol. *in l. 1. ff. de acquirend. poſſeſſione, & in l. 3. §.
inde Neratius, ff. eodem, à num. 3.* Mexia *in pragmatica
taxæ panis, concluſ. 1. num. 31.* Paul. *in l. 1. num. 4. C.
ubi Senatores,* Capol. *in l. ſi fugitivi, num. 73. C. de ſer-
vis fugitiv.* Bedon. *conſil.* 49. Palac. Rub. *in cap. per veſ-
tras, §. 21. num. 14.* Covarr. *pract. 33. in fin.* Perez
in l. 2. tit. 14. libr. 2. Ordin. gloſ. 1. ad fin. Ant Gomez
in l. 45. Tau. num. 48. Jul. Clar. *quæſt. 82. §. fin.* Me-
noch. *de arbitrar. caſu. 394. num.* 49. Roland. à Valle
conſil. 75. num. 27. libr. 2. Redin. *de majeſt. Princip.
verb.* (non armis ſolum,) *num. 193. l. 7. tit. 6. libr. 6.
Recop.* ibi: (*Tomado con ellas:*) Azeved. *in l. fin in fin.
tit. 23. libr. 4. Recopil. & in l. 1. num. 17. tit. 18. lib.
eadem,* Bobad. *in Polit. lib. 1. cap. 13. num. 108. lit.
A. & lib. 4. cap. 5. num. 12.* Farinac. *tom. 3. crimin.
quæſt. 108. à num. 132.* Gutier. *lib. 1. pract. quæſt. 12.
num. 5. & libr. 4. quæſt. 25. num. 9.* Leon. *deciſ. Hiſpa-
lenſi, centur. 30.* Peguera *deciſ. Senatus Cathalaniæ* 55.
Cevall. *tom. 2. qu. 651. num. 2. & 3.* Avend. *lib. 2.
Corr. cap. 26. num. 16.* Cenedo *in colectan. 7. ad De-
cretales, num. 9. part. 2.*
31 Notario ſcribenti actus judiciales, ei ſoli abſque in-
diciis creditur, non obſtante, quòd non ſit ei creden-
dum ſine teſtibus, ut notat Ruin. *conſil. 56. num. 5. libr.
1.* Fulvius Patianus *lib. 1. de probat. cap. 48. nume-
ro* 54.
32 Ex quo infertur, quòd ſi notarius in actis ſcripſerit,
talem fuiſſe citatum, prout conſtat ex relatione talis nun-
cii; ipſe autem nuncius dicat, ſe nunquam citaſſe, nec
retuliſſe, ſtandum erit teſtimonio notarii, ſi bonæ opi-
nionis erit; ut teſtantur Cyn. *in l. ſi quis decurio, C. ad
leg. Cornel. de falſ.* Caſtren. *in l. in exercendis, in fin. C.
de fide inſtrument.* Joann. ad Specul. *in §. notan. 12.
in add. ecce judex, de inſtrument. edit.* Albet. *in l. 1. § ſi
quis neget, in princ. ff. quemad. teſtam. aperiant* Immol. *in
cap. ad audientiam, numer. 5.* & Ant. de Butr. *num. 18.
de præſcrip.* Rom. *in l. 1. §. fin. num. 17. ff. de verb. obl.*
Patianus *ubi ſuprà num.* 55.
33 Sed quid ſi controverſia naſcatur inter Notarium, &
Judicem, quia notarius ſcripſerit, ſe poſſeſſione dediſſe,
vel quid aliud feciſſe de mandato judicis: judex autem
neget, cui magis credatur? Dicas, quòd notario, niſi
eſſet vilis, & malus: judex verò eſſet magnæ authori-
tatis, ut ait Albericus *in l. ne in arbitris, num. 5. C. de
arbitris,* Franciſcus Calletus *in add. ad Patianum, de
probat. num. 55. lit. O.*
34 Item infertur, quòd ſi inter notarium, & teſtes con-
troverſia naſcatur, quia notarius ſcripſerit, eos dixiſſe
uno modo; & ipſi dicant, alio modo dixiſſe, creditur
notario; Bartholom. Brix. *quæſt. dominicali* 47. Caſtren.
in

in dict. l. in exercendis, *in fin.* Immol. *in dict. cap. ad*
audientiam, *num.* 4. *ubi ſup. num.* 56.
35 Illud tamen notatu dignum in cauſa criminali, quòd
ſi reus dixerit ſe confeſſum metu tormentorum, Judex
neget, tormenta illi fuiſſe illata; creditur magis reo,
quàm judici, ad hoc, ut poſſit revocare confeſſionem;
ut ajunt Ancarran. *conſil.* 24. *num.* 2. Marſilius *in l.* 1.
§. *Divus Severus*, *num.* 3. *ff. de quaſtionibus.*
36 Papæ aſſertioni ſtandum eſt, *Clem. unica, de probatio-*
nibus, & *ibi* Doctor Maſcard. *tom.* 2. *de probationibus,*
concluſ. 1148. latè & copiosè Nicolaus Genua *libr.* 2.
quaſt. 2. *de verbis enunciativis*, ubi pleniſſimè refert au-
thores, qui de hac materia latè ſcripſerunt.
37 Idem dicendum videtur de aſſertione Principis, ut
latiùs videri poſſit apud Nicol. Genuam *dict. lib.* 2. *qu.* 4.
Maſcardum *dict. tom.* 2. *concluſ.* 1233. Capicium *deciſ.* 86.
num. 2. Alexand. *lib.* 1. *reſolut.* 2. *de verborum ſignificat.*
Crovetam, *de antiquitate temp. à num.* 19.
38 Perſonæ nobiliſſimæ creditur de mandato vel de com-
miſſione ſibi facta, *cap. nobiliſſimus*, 97. *dict.* notat Ro-
man. *conſ.* 59. Iaſ. *in l. admonendi*, *num.* 156. *ff. de jure-*
jurando in ſecunda lectura; Potianus *ubi ſupra*, *nume-*
ro 58. Gloſ. *in l. Titio fundus*, *ff. de condit. & demon-*
ſtrat. Menochius *lib.* 2. *de arbitrar. cent.* 2. *caſu* 177.
Maſcard. *tom.* 2. *de probat. concluſ.* 647. *num.* 3. Maſtril-
lus *deciſ. Regni Siciliæ* 80. *num.* 3. Aloyſius Riccius *de-*
ciſ. Curiæ Archiep. Neapol. 237. *num.* 2. *& in Collectan.*
deciſ. 1459. *part.* 4.
39 Secretario, vel alteri magno, & nobili familiari
Principis, ejuſque cubiculario vulgò dicto, (*Sumiller*
de Corps) de re ſibi dicta, vel commiſſa, quando Prin-
ceps eſt in loco, ita quod de facili poſſet ad eum ha-
beri occurſus pro veritate rei, creditur, Specul. *in* §. *vi-*
dendum, *num.* 3. *de probationibus.* Immola *in cap. ſuper*
his, *num.* 5. *de fide inſtrumentorum*, Felin. *ibid. num.* 12.
Jaſ. *in l. admonendi*, *numero* 156. *verſ.* (limita etiamſi
Papa] *in* 2. *lectura*, *ff. de jurejurando*, Ant. Gabriel *lib.*
1. *de probationibus*, *conſ.* 3. *num.* 20. Patianus *ubi ſup.* à
num. 70.
40 Hoc tamen procedit, quatenus hoc non reſpicit
præjudicium alterius; aliàs notabili perſonæ ſoli de
commiſſione ſibi data non creditur, ut tradit Abbas
in cap. cum olim, *num.* 5. *de dolo*, *& contum.* ubi ait;
quod aſſertioni Cardinalium non eſt credendum in præ-
judicium alterius: ſequuntur Curt. *de teſtibus*, *concluſ.*
65. *Crotus in* 6. *part. num.* 210. *de teſtib.* Angel. *conſ.*
182.
41 Regulariter tamen nemini creditur in quovis mune-
re conſtituto, dicenti ſe habere mandatum Principis,
niſi oſtendat mandatum, *l.* 1. *C. de mandat. Princip. l.*
juriſjurandi, *C. de teſtibus*, ubi Bald. *num.* 11. *cap. cum*
in jureperitus, *de officio delegat*, Bentutend. *deciſ.* 110.
Maſcard. *de probat. concluſ.* 491. Marta *de juriſd. Eccle-*
ſiaſtic. 2. *par. cap.* 35. *num.* 1. *&* 3. Bobadill. *in Polit.*
lib. 2. *cap.* 18. *num.* 207. Paramo *de officio Inquiſ. lib.* 2.
tit. 2. *cap.* 15. *num.* 6. Cevall. *lib.* 4. *quaſt.* 897. *nu-*
mero 338.
42 Cautius tamen ſemper erit in arduis cauſis, & ſoli
Principi reſervatis, maximè in præjudicium alienum
tendentibus, ut ab iſtis claram fidem commiſſionis exi-
gamus, ut ait Specular. *in* §. *ſupereſt*, *num.* 16. *de le-*
gato, Immol. *in dict. cap. quod ſuper his num.* 3. *de fide*
inſtrum. Felin. *ibi*, *num.* 9. Patianus *ubi ſupra*, *num.* 75.
43 Soli homini jurato ſtandum eſt ex diſpoſitione teſta-
toris, *l. Theopompus*, ubi Bar. & Doctores, *ff. de dote*
prælegata, Gregorius Lopez *in l.* 1. *tit.* 11. *part.* 5. *gloſ.*
8. Anton. Gomez. *lib.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 5. Covarr. *lib.*
3. *var. cap.* 13. Afflictis *deciſ.* 371. *num.* 4. Auguſtinus
Beroius *quaſt. familiari* 11. *n.* 6.
44 Sacerdoti etiam, qui perſona eſt magna, & notabilis,
creditur de commiſſione ſibi data à pœnitente revelan-
di ejus confeſſionem, Lupus *allegatione* 94. *num.* 1.
Anton. Gabriel. *concluſ.* 1. *num.* 26. *de teſtibus*, Fulvius
Patianus *lib.* 1. *de probat. cap.* 48. *num.* 61. Martinus del
Rio *tom.* 3. *diſq. magic. lib.* 6. *cap.* 1. *ſect.* 2. Suarez *tom.* 4.
diſp. 33. *ſect.* 1. *Graff. conſ.* 6. *num.* 30. *de ſent. excommu-*
nicat. Menoch. *lib.* 6. *præſumt.* 95. *à num.* 1. Vincentius
Carrotius *de revelat. confeſſionis*, *qu.* 8. *& quaſt.* Rebuff.
in cap. omnis utriuſque ſexus, *in fin.* dicit, quod confi- 45
tens poteſt dare licentiam Confeſſario revelandi confeſ-
ſionem, quando ipſius confitentis ſpirituale, vel corpo-
rale, aut publicum bonum exinde ſequatur; ex levi ta-
men cauſa revelare etiam habita permiſſione confitentis
ſacrilegium foret, Martinus del Rio *ubi ſuprà.* Pet. An-
tonius Lazarius *de monitoriis*, *ſect.* 2. *quaſt.* 17. *num.* 1. 46
ubi dicit, quod nec ſufficit ratihabitio, vel licentia in-
terpretativa, vel implicita; ſed requiritur explicita, &
debet eſſe libera, & nullatenus coacta.
Et hoc procedit, etiamſi Epiſcopus velit illud ſcire 47
in confeſſione, ſi ſacerdos detegeret peccatum confeſſi
ſuo Epiſcopo, vel alteri ſacerdoti, proteſtans, quod illud
dicit tamquam in confeſſione; Graff. *dict. conſ.* 6. *n.* 31.
Secreto enim commiſſa in confeſſione Sacramentali, 48
quæcumque illa ſint, nullo modo manifeſtanda ſunt,
etiam ad ſalvandum totum Regnum; imò totum mun-
dum; D. Thom. *in* 4. *dict.* 21. *quaſt.* 3. *&* 2. 2. *q.* 70.
art. 1. ubi Caietanus, Solon. & Aragon. Catechiſ. Ro-
man. *de Sacrament. Pœnitentiæ n.* 58. optimè Menoch.
de arbitrar. caſu 414. Carrotius *de revelatione confeſſio-*
nis, *quaſt.* ..... Lazarius *ubi ſup. num.* 2.
Et ratio eſt, quia quod ſcit ſacerdos in confeſſione, 49
non ut homo ſcit, ſed ut Deus, vel Dei miniſter, ut eſt
tex. *in cap. Sacerdos*, *de offi. Ordinarii*, & Gloſ. *in cap.*
dilectus, *de exceſſibus Prælator.* Auguſtinus Beroius *dict.*
quaſt. famil. 12. *num.* 2. Unde non poſſet cogi etiam à
Papa ad revelandam confeſſionem, Navarr. *in manuali*,
cap. 8. *num.* 1. *& ſeqq* Baiardus ad Julium Clarum, §. *fin.*
quaſt. 87. *num.* 4. Majus enim eſt vinculum Sacramenti
quolibet homine, etiam ſummi Pontificis præcepto, ut 50
notant Doctores; Gigas *de crimine læſæ majeſtatis*, *lib.* 2.
rub. qui accuſare poſſ. quaſt. 38. Beroius *dict. quaſt.* 12.
num. 2. *&* 3. Martin. del Rio *tom.* 3. *ubi ſup. lib.* 6. *cap.* 1.
ſect. 0. ubi inquit, quod eo caſu poſſet dicere ſe neſcire,
nec de tali peccato ſe quidquam audiviſſe: & hæc etiam
juramento confirmare, mente ſubintelligendo, quod
non poſſit revelare.
Dato tamen, quòd revelaret dicta in confeſſione 51
etiam judicialiter, nulla penitus eſſet ei adhibenda fides,
Bald. Paul. de Caſtr. *in l. archigerontes*, *C. de Epiſcop.*
aud. Felin. *in cap.* 1. *num.* 3. *de except.* Rip. *in tract. de*
peſte, §. *fin. num.* 104. etiamſi favore matrimonii con-
feſſionem detexerit; Menoch. *lib.* 6. *de præſumpt. præ-*
ſump. 95. *num.* 9.
Hoc tamen fallit, quotieſcumque Sacerdos eſſet fide 52
dignus, aſſereretque morientem dediſſe licentiam de
revelanda confeſſione; tunc enim creditur tali Sacerdo-
ti, probaretque ejus dictum in judicio, præſertim acce-
dente juramento; Lupus *dict. allegat.* 94. Franciſc. Vi-
vius *in ſuis communibus*, verb. (*Confeſſio*) Barthol. Ber-
tazolus *conſ. criminali.* 452. *n.* 8. *lib.* 6. Menoch. *dict. præ-*
ſumpt. 65. *num.* 6. ubi declarat, quando præſumatur,
Sacerdotem de confitentis conſenſu confeſſionem Sacra-
mentalem revelaſſe: *& lib.* 1. *præſump.* 58. *num.* 15. Car-
rot. *ubi ſup. quaſt.* 16. Maſcard. *concluſ.* 1292. *num.* 1.
Sacerdoti autem aſſerenti ſibi ab aliis dictum, & non 53
per confeſſionem ſcire, incumbit onus probandi, Maſ-
cardus *ubi ſup. num.* 5. Navar. *in cap. penult. dict.* 6. *num.*
164. quia præſumptio eſt contra ipſum, Carrot. *ubi qu.*
15. Vnde ſi confeſſus accuſat Sacerdotem de detecta, 54
& prodita confeſſione; & Sacerdos negat, quòd au-
dierit confitentem in confeſſione, ſed extra, Sacerdoti
non creditur, niſi probet; quòd ſi non probat, ob id
pœna extraordinaria eſt puniendus, Menochius *lib.* 2. *de*
arbitrar. caſu 314. *num.* 8. Carrot. *dict. quaſt.* 16. *num.* 2.
Maſcard.

Maſcard. *ubi ſup. num.6.* Hoc tamen eſſe intelligendum
55 de Sacerdote malæ ſamæ, arbitratur Martin. del Rio
tom. 3. diſq. magic. lib. 6. cap. 1. ſect. 2. & quidem in
eo, qui bonæ famæ eſt, putat Lazarius, *ſect. 2. quæſt.
17. num. 3.* ubi dicit, ſufficere jusjurandum pro probatio-
ne, ſi teſtes deſint.

56 Soli Sacerdoti credendum eſt de commiſſione diſtribu-
endi pecuniam in ſchedula contentam pro relevatione
conſcientiæ defuncti, abſque alia mentis illius prodi-
tione, ſeu declaratione, ſecundum Auguſtin. Beroium
d. quæſt. familiari 12. *num. 3.* Quod benè notat pro li-
mitatione *l. un. C. de mandatis Principum, & cap. cum
in jure peritus, de officio judic. delegat.* & videtur tex.
in cap. omnis, de pœnit. & remiſſ. nam ut dicit Bal. *in l.*
57 *2. C. fideicommiſſis*, quòd conſcientia eſt Angelus hu-
manæ vitæ præſidens, cui ſoli ſtandum eſt, omiſſis api-
cibus juris, quoniam lex commendat, & fovet illud, quod
ex conſcientia factum eſt, cui non convenit de apicibus
juris diſputare. *l. ſi fidejuſſor, §. quædam, ff. mandati.*
58 Unde commiſſum ad conſcientiam, videtur ad verita-
tem commiſſum, ut ibi denotat *Bal.* & habetur *Lucæ
cap. 11. & in cap. unico, de ſacra unctione*: ſatis eſt
59 rationem conſcientiæ habere quoad Deum, & quando
Deus eſt judex, alius teſtis quàm conſcientia tua non
erit, *cap. cuſtodiſti, 11. q. 3.* ideoque de his, quæ Sacer-
dos habuit in confeſſione, & conſcientia, non ſunt
alii teſtes neceſſarii; ſed ille ſolus. Quæ ſententia ſuade-
tur, nam ſi ex diſpoſitione teſtatoris ſimplici dicto ju-
rato unius ſtandum eſt, ut ſuprà diximus *ex dict. l.*
60 *Theopompus, ff. de dote prælegata*, quanto magis ex diſ-
poſitione Dei in foro conſcientiæ ſtari debet dicto unius
Sacerdotis, qui vices Dei gerit, ut credatur ei de om-
nibus, quæ is aſſeruit à peccatore habuiſſe, aliter ipſum
peccatorem non prodendo, *ut in dict. cap. dilectus, de
exceſſib. Prælat.* Auguſt. Beroius, *dict. quæſt. 12. num. 6.*

61 Neque obſtat dicere, quòd confeſſori non ſit cre-
dendum de diſtributione bonorum facienda, alioquin
hæredibus defuncti valdè præjudicare, & cui vellet con-
tra mentem defuncti dare poſſet; & idcirco de his, quæ
ipſe facit, pro executione ſibi commiſſa rationem Or-
dinario loci reddere tenetur, quia ſimpliciter illi credere
non debet, *Clement. unica, de teſtam.* Tamen reſ-
pondetur illud eſſe verum quando Religioſus ut homo à
defuncto extra caſum pœnitentiæ fuiſſet deputatus exe-
cutor alicujus ultimæ voluntatis, & ita intelliguntur
tradita *in dict. Clementin. unic.* Secùs ſi in foro conſci-
entiæ, & animæ, & pœnitentiæ Religioſus diceret ſibi
fuiſſe aliquid commiſſum pro exoneratione conſcientiæ
defuncti, tunc enim Sacerdoti credendum eſſet, quo-
niam non ut homo deponeret, ſed ut Deus per prædicta;
quod maximè probandum eſſe, dicebatur conſideran-
do conditionem, & qualitatem illius optimi Sacerdotis,
vel Religioſi, qui adminiſtrator bonorum non erat,
neque talis, ut veriſimilitèr hæredes, aut alii potuiſſent
ſuſpicari, quod ipſe ſua ſponte declarationem facere vo-
luiſſet, & ſuratus fuiſſet ſchedulam: argum. *cap. abſit,
11. quæſt. 3.* Immò credendum eſt ipſum ſchedulam
habuiſſe à defuncto pro exoneranda, exequendaque vo-
luntate civis.

62 In cauſa tamen cujuſdam civis Conchenſis, qui fuit
Officialis domus Regalis monetæ, in hac ingenti Cu-
ria, qui in articulo mortis commiſerat Religioſo, &
cuidam Clerico diſtribuere quindecim millia argenteo-
rum perſonis aliquibus pro exoneratione ſuæ conſcien-
tiæ, eo quod ipſi commiſſarii erant diſcordes, & clarè
non conſtabat de commiſſione, mortuoque Religioſo,
probatus fuit Clericus non bonæ famæ, & opinionis;
Senatus ſupremus Regius judicavit hujuſmodi pecuniam
fore ſequeſtrandam, ut ad unguem adimpleretur volun-
tas defuncti, licèt ipſe Clericus inſtaret ſe commiſſio-
nem habuiſſe à defuncto in foro pœnitentiæ, die men-
ſis Maii anno 1621. coram Michaële Moreno ſcriba
Provinciæ.

Cùm ſupra diximus, nuncio in his, quæ ad ejus of- 63
ficium pertinent, credendum eſſe, ad illud infertur,
quod nuntio, ſeu alguacelo nuncianti creditorem in
poſſeſſionem bonorum Joannis miſiſſe, quodque bona
ſint ipſius Joannis, niſi aliud oſtendatur, credendum eſt,
ut voluit Bald. *in l. 1.* Gloſ. *ibi C. de privil. fiſci, &
in l. 2. verſ.* (ſed hic dubitatur,) *C. quando fiſcus, vel
privatus*, tradit Salycetus *in l. ob maritorum verſ.* (juxta
dictum,) *C. ne uxor pro marito*, Imol. *in l. à Divo Pio,
§. ſi quoque, ff. de re judicat.* & Alexand. *in dict. l. §.
ſuper rebus*, Decius, qui ita Senis reſpondiſſe dicitur *in
cap. cum parati, de appellat.* Alciatus *præſumpt. 14. re-
gul. 3. numero* 4. Aſinius *in dict. §. 9. cap. 5. nume-
ro 1.*

Ipſis tamen nuntiis de alicujus bonorum diſcuſſione 64
creditur, cùm nunciant nulla debitoris bona reperiſſe,
ideoque manum ad immobilia appoſuiſſe, juxta *l. à Di-
vo Pio, §. in venditione, ff. de re judicata.* & idem cre-
dendum eſt, ſi nulla bona reperiſſe renuntient, pariter
nulla diſcuſſione opus erit, ut contra fidejuſſorem agi
poſſit, ut ait Bar. *in dict. §. in venditione* &
Alex. Bal. & Salicet. *in Auth. hoc niſi debitor. C. de pign.*
Rurſus idem voluit Bart. *in l. in illa ſtipulatione, ff. de
verb. oblig.* Bart. *in l. §. ſi dubitetur, ff. quemadmodum
teſtamenta aperiant. & in conſ. 90.* Signorolus *conſ. 17.*
Bal. *in Auth. ſed hodie, C. de actionib.* Alex. *in l. exitus,
ff. de acquirenda poſſ.* Guid. Papa *decis. 628.* Magon.
deciſ. Lucenſi 66. *num. 7.* Surd. *conſ. 39. num. 16. lib. 1.*
Rolandus à Valle *conſ. 9. num. 35. lib. 1.* *Joann. Butta
conſ. 61. num.* 1. Ubi dicit, probari debitorem non
eſſe ſolvendo, ex quo nuntius retulit Judici in actis,
ſe non inveniſſe quid exequibile in bonis debitoris:
quæ ratio in actis facit notorium Bald. *in l. perſequuti,
num. 6. C. de pign.* Angel. *in §. ſi quis in fraudem, Inſtit.
de actionibus.*

QUÆSTIO X.

An fidejuſſor evictionis ex perſona principalis poſſit forum declinare?

SUMMARIUM.

1 *Exceptio fori declinatoria principali Clerico cõpetens, non competit ejus fidejuſſori laico.*
2 *Exceptio realis competens principali, etiam ſuffragatur ejus fidejuſſori.*
3 *Etiam ad impediendam obligationem Cameralem.*
4 *Exceptio reſpiciens merita cauſæ, & principali competens, juvat etiam fidejuſſorem.*
5 *Fidejuſſor ipſo jure liberatur per novationem cum principali factam, niſi fidejuſſor nova obligationi acceſſerit, num. 6.*
7 *Fidejuſſor accedens naturali obligationi, non poteſt objicere naturalem obligationem non parere actionem.*
8 *Extenditur, ut procedat, principali invito, & negante, & contradicente.*
9 *Extenditur etiam, quando principalis ea exceptione uti non poteſt, quia eſt excommunicatus.*
10 *Item ſive dicta exceptio ſit orta ante, ſive poſtquam intercеſſerit.*
11 *Limitatur in exceptione fori declinatoria.*
12 *Limitatur etiam in exceptione, quæ tantum perſonam principalis debitoris reſpicit.*
13 *Exceptio, quæ de æquitate, & jure ſpeciali competit, non ſuffragatur fidejuſſori.*
14 *Exceptio etiam mutationis ſtatus principali competens, non juvat fidejuſſorem.*
15 *Declaratur concluſio.*
16 *Limitatur in criminalibus.*

17 *Exceptiones reales qua dicantur?*
18 *Moratoria conceſſa principali debitori, non prodeſt ſuis fidejnſſoribus: & explicatur.*
19 *Referuntur dua cautela.*
20 *Lite pendente cum principali debitore, interim poteſt conveniri fidejuſſor.*
21 *In obligationibus ſolvendi, exceptio, qua competit reo principali, non prodeſt ejus fidejnſſoribus.*
22 *Quod declaratur.*
23 *Beneficium principali conceſſum, nè conveniatur ultra quàm ſacere poſſit, non opitulatur ejus fidejuſſori.*
24 *Limitatur in dilatione conceſſa per majorem partem creditorum.*
25 *Dilatione hac pendente, & comprobatione ſacta creditorum, nihil eſt novandum, nec mandatum ſolvendi executandum.*
26 *Impedit executionem.*
27 *Non poteſt debitor dilatione tranſacta, aliam petere.*
28 *Actus ſimpliciter factus intelligitur de prima vice.*
29 *Reſtringitur principalis concluſio, quando reus comparet ad fidejuſſoris defenſionem.*
30 *Reſtringitur, ſi nni debitori dilatio ſit conceſſa motu proprio.*
31 *Limitatur, quando fidejuſſor non renunciavit beneficio cedendarum.*
32 *Ponitur cautela pro fidejuſſore.*
33 *Fidejuſſor poteſt excipere ex perſona rei.*
34 *Duplex ratio aſſignatur.*
35 *Reſtringitur quando fidejuſſor ſe conſtituit debitorem, & pagatorem.*
36 *Privilegium, immunitas, exemptio, qua principali debitori competunt, ad fidejuſſorem protrahuntur.*
37 *Quod declaratur.*
38 *Securitas, & ſalvus conductus à Principe datus debitori, & reo principali, & ejus fidejuſſori ſuffragatur.*
39 *Fidejuſſor utitur omnibus exceptionibus, & juribus quibus ipſe principalis.*
40 *Declaratur, quod ut privilegium competens principali, ſuffragetur fidejuſſori, requiritur quod reus principales ſuſcipiat judicium.*
41 *Idem eſt, quando fidejuſſor ſe opponit in judicio, non ut fidejuſſor, ſed ut principalis defenſor.*
42 *Remedium* l.2. C.de reſcind. vend. *non ſolum opitulatur principali, verum etiam fidejuſſori.*
43 *Jus excipiendi, & defendendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
44 *Exceptio, quæ nocet authori, nocere debet ſingulari ſucceſſori.*
45 *Fidejuſſor mariti, gaudet privilegio, & ſecuritate mariti.*
46 *Contrarium tenetur in ceſſionario mariti.*
47 *Fidejuſſor mulieris juvatur auxilio Vellejani, ſicut ipſa mulier.*
48 *Hac exceptio perſonalis videtur, & fidejuſſori non competit.*
49 *Vellejanum conſulit mulieri, non quia mulier ſit, ſed quia interceſſit.*
50 *Fidejuſſor filiiſamilias juvatur beneficio Macedoniani.*
51 *Privilegium competens Principi, & ejus fiſco, etiam competit fiſci fidejuſſoribus.*
52 *Quod declaratur in privilegio, beneficio, & exemptione, ac immunitate reali, quæ re, & cauſæ intuitu conceſſa eſt.*
53 *Privilegium competens fidejuſſori non tranſit in principalem debitorem.*
54 *Præſcriptio rei principalis, fidejuſſori opitulatur.*
55 *Quia eſt exceptio cohærens rei. Contrarium refertur ibidem.*
56 *Exceptio, ne quis in plus conveniatur, quàm facere poteſt, conceſſa principali, non extenditur ad fidejuſſorem.*
57 *Explicatur hoc.*
58 *Exceptio iſta datur parentibus; liberis, patronis, ſociis, ſoceris, maritis, Clericis, & ſimilibus perſonis.*
59 *Hæc exceptio eſt perſonalis, nec tranſit ad fidejuſſores.*
60 *Neque hoc beneficium ad hæredes tranſmittitur.*
61 *Fidejuſſor Familiaris ſancti Officii Inquiſitionis non gaudet beneficio, & exceptione fori declinatoria dicto rei principali competente.*
62 *Fidejuſſor Officialis ſancti Officii ſi ſit reus, licèt poſſit in ſe ſuſcipere judicium pro ſuo fidejuſſore, id tamen debet agere coram Judice ſeculari, ubi judicium fuit inſtitutum.*

AN Fidejoſſor ex perſona principalis obligati poſſit 1
declinare forum? Bald. *in rubr. C. de privilegio dotis, in fine*, formet quæſtionem in fidejuſſore Clerici,
& inquit, ex intentione Speculatoris *in tit. de compet. jud. §. regulariter, verſicul.* (Sed pone, Clericus;) quod non
poteſt, quia illud eſt privilegium perſonale, quod ad
ejus fidejuſſorem non tranſit, *l. ſi reus, ff. judicatum ſolvi, l. ſed & ſi reſtituatur, in principio, ff. de judic.* & ita
ſe conſuluiſſe aſſerit Romanus *ſingulari* 627. Matthæus
de Afflictis *deciſione* 26. Hippolitus de Marſiliis *in rubr. de fidejuſſoribus, quæſt. 4. l. verum, in principio. ff. de fidejuſſoribus, l. etſi fidejuſſor, ff. de re judicata*, licèt regulariter contra *l. omnes: ff. de exceptionibus*, Alexander *in conſil. 66. libro* 4. Philippus Decius *conſil. 25. column. fin.* Nevizanus, qui alios allegat *conſil. 51. n. 27.*
Gaſpar. Caballinus *in tractatu de evictionibus §. 3. num.*
132. Joach. de Arnon. *problemate* 79. Carpſan. *ad ſtatut. Mediolan. parte 1. capitulo 44. num. 67. & 68.* Pyrrus
Maurus Aretinus *de fidejuſſorib. ſect. 9. §. 22.* Anton.
Heringios *de fidejuſſoribus 4. parte, cap. 27. num. 79.*
Franchis *deciſ. 400. n. 4.* Bauerius *in ſuis ſingularib. in verb.* (Cautio,) *num. 6. & 7.*

Ex hoc infertur, quod omnis exceptio ac defenſio 2
realis, & obligationi inhærens, quæ competit principali debitori, etiam utiliter ſuffragatur, & competit ſpontaneo fidejoſſori: omnia enim jura, & exceptiones reales, & rei, & obligationi cohærentes, competenteſque
principali debitori, ex quibus ſe tueri poteſt adverſus
creditorem, competunt etiam fidejuſſori. Hæc concluſio fundatur *in l. exceptiones, l. 2. §. rei, & in l. omnes, ff. de exceptionibus, l. defenſiones, C. de except. l. ſi quis poſtquam, & l. ubicumque, ff. de fidejuſſoribus*, cum *l. ſi ſtipulatus, & l. ex perſona, ff. eod. tit.* & faciunt text. *in l. & ſi quis, in §. quæſitum, verſ.* (item quæritur,) *ff. ſi quis caut. l. fin. §. fin. C. de uſuris rei judicata, l. 1. in princip. ff. ut in poſſ. legat.* Joannes Cephalus *conſil. 577. n. 8. volumine 4.* Rota *diverſorum deciſ. 93. n. 1. par. 1.* ubi dicit hoc procedere etiam ad obligationem Cameralem 3
impediendam, Jaſ. *conſil. 133. n. 35. lib. 4.* Paul. Pariſius
conſil. 96. num. 39. lib. 3. Roman. *ſingulari* 321. Joannes
Petrus Surdus *deciſ. 301. num. 12.* qui *n. 13.* dicit, hoc
etiam habere locum, quando exceptio concernit merita, 4
& obligationem ipſam, Paulus Pariſius *conſil. 121. n. 8. lib. 1.* Hieronymus Magonius *deciſ. Florentina 110. n. 3.*
Flaminius Cartarius *dec. Januenſi, num. 2.* Proſperus Farinacius *in praxi criminali, in tractatu de carceribus, quæ. 34. num. 25.* qui dicit, quòd hæc non procedunt in
criminalibus, in quibus requiritur præſentia perſonæ:
& hanc concluſionem ſectantur Beccius *conſil. 45. n. 45.* Mazuol. *conſil. 51. num. 27.* Maranta *conſil. 145. n. 7.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. part. 2. cap. 159. num. 16.* Valent. Franc. *de fidejuſſorib. cap. 3. num. 20. & 24.*
Muſcatel. *in prax. fidejuſſ. par. 2. quæſt. 8. num. 1. & 2.*
Gratus *reſponſo 28. num. 18. lib. 1.* & ideo ſi reus eſt
tutus ratione obligationis nondum natæ, vel inutilis,

tali

tali exceptione etiam fidejuſſor defendi poteſt, *l. ſi teſta-*
mento, §. fin. & l. ſi quis pro eo, §. ſi nummos, ff. de fidejuſ-
ſoribus, Bald. *in l. tàm mandatori, num. 7. verſ.* (& ad
hoc, ut hæc materia liqueat,) *C. de non numerata pecun.*
Pari ratione, ſi reus eſt ſecurus ratione diſſolutæ obliga-
tionis, ipſo jure, vel ope exceptionis, etiam fidejuſſor
talem exceptionem allegare poterit, *l. ex perſona, ff. eo-*
dem, dict. l. exceptiones, §. rei, l. 1. §. exceptiones. ff. qua-
rum rerum actio non detur, Bal. *in l. tam mandatori, n. 4.*
C. de nō numerata pecun. Præterea ſi reus novaverit obli-
5 gationem, cui fidejuſſor acceſſerat, ipſo jure fidejuſſor
intelligitur liberatus, quia prior obligatio eſt extincta,
& in alium transfuſa: quo fit, ut exceptio novationis,
6 quæ prodeſt debitori principali, etiam ſuffragetur ejus
fidejuſſori, niſi fidejuſſor etiam novæ obligationi acceſſe-
rit, *l. ubicumque, ff. eodem.* Bald. *in dict. l. tàm mandato-*
7 *ri, num. 4.* Quod idem, quando fidejuſſor accedit natura-
li obligationi, nam tali caſu non poteſt objicere, natu-
ralem obligationem non parere actionem, cum ex ſti-
pulatione fidejuſſor efficaciter obligetur, *l. blanditus, C.*
de fidejuſſoribus: & ad præmiſſa videantur Marſil. *in*
rubr. de fidejuſſorib. num. 267. quæſt. 6. Grammat. *conſil.*
170. *num. 2.* Magoo. *decîſ. Florent. 110. num. 4.* & ratio
eſt, ne ſi debitor principalis non ſit ſolvendo, fide-
juſſor ſuam pecuniam perdat, *l. fidejuſſor. & l. ſi ſtipu-*
latus, ff. de fidejuſſor. Bald. poſt Gloſ. *in dict. l. tam man-*
datori, num. 15. Pariſ. *conſil. 121. num. 9. & 10.* qui di-
cit communem *lib. 1.*

8 Extende ut hoc etiam procedat, principali invito,
negante, & contradicente, *dict. l. omnes, ff. de except.*
Bald. *in l. ſtipulatus, n. 1. ff. de fidejuß.* Pariſ. *conſil. 96. n.*
39. lib. 5. Bertaz. *de clauſ. 41. gloſſ. 7. num. 4.* ubi dicit,
quòd regulariter fidejuſſor poteſt opponere illaſmet ex-
ceptiones, quas reus principalis, etiam reo invito: Pyrr.
Maur. Aretinus *de fidejuſſor. ſect. 9. §. 11. num. 7.* Anton.
Heriog. *eodem tract. part. 4. cap. 27. num. 5. & 6.* Joann.
Zangerus *de except. part. 3. cap. ult. num. 59.*

9 Extende etiam quòd principalis talem exceptionem
opponere, & ea uti non poſſit, ex aliquo accidenti, putà,
quia excommunicatus: nam eam nihilominus fidejuſſor
objicere poteſt, Pariſius *conſil. 121. num. 10. lib. 1.* Marſil.
rubr. de fidejuſſ. quæſt. 36. num. 269. & 271. Franciſcus
Beccius *conſil. 45. num. 46.* qui dicit, quòd fidejuſſor
etiam illas exceptiones opponere poſſit, à quibus prin-
cipalis eſt excluſus, Abbas *in cap. cùm inter, num. 26. de*
except.

10 Extende, ut fidejuſſor poſſit ſe tueri exceptione, quæ
reo competit, etiam quòd dicta exceptio ſit orta non
tantùm ante, verùm etiam poſteaquàm interceſſit, *l. de*
fidejuſſoribus. ff. de fidejuſſ. Gloſ. magna *in l. verum, ff.*
de compenſat. Pariſius *dict. conſil. 121. n. 8. lib. 1.* Bald.
in dict. l. tam mandatori, n. 7. C. de non num. pecun. Pyrr.
Maur. Aretin. *de fidejuſſ. ſect. 9. §. 11. n. 9.*

11 Reſtringe primò, in exceptione fori declinatoria
competente principali, quia Clericus non ſuffragatur
ejus fidejuſſori, *l. ſed & ſi reſtituatur, §. 1. ff. de judic. l.*
ſi reus, ff. judicatum ſol. Roman. *ſing. 627.* Afflictis *dict.*
decîſ. 206. num. 2. Angel. *in dict. l. ſi reus, ff. judicat. ſol.*
& ideo fidejuſſor laicus, qui eſt fidejuſſor Clerici, non
remittitur ad judicem Eccleſiaſticum, Guid. Pap. *decîſ.*
562. num. 6. Heringius *ſuprà, num. 1.*

12 Reſtringe ſecundò in exceptione, quæ tantum perſo-
nam principalis debitoris reſpicit, & ipſius tantùm in-
tuitu, contemplatione, & reſpectu conceſſa eſt, quæ co-
hæret perſonæ principalis debitoris, Bald. *in dict. l. tàm*
mandatori, num. 3. Ferrar. *in praxi, in forma actionis rea-*
lis, in gloſſ. (ſalvis aliis exceptionibus.) *num. 14.* eùm
enim perſonalis ſit, perſonam rei principalis non egredi-
tur, *l. exceptiones, quæ perſonæ. ff. de excep. l. privilegia, &*
in l. in omnibus. ff. de reg. juris, Brunus *de ceſſ. bonor. q. 8.*
n. 3. Exceptiones enim, quæ ſunt inſeparabiles à perſona
debitoris, non poſſunt prodeſſe fidejuſſori, *l. ubicumque,*
ff. de fidejuſſ. ſecùs verò ſi non perſonæ, ſed rei, & cau-
ſæ concedantur, & cohæreant. Marſil. *in dict. rub. quæſt.*
36. n. 275. Mantica *de tacit. & ambiguis convent. part. 2.*
lib. 6. tit. 15. n. 6. qui hoc exemplificat in exceptione non
numeratæ pecuniæ: & ideo exceptio, ne quis conve-
niatur, niſi in quantum facere poteſt, competens prin-
cipali, non extenditur ad fidejuſſorem, Flaminius Car-
tarius *decîſ. executiva, Jan. 7. num. 9.* Et hinc etiam fit, 13
quòd exceptio, quæ de æquitate, & jure ſpeciali compe-
tit principali, non ſuffragatur fidejuſſori: Azo *in ſum-*
ma, C. quod cum eo, Cartarius *d. decîſ. 7. num. 10.* Deduci-
tur etiam, quòd ſi reus bonis ceſſerit, licèt ipſe conveni-
ri non poſſit, cùm ex ceſſionis beneficio ſe defendi poſſit,
§. fin. Inſtit. de actionib. l. 1. qui bonis cedere poſſint, non
tamen hujuſmodi exceptio competit fidejuſſori, *§. fin.*
Inſtit. de replicat. Bald. *in l. Titius, num. 2. ff. de procurat.*
l. hæredes à debitore, §. quod ſi ſtipulor, ubi Bart. *num. 1.*
ff. de fidejuſſ. Jaſ. *in §. fin. n. 25. Inſtit. de action.* Matth.
Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt. 8.* Ant. Gomez *tom. 2. var. cap.*
14. num. 9. Joan. Zanger. *de except. 3. part. cap. 39. num.*
216. & 220. Laurentius Sylvanus *conſil. 24. n. 1.* Ant.
Heringius *de fidejuſſor. part. 4. capit. 27. à num. 99.* Mar-
ta *decîſ. Piſana 118. num 4.* Pyrrus Maur. Aretinus *de*
fidejuſſorib. ſect. 9. §. 9. à num. 1. Hinc etiam fit, quòd 14
exceptio mutationis ſtatus competens principali, non
juvat fidejuſſorem, *l. ſi ſciat, l. 1. C. de fidejuſſ.* Bald. *in*
dict. l. tàm mandatori, num. 4.

Reſtringe tertiò, & perpetuò memineris, quòd ex- 15
ceptio omnis, quæ competit debitori principali, etiam
competit fidejuſſori, ut procedat, quando ipſa exceptio
reſpicit obligationem, & merita cauſæ, aliàs ſecùs, ut
num. 4. ſuprà tetigimus, & habetur *in l. 2. ff. quæ res*
pignori obligar. poſſ. & in l. conſtitutionibus, C. de uſuris,
ubi Bald. Marſil. *in dict. rub. n. 268.* Franciſcus Beccius
conſil. 45. n. 46. Everardus *conſil. 7. num. 1.* Surd. *conſil.*
20. num. 1. & 36. lib. 1. & decîſ. 301. num. 13.

Reſtringe 4. in criminalibus: nam regula, quòd ex- 16
ceptio competens principali, competit etiam fidejuſſo-
ribus, intelligitur in civilibus; ſecùs tamen in crimina-
libus: Riminal. Jun. *conſil. 378. n. 26.* Surdus *conſil. 271.*
num. 23. Farinac. *tom. 1. crimin. quæſt. 34. num. 27.* Pyrr.
Maur. Aretin. *de fidejuſſ. ſect. 9. §. 11. n. 16.*

Quæ autem dicantur exceptiones reales? Reſpondeo 17
eſſe illas, quæ ipſam rem afficiunt, & ea re ipſa cauſam
& originem trahunt: non aliter atque vitia realia dicun-
tur, quæ rebus hoc eſt poſſeſſionibus ipſis inhærent. *l.*
vitium, C. de acquirend. poſſ. §. furtivæ, Inſtitut. de uſucap.
cùm etiam ab initio obligationis rei, non autem debito-
ris perſonæ acceſſerint, atque ideo meritò ad rem ipſam,
ſive cauſam, non autem ad perſonam reſpiciatur.

Moratoria, qua ſolet muniri debitor, nè ab eo intra 18
quinquennium quid petatur, conceſſa principali debi-
tori, non prodeſt ſuis fidejuſſoribus, & maximè ſi non
ſunt nominati in ſupplicatione. Privilegium perſonale,
& perſonam debitoris non egreditur; *regula, privile-*
gium, de reg. jur. lib. 6. Cyn. Bald. Salycet. & Jaſ. *in*
l. quoties, C. de precibus Imper. offer. Menoch. *lib. 2. de*
arbitrariis, caſu 203. num. 20. & caſu 337. in fin. Caro-
lus de Graſſis *de except. 32. numer. 37.* Marcheſan. *de*
commiſ. 4. cap. 1. num. 25. & 27. Afflictus *de execution.*
cap. 2. num. 10. & 20. Muſcat. *in ſua prax. fidejuß. 2.*
part. quæſt. 9. Qui dat duas cautelas, ad hoc ut Moratoria 19
profit fidejuſſoribus: Brunus *in ſua tract. de excuſſ. bon.*
quæſt. 8. num. 6. qui dicit, quòd neque beneficium
ceſſionis, neque quinquennalis, extenduntur ad fide-
juſſores, Bovius *de ſtatu urb. præſcript. gloſ. 21. num. 64.*
& 65. qui poſt multas diſtinctiones *numer. 66. & 67.*
pro hac parte concludit: Surdus *conſil. 327. numer.*
23. vol. 3. ubi vult, quòd lite pendente cum princi- 20
pali debitore, iterum poteſt exigi fidejuſſor, nam
in obligationibus ſolvendi exceptio, quæ compe-
tit reo principali, non prodeſt ſuis fidejuſſoribus,

22 Bal. in d. l. quales, Bonius d. tract. gloſ. 21. num. 65. Et
ratio eſt, quia hæc exceptio reſpicit perſonam debito-
ris; ideò ipſum egreditur, l. exceptiones, ff. de except.
l. quia tale, & ibi Bart. Barboſa, ff. ſolut. matr. Matheſil.
ſingul. 104. Cremenſ. ſing. 20.
23 Hinc fit, quòd beneficium conceſſum principali de-
bitori, nè conveniatur ultra quàm facere poſſit, cum ſit
perſonale, non prodeſt ejus fidejuſſoribus, l. etſi fide-
juſſor. ubi Gloſ. Bar. & Alexand. ff. de re judicat. B unus
dict. tract. quæſt. 25. 4. qu. princip. num. 1. & ſequent. &
quæſt. 6. num. 3. ejuſdem quartæ partis principalis, Pyr.
Maur. Aretinus de fidejuſſorib. ſect. 9. §. 10. num. 10.
24 Reſtringe tamen hanc concluſionem in dilatione
conceſſa debitori per majorem partem creditorum, quæ
conceſſa principali, etiam opitulatur ejus fidejuſſoribus,
ita ut non valeant executari in bonis, & in perſonis, l.
omnes exceptiones, ff. de except. Paul. de Caſtro in l. reſ-
criptum, Jaſ. in l. juriſgentium, §. hodie. ff. de pactis, Greg.
Lopez in l. 6. gloſ. fin. tit. fin. par. 5. Alberic. in l. quoties
C. de precibus Imperat. Afflict. deciſ. 288. Anton. Hering.
de fidejuſ. cap. 22. num. 82. Nicolaus Genua libr. 3. de pri-
vata ſcriptura, quæſt. 1. num. 11. Cevallos tom. 2. commun.
quæſt. 701. num. 16. Antonius Bardus de tempore utili,
vel inutili; num. 10. Pyrrus Maurus Aretinus de fide-
juſſoribus, ſect. 9. §. 10. num. 11.
25 Vnum tamen ſingulare, & in praxi frequentiſſimum
eſt conſiderandum, quòd dilatione hac pendente, &
comprobatione facta creditorum, nihil eſt novandum,
nec mandata ſolvendi ſunt executanda, ſicut appellatio-
ne pendente nihil novari debet; rub. ff. de eodem, Vita-
lis de Cambinis de clauſul. clauſ. (nihil novari,) ita ut
dilatione annali, vel quinquennali pendente, non ca-
piantur bona, nec perſona, etſi quis eſſet obligatus ſtri-
cta quacumque obligatione: idem eſt dicendum pen-
dente verificatione creditorum, & poſt verificationem,
quemadmodum dicimus de tempore poſt appellationem,
& ante; cap. non ſolum de appellationibus, Rebuff. tom. 2.
ad leg. Gallic. tit. de dil. annalib. & quinquennalibus,
gloſ. 1. num. 60. & 61. & impedit executionem, Anton.
26 Faber, deciſ. 3. ad tit. C. de precib. Imperat. afferen. Joann.
Aloyſius Riccius collectan. 393. ampliat. 3.
27 Subſequitur etiam non minus frequens atque elegans,
valdequè notandum ſingulare, quod debitor dilatione
tranſacta non poteſt petere aliam dilationem, nec ce-
dere bonis: Gloſ. communiter recepta in l. fin. verſ.
(item tranſacto quinquennio,) C. qui bonis cedere poſ-
ſunt: quod notat Greg. Lopez in l. 5. tit. 15. part. 5. verſ.
(a la mayor parte) Afflict. deciſ. 378. num. 2. ubi Vr-
ſillus, num. 1. Alex. Trentacinq. lib. 3. reſol. 1. de ſolut.
num. 30. & reſolut. 2. n. 17. Gutierr. de juram. cap. 18.
num. 2. Paz in praxi tomo 1. 4. par. cap. 6. num. 6. Amator
Rodriguez de execut. cap. 8. num. 42. Villadiego in Pa-
lit. cap. 2. num. 267. Gratianus tom. 2. diſcept. forenſi 222.
num. 17. non enim dilatio niſi ſemel concedenda eſt,
Riccius dict. collectan. 393. part. 2. ampliat. 3. Antonius
Faber deciſ. Sabaudiæ 1. ad tit. C. de precib. Imper. alio-
quin fraudarentur creditores, niſi ſemel hæc dilatio con-
28 cederetur, argument. l. boves, §. hoc ſermone, ff. de verbo-
rum ſignificat. Actus enim ſimpliciter prolatus intelli-
gitur de prima vice, Barboſ. in l. divortio 8. §. quod in
anno, num. 18. ff. ſolut. matrimon. Cæſar de Graſſis de
exceptionibus, except. 17. num. 40. Thomas Zerola in
praxi Epiſcopali, in ver. (literæ quinquennales) verſ.
(Tertio,) Anton. Heringius de fidejuſſorib. cap. 5. num.
127. ibi: Sufficit una gratia, ne duplici onere credito-
res onerentur, ut tradit Zaſ. in l. ultim. verſ. (tertius
caſus eſt,) ff. de ceſſion. bonor.
29 Reſtringe principalem concluſionem, quando reus
comparet ad fidejuſſoris defenſionem, & opponit de
dilatione ſibi conceſſa. Cyn. & Bald. dict. l. quoties, C.
de precib. Imper. offer. Bald. in l. iam mandatori, n. 8. C. de
non n. pecun. Cucchus, de moratoria præſcript. n. 135. n. 16.

Reſtringe, ſi conceſſa ſit dilatio uni debitori motu 30
proprio Principis: nam tali caſu etiam operatur quoad
ejus fidejuſſorem, Aona conſil. 82. n. 9. & 10. & 27. Ant.
Heringius de fidejuſſorib. cap. 27. part. 5. n. 79. Pyrr.
Maur. Aretin. de fidejuſſorib. ſect. 9. §. 10. num. 13.
Reſtringe etiam, quando fidejuſſor non renunciavit 31
beneficio cedendarum Anton. Cucchus in tract. de morat.
num. 139. Valent. Franc. de fidejuſſor. cap. 3. à num. 154.
uſque ad num. 183. Muſcatel. in prax. fidejuſ. par. 2. q. 9.
Anguiſol. conſil. 142. num. 2. libr. 3. Ant. Hering. de
fidejuſ. cap. 27. part. 5. num. 76. cum ſeq.
Erit tamen optima cautela ad hoc, ut fidejuſſor frua- 32
tur dilatione, principali conceſſa, quòd fidejuſſor denun-
ciet litem ſuo principali, qui moleſtatur, & ideo inſtet,
ut compareat dictus principalis, ac veniat & ſuſcipiat in
ſe judicium, & opponat hanc exceptionem in perſo-
nam ſuam, dicendo ſua intereſſe, ne dictus fidejuſſor
in ſolidum conveniatur, l. Neſennius, ff. de re judic. l. fin.
in fin. C. de uſuris rei jud. l. idemque, §. generaliter. ff.
mandati, l. procurator ad exhibendum, §. 1. ff. rem rat.
hab. Bar. Bal. in l. verum, in princip. ff. pro ſoc. idem Bart.
in l. etſi fidejuſſor, num. 2. ff. de re jud. & in l. Stichum, §.
quod vulgò, num. 2. circa med. ff. de ſolut. Caſtr. in l. ma-
ritum, num. 10. ff. de ſolut. matr. Immola, & alii in l. non
tamen, cum l. ſeqq. ff. de reb. cor. Petrus Surdus conſil.
301. num. 16. Bal. in dict. l. iam mandatori, num. 26. qui
dicit, quòd fidejuſſor poteſt excipere ex perſona rei 33
etiam reo invito: hoc idem fatentur Francus de fidejuſſ.
cap. 3. num. 124. Hering. eodem cap. 27. part. 5. num. 5.
& 6. & ſuprà diximus.
Et duplex ratio hujus cautelæ aſſignatur. Prima, quia 34
hoc modo daretur fidejuſſori ſolventi pro debitore re-
greſſus contra debitorem principalem, etiam ultra quàm
facere poſſit, & ſic quod una via prohibitum eſſet, alte-
ra permitteretur. Pyrr. Maur. Aret. ubi ſup. ſect. 9. §. 10.
num. 17. Altera ratio, quia principalis debitor fidejuſſo-
res conventos, & exceptiones, quæ fidejuſſoribus non
communicantur ratione ſui intereſſe opponere poteſt,
Bar. in dict. l. idemque, §. generaliter. ff. mandati, Fab.
Aretin. in §. 1. num. 7. Inſtitut. de fidejuſ. Arias Pinel. in
l. 2. part. 2. cap. 33. num. 34. C. de reſcind. vendit. Suarez
in Theſaur. comm. opp. lit. F. num. 173.
Reſtringe, quando fidejuſſor ſe conſtituit principa- 35
lem debitorem, ſeu pagatorem, quia induciæ fidejuſſo-
ri non proſunt; ut ponit Aſinius de execut. cap. 72. verſ.
(ſecundò limitatur;) Additio ad Anton. Theſaur. deciſ.
115. Ant. Monach. deciſ. Florentina 49. num. 4.
Privilegium, immunitas, exemptio, ac ſecuritas, quæ 36
principali debitori competunt, etiam ad fidejuſſorem
protrahuntur, & porriguntur, Bart. in l. cùm filiusfamil.
§. ſi ſtipulatus, num. 2. ff. de verb. oblig. & in l. Marcel-
lus, in fin. ff. de fidejuſſ. Marſil. rub. eadem quæſt. 37. n.
284. & n. 286. ubi inquit, privilegium, & principalis 37
ſecuritatem ſuffragari fidejuſſori, etiam quòd fidejuſſor
dicti privilegii ſit incapax; quia ſecundum eum, inhabi-
lis ſuſtinetur per habilem, & hoc idem firmat Dynus 38
conſil. 11. dum ponit, quòd ſecuritas, & ſalvus condu-
ctus datus à Principe debitori, & reo principali, opitule-
tur fidejuſſori: quod & advertunt Cæſar Barzius deciſ.
Bonon. 78. Surd. deciſ. 301. num. 16. Ioann. Bapt. Coſta
de ratu, quæſt. 139. num. 8. & illa ratio aſſignatur, quia 39
fidejuſſor utitur omnibus exceptionibus & juribus; qui-
bus & principalis, l. conſtitutionibus, ubi Bald. C. de
uſuris, Jaſ. conſil. 133. num. 35. libr. 3. & ſuprà diximus.
Advertere tamen oportet in propoſito, quòd ad hoc ut 40
privilegium competens principali, etiam ſuffragetur ejus
fidejuſſori, requiritur, quòd reus principalis ſuſcipiat in ſe
judicium contra fidejuſſorem motũ, & opponat tale privi-
legiũ, & exceptionẽ ex ſua perſona dict. l. idemque §. ſed
generaliter. ff. mãdati, l. ſi fidejuſſor, ff. de fidejuſſor. Idẽ eſt, 41
quãdo fidejuſſor ſe opponit in judicio, non ut fidejuſſor,
ſed ut principalis defẽſor, l. verũ. §. 1. ff. pro ſocio; Lanfranc.
Baldus

Baldus *deciſ.* 17. *centur.* 1. 1. Marſill. *in dict. rub. de fidejuſſ. n.* 275. *&* 284. imò fidejuſſor tali caſu poterit ſe defendere ex perſona rei principalis, Natta *conſ.* 658. *n.* 6.

42 Hinc fit, quòd remedium *l.* 2. *C. de reſcindenda vendit.* non tantùm ſuffragatur ipſi principali debitori, verum etiam ejus fidejuſſori, Alex. & Jaſ. *in l.* 1. *C. de fidejuſ. minor.* Pyrr. Maur. Aretin. *de fidejuſ. ſect.* 9. §. 13. *num.* 8.

43 Unam tamen perpetuò notandum exiſtimo, jus excipiendi, & defendendi tranſire in ſingularem ſucceſſorem, *l. doli* 76. §. 1. *ff. de contrabend. empt. l.* 2. §. 2. *ff. pro emptore, l. ſi tertius,* 6. §. *ſi quis, ff. de aqua pluvia arcenda. l. ſicut.* 15. *C. de non numerat. pecun. l. ſi quis* 26. *C. de evictionibus, l. invitus,* §. *plerumque. ff. de regul. jur.* Bar. Bal. Salycet. & DD. *in l. ait Prætor. ff. de jurejurand.* Socin. *conſil.* 13. *num.* 5. *lib.* 3. Petrus Surd. *deciſ.* 163. *num.* 7. Tiraq. *de retr. conſang.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 128. Zangerus *de exceptionibus, par.* 3. *cap.* 26. *num.* 211. Et
44 ita etiam exceptio, quæ nocet authori, debet nocere ſingulari ſucceſſori: quod eſt verum de exceptione rei cohærente, hoc eſt, de ea, quæ merita, & ipſam obligationem concernit; non de ea, quæ ex delicto perſonæ oritur, *l. apud Celſum* 4. §. *de authoris,* 27. *ff. de except. doli mal.* Bal. *in l. ſi quis rem, ff. de procurat.* Alex. *in l. ſi eum dotem,* §. *ſi patri, ff. ſolut. matr.* Surd. *conſil.* 4. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1. Stephanus Bertrand. *conſil.* 168. *num.* 7. *lib.* 6. Zangerus *ubi ſuprà, num.* 213.

45 Infertur etiam, quòd fidejuſſor mariti gaudet privilegio, & ſecuritate mariti Alex. *in l. quia tale pactum, num.* 9. *ff. ſolut. matri.* qui declarat, quomodò procedere debeat fidejuſſor ad hoc, ut gaudeat privilegio mariti.

46 Cujus tamen contrarium ſtatuitur in ceſſionario mariti, quia non licitè capit uſuras, quas maritus caperet; & ſic non gaudet privilegio mariti, Iaſ. *conſil.* 92. *n.* 13. *&* 37. *lib.* 1.

47 Fidejuſſor mulieris juvatur auxilio Velleiani, ſicut ipſa mulier, *l. ſi mulier,* §. *fin. ff. ad Velleian.* Marſil. *in rub. de fidejuſ. quaſt.* 36. *num.* 270. Pyrr. Maur. Aretin. *ubi ſup. ſect.* 9. §. 13. *num.* 10. & Joan. Zangerus 3. *par. cap.* 26. *num.* 221. & ratio redditur ab ipſis Authoribus, quia exceptio Velleiani dicitur rei cohærere: ſed in dubi-
48 um vocatur; nam hæc exceptio perſonalis potiùs videtur, & conſequenter fidejuſſori non competit, *l. in omnibus,* 89. *ff. de regul. jur.* ubi hæc regula traditur: *In omnibus cauſis id obſervatur, ut quoties perſona locum facit beneficio, ibi perſona deficiente, beneficium quoque deficiat;* at beneficium Velleiani tale eſt; huic enim perſona mulieris locum facit: igitur hæc exceptio perſonalis eſt.
49 Sciendum tamen eſt, quòd Velleianum mulieri tribuitur, non quòd mulier ſit, ſed ideò, quia mulier interceſſit, & quòd eam obligationem, & interceſſionem totam Senatuſconſultum improbat, *l. mulier,* 14. *ff. ad Velleian.* Cald. *in l. ſi curatorem, in verb.* [minoribus,] *num.* 46. *C. de reſtitut. in integrum.* Non obſtat, quod dicitur in *dict. l. in omnibus*: beneficium perſonale eſſe, ubi perſona locum facit beneficio; nam hæc regula accipienda eſt, ubi perſona ſola ſine alterius cauſæ interventu locum facit beneficio, Petrus Faber, *in dict. l. in omnibus*: at ubi præter perſonam aliqua cauſa beneficii deſideratur, hoc beneficium perſonam egreditur, ut in Velleiano eſt dictum, & ſequitur Zangerus *ubi ſup. à num.* 224.

50 Fidejuſſor etiam filiiſamilias juvatur beneficio Macedoniani, *l. etſi pater,* §. *non ſolùm,* ubi Bar. *ff. ad Macedonian.* modò pater non habuerit ratum contractum per ipſum filium celebratum, *Marſil. in d. rub. quæſt.* 36. *num.* 269.

51 Privilegium conceſſum Principi, & ejus fiſco, etiam competit fiſci fidejuſſoribus, *l. in fraudem,* §. *qui pro alio, ff. de jure fiſci,* Peregrinus *de jure fiſci, lib.* 6. *tit. de debitoribus fiſcalibus, n.* 8. Aretinus *ubi ſup.* §. 13. *num.* 19.

Limita, & declara prædicta in privilegio, beneficio, 52
exemptione, ac immunitate reali, quæ rei, & cauſæ intuitu conceſſa eſt; ſecùs tamen in privilegio perſonali, quod perſonæ contemplatione eſt datum, quod cum non egrediatur perſonam, non tranſit in fidejuſſorem, Bar. *in l. cùm filiusfamil.* §. *ſi ſtipulatus, n.* 2. *ff. de verb. oblig.* Matthæus Brun. *de ceſ. bon. quaſt. princip. n.* 25. Marſil. *in dict. rub. quaſt.* 36. *n.* 273. *& quæſt.* 37. *num.* 284. Cephalus *conſil.* 437. *num.* 12. *lib.* 3. Dyn. *conſ.* 10. Aretin. *ubi ſup. num.* 20. *&* 21.

Limita etiam, quòd privilegium competens fidejuſ- 53
ſori non tranſit in principalem debitorem, *l. mora, ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. fidejuſſori, num.* 1. *ff. de pactis, & in l. ſi ego, ult.* §. *ſed ſi cum Seio, ff. ſi certum petatur,* Iaſ. *conſil.* 20. *num.* 4. *lib.* 1. Pyrr. Maur. Aretin. *ubi ſuprà num.* 22.

Præſcriptio rei, fidejuſſori opitulatur: de hac quæ- 54
ſtione videatur Bald. *in l. tam mandatori, num.* 16. *C. de non numerata pecunia,* qui firmat, quòd ſic, cum diſtinctione, quod hæc vera ſint in præſcriptione, quæ ipſo jure obligationem tollit; ſed ſecùs eſſe ait in præſcriptione, quæ tantùm obligationem elidit. Et hoc idem tenent Balb. *de præſcript. in* 2. *part. princip. quæſt.* 2. *num.* 13. *&* 14. Joſeph. Ludovic. *dec. Lucenſi* 31. *n.* 23. qui dicit, hoc non eſſe abſolutè verum; quòd ſicut poteſt opponi exceptio præſcriptionis à principali, ita & poſſit à fidejuſſore; ex Bal. *in dict. l. tam mandatori.* Et 55
ratio eſt, cur præſcriptio rei proſit fidejuſſori, quia præſcriptionis exceptio eſt cohærens rei, quòd fit, ut in fidejuſſorem tranſeat.

Contrarium tamen indiſtinctè eſt verum, quòd exceptio præſcriptionis, quæ competit ipſi principali, etiam ejus fidejuſſori commodo ſit: Franchus *de fidejuſſorib. cap.* 31. *num.* 31. Anton. Hering. *cap.* 27 *par.* 4. *num.* 44. Ea ratione moti; quia exceptio præſcriptionis realis eſt: tum etiam, quia exceptio ſolutionis ei adæquatur, *l. ſi pupillus* 45. *in fin. ff. de adminiſtratione tut.* ibi: (*Is autem, qui tempore liberatus eſt non ei ſimilis eſt, qui nihil habet, ſed ei, qui ſatisfecit*] Pyrr. Maur. Aretin. *d. ſect.* 9. §. 23. *num.* 4.

Exceptio, ne quis in plus conveniatur, quàm face- 56
re poteſt, conceſſa principali debitori, nec ad ejus fidejuſſorem porrigitur, & hoc ideò eſt, ne quis poſtmodum egeat, & mendicare cogatur, Bald. *in dict. l. tam mandatori, C. de non numerata pecun. & in l. etſi fidejuſſor, ff.* 57
de re judicat. Marſil. *in d. rub. de fidejuſſ. n.* 273. Flaminius Cartarius *deciſ. executiva Januen.* 7. *num.* 9.

Exceptio illa datur parentibus, liberis, patronis, ſo- 58
cüs, ſoceris, maritis, Clericis, & ſimilibus perſonis, quas ad unguem refert, & ſequitur noviſſimè Vincentius Carrotius, *de exceptionibus præjudicialibus, except.* 25. *& l.* 1. *tit.* 15. *par.* 5. Eſt tamen perſonalis hæc exceptio, quæ 59
non tranſgreditur ad fidejuſſores, Marſil. *de fidejuſ. n.* 273. Francus *eodem cap.* 3. *num.* 106. *& num.* 124. Petrus de Ubald. *de duobus fratribus part.* 15. *princip. num.* 4. Dec. & Cagnol. *in l. Divus, ff. de reg. juris.*

Neque etiam hoc beneficium ad hæredes tranſit, *l.* 60
etſi fidejuſſor, cum *lege ſequenti, ff. de re judicata,* Vincentius de Franchis *deciſ.* 698. *num.* 2.

Fidejuſſor Familiaris ſancti Officii Inquiſitionis non 61
potitur exceptione fori declinatoria dicto reo principali competente, quia hæc exceptio eſt perſonalis, & ex *l. ex perſona ff. de fidejuſſoribus, l. ſi reus, ff judicat. ſolvi,* & ex pluribus, quæ ſuprà retulimus. Anton. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 9. Jacobus Cancer. 2. *part. var. cap.* 5. *num* 161. Roman. *ſingulari* 633. Hieronymus Cenedo *quaſt.* 12. *num.* 3. qui in terminis reſolvit quæſtionem.

Quo tamen loco, iſte reus Familiaris ſancti Officii 62
poteſt, & debet proponere iſtas exceptiones tamquam neceſſarius defenſor fidejuſſoris, coram Judice fidejuſſoris, neque illius forum declinare poteſt, *l. venditor, ff. de judic. l.* 1. *C. ubi in rem act.* & de Clerico

defendente laicum ſuprà diximus ex Covar. *pract.* 8. *n.* 3. & de generali conſuetudine teſtatur Boër. *deciſ.*69. *ex num.* 27. *num* 7. Grammat. *deciſ.* 21. *num.* 4. Hieronymus Zenedo *dict. quæſt.* 12. *num.* 5. & latè de hujuſmodi quæſt. ſcripſerunt Collantes *de re frumentaria in fidejuſſore agricolæ, lib.* 2. *cap.* 13. Gutierr. *de juramento,* 1. *part. cap.*16. *n.*75. Aloyſius Riccius *collectan.* 53. *part.*1. licèt non ita in ſpecie; in genere quidem multa dixerunt hujuſmodi Authores, ad quos te remitto.

QUÆSTIO XI.

An evictionis actio competat ſingulari ſucceſſori contra authorem authoris?

SUMMARIUM.

1 *Si res tranſit per plures manus, an primus emptor teneatur de evictione?*
2 *Evictionis actio non datur ſingulari ſucceſſori contra authorem authoris.*
3 *Maritus ſuper re dotali conventus debet denunciare uxori, & uxor authori ſuo.*
4 *Actio de evictione eſt perſonalis, & ideo tantùm tenet perſonas obligatas, & earum hæredes.*
5 *Emptor non poteſt cogere authorem authoris ad ſuſcipiendam defenſionem rei, niſi fuerint ceſſa actiones.*
6 *Denunciatio non eſt neceſſe quòd fiat primo authori; debet tamen fieri venditori.*
7 *Venditor primus tenetur de evictione, ſi res evincatur ab immediato emptore, ſive ab habente cauſam ab eo; dumtamen non ex facto emptorum.*
8 *Si res per mille manus tranſiſſet, & ab ultimo evincatur, tenetur primus venditor dummodo non ſit ex cauſa ſucceſſorum.*
9 *Hoc tamen procedit, quando primo authori facta fuit intimatio litis, & quando alii ceſſerant jura contra authores, & ultimus habet jura ceſſa; aliàs eſſet neceſſe, quòd ultimus notificet ſuo authori immediato. & ſic ordine ſucceſſivo.*
10 *Cedula laudatoria non opus eſt, ut fiat primo authori, ſed ultimo venditori, quamvis primus ſemper teneatur de evictione.*
11 *Emptor, cui à venditore fuit evictio promiſſa, alteri vendidit; quâ jam evicta, an ſecundus emptor de evictione contra primum venditorem, à quo res illa deſcendit, agere poſſit?*
12 *Secundus emptor an contra primum venditorem agere poſſit, quia ſine actione experitur?*
13 *Sententia lata in favorem agentis ſine actione nulla eſt, nulla parte opponente.*
14 *Emptor, in particularem ſucceſſorem titulo oneroſo, vel lucrativo, rem alienans, evictionis actionem eidem ceſſit, an tunc ſingularis ſucceſſor ex jure ceſſo contra authorem authoris agere poſſit?*
15 *Si in donationis inſtrumento ceſſæ fuerint actiones omnes donatori competentes & competitura, occaſione ipſius rei donatarius conſtitutus eſt procurator in rem ſuam.*
16 *Actio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorem.*
17 *Actio perſonalis datur in ſubſidium contra tertios poſſeſſores.*
18 *Actio perſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem reſpectu rei ad rem.*
19 *Actio perſonalis favore ultimæ voluntatis datur in ſubſidium contra tertium poſſeſſorem.*
20 *Actio perſonalis pro alimentis, pro anniverſariis defunctorum, pro decimis, pro oblationibus, & tributis contra tertium agi poteſt.*
21 *Actio enim perſonalis, etſi non detur contra tertium poſſeſſorem, dabitur judicis officium.*
22 *Actio perſonalis datur in ſubſidium contra tertium ex cauſa lucrativa.*
23 *Quod ſecus eſſet ex cauſa oneroſa.*
24 *Actio perſonalis favore dotis, & fiſci datur contra tertium poſſeſſorem.*
25. *Actio perſonalis ſi propter impoſſibilitatem contra alium exerceri non poſſit, tunc impoſſibilitas operatur, quòd poſſit exerceri.*
26 *Exceptio in ſingularem ceſſionarium.*
27 *Actio perſonalis in rem ſcripta datur contra rei poſſeſſorem.*
28 *Actio l.* 2. C. de reſcind. vendit. *datur contra tertium poſſeſſorem, ſi primus emptor non ſit ſolvendo.*
29 *Actio l.* 2. *datur contra eum qui vendidit.*
30 *Actio iſta non datur contra tertium poſſeſſorem, niſi alienatio eodem morbo laboret.*
31 *Declaratur, quòd etſi dictum remedium ſit perſonale, etiam in rem ſcriptum; directè contra tertium intentari poteſt, niſi tertius fuerit ſciens.*
32 *Jus executivum eſt perſonale, & non ſequitur rem, nec tertium poſſeſſorem.*
33 *Tertius poſſeſſor, non eſt nominatus, nec continetur in inſtrumento, & contra non nominatum non poteſt fieri executio.*
34 *Obligatio perſonalis cohæret oſſibus obligati, & ideo tranſire non poteſt de perſona in perſonam.*
35 *Tertius poſſeſſor ille dicitur, qui non eſt hæres, vel ſucceſſor illius in quem principaliter jus exequendi competit.*
36 *Tertio poſſeſſori ſufficit ſuam poſſeſſionem probare, ut in eum executio non cadat.*
37 *Tertius poſſeſſor ſi titulo nullo, vel à lege reprobato poſſideat, adverſus eum executio datur.*
38 *Adverſus tertium poſſidentem rem emphyteuticam pro canone executio poteſt intentari in re emphyteutica.*
39 *Contra tertium rei emphyteuticæ poſſeſſorem executio non datur, niſi recognitio intercedat, & num.* 40. & 41.
42 *Limitatur concluſio, ut adverſus Tertium rem litigioſam poſſidentem detur executio.*
43 *Quando autem dicatur res litigioſa, & num.* 44.
45 *Si tertius poſſeſſor rem nactus fuerit per ſimulatum contractum, dabitur adverſus eum executio. num.* 46. 47. 48.
49 *Jus executivum habet locum adverſus eum, qui rem depoſito, vel commodato poſſidet.*
50 *Executio locum habet adverſus eum, qui dolo rem adeptus eſt.*
51 *Executio fit adverſus tertium poſſeſſorem in re hypothecata cum clauſula, de non alienando, nec eſt neceſſaria excuſſio.*
52 *Clauſula de non alienando cum generali hypothecæ impedit alienationem dominii.*
53 *Sufficit cum ſpeciali hypotheca.*
54 *Nec eſt neceſſaria excuſſio.*
55 *Et ſatis eſt poſſeſſorem citare, ut executio fiat contra Tertium.*
56 *Adverſus Tertium qui non habet titulum à debitore, executio locum non habet.*
57 *Alienatio facta à debitore, pendente lite cum ſuo creditore, fraudandi animo facta præſumitur.*
58 *An revocatoria, vel executiva actione agendum ſit, referuntur ſententia, num.* 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68.
69 *Tertius poſſeſſor citandus eſt, in quem lite pendente, facta eſt alienatio, num.* 70. 71.
72 *Alienatio voluntaria poſt captum judicium eſt prohibita, non neceſſario, num.* 73. 74. 75. 76.
77 *Alienatio neceſſaria nunquam cenſetur excluſa, numero* 78.

79 *Aliena*

Digitized by Google

79 *Alienatio in fraudem parata executionis non eſt, quæ in antiquiorem creditorem ſit.*

80 *Contra non nominatum in inſtrumento jus executivum dari non poteſt.*

81 *Virtus executiva contra Tertium, vel contra aliquem ex eiſdem actis in initio executionis exiſtere debet.*

82 *In executivis præſens rei ſtatus inſpiciendus eſt, non qui evenire poteſt.*

83 *Executio prætextu unius inſtrumenti cauſata reconvalidari non poteſt ex alio.*

84 *Acta debent in executione recenſeri, quia ſunt pars formalis executionis.*

85 *Mutatio libelli poſt litem conteſtatam, ut ſit eadem inſtantia non permittitur.*

86 *In executivis lis conteſtatur, præſentatis oppoſitionibus, & ex tunc incipit inſtantia.*

87 *Nec coadjuvat executionem ex clauſula omnium aliorum inſtrumentorum.*

88 *Quædam diſtinctio admittitur.*

89 *Judicium erit novum, novaque inſtantia, & novus erit neceſſarius terminus, ſi nova diverſa rei fiat additio ad libellum.*

90 *Acta ad incboata jam executionis perfectionem facta, novam non inducunt inſtantiam, ſed eandem continuant.*

91 *Exequi an poſſit inſtrumentum, ſi aliud ad quod ſit relatio, non ſit exhibitum.*

92 *Nulla eſt referentis virtus, niſi appareat quanta, & qualis ſit virtus relati, num. 93. & 94.*

95 *Inſtrumentum referens ſe ad aliud, ipſum quoque inſtrumentum relatum eſt producendum.*

96 *Ponitur diſtinctio, quam Author amplectitur, num. 97. & num. 98.*

1 UNum in practica eſſe notandum ponit Aretin. *in* §. *actionum*, & fuit originale dictum Bald. *in l. cum ſucceſſores, C. de evict.* quòd ſi res vendita tranſit per plures manus ex venditione, & ultimo emptori, & poſſeſſori movetur quæſtio, juxta *l.* 1. cum materia, *C. ubi in rem actio*: ad hoc, ut primus venditor teneatur de evictione, non tantum ultimus emptor tenetur denunciare ſuo authori immediato, ſed opus eſt, ut ejus author ſuo authori denunciet in infinitum, quo uſque ad primum venditorem deveniatur: aliàs autem ille venditor, cui denunciatum non eſſet, non teneretur de evictione, licèt aliis fuerit denunciatum, ut Gloſſa eſt ſingularis *in l. pro re.* §. 1. *verb.* (agere,) *ff. de evict.* illam ſequitur Ant. de Burgos *in cap. fin. colu.* 2. *de empt. & vendit.*

Hoc tamen dictum reſtringitur per Caballinum, §. 3. *num.* 143. *de evict.* ſi in inſtrumento venditoris actiones ceſſæ fuerint competentes, & competituræ venditori, occaſione ipſius rei, & ipſe emptor fuerit conſtitutus procurator in rem ſuam, juxta *l. ſi res, quam à Titio ff. de evict.* ubi animadvertunt Bal. & Bart. quo caſu dicunt, non fore neceſſe, quòd ille, qui emit à me, denunciet mihi, & ego authori meo, ſed ipſe potuit authori meo directò denunciare, *dict. l. ſi pro re, & dict. l. ſi res*, & ita tenet Bart. *in dict. l. ſi pro re*, §. 1. *& in l. Julianus*, §. *fin. ff. de verb. obligat.* quem ibi ſequuntur Jaſ. Alex. *conſ.* 67. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 74. *colu.* 2. Capicius *dec.* 87. Alex. Ludoviſius, qui fuit Gregorius Decimus quintus Papa, *decis.* 254. *in Rota Romana*, ubi hoc ipſum exornavit his verbis [Nec dicatur Capitulum donatarium, & ſingularem ſucceſſorem non potuiſſe agere de evictione] Bar. *in dict. l. ſi pro re*, §. *ſi pro evict. num.* 2. Angel. *num.* 7. *ff. de evict.* quia hoc non procedit ſtante jurium ceſſione Capitolo facta, *dict. l. ſi res*, quam adducit Bart. *in dict. l. Julianus*, §. *fin.* Caſtr. *ibi num. fin.* Alex. *num.* 9. Jaſ. *num.* 14. quia deeſt clauſula ponens, Angel. *in dict. l. ſi res, num.* 2. & refert fuiſſe multoties judicatum in Romana Curia.

2 Et confirmatur, quia evictionis actio non datur ſingulari ſucceſſori contra authorem authoris, Gloſ. *in dict. l. ſi pro re*, §. 1. Dec. *conſil.* 10. *num.* 14. Marcus
Anton. Peregrinus *decis. Patavina* 89. *num.* 13. Ubi ad 3
contextum voluit, quòd maritus conventus ſuper re data in dotem, debeat denunciare uxori, & uxor authori ſuo; illam gloſ. ſequuntur *Bart. Bald.* & videtur caſus expreſſus *in l. ſi res, quam ff. de evict.* ubi *Bar. & Bal.* expreſsè notant Barnabas Cornazanus *decis. Lucenſi* 212. *num.* 1. ex quo textu notat Bald. quòd ſi ego tibi vendidi, & tu Seio, mota lite ſuper re vendita, Seius tibi, & tu mihi denunciabis: & ratio *gloſ.* & *Doctorum*
eſt; quia actio de evictione eſt perſonalis, & deſcendit 4
ex contractu, & ideò tenet tantum perſonas obligatas, & earum hæredes, & ideò non tranſit de uno ad alium ſine ceſſione, Bar. *in l. ſi tertius*, §. *ſi quis prius*, *ff. de aqua pluvia arcend. & in l.* 1. *C. de act. & conſil.* 255. *libr.* 1. Peregrinus *dict. decis.* 89. *num.* 4. Angilol. *conſil.* 28. *num.* 2. *lib.* 2. Cæſar Manentius *dec. Mantuana* 21.
num. 15. Ex quo deducitur, quòd emptor non poteſt 5
cogere authorem authoris ad ſuſcipiendam litem, & ejus defenſionem, niſi fuerint ceſſæ actiones, Ravenna *ſingul.* 175. Anſim. Tepatus *tomo* 2. *var. tit.* 422. *cap.* 4. Petrus Surdus *conſ.* 17. *num.* 32. *lib.* 1. Peregrinus *dict. dec.* 89. *num.* 3. Greg. Lopez *in l.* 32. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſ.* 4. *quæſt.* 1. Bartholom. Bertazolus *de clauſulis, clauſ.* 27. *gloſ.* 1. *num.* 1. Barboſa *in l. venditor*, *ff. de judic. n.* 14. *&* 15. Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap.* 31. *n.* 67. Ant. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 46. Robertus Maranta *de ordine judiciorum, part.* 6. *memb.* 5. *de laudatione, num.* 9. & ex ſequentibus demonſtrabitur.

Denunciationem fieri oportet venditori, ſed non eſt 6
neceſſe, quòd fiat primo authori: Joan. de Anania *conſil.* 38. *num.* 4. Paul. Caſtr. *in l. qui habebat* §. *ſi duo*, *ff. de oſtit. act.* per text. *in l. ſi res*, *ff. de inſtit. act.* qui dicit, quòd non poteſt agere emptor de evictione contra authorem ſui authoris ſine ceſſione jurium; quia caret actione: Cardinalis Tuſchus *tom.* 3. *pract. concl.* 353. *num.* 5.

Declara tamen, quia primus venditor tenetur de evi- 7
ctione, ſive res evincatur ab immediato emptore, ſive ab habente cauſam ab eo, dummodò non ex facto emptorum, *dict. l. ſi pro re*, §. *ſi pro evictione*. *ff. de evict.* Corneus *conſil.* 3. *verſ.* (& quando.) *libr.* 2. Alex. *conſil.* 67. *num.* 1. *libr.* 2. Dec. *conſil.* 74. *col. fin.* 2. *in fine*, Tuſchus *ubi ſup. num.* 6.

Declara etiam: imò ſi per mille manus res tranſiſſet, 8
& ab ultimo evincatur, tenetur primus venditor, dummodò non ex cauſa ſucceſſorum, Bald. *in l. cum poſſeſſores, num.* 2. *C. de evict.* Aretin. *in ff. actionum*, *num.* 18.
de actionib. qui hoc intelligunt, quando ipſi primo au- 9
thori fuit facta notificatio litis, & quando alii ceſſerant jura contra authores, ita quòd ultimus notificet ſuo authori immediato, & ſic ordine ſucceſſivo. Ita Bart. *in dict. l. Julianus*, §. *qui fundum, num.* 5. *&* 6. *ff. de verb. obligat.* & Angel. *in dict. l. ſi pro re*, §. *ſi pro evictione. ff. de evict.* Caſtr. *in dict.* §. *qui fundum*; Tuſchus *ubi ſup. num.* 7. Capicius *decis.* 197. *num.* 9.

Et in tantum hoc procedit, quòd cedula laudatoria 10
non eſt opus, ut fiat primo authori, ſed ultimo venditori, licet primus ſemper teneatur de evictione, ut ex authoribus *num.* 6. allegatis conſtat; Marius Muta *decis.* 59. *Senatus Siciliæ, num.* 23.

Emptor tamen, cui à venditore promiſſa fuerit evi- 11
ctio, ſi alteri rem vendiderit, quia jam evicta eſt, quæritur; an hic ſecundus vendi de evictione contra primum venditorem, à quo res illa deſcendit, poſſit agere, Gloſ. *in dict. l. ſi pro re*, §. *ſi pro evictione. verb.* (agere,) *ff. de evict.* negativè reſolvit, & ſequuntur *ibi* Bart. & cæteri, *& in l. Julianus*, §. 1. *ff. verb. obligat.* Bal. *in l. cum ſucceſſores*, *C. de evict.* Ant. Gomez *tom.* 1. *var. cap.* 2. *num.* 46. Bartholom. Bertazolus *de clauſulis clauſ.* 27. *gloſ.* 1. *ante num.* 1. Tuſchus *dict. conſil.* 353. *n.* 5.

& 7. Peregrinus *dict. deciſ.* 89. Maranta *ubi ſuprà*, &
Caballin. *ibidem*: quorum illa fuit ratio, quòd cum di-
verſi ſint tituli, & contractus, diverſi ſunt contrahen-
tes, meritò ex quolibet, propria, & nova de evictio-
ne oritur actio, quæ contra primum venditorem, vel
authorem moveri prohibetur, cùm non habeat obliga-
tum; cumque empti actio, pro evictione primo empto-
ri competens, contra primum venditorem perſonalis ſit,
ab uno ad alium ſingularem rei ſucceſſorem, nec acti-
vè, nec paſſivè tranſit ſine ceſſione, *l. fin. §. fin. ff. de con-
trahend. empt.* Bar. *in l. ſi tertius, §. ſi quis prius, col. 2.
ff. de aqua pluvia arcend. & in l. 1. C. de act. & obligat.*
Giurba *deciſ. 71. num. 1.*

12 Quare ſecundus ille emptor contra primum vendito-
rem agere non poterit: nemo enim ſine actione experi-
tur, *l. ſi pupilli, §. videamus. ff. de neg. geſt.* Gloſ. & Doct.
in l. ubi pactum, C. de tranſact. Cagoolus *in l. lecta, nu-
mera* 165. *ff. ſi cert. petat.* Immol. *in l. 2. ff. qui, & à
quibus: num. 3.* Roman. *conſil. 224. colum. 2.* Bertazolus
in l. ſi quis major, num. 598. C. de tranſ. Vivius *deciſ. 39.
num. 41.* Franc. Milanenſ. *deciſ. 10. num. 4. lib. 1. & de-
ciſ. 15. num. 29. lib. 2.* Pacianus *de probat. cap. 66. n. 70.
lib. 1.* Cravet. *conſil.* 191. *in princ.* Intrigliol. *deciſ. 2.
num. 3.* Surd. *conſil. 186. num. 26.* Covar. *in reg. poſſeſſor.
1. part. num. 4. in fin.* Menoch. *lib. 2. præſump. 48. n. 37.*
Imò ſi lata eſſet ſententia in favorem agentis ſine actio-
13 ne, nulla eſſet, parte non opponente; Cravet. *dict.
conſil. 191. num. 1.* Caſtr. *conſil. 247. lib. 1.* Alexand. *in
l. ſi Titius, ff. de verbor. obligat.* Intrigliol. *dict. deciſ. 2.
num. 4.* Giurba *dict. deciſ. 71. num. 3.* ſive titulo oneroſo,
14 ſive lucrativo rem habeat iſte ſecundus ſingularis ſucceſ-
ſor, quia activa primi emptoris actio, cùm ſit perſona-
lis, ad particularem ſucceſſorem non tranſit, ut ex au-
thoris ſui perſona contra primum venditorem, vel au-
thorem pro evictione poſſit agere. Nec ea ſui perſona
poteſt de evictione agere contra primum immediatum
authorem ſuum, qui ex cauſa lucrativa rem ab eo habuit,
dict. l. ſi res, quam, ff. de evict. ubi notant *Bal. Angel.
Salycet. Fulg.* & reliqui communiter Bal. *in l. 1. ff. de
rer. permut. & in l. 1. C. eod.* Immol. *in l. Julianus, §. 1.
ff. de verb. oblig.* Vimius *conſil. 179. num. 4. lib. 2.*

Cæterùm ſi emptor in particularem ſucceſſorem ti-
tulo oneroſo, vel lucrativo, rem alienans, evictionis
actionem eidem ceſſerit, tunc ſingularis ſucceſſor ex
jure ceſſo contra primum venditorem, vel authoris ſui
pro evictione agere rectè poterit, ad tex. *in dict. l. ſi res,
quam*; ubi communiter notant *Doct. Bart. Caſtr. Alex.
Jaſ.* Tiraq. *libr. 2. de retract. ad fin. n. 118.* Surd. *conſil.
17. num. 32.* Ant. Sol. *ad decret. Sabaud. tit. de dilat.
gloſ. 3. num. 3.* Tepat. *tom. 2. tit. 422. de denunc.* Ravenna
15 *ſingulari* 175. Cavalc. *deciſ. 15. num. 38. part. 4.* Idem
etiam dicendum eſt, ſi in donationis inſtrumento ceſſæ
fuerint actiones donato i competentes, & competituræ,
Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. reſolut. tit. de donat. reſolut.
2. num. 19.* Aloyſius Riccius *in l. quoniam, C. de evict.*
& ita donatarius occaſione ipſius rei, eſt conſtitutus pro-
curator in rem ſuam, Marius Giurba *dict. deciſ. 71.
num. 6.*

16 Cum namque actio perſonalis non ſequatur fundi
poſſeſſorem, *l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. l. 1. §. hære-
des, ff. ad Trebellian. l. æris alieni, C. de donat.* Petrus
Duenas *reg. 8.* Joannes Donatus *lib. 3. cancl. regnl. verb.*
[actio] Greg. Lopez *gloſ. 1. l. 50. tit. 5. part. 5. & gloſ.
5. l. 19. tit. 8. part. 5. d. l. ſi rem, quam, ff. de evict.* Ant.
Gomez *lib. 2. cap. 2. num. 29. & in cap. 15. num. 23.* Ant.
de Padilla *in l. & in provinciali, num. 23. C. de ſervit. &
aqua*, Caballin. *milleloq. 191. num. 2.* Lara *lib. 1. de
anniverſariis cap. 5. num. 7.* Auguſtinus Marla *in empar.
jur. tit. 6. num. 79.* Gamma *deciſ. 13.* ubi latè *Flores*,
Joann. Garcia *de expenſis cap. 4. num. 31.* Barboſa *in l.
hæres abſens, §. proinde, num. 11. ff. de jud.* Afflict. *de-
ciſ. 95.* & *ibi* Urſill. & *deciſ. 285.* Cardin. Mantica *de
tac. & ambig. convent. lib. 5. tit. 12. num. 5.* Tuſc. *tom. 1.
pract. concl. 99. num. 12.* Grat. *tom. 1. diſcept. Forenſ. 14.
num. 6.* Magonius *deciſ. Florentina* 102. *num. 17.* Ma-
ſtrillus *dec. 14. num. 5.* Franc. Marcus *deciſ. 372. num. 1.
part. 1.* Guido Pap. *deciſ.* 576. Flaminius Cartarius *de-
ciſ. 75. num. 21.* Marta *voto* 187. *num. 4. Surd. conſ. 4.
num. 33. & dec. 236. num. 8. deciſ. 335. num. 23.* Rota
Sacri Palatii *deciſ. 464. num. 2. part. 1. in noviſ.*

Limitatur primò, quòd actio perſonalis datur contra 17
tertium poſſeſſorem in ſubſidium, quando ſcivit, &
doli particeps eſt, vel locupletatur, *l. 1. C. ſi vendita pign.
agat.* Neguſant. *de pign. 6. part. num. 27.* Cæſar Urſill. ad
Afflict. *deciſ. 347. num. 5.* Magonius *deciſ. Florentin.
102. num. 16.* Cardinalis Mantic. *d. lib. 5. tit. 11. num. 20.*
Tuſchus *ubi ſup. num. 40.* Coſta *de remed. ſubſid. 47.
num. 3.*

Ampliatur principalis concluſio, quòd actio perſo- 18
nalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem reſpectu rei
ad rem, *l. precibus, C. de rerum permutat.* Alex. *conſil.
92. num. 7. lib. 1.* Corneus *conſil. 110. num. 9. lib. 1.* Ma-
gonius *dict. deciſ. 102. num. 10.*

Limitatur ſecundò regula favore ultimæ voluntatis, 19
in qua datur actio in ſubſidium contra tertium poſſeſſo-
rem, *l. planè ſi filium §. quo rogatus, ff. de leg. 1.* Caſtr.
conſ. 94. lib. 2. Magonius *dict. deciſ. 102. n. 19.* Socin.
Jun. *conſil. 137. num. 5. lib. 1.* Tuſchus *ubi ſup.
num. 39.*

Limitatur tertiò in multis caſibus, de quibus Guid 20
Papa *deciſ.* 576. ubi quod pro alimentis, pro anniver-
ſariis defunctorum, pro decimis, pro oblationibus, &
tributis contra Tertium agi poteſt; Tuſch. *d. num. 29.*
Rip. *in l. 1. §. hæres, num. 4. ff. ad Trebel.* Gigas *de pen-
ſionibus, quæſt. 44.* Surd. *de alimentis, tit. 8. privileg. 52.
num. 1.* pro decimis, *in cap. quanto, de uſuris*; & pro tri-
butis, *in l. Imperatores, ff. de publicanis, & vectigalib.*
Thomas Menadoius *deciſ. 10. num. 4.*

Limitatur quartò, quòd etſi actio perſonalis non de- 21
tur contra ſingularem ſucceſſorem, dabitur Judicis of-
ficium, quo ſubſiſtente, eadem æquitate datur contra
ſingularem, *l. quædam, §. is autem, ff. de edenda*, Sur-
dus *ubi ſup. num. 6.* Bar. *in l. ſi tertius, §. ſi prius, col. 3.
ff. de aqua pluvia arcend.* Socin. Junior, *conſ. 52. lib. 2.*
Beroius *conſil. 44. num. 7. lib. 3.* Capicius *deciſ. 20. nu-
mera* 28.

Limitatur quintò, quia actio perſonalis datur contra 22
poſſeſſorem, quando poſſidet ex cauſa lucrativa; ſecùs
ex cauſa oneroſa, *l. his ſolis ubi* Gloſ. *verb.* (proficiat)
Bar. *num. 2. ff. de condict. indebit.* & *ibi* Caſtr. Alex. *in
l. fin. num. 1. & 2. ff. de eo per quem factum erit*, ubi di-
cit comm. Bal. & moderni *in l. planè, §. 1. ff. de leg. 1.*
& ita declarat Covar. *libr. 2. var. cap. 3. num. 10. verſ.*
(prima concluſio) ubi dicit communem Cagnol. *in l.
2. num. 114. C. de reſcind. vendit.* Craveta *conſil. 7.
num. 15.* Menoch. *conſ. 63. num. 21.* Caſtr. *conſ. 62. in
prin. lib. 1.* Magon. *dict. deciſ. 102. num. 21. & 22.* Tuſ-
chus *dict. concluſ. 99. tom. 1. num. 36.* Quod ſecùs eſſet 23
ex cauſa oneroſa, quæ liberat tertium ſingularem à per-
ſonali, per Alex. Socin. & Jaſ. *in dict. l. fin. ff. de eo, per
quem factum erit*, Ægidius Bellamera *conſ. 39. num. 2.*
Tuſchus *ubi ſuprà, num. 42.* Magon. *dict. deciſ. 102.
num. 22.*

Limitatur ſextò favore dotis, *l. pater dotem, ff. de do- 24
te prælegata*, Rip. *in dict. l. 1. §. hæres, ff. ad Trebellian.*
ut limitat pluries Magon. *dict. deciſ. 102. num. 23.* &
etiam favore fiſci limitatur, quia fiſcus vendens hære-
ditatem liberatur, & agunt creditores contra empto-
rem *l. 1. C. de hæredit. vel act. vendita*, Tuſchus *ſup.
num. 20.*

Limitatur ſeptimò, quando actio perſonalis propter 25
impoſſibilitatem contra alium exerceri non poſſet, quia
tunc impoſſibilitas operatur, quòd poſſit exerceri contra
Tertium, Cravet. *conſil. 12. n. 5.* Tuſchus *ubi ſuprà. n. 33.*

Limita

26 Limitatur octavò in exceptione, quia licèt actio non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, nec contra fundi poſſeſſorem, ut dictum fuit; ſecùs procedit in exceptione, quæ tranſit in ceſſionarium, ut reſolvunt Caſtr. *conſil.46.num.1. in fine, & num.2.lib.1.* dicens ceſſionarium executionem petentem poſſe repelli ea exceptione, qua & cedens, videlicèt niſi cedens caveret, aut fidejuſſores daret, cùm exceptio, quæ obſtat cedenti, obſtet ceſſionario; argument. *l. quod is, §. non debeo, ff. de reg. jur.* Dyn. *in cap. ſi quis in jus, de reg. jur. in 6.* Bal. *in l. ejus, num.3. ff. de compenſat.* ubi quod non potuit fieri ceſſio in præjudicium Tertii, niſi cum ſua aptitudine paſſiva, *l. ſi aquæductus, ff. de contrah. empt. l. in venditiane, ff. de act. empti,* Hieronymus Leo *deciſ. Valentina 47. n.16.*

27 Limitatur nonò, quòd actio perſonalis in rem ſcripta datur contra rei poſſeſſorem: undè ſi res tua, in qua ego habebam jus, perveniat ad Petrum, mihi datur actio perſonalis contra Petrum in rem ſcripta, licèt ſit ſucceſſor ſingularis, Marta *vota 215. num. 25.* Cravet. *conſil. 12. in fin. & conſil. 201. num.4. l.3. §. eſt autem, ff. ad exhibendum,* Bar. *in d. l. ſi tertius, §. ſi prius, ff. de aqua pluvia arcenda.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 10. §.11. num.3.* Marta *vota 33. num.13. & vota 49. num.5.* Tuſchus *ubi ſup. num.21. & 22.* Surdus *deciſ. 335. numero 24.*

28 Ampliatur principalis concluſio in actione *l. 2. C. de reſcind. vend.* quæ danda eſt adverſus eum, qui vendidit; Gloſ. *in l. Julianus, ff. de rei vendicat. l. ſi ſervus, §. idemque ff. de verb. oblig.* gloſſam ſequuntur Bar. *n.12.* Bal. *num.16.* Salycet. *n.18.* Caſtr. *num.16.* Cagnol. *n. 113.* Pinellus *in d. l. 2. par. 25. cap. 1. num. 29. & 30.* Rod. Suarez *allegat.12,* ubi *Joannes de Valdes,* latè Roland. *conſil.59. lib. 1.* Molina *lib. 1. de primog. lib. 2. cap. 3. num.12.* Morotius *conſil. 28.* Rota Avenion. *97. num.5.* Oſaſchus *deciſ.63. num. 10.* Franciſ. Vivius *deciſ. 430. num.6. lib.3.* Coſta *de remed. ſubſid. 47. num.1.*

29 Limitatur primò, quia illa actio *l. 2.* non datur contra tertium poſſeſſorem, in quem juſto pretio res tranſlata eſt, niſi alienatio eodem morbo laboret; quia tunc reſciſſoria actio datur, ad notata per Cyn. *ibi,* Alex. *conſil.92. lib.1. col.3.* Marcel. Creſcenſ. *dec. 1. de empt. & vendit.* Cremenſis *in d. l.2. num. 189.* Pinel. *ubi ſup. ibidem* Padilla, *num.39.* Covar. *libr.2. var. cap.3. num.10.* Franchis *deciſ. 665. num.6. part.4.* Ant. Gomez *tom.2. var. cap.2. num. fin.* Matienzo *in l.1. tit.11. gloſ.8. n.33. libr.5. & ibi* Azeved. *num.26.* Cevallos *co[m]. op. quæſt.445. à num.7.* Marius Giurba *dec.105. num.16.* Vivius *d. dec. 430. num.4.*

30 Limitatur ſecundò, quòd actio *d. l. 2.* detur contra Tertium in ſubſidium, primo emptore exiſtente non ſolvendo, *l. in cauſæ 2. §. Pomponius,* cum *l. planè ff. de minorib.* Suarez *dict. allegat. 21. in fin.* Padilla *ubi ſup. num.29.* Caball. *conſ.144. num.86.* Gamma *dec. 21. à num.1.* Rota Avenion. *deciſ.97. num. 5.* Vivius *d. deciſ. 430. num.5.* Coſta *d. remed.47. num.1,* Surdus *conſ. 17. in fin.* Giurba *deciſ. 105. à num.1.*

31 Declaratur, quòd communis reſolutio eſt, quòd remedium *dicta l. 2.* eſt perſonale: etiam ſi in rem ſcriptum, ac proinde non poteſt intentari contra Tertium, niſi ipſe fuerit ſciens, vel emerit cum eadem deceptione, vel poſſideat ex cauſa lucrativa, *ex l. qui autem, §. ſimiliſ modo, ff. quæ in fraud. credit.* Coſta, Ant. Gomez Matienzo, Azev. Cevall. *ſup.* relati. Et nunc ſemper debet præcedere excuſſio in bonis principalis emptoris, licèt *Gamma* relatus excuſſionem non requirat, quando Tertius poſſidet ex cauſa lucrativa, Flores de Mena *in addit. ad Gammam,* ipſum reprobat, quia loquitur contra communem, & teſtatur, quòd ejus opinio nullo jure probatur, & notat praxim bonam, ut in eodem libello agatur contra ambos; primum, & ſecundum emptorem, & ambo condemnentur. Unus in defectum alterius ex eodem proceſſu: & tenuit Coſta *dict. remed. 47.* plores allegans, & in ſimili de fidejuſſore defendit Flores de Mena *libr.1. var. quæſt.11. num. 31. & 32.* Surd. *d. conſ.17. in fine* dicit poſſe agi contra Tertium, quando ſecundus venditor ei ceſſit actionem; per Bart. *in dict. l. ſi prore, §.1. ff. de evict.* Dec. *conſil.74.*

Executionum jus eſt perſonale, & non ſequitur rem, 32
nec tertium poſſeſſorem, *l.1. & 2. C. quibus res judicat. non nocet, l. nam & poſtea, §. fin. ff. de jurejur. l. ſi ſuperatus, §.1. ff. de pign. act.* Suarez *in l. poſt rem judicatam, in declarat. l. Regni limit.1. à num.1.* Rebuff. *tom. 2. ad ll. Gallic. de literarum obligat. art. 2. gloſ. 1. num. 63.* Maranta *de ordin. judic. tit. de execut. ſententiæ, à n 32.* Parlador. *lib.2. rerum quotid. cap. fin. 4. par. §. 5. num. 1.* Azeved. *in l. fin. tit.21. lib. 4. Recopil. num. 12.* ſive jus executivum procedat ex actione reali, ſivè hypothecaria, ſive procedat ex contractu guarentigio, & ex actione perſonali, ut tradunt Doctores citati ex textu *in l. ſi debitori, C. ſi adverſus creditorem,* & *ibi* Bar. *& in l. 1. §. hæredes, ff. ad Trebell.* Aviles *in capp. Prat. cap. 10. gloſ.* (execucion,) *num. 56.* & ratio poteſt eſſe, quia iſte tertius poſſeſſor non nominatur, nec continetur in inſtrumento, & contra non nominatum non fit executio. Bald. *in l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* Immol. *in l. fin. ff. à quib. appellare non licet,* Caballinus *milleloquio 633.* Stephanus Gratianus *diſp. forenſi 138. n. 1. tom. 1.* Cavalcanus *deciſ.29. n.84. part.2.* Anton. de Amatis *deciſ.48. num.7.* Magonius *deciſ. Lucenſi 62. à num. 1.* Hieronymus Leo *deciſ. Valentina 1. num.2. & deciſ.73. num.5. & 12.* Phanutius *de momento temporis, cap. 15. num.8. in fin.* Parlador. *lib.2. cap. fin. 3. p. §. 1. num. 1.* Menoch. *lib.3. præſ.13. num.9.* Sylveſter Zachias *in add. Anton. Maſam de Camerali obligatione à num.5.* ubi dicit quòd iſta obligatio perſonalis cohæret oſſibus obligati, & ideò tranſire non poteſt perſona in perſonam, & ideò vigore illius non poteſt procedi contra non nominatum, ut per Rot. Roman. *in cauſ. Albenſenſi pecuniaria, die 10. Martii, anno 1593. coram Blanchetto,* Rota *diverſorum dec.663. par.1. & in Roman. pecuniaria 21. Junii, anno 1596. coram Gypſia,* Seraphinus Olivarius *dec.137. num.2. & 13.* Zachias dicit pluries *in Rota Romana* judicatum fuiſſe, quòd ſtante guarentigia habet locum, niſi inter ipſos contrahentes, ut dixit Rota Romana, *pecuniaria 19. Junii 1698. coram Illuſtriſſimo Mellino:* Burſatus *conſil. 361. num. 1. lib. 4.* Cartarius *deciſ. Ianuenſi 55. num.8.* Marius Giurba *deciſ.62. n.22. & 28. & deciſ.100 num.48.*

Tertium autem poſſeſſorem accipere hoc loco debe- 35
mus, qui non eſt hæres, vel ſucceſſor ex aſſe, vel ex parte illius, in quem principaliter jus exequendi competit; & probatur *in l. quadam, §. fin. ff. de edendo, & in l. hæreditatem, ff. mandati, & in §. legatariis, Inſtit. de legat.* Doct. *in l. fin. §. fin. ff. de contr. empt.* tradit Balb. *de præſcript. 3. p. quæſt.12. num.1.*

Tertio poſſeſſori ſufficit ſuam probare poſſeſſionem, 36
ut in eum executio non cadat, neque habet neceſſe titulum docere, quo poſſideat, cum ex poſſeſſione titulus præſumatur, tantùmque illum allegare ſufficiat, tradunt Bar. Paul. Alex. Jaſ. *in l. à Divo Pio, §. ſuper rebus, ff. de re jud.* Covar. *pract.16. num.4.* Franciſ. Marc. *deciſ. 372. par.1.* Cartarius *deciſ.52. à num.3. & deciſ. 87. num. 2. & 17.* Riccius *in collectan. 1257.* Surd. *deciſ. 335. n.2.*

Limitatur dicta concluſio, quando tertius poſſeſſor 37
poſſideret rem titulo nullo, vel à lege reprobato; nam eo caſu adverſus Tertium executio rectè datur, Bar. *in l. 3. num.23. C. de pign.* & *ibi* omnes Doct. Parlad. *d. c. fin. part.4. §.5. n.4.* Marius Giurba *deciſ.62. n.21. in fin.*

Limitatur ſecundò, quando tertius poſſeſſor poſſide- 38
ret rem emphyteuticam, quia pro canone executio intentari poteſt in re emphyteutica, cum in eo caſo alienatio ſit nulla, *l. fin. C. de jure emphyteut. l. fin. tit.8. par.5.* Bart. *in l. ſi quis ita, §. ea lege, ff. de verb. obligat.* Parladorius *ubi ſuprà num.5.*

Subli-

39 Sublimitatur hoc, quia Parladorius contra commu-
nem loquitur, quo legimus contra rei emphyteuticæ
poſſeſſorem perſonalem actionem non dari, niſi reco-
gnitio interceſſerit. Jaſ. in l. 2. num. 150. & 154. & in
l. 3. num. 116. C. de jure emphyt. Afflict. & ibi Urſillus
deciſ 95. Ant. Gabr. conſ. 47. lib. 1. Corbulus de jure em-
phyteut. tit. (ob non ſolutum canonem) q. 6. & 9. Sur.
deciſ. 32. Rodoan. de reb. Eccleſiæ non alien. rub. 16. num.
62. Vimius conſ. 135. num. 19. Intrigl. ſingulari 17. lib.
3. Cavalcanus deciſ. 45. num. 65. part. 1. & deciſ. 8. n. 35.
par. 3. Magonius deciſ. Florentina 192. num. 16. Marcus
Anton. de Amatis deciſ. 31. Alvarus Valaſcus de jure
emphyteutico, quæſt. 17. & quæſt. 32. Neque executionem
40 competere voluit Julius Clarus lib. 2. var. ſent. §. emphy-
teuſis, Coſta de ſcient. & ignorant. cent. 2. diſtin. 33.
num. 2. Decian. conſ. 106. num. 33. lib. 3. Craveta conſ.
342. in fine, Franciſcus Milanenſis deciſ. 8. num. 1. lib. 2.
& deciſ. 1. num. 38. Andreas Gail. lib. 2. obſervat. Imper.
41 7. num. 15. Marius Giurba deciſ. 62. num. 23. ubi repro-
bat Parlador. contrarium tenentem.

42 Limitatur principalis concluſio, quòd adverſus ter-
tium poſſidentem rem litigioſam executivum jus perſo-
nale præſtatur; nam ſi poſt litem cœptam Tertius rem,
de qua lis erat, nactus eſt, adverſus eum executio rectè
procedit, l. 1. & 2. C. de litig. l. ſi mater, §. fin. ff. de excep.
rei jud. l. 1. C. comm. divid. Abbas in cap. Eccleſiæ, ut lite
pendente: num. 10. & in cap. fin. in fin. de alienat. judic.
mut. cauſ. fact. Joannes Parlad. ubi ſup. num. 6. Flaminius
Cartarius deciſ. Januenſ. 55. num. 3. & 13.

43 Quando autem res dicatur litigioſa, videndum eſt; &
quidem ſi actione in rem de dominio, vel quaſi agatur,
nulla eſt dubitatio rem litigioſam effici, ex auth. de li-
tigioſis, coll. 8. Si verò actione perſonali rei dominium
proſequamur, puta actione ex ſtipulatu, vel alia, an tunc
res litigioſa dicenda ſit? res eſt inter ipſos Scriptores li-
tigioſa, ut videre eſt apud Bartol. in l. fin. C. de litig. Ab-
bas in cap. fin. de alien. jud. mut. cauſ. fact. Tiraquel. de re-
tract. convent. ad fin. titul. num. 171. Covarr. pract. 15.
num. 7. Parlad. lib 2. cap. fin. 4. p. §. 5. num. 8. Lancel. de
attent. 2. p. cap. 4. in præfat. num. 520. Natta conſ. 2. lib. 1.
conſ. 401. num. 1. Petrus Surd. conſ. 374. num. 3. lib. 3. &
conſ. 405. num. 3. & 8. eod. lib. Ariſmin. Tepat. tom. 1.
var. tit. 145. Alex. Trentacinq. lib. 2. de jud. reſolut. 17.
Maranta in tract. de multiplici alienat. à num. 89. Riccius
collectan. 817. Oſaſcbus deciſ. 114. Benintend. deciſ. 48.
num. 18.

44 Et ingenuè proferam, ſivè actione in rem, ſivè in
perſonam, ſivè de re ipſa, ſivè de quocumque jure aga-
tur, alienationem rei, de qua, aut ſuper quam contro-
verſia fuit, lite pendente, nihil impedire debere, quo-
minus poſſit actor jus ſuum adverſum tertium poſſeſſo-
rem proſequi, non alıter, ac ſi alienatio nulla facta eſſet,
ex l. 2. C. de litig. l. quamquam, §. Julianus, ff. de aqua
pluvia arcenda, atque non minus apertè ex l. ſi mater,
§. ſi egero, ff. de excep. rei jud.

45 Limita etiam concluſionem principalem, quando ter-
tius poſſeſſor per ſimulatum aliquem contractum rem
nactus fuerit: nam eo caſu adverſus eum dabitur execu-
46 tio. Nominatim docuit Bald. in l. executorem, col. 3. C.
de execut. rei jud. Parlad. ubi ſup. num. 10. cùm certum
ſit ſimulatum contractum nullum eſſe, l. nuda, ff. de con-
trahend. empt. l. 2. C. plus valere, quod agit. & eo ipſo,
47 quod conſtat de ſimulatione contractus, inſtrumentum
non dicitur inſtrumentum, licèt habeat figuram inſtru-
menti. Matth. Brun. conſ. 68. num. 4. Fran. à Ponte conſ.
2. num. 73. & ſimulatus contractus eſt tanquam corpus
ſine anima. Fran. à Ponte ſup. 72. Tiraq. de retract. lign.
49 §. 1. gloſ. 2. num. 14. Carol. de Graſſis de except. cap. 12.
num. 4. 5. 6. 7. ubi dicit, quòd ipſo jure eſt nullus, Ma-
rius Giurba dec. 22. num. 8. ubi multos allegat; Corſet.
ſing. verb. [præſumptio:] Ant. de Canario de execut.
inſtrument. num. 25. Bart. in l. 1. §. parvi refert, ff. quod
vi, aut clam, Caſanate conſ. 28. n. 10. Peguera deciſ. 49.
num. 5. Seſſe deciſ. 78. num. 10. Proſper. Farinac. qu. 162.
par. 1. de ſimulat. à num. 7. 8. 9. & ſeqq.

Reſtringitur etiam principalis concluſio, quòd actio 49
perſonalis poſſit executari contra tertium poſſeſſorem,
quando tertius poſſeſſor habet rem depoſito, vel com-
modato ab ipſo debitore; nam tunc, ac ſi penes ipſum
debitorem res eſſet, executio locum haberet, nulla præ-
via excuſſione; Gloſ. in Auth. de fidejuſſoribus, §. ſed ne-
que debitorem, collat. 1. Parlad. in dict. cap. fin. 4. part. §. 5.
num. 22.

Reſtringitur etiam, quòd huic regulæ locus non erit, 50
quando tertius poſſeſſor dolo poſſeſſionem adeptus fue-
rit; nam eo caſu, & adverſus eum executio porrigitur,
Cyn. in l. 1. C. de alienat. jud. mut. cauſ. fact. quæſt. 9.
Parlad. dict. cap. fin. num. 14. Marius Giurba deciſ. 62.
num. 6. & ſeqq. Marc. Anton. de Amatis deciſ. 48. n. 6.
Cancer. tom. 3. var. cap. 1. num. 463. Cavalcan. deciſ. 23.
par. 2. num. 115. & deciſ. 5. num. 19. p. 4.

Reſtringitur etiam, quando debitor hypothecavit 51
rem cum clauſula, de non alienando (id promittendo,
pignus vel hypothecam invito venditore non alienatu-
rum:) nam ſi poſtea alienavit, nulla eſt alienatio, l. ſi cre-
ditor, §. fin. ff. de diſtract. pignor. l. fin. tit. 5. par. 5. Parlad.
dict. cap. fin. 4. part. §. 5. num. 16. Amator Rodericus de
execut. cap. 4. num. 47. Rodericus lib. 2. de redditibus;
quæſt. 8. num. 59. & quæſt. 13. à num. 5. & ſeqq. Felician.
de cenſib. lib. 3. cap. 4. num. 6. & tom. 2. eodem lib. & cap.
num. 11. Avendan. de cenſib. cap. 85. num. 8. Suarez in l.
poſt rem judicatam ampliat. 8. num. 5. & 13. Covarr. lib.
3. var. cap. 7. num. 16. Cevallos quæſt. 36. num. 16. & q. 76.
num. 29. & quæſt. 434. num. 11. & quæſt. 820. num. 27.
Surdus conſ. 405. num. 9. lib. 3. Gratianus diſcept. Forenſ.
16. num. 13. & 14. & diſcept. 150. num. 9. & 10. & in
bona ſpecie deciſum refert Hieronymus Leo deciſ. Va-
lentina 1. num. 1. Joan. Matienço, qui de ſtylo Cancella-
riæ Argentinæ Peru. teſtatur in l. 1. tit. 17. gloſ. 3. num. 6.
in fine, Salazar de uſu, & conſuetudine, cap. 11. num. 63.
Gutierr. de juramento, 1. q. cap. 45. & in l. nemo poteſt,
num. 29. & 30. de legat. 1.

An verò in hoc caſu hypotheca ſpecialis, generalis vè 52
ſufficiat, in varias Doctores diſtracti ſunt ſententias. Et
prima ſententia eorum eſt, qui dicunt, quod generalis
hypotheca ſufficiat ad impediendam alienationem, &
dominium rei in tertium poſſeſſorem, ac contra eum
executionem locum habere, tenet Suarez in dict. poſt
rem judicatam, in declaratione legis Regni, limit. 1. n. 11.
& poſt alios à ſe relatos Gregor. Lopez in l. 73. tit. 18.
par. 3. gloſ. verb. [Ni las enagenaria,] & in l. 19. tit.
8. par. 5. gloſ. verb. [dos caſos,] quem ſequitur Dueñas
regula 240. num. 7. Manuel Suarez in theſauro recept.
ſent. verb. (alienatio,) & verb. (prohibitio.) Parlado-
rius, qui dicit magis communem, lib. 2. cap. fin. 4. part.
§. 5. n. 17. & poteſt fundari hæc ſententia in dict. l. ſi cre-
ditor, §. fin. ff. de diſtract. pignor. dum generaliter, & in-
diſtinctè loquitur, abſque diſtinctione, & ſeparatione
generalis, vel ſpecialis hypothecæ. Et huic ſententiæ
ſuffragatur Gloſ. & Bald. verbo (enumerentur:) in l.
omnes, C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. quæ ait, tantum
valere aliquid generaliter dici, quantum ſi ſpecialiter
ſingula enumerentur.

Secunda ſententia eſt communior, & verior, quæ 53
dicit, quòd pactum de non alienando non impediat
alienationem, nec operetur executivum effectum contra
tertium poſſeſſorem cum generali hypotheca, ſed cum
ſpeciali: Jaſ. in l. ſi quis ita, §. ea lege, ff. de verbor. obli-
gat. Covarr. libr. 2. variar. cap. 15. Dueñas dict. regul.
240. limit. 1. Anton. Gabriel. lib. 3. communium opp. tit.
de pign. concluſ. 1. Jaſ. conſ. 211. qui de magis communi
teſtatur, ab eàque non eſſe recedendum lib. 2. Chaſſa-
næus in conſuet. Burg. rub. 11. §. 3. gloſ. 3. Loazes affir-
mat eſſe magis communem in l. filiusfamil. §. Divi,
num.

num. 441. ſequitur Covarr. *ubi ſup. num.* 13. Gutierr. *de jurament. par.* 1. *cap.* 45. *num.* 3. *& in l. nemo poteſt*, *num.* 28. *de legatis* 1. Antonius Gomez *in l.* 40. *Taur. n.*19. *verſ.* 4. Seraphinus *de juramenta, privilegio* 158. *num.* 3. & *ibi* ejus Addition. Petrus Surdus *conſ.* 399. *num.* 4. qui plures refert *lib.* 3. Hieronymus Magonius *deciſ. Lucenſi* 21. *num.* 5. & *ibi* Fabius Timæus Additionator, Gomez Leon *deciſ. Hiſpalenſi* 59. *num.* 1. Vincent. de Franchis *deciſ.* 355. *num.* 5. Gaſpar Anton. Theſaurus *lib.* 2. *qq. Forenſium* 67. *num.* 19. *verſ.* [quo verò ad hypothecam,] & *quæſt.* 91. *num.* 9. à qua ſententia numquam eſt recedendum, propter tot, ac graves authoritates, & ſententias graviſſimorum Senatuum.

54 Declarandum tamen cenſemus, executionem adverſus Tertium locum habere, ut non ſit neceſſaria excuſſio adverſus principalem, ſed recta via poteſt agi adverſus Tertium, ut apparet *ex auth. de litigioſis, collat.* 8. *l.* 13. *tit.* 7. *part.* 3. Socinus *conſ.* 24. *lib.* 1. Menoch. *de adipiſcenda, remed.* 6. *quæſt.* 19. Villalobos *in ærario communium opp. lit.* A. *num.* 139. Surd. *conſ.* 162. *num.* 12. Cevall. *tom.* 1. *communium quæſt.* 76. *num.* 33. *in fine*, Gratian. *diſcept.* 16. *num.* 17. & 18. Cravet. *conſ.* 217. *num.* 5. Afflictis *deciſ.* 95. Franciſcus Milanenſis *deciſ.* 2. *lib.* 2. *num.* 6.

55 Si autem executio fiat in hypotheca, cui adjecta ſit clauſula, *de non alienanda*, ſatis eſt poſſeſſorem rei citare, ſi aliquid ſit liquidandum: Alex. *conſ.* 85. *lib.* 6. *num.* 4. Parladorius *d. lib.* 2. *cap. fin.* 4. *p.* §. 5. *n.* 19. licèt contrarium voluerit Rodericus *lib.* 2. *de reditibus*, *quæſt.* 9. *num.* 59. *ver.* (qua ratione.)

56 Adverſus tamen Tertium, qui non habet titulum à debitore, executio locum non habet, *l. ſæpe*, *ad fin. ff. de ſent. & re judicat.* Bart. *in l.* 3. *C. de pignorib. num.* 23. Suarez *limitat.* 1. *ad leg. Tolet.* Flaminius Cartarius *deciſ.* 12. *Januenſi*, *num.* 5.

57 Alienatio tamen facta pendente lite cum ſuo creditore, fraudandi animo facta præſumitur, ut ſuprà diximus, & cum dolo facta, quando poſt pignus prætorium alienatur res, Rip. *in l.* 1. §. *hæres*, *num.* 21. *ff. ad Trebell.* Cacheran. *deciſ.* 64. *num.* 5. & eo magis ſi in conjunctam perſonam alienata ſit res, Jaſ. *in* §. *ſi quis in fraudem*, *num.* 48. *Inſtitut. de actionibus.* Doctor Ludovicus Caſanate Advocatus eminentiſſimus, eximio laudis præconio mirum in modum extollendus, & noſter amicus, *conſ.* 28. *num.* 13. Pappon. *conſ.* 63. *num.* 11. & 25. vel ſi æs alienum imminebat. Beroius *conſ.* 170. *num.* 8. *lib.* 1. vel ſi illud nec aliundè, quam ex alienantis confeſſione conſtabat, Surdus *conſ.* 533. *num.* 5. vel ſi omnia bona alienavit debitor, Caſtr. *in l. à Divo Pio*, §. *ſuper rebus*, *num.* 8. *ff. de ſent. & re judicat.* Covar. *pract.* 15. *num.* 7. Menoch. *conſ.* 1187. *num.* 4. Vincent. de Franchis *deciſ.* 636. *p.* 4. ut non ſolvendo remanſerit, Cavalcan. *deciſ.* 16. *num.* 7. & 8. *p.* 1. Jacob. Cancer. *tom.* 3. *reſolut. cap.* 17. *de execut. & ſent. num.* 461. Vel majorem partem fortunarum ſuarum, Papponius *conſ.* 62. *num.* 10. 24. & 25. Si probetur, alienantem, pendente lite, non habuiſſe in bonis niſi rem illam alienatam; ſequitur Cancer. *lib.* 3. *reſolut. cap.* 17. *de ſent. & execut. num.* 466. Marius Giurba *deciſ.* 62. *n.* 5.

58 Sed an in poſſeſſorem fiat exequutio, vel revocatoria prius agendum ſit? Tres ſunt diſſentientes ſententiæ. Prima fuit Cyni *in l.* 1. *quæſt.* 9. *C. de alienat. jud. mut. cauſ. facta*, aſſerentis contra Tertium in quem, lite pendente, ex dolo facta eſt rei alienatio, exequi inſtrumentum, vel ſententiam rectè poſſe, *Cyn.* ſequitur Pract. Papienſ. *in forma execut. ſententiæ diffin. gloſſa* 1. *num.* 18. Anton. de Amatis *deciſ.* 48. *num.* 6. Cancer. *lib.* 3. *de ſent. & execut. num.* 463. Cavalcan. *deciſ.* 23. *num.* 115. *part.* 2. & *deciſ.* 5. *num.* 29. *part.* 4.

59 Secunda ſententia fuit *Bart.* & aliorum in *dict. l. à Divo Pio*, §. *ſuper rebus*, *ff. de re judicat.* quòd imò prius reſciſſoria agendum ſit contra Tertium poſſeſſorem, ut inſtrumenti, vel ſententiæ executio locum habeat, juxta text. *in* §. *ſi quis in fraudem*, *Inſtit. de actionib. totus tit. ff. & C. de his, quæ in fraud. creditorũ.* Idem reperit Bart. *in l. creditores*, *num.* 23. *C. de pign. & in l. ſi quis miſſum*, *in fine*, *ff. de damno infecto*: quam communem profitentur Jaſ. Alexand. *in dict.* §. *ſuper rebus*, Ancar. *conſ.* 292. Franchis *deciſ.* 545. Scaccia *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *num.* 95. Covarr. *pract.* 15. *num.* 7. Ruin. *conſ.* 87. *num.* 1. *lib.* 4. Roland. *conſ.* 5. *num.* 9. *vol.* 2. Cavalcan. *deciſ.* 16. *num.* 8. *par.* 1. Pedroc. *conſ.* 29. *à num.* 25. Intrigliol. *deciſ.* 46. *num.* 59. & *ſingulari* 173. *num.* 20. *lib.* 2. Surd. *deciſ.* 256. *num.* 7. & *deciſ.* 306. *num.* 16. Cartar. *deciſ.* 55. *num.* 10. magis communem receptam Menoch. *conſ.* 1187. *num.* 3. Greg. Lopez *in l.* 13. *tit.* 7. *part.* 3. & ob id judicatum refert Vincent. de Franchis *dicta deciſ.* 545. *num.* 9. Quòd ſi in Clericum 60 facta ſit rei litigioſæ alienatio, non à laico, ſed ab Eccleſiaſtico judice ſententiæ executio contra eum facienda eſt, poſt *Abbat.* quem citat in *cap. Eccleſia S. Mariæ, ut lite pendente*, *num.* 11. Socin. *conſ.* 10. *num.* 30. *lib.* 4. etſi diſſentiant Urſill. ad Afflictum *deciſ.* 331. *num.* 3. nec diſſentit Vivi. *conſ.* 187. *n.* 10. Marius Giurba *dict. deciſ.* 62. *num* 7.

Medius inter eos ſtetit Bal. *in l. ob maritorum*, *num.* 8. 61 *C. ne uxor. pro marito*, ſic diſtinguens, aut dolus in fraudem executionis committitur, ſcilicèt cùm jam penderet lis, & tunc exequutio adverſus eum locum habet, qui dolo cœpit poſſidere; etſi vitio, eo in caſu, litigioſi res affecta non ſit: aut verò fraus committitur in creditorum damnum, hoc eſt, antequàm lis moveatur, diminuendo bona, ut minus in eis ſit, & tunc reſciſſoria agendum eſt, ſervato juris ordine. Idem repetit Bal. *in l. exequutorem*, *num.* 22. *C. de exeq. rei jud.* cui multi, bonique favent Authores, Caſtr. *num.* 8. Jaſ. *num.* 10. Cuman. *num.* 5. Ripa *in dict. l.* 1. §. *ſi hæres*, *num.* 21. *ff. ad Trebellian.* Covarr. *dict. pract.* 15. *num.* 7. Villalob. *in ærario comm. opin. lit.* A. *num.* 132. Joſephus Ludovic. *deciſ. Peruſina* 26. *num.* 9. Aloyſius de Leo *in l.* 1. *C. de alienat. jud. mut. cauſ. fact.* Cæſar Urſillus ad Afflictum *deciſ.* 376. *num.* 7. Natta *conſ.* 350. *num.* 3. & 4. Dec. *conſ.* 187. & *conſ.* 189. *in fin.* Hond. *conſ.* 20. *num.* 52. 56. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 87. *num.* 1. *lib* 4. Surd. *conſ.* 533. *num.* 4. Oſaſcus *deciſ.* 64. *num.* 5. Anna *ſingul.* 28. Capit. *deciſ.* 128. *n.* 12. Guid. Pap. *deciſ.* 81. Burſat. *conſ.* 100. *num.* 23. Menoch. *conſ.* 319. *num.* 12. & *conſil.* 1187. *num.* 4. & *de adipiſcen. poſſ. remed.* 5. *num.* 127.

Et quamvis ſententia *Bart.* communis ſit, & magis 62 recepta, nihilo minus opinio *Bal.* juri magis congruere videtur. Parlad. *lib.* 2. *cap fin.* 4. *p.* §. 5. *num.* 14. eamque æquiorem dixit Papponius *conſ.* 63. *num.* 21. & 22. Surd. *conſ.* 533. *num.* 45. titulus igitur *de his, quæ in fraudem creditorum*, & *in l.* 1. §. *neceſſario*, *ff. ſi ventris nomine* (quorum argumento utitur *Bart.* & hoc potiſſimum) intelligendus utiquè eſt, quando nulla lite mota alienatio in fraudem facta fuerit. Nam ſi lite mota, dolus intervenerit, etiam ſine contractus reſciſſione adverſus dolo poſſidentem, jus ſuum rectè aſſequi poterit victor, ſecundum *Cyn.* & *Bal.* quorum ſententiam veriorem, & æquiorem judicat Parl. *ubi ſup. num.* 15. Marius Giurba *dict. deciſ.* 62. *num.* 9. Idem ſi bonorum omnium facta ſit alienatio, poſtquam prompta eſt executio, ut eruditè ſatis oſtendit Menoch. *dict. conſ.* 1187. *num.* 4. qui cæteris reſpondet. Et ubi primum decretum eſt jam 63 interpoſitum, poſſe, ex eodem judicio contra emptorem experiri, concludit Bald. *in l.* 1. *ad fin. C. de litigioſis*, Marius Giurba *dict. deciſ.* 62. *num.* 10.

Neque obſtat aliàs ſenſiſſe *Bal.* opinionem in actio- 64 ne reali tantum procedere, ut ſecus ſit in actione perſonali, ex Socin. *conſ.* 13. *lib.* 4. ſivè ad rem actum fuerit, ſive ſimpliciter ad pecuniam; in qua litigioſi vitium non contrahatur Covar. *pract.* 15. *num.* 6. Intrigliol. *deciſ.* 46. *num.* 63. Capit. *dec.* 107. & *ibi* Maſull. *n.* 1. &

decis.

*deciſ.*128. *num.*4. Surd. *deciſ.*256. *num.*7. & *deciſ.* 306. *num.*16. Ancarr. *conſ.*292. Nam verius eſt, in perſonali etiam actione *Bal.* dictum procedere, ſi ad executionem fuerit deventum, Cravet. *conſ.*235. *num.*2. Roland. *conſ.*5. *num.*9. *lib.*2. Rota Genuenſ. *deciſ.*184. *num.*25. Additque Codea Fabrianus *lib.* 7. *tit.*20. *de execut. rei*
65 *judicat.* quòd obligatio perſonalis, qualis eſt illa, quæ ex inſtrumento, vel judicato naſcitur, in ſingularem ſucceſſorem tunc tranſit, cùm purè in perſonam actum ſit: ſecus ſi ratione certæ rei, quæ judicati exequendi tempore alienata reperitur; Jacob. Cancer. *tom.*3. *reſolut. cap.*17. *de ſent. & execut. num.*467. vel ſi prætorium pignus ſit effectum, Ripa *in d.* §. *ſi heres, num.*22. quod procedere voluit Capicius *deciſ.* 128. *num.*12. ſi ex cauſa oneroſa, puta dotis, facta fuerit alienatio: Coſta *remedio ſubſidiario* 44. *num.*1. Franchis *deciſ.*636. *num.*1. & 2. Giurba *deciſ.*62. *num.*11.

66 Neque obſtat *Bald.* dictum *in dict. l. ob maritorum, num.*8. *C. ne uxor pro marito*, & *in dict. l. executorem, num.*22. tunc procedere, (ut advertunt Covar. *pract.* 15. *num.*7. Capicius *ubi ſup. num.* 12. Cancer. *ubi ſuprà num.* 462. Cartarius *deciſ.*55. *num.*13.) ſi tertius hic poſſeſſor, in quem alienata fuit res, litem motam, aut adimpletam creditoris exequutionem ſciviſſet. Ratio eſt, quia ſcientia non probata, nec probata dicitur fraus ex parte recipientis alienationem, titulo oneroſo; concurrere namque debet fraus tùm ex parte alienantis, tum etiam ea parte ejus, in quem alienata eſt; quàm ſcientiam factis ſubhaſtationibus probari poſſe intelligunt Guid. Pap. *deciſ.*31. & Immola *conſ.*122.

67 Neque obſtat memoratam *Baldi* opinionem intellexiſſe Covarr. *d. cap.* 15. *ſub n.* 7. in actione perſonali ſaltem procedere, ſi duo ea parte agentis probentur, ſcientia in primis ipſius recipientis alienationem quòd lis pendeat (ut ſuprà diximus) & ipſius debitoris inopia, ut ſciat ipſum aliud in bonis non habere, unde poſſit creditore eſſe conſultum, Jacob. Cancer. *tom.*3. *dict. cap.*17. *à num.*462.

68 Covarr. tamen opinio *dict. pract.*15. *num.*7. declaratur; eamque cenſet admittendam Papon. *d. conſ.*63. *n.*24. quando debitoris lite pendente, alienatio modica eſſet, vel tenuis; ſecùs ſi rei magni valoris, vel minoris partis bonorum ipſius debitoris; tunc enim ea alienatione hac, pendente lite, probabilis inſurget conjectura in recipiente talem alienationem, & litis conſcio, quòd ipſe putet talem alienationem ideo fieri, ut per eam alienator eludat ſimul & ſuum creditorem, & ſententiam ferendam, ejuſque futuram executionem, Cancer. *dict. cap.*17. *num.*465. Vel ſi ſuper re modica primum decretum interpoſitum fuiſſet, tunc enim in fraudem paratæ executionis facta diceretur alienatio.

69 Tertius poſſeſſor, in quem, lite pendente, facta eſt alienatio, citandus eſt, ex Capicio *deciſ.* 128. *in fin.* & meritò ſequuntur eum Natta *conſ.*350. *num.*4. Menoch. *conſ.*319. *num.*12. Cancer. *tom.*3. *reſolut. var. cap.*17. *de*
70 *ſent. & execut. num.*463. Quod limitatur, ut verum ſit; non ad effectum ut novus cum eo fieret proceſſus, ſed ut liquidetur, an à debitore illo jus, & cauſam habeat; qua liquidatione facta, abſque novo proceſſu, & ſententia condemnatoria fiet executio inſtrumenti, Marius Giurba *d. dec.*62. *num.*17.

71 Sublimitatur etiam ſecundùm Gabriel. *conſ.*12. *n.*11. *lib.* 1. qui Tertium illum citandum non eſſe, exiſtimat, ſi cauſam à litigante habere conſtet, qui alienavit, cum nulla prorſus defenſio etiam competeret, Hond. *conſ.* 20. *num.*49. 50. *lib.*1. vel ſi potiora, ſivè anteriora jura habeat, propter quæ in eum facta ſit alienatio, ut oſtendit Vincentius de Anna *ſingul.*28. & ſentit Cancer. *d. num.* 463.

72 Alienationes poſt cœptum judicium affirmant Doctores eſſe prohibitas, & in fraudem factas præſumi; de voluntariis alienationibus intelligi conceſſum eſt, non autem de neceſſariis, & cauſam vetuſtiorem (ante judicium motum) habentibus, Gloſ. *in l. fin. verb.* [tranſactionis,] *C. de litigioſis*, Gozad. *conſ.*97. *num.*15. Vimius *conſ.* 253. *num.*3. Benintendus *deciſ.* 48. *num.*15. Franc. à Ponte *conſ.*6. *n.*20. Gaſpar Rodericus *de Ann. reddit. lib.*2. *q.*15. *num.*81. Grammat. *deciſ.*178. Tiraq. *lib.* 1. §. *fin. gloſ.* 12. *num.* 11. & *lib.*2. *de retract.* §. *fin. num.*12. Cacher. *deciſ.*168. *num.*12. Lancel. *de attentat. cap* 4. *limit.*8. *num.*11. Maſull. ad Capic. *dec.*99. *n.*6.
Inde eſt, ut res litigioſa alienari non poſſit, niſi neceſſa- 73
ria ſit alienatio: Maſu. ad Capic. *deciſ.*99. *num.*4. Flaminius Cartarius *deciſ.*55. *num.*11. Tiraq. *lib.*1. *de retract.* §. 36. *gloſ. fin. num.*2. Lancellotus *part.*2. *cap.*4. *num.*4.
Intrigliol. *deciſ.*46. *num.* 61. Franciſ. à Ponte *conſ.*55. 74
*num.*40. ut ſi pro dote alienetur, *d. l. fin. C. de litigioſis*, Padilla *in Authent. res, quæ, num.*43. *C. comm. de leg.* Cravetta *conſ.*481. *num.*19. 20. Lancellot. *in præfat. de attent. num.*467. latè Molina *lib.*1. *de primog. cap.*10. *num.*2. & *lib.*4. *cap.*6. *num.* 1. Quod etiam in illo caſu neque fraus præſumitur, Decianus *conſ.*37. *n.*21. *lib.*2.
Seſſe *deciſ.*78. *num.*5. & ubi principaliter, & directè 75
actus ad fraudem ordinatus non eſt, licèt ex eo fraus ſequatur, non habetur in conſideratione, *l. omne, ff. de*
ſtatu liber. Hondedeus conſil. 7. *num.*11. *lib.*1. Felicius 76
*allegat.*5. *num.*65. *part.*1. Ideò majoratus poſſeſſor neceſſarias alienationes facit, quæ originem trahunt ante majoratus inſtitutionem, Angel. *conſ.*243. Cravet. *conſ.*6. *num.*9. & *conſ.*215. *num.*3. Crotus *in l. filiusfam.* §. *divi, à num.*45. Loazes *num.*83. Ripa *num.*25. Caſtr. *num.*11. *ff. de leg.*1. Oſaſchus *deciſ.*167. & *deciſ.* 170. Carrot. *de depoſito. cauſa* 5. *tit. de neceſſit. à princip.* Joan. Garcia *de expenſis, cap.* 18. *num.* 7. Caſanate *conſil.*9. *num.*58. Barboſa *in l. uſufructu, ff. ſolut. matrimon. n.*27. Aviles *in capp. Prat. cap.*2. *gloſſ.* (de mercadurias) *n.*9. Gutierr. *allegat.*7. Matienço *in l.* 6. *tit.*7. *gloſſ.*3. *n.*21. *lib.*2. Spino *de teſtam. gloſſ.*19. *num.*36. Cephalus *conſil.*676. Burſatus *conſ.* 151. *num.* 11. Petra *de fideicommiſſis, quæſt.*8. *num.*549. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, gloſſ.* (prohiberis,) *num.*38. & 39. Marius
Giurba *deciſ.*62. *num.*18. Tritum namque eſt, alienan- 77
di prohibitionem voluntariam, non neceſſariam alienationem contineri, *l. divus, ff. de petitione hæreditatis, l.* 1. *ff. de fundo dotali, l. alienationes, ff. famil. erciſcund. l. peto*, §. *prædium*, ubi DD. *de legat.*3. Monter. *dec.*1. *num.*11. Gutier. *allegat.*11. Petra *ubi ſuprà num.*549.

Nec ad alienationes pertinet, quæ per Judicis ſenten- 78
tiam fierent, *l.*3. §. *item quæri poteſt, ff. de reb. eorum*, Caldas *in dict. gloſſ.* (prohiberis,) *num.* 77. Barboſa *in dict. l. uſufructu, nu.*26. *in fin.* dummodò cauſam habeant ante alienandi prohibitionem.

Alienatio in fraudem paratæ executionis non eſt, quæ 79
in anteriorem creditorem fit: *Intrigl. deciſ.*46. *num.*60. Vincent. de Anna *ſingulari* 28. Marius Giurba *dec.*62. *num.* 20.

Nec omittendum eſt, quòd contra Tertium non no- 80
minatum in inſtrumento, jus executivum dari non poteſt, ut latè *num.*33. *ubi ſuprà*, dictum eſt, & *num.* 39. etſi intereſſe habeat. Marant. *de judic. tit. de execut. n.*32. Suarez *in l. poſt rem judicat. limit.*2. *num.*2. *ff. de re judicat.* Caſanate *conſ.*29. *num.*28. Cancer. *tom.* 2. *var. reſolut. cap.*3. *num.* 65. & 66. Jaſ. *in l. ſi quis nec cauſam, num.*10. *ff. ſi certum petat.* & *in l. juris gentium*, §. *Prætor ait, num.* 13. *ff. de pactis*, Bal. *in l. ſi pro te, C. de dotis promiſſione. in fin.* Gutier. *in l. nemo poteſt, num.* 32. *de leg.* 1. Stephanus Bertrandus *conſ.* 2. *num.* 9. & *conſ.* 57. *num.*1. *lib.*3. Fulvius Pacian. *conſ.* 150. *à num.*1. 3. & *ſeqq.*

Animadvertendum tamen, quòd executionis man- 81
datum contra Tertium rei poſſeſſorem, & contra alium quemlibet juſtificari debet ex eiſdem actis præſentatis tempore executionis; non ex noviter præſentandis, Bar. *in l. creditores, q.*5. *num.*26. *C. de pignoribus*, Suarez *in l.*

poſt.

poſt. rem judicat. limit. 5. *num.* 1. Avend. *in capp. Prat. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 27. Gutier. *conſ.* 30. *num.* 13. Lara *lib.* 1. *de anniverſariis, cap.* 10. *n.* 86. Stephan. Gratianus *diſ-*
82 *cept.* 366. *n.* 41. & 33. Nec ſufficit ex eiſdem authoribus poſtea juſtificari; præſens enim ſtatus in executivis inſpiciendus eſt, non qui evenire poteſt.
83 Et in tantum hoc procedit; quòd executio cauſata prætextu unius inſtrumenti reconvalidari non poteſt ex alio in ea non mentionato; probat celebris gloſ. 1. *in l. Bebius Marcellus, ff. de pact. dotalibus*: ubi notat *Bal.* quòd experiri in alia judicii inſtantia debet actor, & *conſ.* 150. *vol.* 1. Cardin. Toſchus *tom.* 3. *lit.* E. *concluſ.* 484. *num.* 12. Cravet. *conſ.* 840. *num.* 9. *lib.* 5. Jaſ. *in l. edita. n.* 27. *C. de edendo.* Corſetus *ſingulari* 158. Intrigl. *ſingulari* 156. *n.* 1. Franciſcus Milanenſ. *deciſ.* 3. *num.* 10. *lib.* 2. & *deciſ.* 8. *num.* 40. Franciſ. à Ponte *conſ.* 42. *num.* 22. Zaſ. *lib.* 2. *ſingul. reſponſ. cap.* 2. Ant. Contius. *lib.* 1. *diſput. jur. cap.* 5. Cojac. *lib.* 4. *obſervat. cap.* 23.
84 Borſat. *conſ.* 198. *num.* 22. debent namque acta in executione recenſeri; quia pars formalia ſunt executionis; Bald. *conſ.* 15. *num.* 1. *lib.* 2. & *conſ.* 318. *num.* 4. *lib.* 4. & *in cap. paſtoralis* §. *quia verò, num.* 16 *de offic. delegat.* Caſtr. *conſ.* 31. *lib.* 3. Bellon. *conſ.* 59. *num.* 4. Intrigliolus *ſingul.* 156. *num.* 2. & vehiculum ad ſententiam Bal. *in cap. cum ſuper. in fin. de cauſa poſſeſſionis.* & *propriet.* & *in l. fin. C. de ſuſpect. tut.* & meliùs *conſ.* 344. *ante fin. lib.* Montiern. *deciſ.* 25. *num.* 48. Et ratio videtur eſſe; quia ſi creditor actis aliis velit uti, neque inſtrumentum illud in termino exhibuit, nulla vis in eo facienda eſt, nam ſi poſt terminum exhiberetur, maneret debitor indefenſus; quod non eſt admittendum, Craveta *d. conſ.* 840. *num.* 9. *lib.* 5. Milanenſis *d. deciſ.* 8. *num.* 43. Muſcatel. *in praxi par.* 1. *gloſ. petitur, à num.* 48. & ideo di-
85 xerunt Doctores, & meritò in *l.* 1. *C. de edendo*, in judicio particulari libellum mutari non poſſe poſt litem jam conteſtatam, ut ſit eadem inſtantia: comprobat Menoch. *de arbitrar. caſu* 176. *num.* 38. Macerat. *lib.* 1. *reſolut.* 83. *num.* 1. Fachin. *lib.* 1. *contrav. jur. cap.* 92. & 95. Milan. *deciſ.* 8. *num.* 42. plenè Bolognet. *in l. edita, num.* 61. Barnabas Cornazanus *deciſ.* 154. *n.* 3. Cardin. Tuſchus *tom.* 5. *lit.* L. *concluſ.* 312. Vim. *conſ.* 216. à *num.* 58. Jacob. Cancer. *lib. reſolut. cap.* 16. *de litis conteſt. num.* 29. 31. Peregrinus *conſ.* 92. *lib.* 5. Marius Giurba
86 *deciſ.* 10. *num.* 4. Et hoc evidenter conſtat, quia in executivis lis conteſtatur à præſentatis oppoſitionibus, & tunc incipit inſtantia: Franciſc. Milan. *deciſ.* 20. *n.* 30. *lib.* 1. Corſetus *lib.* 1. *Forenſ. quæſt.* 2. & *q.* 5. Follerius *de cenſibus. gloſ.* (quæ quidem executio,) *num.* 36. Afflictis *in conſtitutione,* (Hac lege.) *num.* 5. *gloſ. in cap.* 1. *de electione lib.* 6. Aſinius *in proœm. prax. jud. cap.* 3. *num.* 48. Flaminius Cartar. *deciſ. Januen.* 63. *num.* 8. Marius Giurba *deciſ.* 10. *num.* 5.
87 Nec ſuppleri poteſt talis defectus ſi creditor utatur hac formula in petitione, quòd petit executionem virtute omnium aliorum actorum; quia non fundat executionem, nec cauſatam confirmat: Socin. Jun. *in l. naturaliter,* §. *nihil commune n.* 64. *ff. de acq. poſſ.* Alex. *conſ.* 120. *num.* 12. *lib.* 2. Aretin. *conſ.* 17. *num.* 5. Milanenſ. *dict. deciſ.* 8. *num.* 42. Intrigliol. *dict. ſingul.* 156. *num.* 3. poſt Bald. *in dict. l. Bebius*, adnotavit Marius Giurba *dict. deciſ.* 10. *num.* 6.
88 In hac tamen re diſtinguendum erit, aut novum à creditore exhibetur inſtrumentum diverſum à primo, pro quo cauſata fuerat executio, & tunc procedit Gloſ. & text. in *d. l. Bebius Marcellus*, & ſuſtineri non poteſt executio. Nam ubi res nova deducitur à prima, non poteſt in eadem inſtantia creditor obtinere, ſed alia opus eſt; quia novum erit judicium, & ob id novæ exceptiones opponendæ, *l. cum quærebatur*; & ibi Doct. *ff. judicat. ſolvi, l.* 3. *ff. ad exhibendum* per Specul. *de libelli concept.* §. *nunc oſtendimus, num.* 4. & 8. non enim debet judex ſuper diverſo alio inſtrumento
pronunciare, niſi datis defenſionibus, & inſtructo proceſſu ſuper novis, Craveta *conſ.* 840. *n.* 9. Marius Giurba
deciſ. 10. *num.* 9. Et quia etiam diverſa rei ad libellum 89
jam præſentatum addito novo indiget termino, nova litis conteſtatione, & inſtantia, Angelus *in l.* §. *ſi ſtipulatus, ff. de verb. obligat.* Alciat. *in dict. l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter, num.* 29. Purpuratus *in d. l. edita*, *num.* 259. *C. de edendo*: Cæſar Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 148. *n.* 5. Laderch. de Immol. *conſ.* 93. *num.* 2. Marant. *de ordine judic. par.* 6. *act.* 3. *num.* 9. & 10. Peregrinus *dict. conſ.* 92. *lib.* 5.
Aut novum quod exhibetur inſtrumentum diverſum 90
non eſt, ſed dependet à primo; & tunc ſuſtinetur executio maximè ea clauſula, *& omnium aliorum actorum*; quæ nominatim inſtrumentum, in quo fundata eſt executió, coadjuvat, & confirmat, ut diximus: quo enim in caſu etiam poſt litem conteſtatam licita eſt in ordinariis emendatio, ſi ea de re ſit, quæ cauſam habet à prima, pro qua datus eſt libellus; imò ſupplere poteſt Judex, ne continentiæ cauſæ dividatur, *l. nulli*; *C. de judic.* Diſtinctionem hanc poſt *Bald. Alex. Dec. Curt. Jun. Bolognet. Cagnolum*, & alios in *d. l. edita*, latè probant, & communem profitentur Menoch. *de arbitrar. caſu* 176. Muſcatel. *in praxi civili, pars.* 1. *gloſ.* [petitur.] *num.* 50. *cum ſeqq.* Angel. Alex. *in l. ſcire debemus, n.* 7. *ff. de verb. oblig.* Jacob. Cancer. *lib.* 3. *vari. cap.* 16. *de litis conteſtat. n.* 37. & 40. Coſta *de re integra, diſtinct.* 85. *num.* 3. & quamvis illam increpet Fachin. *lib.* 11. *Contrav. cap.* 95. à communi non eſt recedendum. Ideò tradit Barnabas Cornazanus *deciſ. Lucenſi* 104. *num.* 5.
& 11. Quòd ſi acta non ad novam incipiendam, ſed ad 91
perfectionem & inchoatæ jam executionis conſummationem à creditore ſunt facta; nova non erit inſtantia, ſed eadem prima, & continuata diſpoſitio; Bal. *in conſ.* 156. *num.* 2. *lib.* 1. Craveta *conſ.* 223. *num.* 13. Magonius *deciſ. Florentina* 31. *num.* 6. Decian. *conſ.* 11. *n.* 20. *lib.* 1. Quando autem per additionem mutata ſit forma, vel antiqua remaneat, videantur Ruminald. Jun. *conſ.* 302. Paul. Æmilius Verallus *dec.* 60 *par.* 2. Sfortia Odd. *conſ.* 88. Plenè Gonzalez *in reg.* 8. *Cancellariæ gloſ.* 9. *à num.* 7.
Altera exitit dubitatio; ſi inſtrumentum quod exe- 92
quendum petitur, mentionem faciat alterius inſtrumenti, an exequi poſſit quam priùs illud inſtrumentum, cujus in hoc altero ſit mentio, in jus proferatur? quo in re Alciatus *in l. ubi autem,* §. *ſed qui vinum*: *num.* 11. *ff. de verb. oblig.* dicit, inſtrumento non dari executionem per relationem ad aliud: & probat *auth. ſi quis in aliquo documento, C. de edendo. l.* 3. *fin. C. de ſent. quæ ſine certa quant. profer. l. ait Prætor.* § *ſi judex ff. de re jud.* & *ibi*. Jaſ. *num.* 19. Decius *conſ.* 503. *n.* 4. Vant. *de nullitat. ex defectu proceſſ. num.* 105. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1025. *n.* 11. Etenim nulla eſt referentis vir- 93
tus, niſi appareat quanta, & qualis ſit virtus termini ad quem, *l. teſtamento. l.* 1. *ff. de condi. & demonſtrat.* Aldobrandin. *conſ.* 76. *num.* 42. Magon. *deciſ. Lucenſi.* 25. *num.* 52 & *deciſ.* 96. *à num.* 7. Decian. *conſ.* 7. *num.* 92. *lib.* 1. & *conſ.* 91. *num.* 30. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 247. *n.* 32. expreſſam in eo inſtrumento, quod exequendum eſt,
obligationem requirit. Tradit generaliter Bal. *in l. inci-* 94
vile, in fin. ff. de legibus. Quòd ſi inſtrumentum ad aliud ſe referat, ipſum quoque inſtrumentum relatum producendum eſt, Alexand. *conſil.* 3. *lib.* 2. Bald. *in l. non ignoras, num.* 3. *C. de fruct. & litium expenſ.* Tuſchus, *liter.* 95
R. *tom.* 6. *concluſ.* 126. *num.* 17. Cravet. *conſ.* 956. Marius Giurba *deciſ.* 10. *num.* 14.
Pro reſolutione diſtinguendum putant Doctores ſequentes, Rebuff. *de chirograph. & cedul. recognit. in præfat. n.* 65. poſt *Roman.* quem citat. *conſ.* 305. *num.* 7. & 8. & *ibi* Mandoſius, Maranta *conſ.* 116. Fontanel. *de pact. nupt. gloſ.* 18. *par.* 2. *n.* 24. & 28. *num.* 1. Aut inſtru-
menti, quod exequendum petitur, ſubſtantia, ad aliud 96

referiur inſtrumentum, & tunc executioni locus non erit, niſi priùs exhibeatur relotum.

97 Aut ſecundum inſtrumentum propter aliud omiſſum poteſt principaliter diſponere, quia non tam conditionaliter, quàm cauſotivè fit mentio, & tunc inſtrumentum hoc ſuam ſortiri debet executionem, Rebuff. *ubi ſuprà*, Alexand. etiam *n.* 12. Alphanius *n.*23.*in dict. Auth. ſi quis in aliquo documento*. Jaſ.*in l. admonendi.n.* 29.*in prælect. ff.de jurejuran.*Boër. *decif.*274 Bold.*in l. ſi donatio, n.*2.*C.de donat.*Guttierr. *conſ.*23.*n.*7.*& conſ.* 25.*num.*1.Suarez *in l.poſt rem judicatam,quæſt.*1.*num.*5. *ff. de rejudicata*. Parlad. *lib.*2.*cap.fin.*1.*part.*§. 12.*limit.* 3.*num.*24.ubi ait: Hoc tamen accipias, niſi in hoc inſtrumento, quod exequendum poſtulatur, plenè rei geſtæ memoria compreſienſo ſit; nam tunc mentio olterius inſtrumenti non tòm conditionaliter, quàm cauſativè fiat, præſentis inſtrumenti fidem nullo modo labefactat, out irritot, text. *in cap.Abbate; de verb.ſignif.l. ſi donatio, C.de donat.l.eum, qui,§. Julianus.ff.de conſtit. pecun.* Moſcard.*tom.* 2. *de probat. concluſ.* 923. *num.*6. Marius Giurba *deciſ.*10.*num.*17. Gratus *conſ.* 122.*n.*19. *tom.*2.Bal. *in dict.l. incivilo, ff. de legib.*

QUÆSTIO XII.

An in denunciando tempus ſervandum ſit?

SUMMARIUM.

1 *Emptor in denunciando tempus ſervare debet.*
2 *Venditori quolibet tempore denuntiari poteſt.*
3 *Congruum tempus dicitur, dummodo jus authoris deterius factum non ſit.*
4 *Denunciatio, ſi eſt in cauſa concluſum, fieri poteſt.*
5 *Paria ſunt ſententiam eſſe latam, vel in cauſa concluſum.*
6 *Hac tamē denūciatio fieri poteſt in cauſa appellationis.*
7 *Venditor quandocunque judicium in ſe ſuſcipere poteſt contra emptorem.*
8 *Denunciatio fieri debēt ante ſententiam, imò ante concluſum in cauſa.*
9 *Concluſio claudit viam probationis; & ideo tunc non poteſt fieri denunciatio.*
10 *Denunciari valet, donec lis durat tùm in prima, quàm in ſecunda inſtantia.*
11 *Refertur ſententia dicendum, quòd denunciatio fieri debet ante ſuſceptum judicium.*
12 *Habens titulum lucrativum debet denunciare ante litem conteſtatam; ſi onerosum poteſt quandocunque.*
13 *Emptor non eximitur à proſequutione, & defenſione litis, nec ab appellando per denunciationem.*
14 *Intelligendum eſt ſi habet bonam cauſam, tenetur appellare, & proſequi; ſecùs ſi malam, & dubiam.*
15 *Emptor victus, ſecundum aliquos, non tenetur appellare.*
16 *Emptor, etſi ſit condemnatus, tenetur appellare, & proſequi appellationem, ut evictionem conſequatur.*
17 *Etſi expreſsè appellationi interpoſita renunciaverit, vel priori inſtantiæ, tenetur appellare.*
18 *Emptor pro ſuo intereſſe, etiam ſi eſſet lapſum tempus ad appellandum, poterit appellare.*
19 *Emptori ad appellandum non currit tempus niſi à die ſcientiæ.*
20 *Limitatur primò, niſi emptor eſſet præſens tempore latæ ſententiæ.*
21 *Limitatur ſecundò, niſi emptor intimaſſet venditori ſententiam, ut appellare poſſit.*
22 *Emptor, victo venditore, poteſt appellare, ſicut è converſo venditor appellare poteſt, victo emptore.*
23 *Declaratur, quod ſi emptor prius appellaverit, tunc venditor non poteſt appellare, ſed ſolùm poſſet aſſiſtere emptori, qui appellavit.*
24 *Appellatio ſuperflua non eſt admittenda.*
25 *Venditor etiam ſi prius appellet, poſſet emptor poſtea appellare; & redditur ratio diverſitatis.*
26 *Venditor poteſt appellare ab illa ſententia, à qua poteſt appellare emptor.*
27 *Omninò debet appellare emptor, forſitàn ſi in cauſa appellationis probabitur juſtitia venditoris teſtibus, & inſtrumentis, quæ non fuerunt prolata in prima inſtantia.*

IN Denunciando tempus ſervandum eſt, & quolibet 1
tempore venditori denunciari poteſt, ut de ea re agendo
adſit, quia non præfinitur certum tempus in ea ſtipu- 2
latione; dum tamen nè propè ipſam ſententiam fiat; &
ſic legitimo tempore, & congruo facienda eſt, *l.ſi rem,
la* 1.*§.fin. ff. de evict*, Greg. Lopez *in l.* 32. *tit.*5.*p.*5.
*gloſ.*3.per *l.*36.*ead.p.*Atet. *conſ.*16.*num.*6.quo quidem
tempore odhuc venditor litem ſuſcipere poſſit, & ipſam
rem defendere, Auſrer.ad Capel. Toloſanam, *deciſ.*408.
latè Ariſminus Tepatus *tom.*2.*var.ſent.titulo* 411.*de denunciatione*. Congruum tempus illud dicitur dummodò 3
jus authoris deterius factum non ſit, ſecundum Gloſſ.
ibi: quod contingit, ſi fiat ante litem conteſtatam, ſecundùm Henric. poſt Speculat.*in dict. cap.fin. col.*3.*de
empt. & vendit.* aut ſtatim poſt, ſecundum Covarr.*lib.*3.
*var.cap.*17 *illat.* 8.& ante publicationem teſtium prioris inſtantiæ: Undè ſi erit in cauſa concluſum, fieri non 4
poterit ſecundùm Gloſſam *in dict.cap.fin.*Corſetus *verbo*
(denunciari:) paria enim ſunt, ſententiam eſſe latam,
& in cauſo concluſum, Bart. *in l. mater. §. eandem, ff. de* 5
executione rei judic. Abb.*in cap.paſtoralis, de except.* Jaſ.
*in l.error.n.*11.*C.de juris. & fact.ignorant.*& ſentit Bar.
*in l.qui concubinam, §.ſi hæres, ff.de leg.*3.*& in l. aut qui
aliter, ff.quod vi, aut clam.* Anton.de Burg.*in dict.cap.fin.
col.*1.*de empt.& vendit.* Cagnol.*in l.venditor,n.* 4. *ff. de
judic.*Bald.*in l.libera, C. de ſent. & interlocut.* Caball.§.
3.*de evict.n.*144.unde Joannes Igneus *in l. propter veneni, §.fin.n.*18.*ff. ad Syllanianum*, dicit, quòd hæc denunciatio fiat ante concluſum in cauſa.

Poterit hæc denunciatio fieri in cauſa appellationis, 6
Rebuff.*tom.*2.*ad ll.Gallic.tit.de reſcript. art.* 3.*gloſ.*4.
n. 3.dummodò jus venditoris ſit ſalvum, & omnia ejus
jura ſint integra, ut quis teſtes habet, & nihil deperit,
ita tenet Gloſ.fin. *in dict.§.fin.in fin.* odducit textum *in
l. mancipiorum.ff.de optione legata*. & cum ea pertranſit
Rebuff.*tit.de dilat.art.*5.*gloſ.unic.n.* 29. Addit Igneus
ubi ſuprà, quòd hoc apud juris utriuſque Interpretes
magis receptum eſt in forenſi examine: ſequitur Covarr.
loco jam citato, qui allegat Joann. Andr. Anton. Immol.
*in dict.cap.fin.*Et propterea poteſt venditor quandocum- 7
que judicium in ſe ſuſcipere litis motæ, contra emptorem, Antonius de Butrio *conſ.*44.Anton. Gomez *tom.*2.
*var.cap.*2.*num.*39.*verſ.* (dubium tamen eſt quo tempore,) Caballin. *ubi ſup. ſub num.*144.

Quòd hæc denunciatio debeat fieri ante ſententiam, 8
imò ante concluſum in cauſa, ut ſuperſit tempus od defendendum; aliàs non poteſt; Bart.*in l.qui concubinam,
§.ſi hæres ff.de leg.*3.Bart.*in l.ſi rem,C.de evict.*Cardinalis
Tuſchus *tomo* 3.*pract.concl.conſ.*353.*n.*10.Nam cōcluſio
claudit viam probationis, & eſt renunciatio omnium ter- 9
minorum, & ideo tunc non prodeſt emptori denunciare.
cap.cum dilectus, & *ibi* Felin.*de fide inſtrum. cap.*2. *eod.
lib.*6. *Clement.ſæpè, de re judicata*, Octavianus Veſtrius
*in praxi Romanæ Curiæ, lib.*3.*cap.*4. *de dolo, & cōtumacia,
n.* 7.& *ibi Mandoſius ubi ſup. n.*11. tenet contrarium, 10
quòd hæc denunciatio poſſit fieri donec lis duret, tam in
prima quàm in ſecunda inſtantia, ex *d.§.ultimo*, cum *ibi*
notatis, Oldrad. *conſ.*255. *n.*4. *& n.*12. & Tuſchus declarat ex Abbate *conſ.*45. *n.*2. *lib.*2. quòd ſufficiat de- 11
nunciatio ante ſententiam. Multi tamen tenent, quòd
denunciatio debet fieri ante ſuſceptum judicium, licèt
opinio ſit controverſa; curare tamen debet is, qui de

evictione

evictione poteſt agere, ne multum differat proponere
actiones ſuas contra ſuum autorem, illo videlicèt
tempore, quo fortè defenſiones periiſſent, ſeu ſublatæ
fuiſſent; tunc enim in manifeſta culpa deprehenderetur;
& propterea auferretur ſibi beneficium agendi;
quia ſua culpa cuilibet debet eſſet nociva: ut eſt caſus
in l. Carbonianum, §. ſed ſi quis, ff. de Carboniano edicto,
Capicius deciſ. 106. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 45. num. 2.
Fontanel. tom. 2. de pact. nupt. clauſula 5. gloſ. 8. par. 14.
num. 80. & 81. Tamen in legatario, & in quocumque
12 agente ex cauſa lucrativa, debet fieri ante ſuſceptum
judicium, Abbas d. conſ. 45. circa fin. lib. 2. Ariſminus
Tepatus tom. 2. var. ſent. tit. 422. cap. 3. Benedictus Capra
verb. (venditor,) in volumine commun. opp. Si tamen ſit
ex cauſa oneroſa, quandocumque, ex Bart. ex l. 29. §. ſi
hæres. ff. de leg. 3. ſed ante publicationem nunciatio fieri
debet: ut eſt definitum per l. 32. tit. 5. par. 5. ubi Greg.
Lopez gloſ. 3.
13 Animadvertendum eſt, quòd emptor per hanc denunciationem
non eximitur à proſequutione, & defenſione
rei, nec appellando: quod intelligendum eſt ſe-
14 cundùm Gloſſam in l. Herennius, §. Caia, ff. de evict. Si
habet bonam cauſam tenetur appellare, & proſequi: ſecùs
ſi malam, & dubiam: Gloſſam ſequuntur Bar. Bald.
& Angel. in dict. l. propter veneni, §. fin. ff. ad Syllanianum.
Salycet. in l. procuratorem. §. ſi ignorantes, ff. mandati:
Aretin. in §. actionum, colu. 12. verſ. (quæro, an
emptor,) Inſtitut. de act. & ſequitur Alex. in l. invitus,
C. de procurat. Bal. & Angel. in l. emptor, C. de evict.
Scaccia de appellat. quæſt. 5. art. 1. num. 14. ubi generali-
15 ter dicunt, quòd emptor victus non tenetur appellare;
quia præſumitur pro ſententia; Natta conſ. 208. Franciſc.
Marc. deciſ. 587. Dec. conſ. 74. num. 3. Caballin. de evict.
§. 3. num. 541. quod ſi aliter fecerit, non poterit agere
de evictione contra venditorem; quia mora emptoris,
cum quo formatum erat judicium, magis præponderat:
Riminal. conſ. 205. num. 5. lib. 2. & cum nullus rem defenderit,
& ſi ſit evicta, emptori magis imputandum
eſt, ut de evictione agere nequeat: Bald. in l. 1. num. 7.
C. de peric. & commod. rei vend. Papienſis in libello in
cauſa venditionis. verb. (promittens,) num. 8. Bar. in d.
l. procuratorem, §. ignorantes. ff. mandati, Dec. conſ. 74.
num. 3. Cagnolus in l. venditor. num. 5. de judiciis, Corneus
conſ. 425. lib. 1. & conſ. 169. num. 5. lib. 2.
16 Et ſecundùm aliquos, ſi ſit emptor condemnatus, tenetur
appellare, ut conſequatur evictionem, imò appellationem
proſequi; Rota Januenſis deciſ. 28. num. 15.
Alexand. conſ. 117. num. 3. lib. 7. Tuſcus dict. concluſ.
353. num. 27. Cavalcanus deciſ. 8. num. 7. lib. 4. Barboſa
in dict. l. venditor, num. 64. ff. de judic.
17 Si tamen expreſsè renunciaverit appellationi interpoſitæ,
vel priori inſtantiæ, tunc venditor liberatur de
evictione; Ruinus conſ. 84. lib. 5. Caballinus ubi ſuprà,
num. 45. Eſt tamen advertendum, quod ſi emptor
cauſam defenderit, & contra eum fuerit lata ſententia,
quamvis elapſum fuerit tempus ad appellandum, nihi-
18 lominus poterit emptor appellare pro ſuo intereſſe;
quia illi non currit tempus ad appellandum niſi à die
19 ſcientiæ, Paul. de Caſtro in l. ab executore, §. alio,
C. de appellationib. Cephal. conſ. 106. num. 6. lib. 1. &
conſ. 279. num. 4. lib. 2. Barboſa in dict. l. venditor, 173.
Sigiſmund. Scaccia de appellat. dict. quæſt. 5. num. 36.
verſ. (contrariam opinionem,) & quæſt. 12. num. 25.
& 29. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 50.
num. 169. intelligendum tamen ſano modo, dummodò
ipſi emptori permiſſum fuiſſet appellare, Covarr. pract.
15. num. 4. Vincent. Hondedeus conſ. 25. lib. 1. num. 17.
Ruginellus de appellat. §. 0. cap. 1. num. 25. & 47. Imol.
conſ. 69. num. 2. Cavalcan. deciſ. 5. num. 05. lib. 1. Stephanus
Gratianus deciſ. 149. num. 4. Puteus deciſ. 71.
lib. 3. Jacob. Cancer. lib. 3. var. reſolut. cap. 17. n. 548. Caballin.
dict. §. 3. n. 145. Marius Giurba, deciſ. 8. num. 31.

Limitatur, niſi venditor eſſet præſens tempore latæ 20
ſententiæ; quia tunc emptor non tenetur appellare;
Apoſtilla ad Specul. tit. de appellat. §. 1. num. 8. verſ. (ſed
nunquid) Natta conſ. 208. num. 2. Sigiſmundus Scaccia
ubi ſup. num. 15. de appellat.
Limitatur etiam niſi emptor denunciaſſet venditori, ut 21
appellare poſſet, caſus in dict. l. Herennius, §. Caia, ff. de
evict. Salycet. & Gloſ. fin. in l. emptor. & ibi Bal. & Angel.
C. de evict. Natta dict. conſ. 208. Caballinus dict. n. 145.
verſ. (ſubdeclara.)
Emptor, victo venditore, poteſt appellare, ſicut è 22
converſo venditor, victo emptore; Ita Paul. de Caſtr. in
l. ab executore 4. §. alio condemnato, n. 2. ff. de appellat.
Scaccia de appellat. ubi ſup. num. 34.
Declaratur hoc, quòd ſi emptor priùs appellaverit, 23
tunc venditor non poſſit appellare, ſed ſolùm poſſit aſſiſtere
emptori, qui appellavit: Ruginellus de appellat. §.
2. cap. 1. n. 25. & ſatis probari videtur in d. l. ab executore,
§. alio, in illis verbis: Si emptor de proprietate victus, eo
ceſſante, author ejus appellare poterit.) Ergo à contrario
ſenſu, emptore non ceſſante, appellare venditor non poterit:
Sigiſmundus Scaccia ubi ſup. n. 35.
Et comprobatur; quia appellatio ſuperflua non eſt ad- 24
mittenda, cap. 5. Cum appellationibus frivolis, ubi Gloſ.
Ancarr. Geminian. Franch. & cæteri, de appellat. lib. 6.
Scaccia de appellat. q. 17. limit. 36. à n. 1. Sed appellatio
venditoris eſt ſuperflua, quando appellat emptor; quia
non intereſt venditoris appellare, ex quo poteſt aſſiſtere,
& adhærere appellationi emptoris, & conſequenter poteſt
producere teſtes, & alia facere ac ſi ipſemet appellaſſet,
ut conſiderat Ruinus conſ. 84. n. 5. Scaccia ubi ſuprà, n. 35.
Secus tamen ſi venditor prius appellaſſet; quia em- 25
ptor poſſet etiam ipſe poſtea appellare: & ratio diverſitatis
eſt; quia ad emptorem principaliter ſpectat defenſio,
& in conſequentiam, ac ſecundariò, & acceſſoriè ad
venditorem, & ſic iſto caſu, principale non impeditur
à ſuo acceſſorio: ſed in caſu præſenti acceſſorium impeditur
à ſuo principali; quia acceſſorium ſequitur naturam
ſui principalis, non è contra; Ruin. dict. conſ. 4. ſub n. 5.
Declaratur, quòd venditor poterit appellare ab illa 26
ſententia, à qua non poteſt appellare emptor; veluti ſi
ſit tertia ſententia conformis aliis duabus, vel quia
non fuerit appellatum infra tempus, fueritque tranſitum
in judicatum; Covar. pract. 15. n. 3. Ruginel. dict.
cap. 1. num. 2. Paul. de Caſtro in d. l. ab executore, §. alio,
ſub num. 2. Scaccia de appellat. d. quæſt. 5. n. 36.
Omninò debet emptor appellare: forſitan enim in 27
cauſa appellationis probabitur juſtitia venditoris teſtibus,
& inſtrumentis, quæ non fuerunt producta, l. per
hanc, C. de temporib. appellat. Caball. §. 5. n. 41. de evict.

QUÆSTIO XIII.

An obligatus de evictione ad quæ teneatur, facta denunciatione.

SUMMARIUM.

1 *Emptor non ſolùm habet regreſſum de evictione, ſed recuperat omnes ſumptus in lite factos, licèt adſit juſta cauſa, num. 2.*
3 *Ponitur cautela Notarii, ut evitetur dubium.*
4 *Venditor tenetur defendere emptorem ſuis impenſis.*
5 *Declaratur, ſi res evincatur ex defectu juris venditoris, ſecus ſi evicta cauſaretur ex natura judicii intentati.*
6 *Ad quos ſumtus venditor teneatur.*
7 *Emptor ſi eſt contumax in lite, venditor non tenetur de evictione.*
8 *Venditor tenetur ad omnes expenſas neceſſarias.*
9 *Emptor an recuperet expenſas à venditore, ſivè ſuccumbat, ſivè obtineat.*

Digitized by Google

10 *Quæ dicantur expenſæ neceſſariæ, & num. 11. 12. 13. 14.*
15 *Improbatur opinio Greg. Lopez in gloſ. 1. l. 8. tit. 22. p. 3. & declaratur Antonius Theſaurus.*
Sub nomine expenſarum non veniunt damna; ſub num. 15.
16 *In expenſis ratione victoriæ non veniunt damna, nec intereſſe.*
17 *Expenſæ, in quibus fit condemnatio, debent eſſe moderatæ, num. 18. & num. 19. & num. 20. 21.*
22 *Quod quis ex ſuo aliquid expendit, non quod ex ſuo non expendit, petere poteſt.*
23 *Regulariter victus, victori in expenſis eſt damnandus.*
24 *Juſta cauſa litigandi excuſat à condemnatione expenſarum ex officio Judicis, licèt non excuſet à debitis jure actionis, vel pacti; & num. 25. 26. 27. 28. 29.*
30 *Qualibet cauſa etiam injuſta, vel beſtialis excuſat à pœna.*
31 *Quæ autem dicatur juſta cauſa litigandi? & numero 32.*
33 *Clauſula adjecta in contractibus de ſolvendis expenſis, quomodò accipienda eſt.*
34 *Perſonales expenſæ in Regalibus Audientiis, moris eſt, ut expendantur.*
35 *Expenſarum taxatio, ſi injuſta fuerit, & exceſſiva, poteſt ab ea appellari, ut moderetur.*
36 *Expenſas neceſſarias, & ſumptus ad rem perferendam præſtare ſolent hi, quorum negotium agitur.*
37 *Debitor exponere cogitur expenſas in conficiendo inſtrumento.*
38 *Factum eſſe præſumitur expenſis illius, qui facere tenebatur.*
39 *Venditor non tenetur ad culpam emptoris quam ipſe admiſit.*
40 *Agens de evictione adverſus venditorem, an agat ad impenſas quas tradidit in rei vendicatione.*
41 *In cauſa evictionis venit etiam id, quod rei acceſſit utcumque cedat.*
42 *Sciens me aliena vendere, atque emens, impenſas à me ex cauſa evictionis non conſequitur.*
43 *Si ſciens alienam rem vendideris, omninò de impenſis traditis teneris.*
44 *Obligatus de evictione, ſi eidem lis moveatur, facta ſibi denunciatione, non poteſt compelli expenſas ſubminiſtrare, niſi re evicta.*
45 *De evictione obligatus ultra reſtitutionem pretii non tenetur ad damna, & intereſſe.*
46 *Damnum, & intereſſe taxatur ad idem quod percepiſſet paſſus evictionem ex ipſa re evicta, ac ſi evicta non fuiſſet.*
Illud damnum debitum ab emptore venditori ratione pretii non ſoluti, non poteſt excedere fructus rei venditæ ſub num. 46.
47 *Venditor tenetur emptori ad gabellas, & laudemia ſoluta pro rei evictæ venditione.*
48 *Damna, & intereſſe ex ſtipulatione appoſita ſpecialiter in contractu debentur propter clauſulam de reficiendo damna, expenſas & intereſſe.*
49 *Declaratur etiamſi procedat evictio ex jure communi, vel ex jure ſpeciali.*
50 *Emptor paſſus litem, vel evictionem habet eandem anterioritatem pro expenſis litis, & damnis, & intereſſe, quam habet pro pretio.*
51 *Prior enim in ſorte eſt prior in uſuris.*
52 *Limitatur, niſi creditor ſingulis annis non exegit uſuras, & in damnum aliorum creditorum poſtea illas exigere velit.*
53 *Ampliatur ad id, quod deducitur ex* Auth. res, quæ, C. communia de legatis, *& in multis numeris uſque ad num. 67.*
68 *Declaratur principalis concluſio, quod debentur expenſæ litis, pretium, & intereſſe; ut quidquid intereſt emptoris debeatur.*
69 *Emptor ratione evictionis debet conſequi omne aliud intereſſe, nedum expenſarum, ſed amiſſionis fructuum, & quanti plurimi res valuerit evictionis tempore.*
70 *Emptor conſequitur lucra amiſſa.*
71 *Conſequitur etiam fructus rei evictæ.*
72 *Declaratur, quòd procedat hoc, quando emptor notificavit venditori litem motam, & reſervavit alia de jure reſervanda.*
73 *Emptor debet conſequi rei evictæ melioramenta, & melioramentorum expenſas.*
74 *Declaratur, quod venditor tantum teneatur ad expenſas juſtas, ſivè debeantur officio judicis, ſivè actionis jure.*
75 *Ampliatur, quòd obligatus de evictione tenetur etiam ultra damna ante ſequutam evictionem propter juramentum, & dolum.*
76 *Sequuta evictione poteſt emptor conveniri, & ejus hæredes ad damna, expenſas, & intereſſe paſſa in cauſa evictionis.*
77 *In contractibus appellatione expenſarũ veniunt damna, & intereſſe, quando facta fuit eorum promiſſio.*
78 *In contractibus appellatione expenſarum ſimpliciter facta non veniunt damna, & intereſſe.*
79 *Ex contractu obligatus tenetur ad multa, ad quæ de jure non obligatur.*
80 *Abſolutio ab expenſis non operatur liberationem, ubi adeſt obligatio refectionis expenſarum.*
81 *Expenſæ factæ per emptorem in contradicendo liti motæ ſuper bonis emptis, per venditorem refici debent.*
82 *Judex ex officio non poteſt venditorem condemnare in expenſis, ſi emptor fuit in culpa non petendo adverſarium in expenſis condemnari.*
83 *Idem procedit in expenſis ædificiorum.*
84 *Emptor non petens aliquot fructus, non debet eos conſequi.*
85 *Limitatur, quòd judex partem poteſt condemnare in fructibus, & intereſſe, & expenſis, licèt à parte non petantur.*
86 *Limitatur, etiamſi emptor in libello producto poſtulavit per verbum, ſibi reſtitui; quia fructus debent reſtitui licèt non fuerint petiti.*
87 *Limitatur in fructibus pendentibus; quia ſunt pars rei petitæ.*
88 *Limitatur, quando agitur actione univerſali, ſcilicèt, petitione hæreditatis; quia fructus non petiti veniunt.*
89 *Limitatur ubicumque diſtinctè fructus comprehenduntur ſub petitione propoſita.*
90 *Declaratur, quòd fructus non petiti poſt litem conteſtatam veniunt, ſi natura actionis propriæ hoc poſtulat.*
91 *Declaratur, ſi ſtatim poſt ſententiam eodem die petantur, non poſt.*
92 *Emptor ultra duplum, non habebit expenſas, etiamſi aliud ſit conventum.*
93 *Nullum verbum otioſum eſſe debet in inſtrumento.*
94 *Refertur doctrina* Gregorii Lopez *ut in emptionibus, & venditionibus, id quod intereſt non debeat excedere dupli quantitatem, num. 95.*
96 *Quid ſit dicendum ſi apponatur pactum, quòd promiſit nomine pœnæ, quam exigi, & conſequi voluit, rato manente pacto?*
97 *Pœna conventionalis ſuccedit loco rei.*
98 *Quando opponitur hujuſmodi pactum utrumque peti poſſe, & quòd contractus firmus maneat.*
99 *Ponitur cautela* Salyceti.
100 *Clauſula,* rato manente pacto, *ſolùm pro una vice peti poteſt.*

101 *Ex*

101 *Ex Clauſula*, rato manente pacto, *an impeditur purgatio mora*, *num.* 102. 103. & 104. & 105. & 106. 107. 108. 109. 110.

111 *Clauſula tamen*, rato manente pacto, *licèt principio ſit communis utrique parti, ex poſtfacto tamen ſolum prodeſt obſervanti contractum.*

112 *Clauſula*, rato manente pacto, *poteſt agera ad ſuum intereſſe, etſi pœna applicetur alteri, quam parti.*

113 *Clauſula hæc ſubintelligitur in omnibus contractibus bonæ fidei, etſi non apponatur.*

114 *Lite mota ſuper poſſeſſione non poteſt agi de evictione, neque ad ſumptus litis venditor tenetur.*

115 Cœpolæ *cautela refertur.*

116 *Venditor ſive jure poſſeſſionis, ſivè proprietatis, ſemper tenetur ad ſumptus litis.*

117 *Emptor, quando evincitur ſola poſſeſſio, non poteſt agere ad duplum promiſſum in cauſa evictionis, ſed agit primæva actione ex empto.*

118 *Hypothecaria non agitur, ſi emptor inquietatur à creditore.*

119 *Per hypothecariam res non evincitur, ſed tantum avocatur poſſeſſio ab emptore, donec creditoris ſolvatur debitum.*

120 *Venditor vendens rem liberam ab onere hypotheca, tenetur emptori ad intereſſe.*

121 *Emptor agit contra venditorem, ut liberet rem ab onere hypotheca, ſed poteſt emptor liberare hypothecam, aut tollere offerendo litis æſtimationem, aut debitum ſolvere, & repetere ab ipſo venditore.*

122 *Imputari non poteſt emptori, cur ita ſolverit, licèt non denunciaverit litem venditori.*

123 *Omiſſio denunciationis in iſto caſu non nocet.*

124 Angeli *cautela refertur.*

125 *Venditor tenetur rem tradere liberam à ſervitute, & creditoribus.*

126 *Emptor poteſt retinere pretium, donec res liberetur.*

127 *Res obligata ſub conditione non eſt libera.*

128 *Venditor tenetur ſcire qualitates rerum ſuarum.*

129 *Venditor eſt in culpa, ſi ignorat, & faciliter aſſerat rem eſſe liberam, quam ignorabat eſſe talem.*

130 *Venditor tenetur declarare in conſcientia vitia, & qualitates rerum ſuarum*; & *num.* 131. & 132. & 133. & 134. & 135.

136 *Et tenetur manifeſtare decretum brevi publicandum, per quod diminuatur valor rei*, & *num.* 137. & 138.

EMptor defendens cauſam (ſi venditor denunciatus noluit cauſam ſuſcipere) an & qualem contra venditorem regreſſum habeat? Et dicendum eſt, quòd emptor non tantum regreſſum habet de evictione, ſed recuperat omnes ſumptus in lite factos, etiamſi emptor
1 obtineat in cauſa, & ſic injuſtè ſibi fuerit mota lis, *l. venditores* 102. *ff. de verb. obligat.* ubi Scribentes; Bart. *in l. qui abſentem, ff. de procurat.* Corneus *conſ.* 255. *lib.* 3. Benedict. Capra, *conſ.* 90. *lib.* 3. Franc. Marc. *deciſ.* 584 *lib.* 3. Abb. *in d. cap. fin. de empt. & vendit.* Salycet. *in l. ſi ſtatut, C. de evict.* Caballin. §. 3. *n.* 46. *de evict.* Aſſerunt communem Jaſ. *n.* 2. Zaſius *n.* 8. *in d. l. venditores.* Anton. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 2. *num.* 47. Cevallos *tomo* 1. *communium qq. quæſt.* 321. communem vocat, quod quando obtinuit emptor, poſſit petere ſumptus, ſi ab adverſario non recuperavit; contra Gloſ. *in l.* 4. *C. de teſtam. manumiſſ.* & contra Gloſ. *in l.* 1. *C. de evict.* Fachinæus *lib.* 2. *controv. cap.* 38. *verſ.* [exiſtimo] de cujus veritate latè *num.* 9. dicetur.

2 Declara, etiamſi adeſſet juſta cauſa litigandi ex parte moventis litem, non excuſatur venditor ab expenſis conventionalibus, quæ fuerunt promiſſæ per venditorem cum hac clauſula, *cum reſtitutione damnorum, expenſarum, & intereſſe*: Gloſ. mag. *in fin. in verb.* (ſolo,) *in §. oportet, in Authent. de judic.* eam ſequitur Bart. Angel. *in l. non ſolum ff. de rei vendicat.* Bal. *in cap. brevi: de jurejurand.* Butrius *in cap. finem litibus, de dolo & contumacia*, Alex. *conſ.* 37. *lib.* 2. & *conſ.* 34. *lib.* 4. Petrus Surdus *conſ.* 142. *num.* 2. *lib.* 1. Stephanus Gratianus *diſceptat. Forenſi* 33. *num.* 7. & 8. ubi refert *in Rota Romana* fuiſſe ita judicatum. Roland. à Valle *conſ.* 62. *n.* 6. & 7. *lib.* 4. Infert tamen Jaſ. *in l. properandum*, §. *cum alterutra, C. de judic.* ideo utilem praxim ſemper fore, ſtipulari expenſas litis, & hoc apponi facere per Notarium in inſtrumento: Cremenſ. *ſing.* 121. Dec. *conſ.* 74. Hippolyt. de Marſil. *in l. patre, vel marito, n.* 22. *ff. de quæſt.* & *in ſing.* 237. Franciſc. Marc. *deciſ.* 927. *in fine, lib.* 2. Socin. *reg.* 183. Alciat. *conſ.* 140. *num.* 6. Cephalus *conſ.* 265. *num.* 21. Rolandus *dict. conſ.* 62. *num.* 6. *lib.* 4. Cavalcanus *de uſufructu, num.* 205. Petrus Surdus *dict. conſ.* 142. *n.* 2.

Eſt bene verum, quod hodiè Notarii, ut omne du- 3
bium tollatur circa litis expenſas, inſerunt in inſtrumento, quod emptor lite mota promittit defendere, & litem ſuſcipere ſuis ſumptibus, & expenſis; quam clauſulam DD. extraxerunt ex *d. l. venditores*, addendo, quod ſi ipſe emptor cauſam defendat, venditor agnoſcet omnes ſumptus in lite factos; & propterea omnes expenſas recuperabit, etiamſi illi injuſtè mota fuerit lis, & ab adverſario non recuperavit: Gaſpar Antonius Theſaur. *lib.* 3. *q. Forenſi* 18. refert judicatum fuiſſe in Senatu Pedemontano, & ratio eſt, ſecundum Alex. *in d. l. venditores*; quia venditor tenetur defendere emptorem in judicio evictionis, *l. ſi plus*, §. *mota ff. de evict.* & ſic tenetur ad factum illud; ergo factum explicare debet ſuo ſumptu, & impenſa: *l. ſua victu, ff. de oper. liber.* Cabal. §. 3. *num.* 146. *de evict.* Chaſſaneus *in con-* 4
ſuet. Burg. rub. 19. §. 18. *num.* 36. *verſ.* [ſecundo quæro] ac per conſequens ſi non facit, tenetur ad intereſſe, *l. ſtipulationes, verſ.* (Celſus) *ff. de verb. oblig.* in quo intereſſe ſunt dictæ expenſæ. Tenet Bal. *in l. qui abſentem, ff. de procurat.* Natta *conſ.* 232.

Declara, quod hoc eſt intelligendum, ſi res evinca-
tur ex defectu juris venditoris; ſecus tamen eſt ſi evi- 5
ctio cauſaretur ex natura judicii intentati; veluti eſt finium regundorum, *l. ſi fines, C. de evict.* ad cujus intellectum eſt videndus Biminal. *conſ.* 92. *num.* 22. *lib.* 1. quia tunc nulla evictio cauſatur, ut teſtatur Caballin. *ubi ſup. num.* 146.

Ad quos ſumptus teneatur venditor dubitari poteſt? 6
Caſtrenſis *in d. l. venditores*, inquit, quod teneatur ad expenſas tantum, quæ fierent in exhibendo teſtes, & in recolligendo inſtrumenta, & ſic ad expenſas neceſſarias ad inſtructionem cauſæ, ut ſic emptor poſſit ſe defendere, *l. ſi parentes* §. *empti*, ibi: [*Cauſam inſtruunt.*] *C. de evict.* Auſminus Tepatus, *tom.* 2. *var. tit.* 422. *cap.* 9. Ant. Queſada *lib.* 1. *diverſ. qq. juris cap.* 10. *num.* 8. Fachin. *lib* 2. *contr. cap.* 38. verſ. (*ſed quæri poteſt.*) Addit Alex. *in d. l. empti*, quod hoc videtur probari expreſſius *in l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vendit.* ubi venditor non tenetur de evictione, ſi emptor fuit contumax in lite, etiam ſi non denunciaſſet, quod defenderet eum:
quod ſi non denunciaſſet, non teneretur venditor; etiam 7
dato, quod contumax emptor non fuiſſet, ut in *l. emptor, C. de evict.* Sed ſi verum eſſet, quod teneretur ad talem defenſionem, non poſſet venditor ſe excuſare, quando non defendit denunciatus: & quod eſt contra *d. l.* & ſic infert *ibi* Alex. quod ad expenſas, quæ fierent in ſcripturis exceptionum non teneretur venditor, nec ad expenſas gabellæ, quæ ex forma ſtatuti pro lite ſolverentur.

Durum tamen videtur hoc dictum *Alex.* imò contra- 8
rium verius videtur, quod venditor teneatur ad omnes expenſas litis neceſſarias; ſecundùm Innoc. *in cap. finem litibus, de dolo & contumacia*, Caballin. *dict.* §. 3. *n.* 148.

9 Ex his oritur pulchrum dubium. Nunquid emptor, ſi non ſuccumbat, ſed vincat, poſſit ſumptus, & expenſas litis à venditore recuperare? Nam ſi vinceretur, non eſſet dubium, quod poſſet, *l. ſi eum quæſtio*, *C. de evict. l. fidejuſſor. ff. de doli except. l. noviſſimè*, §. *Pomponius, ff. quod falſo tut.* Ad hæc enim acceſſoria extenditur proculdubio actio pro evictione competens, quando illi eſt locus: Henr. Roſent. *in tract. de feud. cap.* 8. *conſ.* 29. *num.* 11. *lib.* 1. Imò evictio quanti tua intereſt, dicitur, non quantum nomine pretii dediſti, *l. ſucceſſores, in fin. C. de evict.* bona Gloſ. *in l. empti actio, C. eod.* Franciſ. de Ponte *conſ.* 27. *num.* 6. Fontanella *de pactis nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *p.* 14. *n.* 61. Sed quando emptor vicit in cauſa, dubium non eſt leve; num ſit idem dicendum, & ratio dubitandi provenit; quia ad hoc, ut evictioni ſit locus, neceſſe eſt, quod verè, & realiter per ſententiam diffinitivam ſit res evicta; quo dato, pro conſtanti, certum eſt, quod quando emptor victoriam reportavit, non erit, nec modo aliquo poterit eſſe evictioni locus; quia non verificantur neceſſaria: ergo non poterunt recipi expenſæ, cum ad eas nullo præter quam evictionis poſſit dari actio. Imò expenſæ, & ſumptus veniunt acceſſoriè in evictionis materia cum principali; ad quod cum non detur actio, nec debitur ad expenſas, & fructus. Alia in idem argumenta adducit Ant. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 47. quæ rem multum ambiguam, & dubiam faciunt, & taliter dubia eſt, ut dicat Hieronymus Cevallos, *quæſt.* 321. *tom.* 1. tam pro affirmativa, quàm pro negativa eſſe communem Doctorum opinionem. Gerardus Maynardus *deciſ.* 75. *Tholoſana*, *lib.* 2. *num.* 1. dicit, incidiſſe quandoque de facto hanc quæſtionem anno 1597. fuiſſe eam tandem reſolutam pro venditore contra emptorem, quod huic, ille ad nullas expenſas teneretur, quantumvis eas contumacia, & culpa ſua procuraſſet, quæ eſt opinio *Accurſii* magis communiter approbata, & recepta in *l.* 1. *C. de evict.* quæ fundatur *in l. ſi ſtatus*, *C. de evict.* Ex qua vulgatis illa regula colligitur: Emptori victo, non vincenti venditorem teneri de evictione, *ex l. ſi controverſia, C. de evict.* Sed hæc controverſia tantum verſatur ubi nullum eſt pactum contrahentium, ſed mero jure, & ex illius regulis quæſtio diffinienda eſt. In Hiſpania ferè tota ceſſat abſque difficultate, quia ex communi ſtylo inconcuſsè obſervato, ſolet in inſtrumentis venditionum apponi clauſula ex pacto inter contrahentes inito, quod venditor teneatur reficere emptori ſumptus, & expenſas litis, ac etiam omnia damna, ſive contingat eum in cauſa ſuccumbere, ſivè victorem evadere, ut omnibus eſt notum: quo caſu ſuccedit procul dubio diſpoſitio text. *in dict. l. venditores, & ibi* Bart. Bald. & communiter Doctores, quem textum ad propoſitum inducit Ant. Gomez *ubi ſuprà*, *num.* 47. *circa medium*, Fontanella, *dict. tom.* 21. *à num.* 61. *uſque ad num.* 66.

10 Dicuntur autem expenſæ neceſſariæ ſine quibus lis agitari non poteſt, veluti ſunt expenſæ inſtrumento-
11 rum & teſtium, *cap. ſtatutum*, §. *proferendo, de reſcriptis, lib.* 6. ſalarium Advocatorum, & Notariorum, *l. ſancimus*, *C. de judic. l. ſalarium*, *C. mandati.* Viatica judicum dicuntur expenſæ neceſſariæ, *l. eum, quem temerè, ff. de jud.* Rebuff. *tom.* 3. *tit. de expenſis, art.* 5. *gloſſ. uni. n.* 16. *ad ll. Gallic.* Lanfranc. *in cap. quoniam contra, verbo* (expenſæ) *de probat.* Cardinalis Tuſch. *tom.* 3. *pract. concluſ.* 637. *num.* 26.

12 Viaticum enim ſignificat ſumptus deſignatos ad iter faciendum. Aulus Gellius, *lib.* 17. *noct. Attic. cap.* 2. *d. l. eum quem temerè*, probat eſſe faciendam condemnationem expenſarum factarum ante litem conteſtatam; occaſione tamen ipſius litis, prout contingit in viaticis; nam viatica expenduntur in movendo ſe de loco, in quo eſt, ad locum litis; Rebuff. *ubi ſup. art.* 1. *gloſ. uni. num.* 18. Specul. *tit. de expenſis*, §. *poſtremò*, *num.* 7. Alberic. *in l. properandum*, *num.* 29. *C. de judic.* Petrus Barboſa *in d. l. eum, quem temerè, n.* 214. & 215.

Ampliatur, ut non ſolum fiat condemnatio in viati- 13
cis, ſed etiam in damnis reſpicientibus perſonam emptoris, ut quia ſi eſſet artifex, vel alius, qui ex operis ſuis ſe ſuſtentabat; nam hæc deductio tantum fit illis, qui ex ſuo vivunt, & non ex operis, quas perdiderunt propter litem, Alberic. *in d. l. properandum, num.* 29. Bellamera *in cap. finem litibus, num.* 41. *de dolo, & contumac.* Aſinius *in praxi*, §. 32. *art.* 3. *num.* 9. & pro illis videtur text. *in l. ſi procurator, la* 2. ubi Gloſ. & Bart. & Paul. *ff. rem ratam haberi*, & ita intelligēdus eſt tex. *in* §. *hac aut, Inſtitut. de pœna temerè litigantium.* Barboſa *ubi ſupra, n.* 229. qui dicit inveniſſe Greg. Lopez *in l.* 8. *tit.* 22. *part.* 3. *gloſ.* 1. *ad med.* dicentem ſe nunquam vidiſſe in praxi obſervari, quòd in expenſis habeatur ratio intereſſe, quod artifex prætendit, quòd propter litem injuſtam non potuit uti artificio ſuo: quod etiam pro conſtanti tenet Azevedus *in l.* 5. *num.* 14. *tit.* 3. *lib.* 4. *Recopil.* Anton. Theſaur. *deciſ.* 67. *num.* 5. Quin imò atten- 14
to jure communi, nullus habetur reſpectus prædicti intereſſe: reſolvit receptum Joſephus Cumanus *ſup. Ritus Regni Siciliæ num.* 16. & 29. & ſaltem non benè conſtat, quæ ſit magis communis opinio in hoc articulo, ut refert Theſaur. *ubi ſup.* ſed quidquid prædicti dicant, quòd in condemnatione expenſarum etiam habeatur reſpectus ad dictum intereſſe, quod reſpicit perſonam emptoris; ut quia eſſet artifex, vel Advocatus, receptiſſimum eſt: nam id probat Bart. *in l.* 1. *ad med. ff. de alienat. jud. mut. ca. fact. & in d. l. ſi procurator, ff. rem rat. hab.* & probant plures, quos refert Jaſ. *in l.* 1. §. *fin. ff. ſi quis jus dicenti non obtemp.* Boer. *deciſ.* 52. *numer.* 6. plures relati per Andr. Gaill. 1. *pract. obſervat.* 151. *num.* 17.

Sub nomine tamen expenſarum non veniunt damna, 15
cap. in noſtra, de injuriis, Jaſ. *in d. l.* 1. §. *fin. num.* 17. Boer. *deciſ.* 52. *num.* 6. Oſaſcus *deciſ.* 46. Balbus *deciſ.*
281. Et ita receptum eſt in expenſis ratione victoriæ, 16
quòd non veniant damna nec intereſſe, Greg. Lop. *in l.* 8. *tit.* 22. *p.* 3. *gloſ.* 1. *ad med.* licèt aliud ſit in expenſis, quæ debentur ratione contumaciæ, nam tunc veniunt damna, & intereſſe, *l. ſancimus*, *C. de judic.* quam differentiam conſtituit Bald. *in d. l.* 1. & *ibi* Jaſ. *in* §. *hoc autem, C. ſi quis jus dicenti non obtemp.* Azevedus *in d. l.* 5. *num.* 17. Aſinius *dict.* §. 32. *cap.* 3. *num.* 10. Tutius eſt ſequenda, & probanda reſolutio Bart. *in l.* 1. *num.* 1. *ff. de alienat. judic. mut. ca. fact.* quòd in expenſis victoriæ veniet damnum, quod ratione propriæ perſonæ victor paſſus eſt, ſed ſi damnum ſit datum in rebus, hujuſmodi damnum non veniet: & *ibi* Gloſ. *in verb.* (tenebitur,) affirmat, & communiter recepta eſt, ut per Jaſ. *in l. properandum*, §. *cum alterutra*, *num.* 13. & 14. *ff. de jud.* Plotus *in l. ſi quando, C. unde vi*, §. 37. *num.* 6. Gravatius ad Octavianum Veſtrium *in praxi Romanæ Curiæ, lib.* 8. *cap.* 2. *n.* 25. Rebuff. *d. tit. de expenſis*, *art.* 3. *gloſ. unic. num.* 25. Andreas Gail. *dict. obſervat.* 151. *num.* 18. Barboſa *in l. eum quem temerè. ff. de judic. num.* 238. Et ratio hujus diſtinctionis eſt, quia damni reſpicientis perſonam immediata cauſa fuit lis, & ideo meritò veniet hoc intereſſe: ſed reſpectu rerum, eſt intereſſe remotum ſive mediatum, & ideo non debetur; *l. ſi ſterilis*, §. *ſi eum venditorem*, *ff. de act. empt.* & in ſimili ita diſtinguit 1. *C. in l. ſocium, qui*, §. 1. *ff. pro ſocio.*

Nec omittenda eſt diſtinctio; quam ponit *Theſaur. d. deciſ.* 67. *num.* 4. inter damna intrinſeca, & extrinſeca, primam vult venire in condemnationem expenſarum, non autem ſecundam: vocat autem damna intrinſeca, quæ ex ipſa lite proveniunt; extrinſeca, quæ per caſum fortuitum obveniunt victori, quam differentiam exiſtimat locum habere, tàm in expenſis debitis ratione victoriæ, quàm ratione contumaciæ.

17 Notabis tamen; quòd ut prædicta locum habeant
oportet, quòd expenſæ in quibus fit condemnatio, ſint
moderatæ, argument. *l. ſi ſervos, ff. de pignorat. act.*
tradit Gloſ. *cap. finem litibus*, verbo [*moderatas*,] ubi
Abb. *num.28. de dolo, & contumacia.* Idem tradit Gloſ.
in cap. ſtatutum, §. inſuper verb. [*moderatas*] in fine, *de
reſcriptis, lib.6.* Rebuſ. *ubi ſup. de expenſis num.* 29.
Greg. Lopez *in l.8. tit.22. p.3. gloſ.1. in fin.* Afflictis *de-
ciſ.91. num.10.*
18 Quin imò non ſolùm ubi fit mentio de expenſis, de-
bet id intelligi de juſtis & moderatis, Alex. *conſ.67.
num.17. lib.4.* Jaſ. *in l. ſed etſi quis, §. quæſitum. num.*
19 *17. ff. ſi quis caut.* Boer. *deciſ.27. num.7.* Sed utiles, &
neceſſariæ, ita ut non ſufficiat eſſe utiles tantùm, *cap.
cum veniſſent, de eo qui mittitur in poſſ.* notat *ibi* Innoc.
& Speculat. *tit. de expenſis, §. poſtremò, num. 6. ad
fin.* Dominicus *conſ. 48. num.10.* probant plures quos
20 refert Aſin. *in praxi, d.§.32. cap. 3. à num. 2.* In hac
tamen moderatione, ſemper haberi debet reſpectus ad
qualitatem perſonarum: Azeved. *in l. 1. tit. 22. lib. 4.
Recop. num.30.* & meliùs *in d. l. 5. tit. 3. ead. lib. à
num. 21.* Barboſa *in d. l. eum, quem temerè, num.257.*
21 Illæ tamen expenſæ non ſolvuntur, in quibus faciendi
culpa deprehenditur victoris, Imol. *in d. cap. finem liti-
bus, num.13.* Afflictis *deciſ.177.*
22 Hoc ſanè intelligendum eſt, quando quis ex ſuo ali-
quid expendit, nam ſi non expendit ex ſuo, non
poteſt petere nomine expenſarum, Parlad. *lib. 2.
cap. fin. 5. par. §.18. num. 18.* quòd ſi Advocatus agat
cauſam propriam, in qua obtinuit, & fuit adverſarius
condemnatus in expenſis, nihil tamen poteſt petere
nomine advocationis, cum nihil ſolverit ex ſuo, ſed
ipſe propriam adhibuit operam, Bart. *in l. fin. in fin. C. de
fruct. & lit. expenſ.* Bart. & Paul. *in l. ſtipulatus eſt. ff.
de fidejuſ.* Hippolytus *in l. patre, vel marito, num. 68.
ff. de quæſt.* Greg. Lop. *in d. l.8. tit. 22. p. 3. gloſ. 1. in
fin.* And. Gail. *lib. 1. obſervat. 151. num. 16.* Cuma-
nus *de ritibus Siciliæ, cap.73. à num.28.* Et fuiſſe judi-
catum in Senatu Pariſienſi aſſerit *Coſtaldius in d. l. eum,
quem temerè*, Boër. *deciſ. 210. num. 3.* Mynſingerus
deciſ. Cameræ Imperialis cent.1. obſervat.2.
23 Ad perfectam declarationem hujus articuli, duo no-
tanda ſunt. Primum quòd prædicta procedunt in expen-
ſis quæ debentur ex diſpoſitione legis mediante officio
judicis; nam ſi deberētur ex promiſſione inter partes fa-
cta, ut eſt noſter ſermo, à condemnatione expenſarum
minimè excuſabit juſta cauſa litigandi, ut diximus *ſup.*
& addimus Hippoly. Rimin. *conſ. 255. num. 9. lib. 3.*
Maſcard. *de probat. tom.1. concluſ.36. num.45.* Hippoly.
in d. l. patre, num.24. Rebuff. *tom.3. de expenſis, art.
1. gloſ. un. à num. 42.* Barboſ. *in d. l. eum num.121.*
24 Et ad hos terminos reducenda eſt Gloſ. *l. 3. §. ſi rem,
verb.* (ſortaſſis) *in fin. ff. de leg.3.* & Gloſ. fin. *in fin. l.
non ſolum, ff. de rei vendicat.* dum dicunt, juſtam cau-
ſam non excuſare à condemnatione expenſarum debi-
tarum jure actionis, vel pacti, quamvis excuſet à debi-
tis officio Judicis, Surd. *conſ.142. num.2. lib.1.* extollit
Jaſ. *in d. §. ſive autem alterutra, num. 4. & in l. vendi-
tores, num.1. ff. de verb. oblig.* Cartarius *deciſ. Januenſi
1. numero 3.* Afflictis *lib. 2. conſtit. rub. 42. num. 4.*
25 Quod tamen etiam intelligendum eſt, procedere
in expenſis debitis jure actionis ex conventione par-
tium, in qua ſe obligant contrahentes ad ſolvendas
expenſas: nam ſi condictione ex lege ad illas teneantur
non procedente ex conventione partium; juſta cauſa ab
illarum condemnatione excuſabit, *l. qui ſolidum, §.
etiam ff. de leg.1.* Gloſ. *in §. oportet, in Auth. de judic.*
Bald. *in l. eos, §. cautione, num.2. ad fin. C. de appellat.*
Gratianus, *tom. 1. diſceptat. Forenſi 33. num.1.* Natta
conſ. 142. num.14. Menoch. *de arbitrar. caſu 177. num.
1.* Barboſa *in d. l. eum, num.123.* Surd. *d. conſ. 142.
num.6.* Bartholom. Bertazolus *conſ.445. n.6. tom.2. crim.*

Limitatur tamen, ſi expenſæ promiſſæ ſint in judi- 26
cio, tunc enim juſta cauſa ab illis excuſabit; quia
expenſæ quæ petuntur in contractu judiciali, quia
ſubrogatur loco officii judicis, juſta cauſa litigandi
excuſat, ut inquit Bal. *in Auth. generaliter, C. de Epiſc.
& Cleric. num.6. in fin.* Franc. Milan. *deciſ. Senatus Si-
ciliæ 14. à num. 91.* Seraph. *de juramen. privileg. 13.
num.15.* & ejus Additio *num. 5.* plures congerit Au-
thores. Covar. *pract.27. num.1. & 5.*
Circa prædicta venit reſolvenda dubia quæſtio, utrum 27
ſtante lege, quòd victus victori in expenſis condemne-
tur, debeat in illis condemnari etiam ſi juſtam cauſam
litigandi habuerit? In qua quæſtione quidam exiſti-
mant, juſtam cauſam ab illis non excuſare, ut lex ali-
quid operetur ultra jus commune. Ita Gloſ. *in Auth. de
exhibend. reis. §.1. verb.* (cauſam) *coll. 5.* quam ex-
tollit Gennenſ. *ſingul.129.* Hippolyt. *ſingul. 207. & in
d. l. parte, num. 26.* Socin. *reg. 140. num. 2.* & hanc
eſſe communem opinionem multis relatis reſolvit Ant.
Gabr. *lib.2. commun tit. de expenſis, concluſ.1. poſt prin-
cipium,* Seraph. *d. privileg.13. à num.16.*
Contrariam tamen opinionem, imò quòd etiam in 28
his terminis juſta cauſa excuſet ab expenſarum condem-
natione, ut lex vel ſtatutum recipiat interpretationem à
jure communi, Bal. *in l. eos, §. cautione, num.2. C. de ap-
pellat.* Caſtr. *conſ. 16. num. 9. lib.1.* Greg. Lop. *in l. 8.
tit.22. p.3. gloſ. fin.* Alex. *in d. §. ſive autem alterutra, n.7.*
& *ibi* Jaſ. *num. 6.* & relati per Ant. Gabr. *ubi ſup.*
Covar. *d. pract.27. num.3.* latè Aſin. *in prax. cap.32. n.3.
limit.3. num.4. & 8.* Barboſa *in d. l. eum, num. 128.* Car-
tarius *deciſ.1. num.7.*
Notandum tamen eſt, quòd ſi quis habeat juſtam 29
cauſam litigandi uſque ad certum tempus, quæ poſtea
redditur injuſta; pro eo tempore, in quo habuit juſtam
cauſam litigandi, liberatur ab expenſis, & pro alio tem-
pore in illis condemnabitur, juxta regulam *l. quæ de
tota ff. de rei vendicat. & §. nihil intereſt, Inſtit. de fidei-
com. hæred.* deducitur ex *l. deſtitiſſe, ff. de jud.* ubi no-
tant Paul. *num. 4.* Jacobin. *num.6.* bonus text. *in l. ſi
quis inficiatus*, & ibi Bar. *ff. depoſiti*, Socin. *reg. 119.
num. 1.* Cagnol. *in l. qui in alterius, num.23. ff. de Reg.
jur.* Greg. Lopez *in d. l. 8. in gloſ. fin.* Rota Romana
in noviſ. de re judicata, Covarr. *pract.33. num.2. ad
fin.* Ruin. *conſ. 217. num. 19. lib.2.* Barboſa *ubi ſup.
num. 136.* Ant. Theſaur. *deciſ. Pedemontana 16. num.
1.* & probat *dict. l.8. tit.22. part.3.*
Illud tamen generaliter jure comparatum eſt, ut quæ- 30
libet cauſa etiam injuſta, & beſtialis excuſet à pœna,
mulcta, & dolo, & fraude, ſi tamen non omnino,
certè aliqua ex parte; prout ipſa cauſa tulerit. Gloſ. *in
l. plerique, ff. ſi in jus vocatus non ierit*, Padilla *in l. ſi
quis major, C. de tranſ.* Gloſ. *in l. plagii, C. de plagia-
riis*, Gramm. *voto 10. num. 2.* Ant. Theſ. *deciſ.13. n.
7.* Angel. *in l. mariti, §. plectitur, ff. de adult.* Anton.
Monach. *deciſ. Lucenſi 70. num.1. & 2.*
Quæ autem dicatur juſta cauſa litigandi, ut quis non 31
damnetur in expenſis? & cum ea res facti ſit, certa re-
gula in ea dari non poteſt, juxtà *Bal.* ſententiam, *in
l. ut vim, ff. de juſt. & jure*, id judicis arbitrio relinqui-
tur, teſte Menochio, qui plures refert *lib. 2. de arbi-
trariis, centuria 2. caſu 177.*
Notandum tamen, quòd, qui pro ſe ſententiam ob- 32
tinuit damnari non debet expenſis, ut affirmat Parlad.
lib.2. cap. fin. part.5. §.18. num.9.
Solitum eſt in inſtrumentis publicis comprehendi, 33
ut reus moram faciens in ſolvendo, teneatur executori
ad pecuniam exigendam, præſtandu in ſingulos dicatot
ferè marapetinos; quod pactum validum eſt, ex Parlad.
ubi ſup. num. 10. & in 1. part. §.12. limit.4. num.37.
Id tamen procedere debet, ſi à partibus fuerit petitum;
nam licèt ex officio ſuo poſſit victum victori in expen-
ſis condemnare, argum. text. *in l. ædiles, §. ſciendum, ff.*

de ædilit. edict. non utique id præciſè facere tenebitur, niſi à parte fuerint petitæ: tunc etenim Judex ſuper expenſis, ac damnis omninò declarare debet; Gloſ. *in cap. fin. de reſcriptis*, verb. (*expenſis*,) Covar. *pract.* 27. *num.* 5.

34 Unum tamen advertendum eſt, quòd perſonales expenſæ in Regalibus Audientiis moris eſt, ut expendantur; *l.* 8. *tit.* 3. *p.* 3. ubi Greg. Lop. *gloſ.* 1. Ant. Theſaur, *deciſ. Pedemontana* 67. And. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 151. qui tenet, in condemnatione expenſarum non ſolùm proceſſales, ſed perſonales venire de ſtylo Tribunalium ſuperiorum; idem teſtantur Parlad. *ubi ſup.* §. 18. *n.* 11. Bobadill. *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 22. *num:* 257.

35 Addendum tamen eſt, quòd ſi taxatio expenſarum fuerit injuſta, & eaceſſiva, poteſt ab ea appellari, ut alia taxatio juſta fiat: Bald. *in cap. cum veniſſent, num.* 6. *de eo, qui mitti. in poſſ. cauſ. rei ſervand.* Aſinus *in praxi*, §. 32. *cap.* 21. & *cap.* 8. *num.* 3. *Innocent. in cap. fin. num.* 4. *de his, quæ vi:* & *in cap. ſæpe, num.* 3. *de appellat. in l. ab executore*, *num.* 13. *ff. de appell.* Baſboſa *in d. l. eum, num.* 276.

36 Valdè notandum eſt, quòd expenſas neceſſarias, & ſumptus ad rem perſerendam, perducendamque, præſtare ſolent generaliter hi, quorum intereſt, & negotium agitur, *l. ſed etſi hæreditas* 11. §. *quo autem loco, ff. ad exhibendum*, & *ibi* Gloſ. verſ. (*& impendiis actoris:*) quia pro ſua utilitate fit: *l. idem*, §. *idem Labeo, ff. mandati.* Bal. *in d.* §. quo loco dicit, quòd ille tenetur ad expenſas, cujus gratia celebratur actus, & qui inſtat talem actum fieri: Heringius *de fidejuſſoribus*, *cap.* 16. *num.* 17. Balbus *deciſ.* 224. Franchis *deciſ.* 332. Menochius *lib.* 2. *de arbitrariis*, *caſu* 228. Guido Papa *ſingulari* 19. Gratianus *tom.* 1. *diſceptat. forenſi* 55. *n.* 45.

37 Debitor etiam tenetur exponere expenſas in conficiendo inſtrumento: *dict. l. ſed etſi hæreditas*, §. 1. *l. cum ſæpè verſ.* (eandem rem de proprio,) *C. de erogatione militaris annonæ, lib.* 12. Ant. Heringius *d. cap.* 16. *num.* 17. Balbus *deciſ.* 35.

38 Factum enim etiam præſumitur factum expenſis illius, qui facere tenebatur, *l. fin. C. de alim. pupill. præſtand.* Marc. Ant. de Amatis *deciſ.* 114 *num.* 6.

39 Venditor non tenetur ad culpam emptoris, quam ipſe admiſit, nec ad damna ex propria culpa admiſſa, quando emptor indebitè litigabat, Bart. *in l. exceptione, ff. de fidejuſſorib.* Cardinal. Tuſchus *tom.* 3. *var. concl.* 355. *n.* 14. Anton: Queſada *lib.* 1. *diver. qq. jur. cap.* 10. *num.* 8. Surdus *deciſ.* 208. *num.* 17. Et ratio eſt, quia ceſſat evictio, quotieſcumque ex facto illius, cui competit evictio, evenit, Bart. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, quæſt.* 13. *ff. de verb. obligat.* idem eſſe quoties evenit facto ejus, à quo agens cauſam habet, Menoch. *conſ.* 87. *num.* 80.

40 Nec venditor tenetur ad eapenſas, ſi cum emptor emerit rem, & meliorem fecerit ſuis ſumptibus, deindè res evicta eſt & tradita, ſi in traditione nihil de expenſis emptor egerit, reverſus ad venditorem ex empto agere contra ipſum venditorem emptor non poterit, ſi cum poſſideret, & retinere poſſet, nihil tamen nomine expenſarum egit; *l. idque Julianum* 45. §. 1. *ff. de action. empti*, cujus verba ſunt hæc: [*Illud expeditius videbatur, ſi mihi alienam aream vendideris, & in ea ego ædificavero, atque ita eam dominus evincat: nam cum poſſim petentem, niſi impenſam ædificiorum ſolvat, doli mali exceptione ſubmovere, magis eſt, ut ea res ad periculum venditoris non pertineat.*] Liberat igitur *Paulus* venditorem ab expenſis, quas poſſidens emptor, in cauſa cum domino vendicante, ſibi conſervare retinendo poterat, ad eamque rem excipiendo: debuit enim poſſidens excipere; Greg. Lop. *in l.* 36. *tit.* 5. *p.* 5. Joan. Garcia *de expenſis*, *c.* 7. *num.* 14. Vincentius de Franch. *deciſ. Neapolitana* 112. *num.* 3.

Limita hoc, ſi non poſſideat; ut puta, quia res vendita erat, ſed ipſe à poſſeſſione ceciderat ſine culpa; tunc enim, quia non poſſidet, ac ſubinde excipere de meliorationibus non poteſt, reverſus ad venditorem agere poteſt ad id quod intereſt: in ea autem actione, ſcilicet, ex empto, in eo, quod intereſt, impenſa, & melioratio continetur, *d. l. idque*, ita Bar. Bal. Salyc. & reliqui intelligunt *l. ſi controverſia, C. de evict.* ibi: *Si emptor non poſſideat* rem melioratam, quando ab eo evincitur: Joannes Garcia *ubi ſuprà, num.* 14. *in fin.* Unde competit emptori adverſus venditorem actio ex empto ad omne id, quod intereſt, hoc eſt, ad eapenſas ultra pretium. Denique regula in hoc videtur ſumenda ex *d. l. idque*, & ea eadem exceptio, ut habeat locum actio ex empto adverſus venditorem, ſi emptor cum fundus melioratus evincitur, non poſſidendo excipere non potuit ad retinendas eapenſas illas: quòd ſi poſſidebat, exceptionemque neglexit, tunc quidem ad venditorem reverti poterit; fieri enim poteſt, ut melioret rem venditoris, quæ adhuc tradita non ſit, vel cum ſit tradita, poteſt ſine culpa, aut dolo à poſſeſſione ſua cadere. Gloſ. *in l. ſi rem quam*, §. 1. *verſ.* (Amiſſa fuerit,) *ff. de evict.*

Namque aliàs ſi à vendicante ſumptus conſervare non 41
poſſum, planè à venditore conſequor, qui ex natura, & ratione actionis ex empto, in eo tenetur, ut expenſas quoque mihi reſtituat, quas aliàs à vendicante ſervare mihi non potui, *l. Titius, verſ.* [de ſumptibus,] *ff. de act. empt.* ibi: (*Nam empti judicium ad eam quoque ſpeciem ſufficere exiſtimo: non enim pretium continet tantum, ſed omne, quod intereſt emptoris ſervum non evinci.*) itaque ſi ſervum erudiſſem, quem mihi vendideras, iſque manumitti juſſus ad libertatem proclamaſſet, non ſolum pretium, ſed impenſas quoque eas reſtitues actione ex empto: quia alium, quem hoc nomine conveniam, habeo neminem *l. evicta, ff. de evict.* ibi: [*Evicta re vendita, ex empto erit agendum de eo, quod acceſſit.*] Ille text. ſingularis eſt, ut ſi hujuſmodi expenſæ nimiæ ſint, quòd ſervum Philoſophum, medendique artem docuiſſes, agitatorem feceris, iniquum ſit in magnam quantitatem obligari venditorem, juſtis decretis temperanda iſta res eſt, *l. in ambiguis in fin.* 86. *ff. de reg. jur.* in promptu eſſe debet inveſtigatio Juriſconſultorum *in l. in fundo*, *ff. de rei vendicatione*, & *l. ſed an ultro*, *ff. de negotiis geſt.* ut utilitas meliorationum expendatur ex perſona domini non expendentis, licèt hæc inveſtigatio in bonæ fidei poſſeſſore, qui ſolùm expendit non contemplatione alterius; difficile eſt in negotiorum geſtore, emphyteuta, & reliquis, itaque cùm ex *dict. l. Titius*, illud ſit conſtitutum, ut in cauſa illa ſi evincatur res vendita, ad venditorem fiat recurſus, ad pretium, & omnem cauſam, quæ accedit, cujus nomine meliorationem intellexit Juriſconſultus.

Rurſum ſi ſciens emi aliena ab eo, qui ſciens pru- 42
denſque aliena quoque vendidit, dicendum eſt, non ſolum eapenſas non deberi, quas fecerim, ſed neque pretium, *l. ſi fundum*, *C. de evict. cum* Gloſ. *in l. fin.* §. *emptor autem, ſciens*, *C. communia de leg.* ubi quod attinet ad impenſas non recuperantur à venditore actione ex empto, ut latiùs diſputabitur, Surdus *deciſ.* 208. *num.* 1. & 2. & *deciſ.* 243. Aleaand. Trentacinq. *lib.* 3. *var. reſolut. reſolut.* 4. *de empt. & vendit. num.* 17. & *reſolut.* 13. *num.* 1.

Limitatur ſi emptor habebat bonam fidem, vendi- 43
tor verò ſciens, & prudens rem omninò alienam vendiderit; dicendum eſt, emptorem etiam ſi poſſederit, & neglexerit eaceptionem de dolo ad retinendas expenſas in reſtitutione ex cauſa evictionis contra venditorem, qui ſciens rem vendidit alienam, agere utiliter poſſe ex empto, ut *in d. l. idque*, verſ. (*in omnibus*,) inquit *Paulus*. His caſibus, ſi ſciens quis alienum vendiderit, omninò teneri debet ad quid, & de impenſis traditis

ditis tenetur. Sequitur Joannes Garcia *dict. cap.* 7. *numero* 18.

44 Obligatus de evictione, ſi moveatur eidem lis ſuper re, quam tenetur defendere, non tamen tenetur præciſè etiam facta ſibi denunciatione, nec poteſt compelli litem ſuſcipere, nec expenſas ſubminiſtrare, ſed tantum re evicta, tenebitur ad expenſas tanquam ad damnum, & intereſſe: Raſuel Cumanus *conſ.* 29. *circa fin.* Bald. *in l.* 2. *C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* Tuſcus, *tom.* 3. *conſ.* 355. *num.* 1. Rebuff. *in l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod int. gloſ. ſubtilitatem, num.* 9.

45 Ampliatur, quòd obligatus de evictione ultra reſtitutionem pretii tenetur ad damna, & intereſſe, *l. venditor,* ubi Bart. Bald. *ff. de evict. l. evicta, C. eod.* Doct. *in l. ſi controverſia, & in l. cum ſucceſſores. C. eod. l. Titius in fin. ff. de act. empti,* Roman. *conſ.* 169. Bartholomæus Bertazolus *conſ.* 455. *num.* 2. & 3. & 4. *lib.* 2. *Criminal.* Mynſingerus *obſervat.* 54. *centur.* 1.

45 Hujuſmodi damnum, & intereſſe taxatur ad idem, quod percepiſſet paſſus evictionem ex re evicta, ſi evicta non fuiſſet, *l. venditor hominis,* ubi Bart. & Ang. & Cumanus, Cravet. *conſ.* 929. *num.* 8. *lib.* 5. *l. ſi ſterilis, §. per venditorem, ff. de act. empt.* Seraphinus Olivarius *deciſ.* 1114. *num.* 2.

Notandum eſt, quòd uſuræ debentur ab emptore venditor ratione pretii non ſoluti, quæ non poſſunt excedere fructus rei venditæ. Afflict. *deciſ.* 20. Ant. Gabriel. *lib.* 3. *comm. tit. de empt. & vendit. concl.* 4. *n.* 17. *Soc. conſ.* 179. *n.* 2. Bertazol. *conſ. crimin.* 54. *n.* 10. & 15. Virginius Bocatius *de cenſib. q.* 5. *num.* 79. Imò alii, qui tenent poſſe excedere, concludunt debere taxari ad rationem quinque pro centenario, juxta text. *in §. quia verò, in Auth. de non alienand. & in Auth. perpetua. C. de Sacroſ. Eccleſ.* ubi Gloſ. & Bar. Jaſ. *in l.* 2. *C. de jure emphyt.* Fab. Anna *conſ.* 15. *num.* 15. & 16.

47 Extenditur, quòd venditor etiam tenetur ad gabellas, & laudemia ſolita pro rei evictæ venditione, ut notatum eſt ſuprà; Cravetta *conſ.* 389. *num.* 6. & 7. Cardinalis Tuſchus *ubi ſup. num.* 6.

48 Extenditur etiam, quia damna, & intereſſe ex ſtipulatione appoſita ſpecialiter in contractu, debentur propter clauſulam de reficiendo damna, expenſas, & intereſſe; juxtà notata *in l. venditores ff. de verb. oblig.* Tuſchus *ſupra, num.* 8.

49 Extenditur etiam, ut procedat ſivè evictio ſequatur ex jure communi, ſivè ex jure ſpeciali, *l. minor, in princ. l. ſi cum venditor, §.* 1. *ff. de evict.* & ſic per in integrum reſtitutionem, aut aliàs, Bart. Bald. & Angelus *in dict. l. minor.*

50 Vnum tamen eſt advertendum, quod vidi in praxi agitari, quòd emptor paſſus litem, & evictionem habet eandem anterioritatem pro expenſis litis, damnis, & intereſſe conventis, quam habet pro pretio, quia hujuſmodi tanquam acceſſoria ſequuntur naturam ſortis:

51 Neguſant. *de pign.* 2. *memb.* 5. *p. num.* 10. Tuſchus *ubi ſup. num.* 9. & ratio eſt; quia prior in ſorte, eſt prior in uſuris: *l. Lucius, ff. qui potiores in pign. habeant.* Ripa *in l. privilegia, num.* 9. *ff. de privileg. credit.* Greg. Lopez *in l.* 14. *tit.* 13. *part.* 5. *gloſ.* 3. Felician. *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 18. & *tom.* 2. *lib. eod. & cap. num.* 16. Vincent. de Anna *ſingulari* 536. Stephanus Gratianus *diſcept.* 43. *num.* 29. Cacherannus *deciſ.* 129. *num.* 12. Maſtril. *deciſ.* 119. *num.* 11. *par.* 2. & *deciſ.* 10. *par.* 1. Franciſc. de Claperiis *deciſ.* 18. *num.* 2. & 11. Magonius *deciſ. Florentina* 127. *num.* 4. Manti. *de contract. lib.* 11. *tit.* 22. *num.* 32. Riccius *in collect. deciſ.* 473. & 502. Cæſar Barzius *deciſ. Bononienſi* 180. *num.* 4. Franc. à Ponte, *conſ.* 64. & 76. Barboſa *in l.* 1. *p.* 3. *num.* 28. *ff. ſolut. matr.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 31. *num.* 14. & 37. Mynſingerus, *obſervat.* 55. *cent.* 1. Philippus Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis, par.* 2. *cap.* 7. *à num.* 40. & *ſeqq.* Seraphinus Olivarius *deciſ.* 481. *n.* 5.

Hæc concluſio limitatur, niſi ſingulis annis creditor 52
exegerit uſuras, & poſtea in damnum aliorum creditorum illas exigere velit, ne ex ſua mora quoad uſuras poſteriores creditores damnum ſentiant, videntur poſſe removere priorem creditorem quoad jus exigendæ uſuræ, Mynſingerus & Arnaldus à Reyger *ad obſervat. Mynſingeri* 59. *cent.* 1.

Hæc tamen benè conſiderata, non deſint recipere aliquam dubitationem; quia uſuræ, & intereſſe pendente judicio generali bonorum debitoris, non debentur in odium aliorum, & ubi agitur de præjudicio aliorum creditorum, Collerus *de proceſſibus executivis, p.* 1. *cap.* 10. *ſub num.* 92. *cum ſeqq.* refertque Sereniſſimos Imperii Electores *anno* 1583. publico decreto ſtatuiſſe, quòd licèt hypothecarii creditores de jure præferantur Chirographariis, hoc debet intelligi quoad ſortem principalem; ſed uſuras, & intereſſe non alitèr conſequi poſſe, niſi prius ſatisfactis Chirographariis ſuper eorum ſorte realitèr ſoluta: ſi verò quid ſupererit, ipſis hypothecariis creditoribus de uſuris, & intereſſe ſatisfaciendum eſſe. Idem refert Cæſar Manentius *deciſ. Mantuana* 61. *num.* 31. 32. & *num.* 33. dicit, ibi: (Idem videmus in illis Privilegiatis creditoribus, qui mutuarunt vel ad refectionem navis, vel domus conſtructionem, vel ad rem emendam ſua pecunia, cum privilegio prælationis: nam id intelligitur quoad ſortem principalem, non quoad uſuras, neque quoad pœnam in præjudicium aliorum creditorum,) Ita Caſtr. *in l. ideo condemnatus, ff. de compenſat.* Rip. *in l. ſi ventri, §. Divus, num.* 4. & *§. in bonis, num.* 9 *ff. de privil. credit.* & *in l.* 1. *num.* 7. & 8. *ff. in quib. cauſ. pign. tac. contrahat.* ubi etiam addit, quod in concurſu plurium creditorum præferri debent illi, qui gratis mutuarunt creditoribus fœnerantibus etiam anterioribus: allegat Bal. *in l.* 1. *depoſiti.* Additur etiam per *Manentium, num.* 34. quòd uſura tota non eſt debita effectualiter à principio, ſed in ſingulos annos, & naſcitur ſingulis annis, & ſic poſt hypothecam ſortis principalis aliorum creditorum licet poſteriorum: igitur æquius eſt, quòd uſura hæc, & hoc intereſſe diminuere non debeant ſortem aliorum creditorum: & licèt in illo Senatu ita judicatum ſit, prima opinio communis eſt, & illam cogitandam relinquo. Cui etiam accedit opinio Philippi Paſchalis *de viribus patr. poteſt. p.* 2. *ſub num.* 38. & 66. Franc. de Ponte *deciſ.* 34. *num.* 30. Franchis *deciſ.* 613. *num.* 11. Joann. Baptiſta Thoro *in compend. deciſ. verb.* (prælatio) *fol.* 408. & *ſeq.* qui tenuit primam opinionem magis veriorem, & communem.

Hinc meritò ampliari poteſt ad id, quod deducitur 53
ex *Auth. res, quæ, C. communia de leg.* qua cautum eſt pro dote alienari, & obligari poſſe bona reſtitutionis onere gravata, ut habeat locum pro intereſſe; nam ſuadet Vincent. de Franchis *deciſ.* 613. *p.* 4. quia licèt aſſerat hunc articulum fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium, nihilominus videtur inclinare in partem affirmativam; & in fine illius deciſionis allegat Petrum Gregorium *in tract. de ſucceſſ. feud.* 10. *quæſt.* 2. *p. effectu* 1. *num.* 14. ubi aſſerit feudum ex pacto, & providentia pro dotis intereſſe alienari poſſe: & ita in illo Regno Siciliæ fuiſſe judicatum. Verùm Franchis *in dict. deciſ.* non firmavit pedes, & multa hinc inde retulit, ex quibus hæc quæſtio magis ambigua redditur.

Primò arguitur diſpoſitionem *dict. Auth.* non pro- 54
cedere prò intereſſe dotis, cùm ſit exorbitans, & contra juris regulas, quibus cautum eſt, quòd quilibet eſt moderator rei ſuæ & arbiter, *l. in re mandata, C. mandati,* & ideo interpretanda eſt, ut quanto minus fieri poſſit, hujuſmodi regula lædatur, multò minus eſt amplianda ultra expreſſè in ea diſpoſita. Alex. *conſ.* 56. *num.* 3. *lib.* 1. Franchis *ubi ſup. num.* 9. plures referens. 55

Hinc etiam fit, *dict. Auth.* proviſionem ſolum habere locum in reſtitutione veræ dotis, non autem in

dote

dote confeſſata, tenet Padill. *in dict. Auth. num.* 119. Paul. Pariſius *conſ.*42. *num.* 40. *lib.* 2. & etiamſi lapſa ſunt tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, ne ſit in poteſtate gravati jura ſubvertere, & ſubſtitutis præjudicare, Pariſius *conſ.*63.*num.*57. *lib.* 2. Roland. à Valle *conſ.*85. *num.* 26. *lib.* 1. Petra *de fideicommiſſis*, *q.* 8. *num.* 380. Oſaſchus Chacheranus *deciſ. Pedemontana* 172. *à num. & ſeqq.*

56 Et eadem ratione *dict. Auth.* non habet locum in anteà facto, ut ſuadet Petra *dict. quæſt.* 8. *num.* 364. prout refert Vincentius de Franchis *dicta deciſ.* 613. *num.*10.

57 Secundò arguitur à ſimili: nam aſſenſus præſtitus ſuper obligatione bonorum ſeudalium pro ſorte principali; non extenditur ad intereſſe, quod oritur ex mora debitoris; Afflict. *in cap. Imperialem, de prohibita feudali alienatione per Federic.* in 11. *notab. quæſt.* 6. *num.* 10. Marinus Freccia *de ſubfeudis*, *lib.* 2. *in quæſt.* 20. qui inter alia pro fundando hac quæſtione, conſiderat, quod aſſenſus eſt ſtricti juris, & ex gratia præſtatur, quæ ultra ſpecificata extendenda non eſt; ad quod allegat text. *in l.fin.§. Lucius.ff. de condict. indebiti*, ubi reſtitutio in integrum conceſſa ſuper ſorte principali, non extenditur ad uſuras. Quam concluſionem ſequitur Maria *deciſ. Piſana* 156. *num.* 8. & 9. ibi: Item: privilegium prohibitæ compenſationis, vel retentionis in dote non ſe extendit ad fructus, Gloſ. *in l. divortio*, §. *ob donationes, ver.* (compenſationes), *ff. ſolut. matrim.* & plura allegat Abb. *in conſ.* 35. *col.* 1. *lib.* 2.

58 Tertiò pro eadem parte allegatur Conetus *in Extravag. volentes, in cap. incip. cum ſuperius*, *fol.* 88. ubi refert pluries deciſum, quòd feudum ex pacto, & providentia, ſubjectum eſt, tam conſtitutioni, quàm reſtitutioni dotis; per text. *in dict. Auth. res quæ*: & firmat quæſtionē, ſicut feudum eſt obligatū, pro dote, ita etiam obligatum pro ejus intereſſe, ſi non fuit in tempore ſoluta, vel reſtituta, & concludit multis relatis, feudi obligationem procedere ſolùm pro dote, non autem pro ejus intereſſe, & allegat text. *in l. ideo*, ubi Paul. Caſtrenſis, *ff. de compenſat.* ubi Probatur, quòd ſi ſors principalis habet aliquod privilegium, illud non extenditur ex mora non ſolventis.

59 Undè infertur, quòd diſpoſitio text. *in l. interdum*, *ff. qui potiores in pign. habeant.* cum *ibi* notatis per Gloſ. Bartol. & alios, & *in l. creditor*, *ff. ſi cert. petat.* quòd mutans pecuniam pro refectione domus anterioribus creditoribus præfertur, procedit tantùm quoad concurrentem quantitatem pecuniæ cum effectu in eam cauſam expenſæ: ſecus verò, quoad ejus intereſſe, prout refert Vincent. Cerrozius *de locato*, *ultim. parte*, *concluſ.* 49. Caſtrenſ. *in dict. l. ideo*, Franciſ. de Ponte *dict. deciſ.* 61. *num.* 34.

60 Quartò arguitur, quòd privilegium, ut pro dote poſſint obligari bona reſtitutioni ſubjecta, competit mulieri, ejus autem intereſſe debetur viro, & ideo ex mutatione perſonæ privilegium cenſetur extinctum, *l. Paulus per procuratorem*, *ff. de acquirend. hæredit.* ibi: Quia caſtrenſia eſſe mutatione perſonæ deſierint, *l.* 1. *de imponend. lucrat. deſcript. lib.* 10. Bald. *in rubr. de uſuris*, *num.* 5. Petrus Surd. *conſ.* 444. *num.* 1. & 2. *lib.* 3. Thomas Triviſanus *deciſ. Veneta* 29. *num.* 2. *lib.* 1. & *conſ.* 525. *num.* 4. *lib.* 4. Nicolaus Boerius *deciſ.* 180. *in fin.* & *deciſ.* 213. Dec. *in l. In omnibus cauſis* 78. *num.* 08. *ff. de reg. jur.* Caſtellus *in l.* 6. *Tauri*, *in verb.* (de qualquier calidad que ſean.) Hieronymus Cevallos *lib.* 3. *commun. quæ.* 822. *numer.* 75. & *quæſt.* 899. *num.* 28. *lib.* 4. Aymon. Cravet. *conſ.* 239. *colum.* 1. Menochius *conſ.* 320. *num.* 8. & 39. *lib.* 4. Alvar. Valaſ. *de jure emphyteutic. q.* 15. *num.* 15. Guid. Papa *ſingulari* 233. & 037. Jaſ. *in Auth. quas actiones*, *num.* 41. & 42. *C. de ſacroſ. Eccleſiis*, Laurent. Sylvanus *conſ.* 9. *num.* 7. Garcia Gironda *de gabellis*, 7. *p.* §. 1. *num.* 5. & *de privilegiis*, *num.* 980. & *ſeqq.* Guttiert. *lib.* 2. *pract. quæſt.* 130. *n.* 3. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 6. *caſu* 562. *n.* 45.

61 His tamen non obſtantibus vera, & tutior videtur opinio, quam retulimus *n.* 50. ex ſequentibus rationibus.

Primò, quia bona obligata, & hypothecata pro dote, ſunt etiam obligata & hypothecata pro ejus intereſſe, prout copioſè diximus *ſuprà*, & ultra quos *ibi* retulimus, adduntur Dec. *in l. ſi pecuniam*, *in* 1. *notab. ff. ſi cert. petat.* Rip. *in l. privilegium*, *in* 8. *ampliat. ff. de privileg. credit.* Neguſant. *de pign. in* 2. *memb.* 5. *p. num.* 10. Burſat. *conſ.* 103. *à num.* 10. *lib.* 1. Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 16. Petr. Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 31. *à num.* 8. Molina *lib.* 4. *de primog. c.* 5. *num.* 6. Pater Molina *tom.* 2. *diſp.* 44. *verſ.* [illud obſerva] Philippus Paſcalis *de viribus patriæ poteſtatis*, *par.* 2. *cap.* 7. *num.* 40.

62 Et fundamenti ratio eſt, quia qui prior eſt tempore pro ſorte principali, præfertur etiam pro intereſſe ipſius, ut notatum eſt in *dict. l. Lutius*, per omnes; Cacheranus *deciſ.* 129. *num.* 12. latè Cæſar Barzius *deciſ. Bononienſ.* 108. *ſub num.* 4. & confirmatur; quia actio de dote eſt bonæ fidei, §. *fuerat*, *Inſtit. de action.* & 63 ideo uſuræ & acceſſiones veniunt ſecundum naturam ipſius actionis: Unde tacita hypotheca quæ competit pro dote, competit etiam pro ejus intereſſe, ut plenè probat Neguſant. *de pign. in* 4. *memb.* 0. *p. num.* 55. & *ſeqq.* Paſchalis *ubi ſup. num.* 42. Surdus *ubi ſupra*, *num.* 31. Burſatus *conſ.* 31. *num.* 10. eademque ratione, licèt in contractibus ſtricti juris fidejuſſor intercedens 64 pro certa ſumma, non teneatur pro ejus intereſſe, ex regula *l. quæro*, *in princip. ff. locati*, & *in l. ſi fidejuſſor magiſtratum*, *ff. ſi pro Aurelio*, *ff. de fidejuſſor.* & in fidejuſſore non fit extenſio, quia alienam ſuſcipit obli- 65 gationem, & ſtrictè intelligitur ejus obligatio, *l. blanditus*, *C. de fidejuſſor*, *l. ſtipulationem*, §. *ſatis accepto*, *ff. de verb. oblig.* Dec. *conſ.* 193. *num.* 3. Natta *conſ.* 202. *num.* 5. Roland. à Valle *conſ.* 58. *num.* 00. *lib.* 1. Moſtrillus *deciſion.* 126. *part.* 2. Cartarius *deciſ.* 13. *num.* 7. Caſtellus *lib* 4. *controverſiarum*, *c.* 59. *à num.* 42. Surdus *ubi proximè*, *num.* 72. Si tamen fidejuſſit pro dote, tunc etiam tenetur ad ejus intereſſe; Neguſant. *citato loco*, 66 *num.* 56. & Burſatus *conſ. relato* 103. *num.* 17. & *ſeqq.* Et ratio eſt, quia aſſenſus, qui tunc præſtatur, aſſumit naturam actus ſuper quo interponitur, neque eſt ſtricti juris, quando adhibetur contractui dotali, quia eſt bonæ fidei, & ideò extenditur ad intereſſe, & uſuras dotales, ut notavit Surd. *ibi ſuprà*, *num.* 72. Et confirmari poteſt, 67 quòd fidejuſſor ſimpliciter acceptus intelligatur obligatus in omnem cauſam, quæ oriri poteſt ex natura negotii, *d. l. quæro ff. locati*, *l. ſi ſervum*, §. *nunc videamus*. *l. mora rei ff. de ver. oblig. l. ſi quis pro eo* §. *ſi quis nūmos*, ubi notant *Albericus*, & *Alexand. ff. de fidejuſſoribus*, Caſtro *conſ.* 23. *colum.* 3. *ad fin. lib.* 1. Croveta *conſ.* 45. *n.* 6. Nicol. Boer. *deciſ.* 314. *n.* 4. ubi vult, quod fidejuſſor teneatur etiam pro eo, quod acceſſit obligationi, quando fuit ſimpliciter acceptus: & eſt text. *in l. ſi ab uno*, *ff. ut legat. nom. caveatur*, quem ſingularem dicit Roman. *ſingul.* 154. Surd. *ubi proximè*, *num.* 75. Marinus Freccia *de ſubfeudis*, *lib.* 2. *quæſtion.* 20. *num.* 10.

68 Principalem noſtram quæſtionem extende, quia à venditore debentur non ſolum expenſæ litis, pretium, & intereſſe, ſed etiam quidquid intereſt emptoris debetur, ideò expenſæ ſunt debitæ tamquam damna, & intereſſe, Alexand. *conſ.* 14. *in fine*, *lib.* 3. nam litigare dicitur pati damnum, & intereſſe, *l. minoribus* 25. *annis*, ubi Gloſ. *ff. de minor.* Dec. *in c. cum M. num.* 3. *de conſtit.* & *in cap. in nomine Domini*, *num.* 15. *de teſtib.* & *in c. ut debitus honor. de appellat. num.* 3. Cagnol. *in l. edita*, *num.* 280. *C. de edendo.*

69 Extenditur etiam quæſtio, quia non ſolùm emptor evictionis ratione pretium rei conſequi debet, *l. emptorem*, §. *qui autem*, ubi Bart. & Caſtrenſ. *ff. de action.*

empt.

empt. ſed etiam debet conſequi omne aliud intereſſe,
nedum expenſarum, ſed etiam amiſſionis fructuum, &
quanti plurimi tempore evictionis valuerit, quam fuerit
empta, ita Paulus Caſtrenſ. *in l. Titius, num.3. & 4. ff. de*
70 *eviction.* Capra *conſ.40.num.14.* Tuſch. *d.concl.355.tom.*
3. n. 11. Verùm etiam venditor teneretur ad lucra amiſ-
ſa per emptorem, cui res evictæ ſunt, *l. venditor ſhominis*
8. l.evicta 16. ff. de evict. l.empti actione, C. de eviction.
Innocent. *in cap. presbyterorum, de rebus Eccleſiæ non*
alienand. in verſiculo, [*Peto.*] Hoſtienſis *ibi num.8.*
Hercules Mareſcotus *lib. 2. var. reſol. c. 79. num. 5.* re-
fert judicatum in Rota Rom. *in una Placentina* (Evictio-
nis,) 5. *Aprilis de* 1589. Barthol. Bertaz. *conſ. 445.*
71 *num.5.* Et quòd debeat conſequi fructus rei evictæ, eſt
tex. *in l.ſi controverſia, §.1.l.cum ſucceſſores, in fin.* Bartol.
in l.ſuper empti, C.evict. Tuſch. *ubi proximè, num.13.*

72 Hoc tamen eſt declarandum, quòd procedat quan-
do emptor notificavit venditori litem motam, &
ſervavit alia de jure ſervanda, ut ex *l. 1.C. ubi in rem*
actio, l. 1. ubi DD. *C. de peric. & commod.* Bart. *in l,*
damnoſa, §.quid ergo, ff. de adult. & in l.non ſolum, §.
morte, ff. de novi oper. nunc. Alex. *conſ.117. num.4. lib.*
7. & latè diſputabimus.

73 Extenditur etiam, quia venditor non ſolùm debet
conſequi melioramenta facta in re evicta, Romanus
conſ.169. in principio. Verùm etiam expenſas meliora-
mentorum factorum, Covarruvias *lib.3. variarum. cap.*
17.num.9. l. ſuper empt. C. de eviction. Philip. Corn.
conſ.2.num.2.lib.3. Bartholom. Bertaz. *d.conſ.445.n.4.*

74 Reſtringitur, quòd venditor tantum teneatur ad ex-
penſas, ſivè ex officio Judicis, ſivè jure actionis, Caſ-
tren. & Jaſon, latè in *Auth. poſt juſjurandum, C. de judic.*
Alex. *conſ.37.col.penult.lib.2.* Ita ut nec emptor non de-
bet conſequi expenſas factas in compromiſſo, vel in
tractanda concordia, quia ad iſtas non tenetur venditor,
argum. *l.ſi dictum, §.ſi compromiſero, ff. de evict.* Bald.
in d.authent.poſt juſjurand. Tuſch. *ubi ſup.num.16.*

75 Ampliatur; quia quandoque obligatus de evictione
tenetur ultra damna, etiam ante ſequutam evictionem
propter juramentum & dolum, Auguſtin. Beroi. *conſ.*
158. lib.1.

76 Sequuta enim evictione venditor conveniri poteſt, &
ejus hæres per emptorem ad damna, expenſas, & in-
tereſſe paſſa in cauſa evictionis, *d. l. non dubitatur, &*
ſeq.C.de evict. l. tenetur, §.ſi tibi, & §. fin. ff. de action.
empt. d.l.evicta, l.cum ſucceſſores, l.ſi controverſia, C. de
evict. ubi gloſ. *verbo,* (intereſſe,) *l.ratio,* ubi omnes,
ff. de action. empti, Jaſ. *in l. venditores, ff. verb. obli-*
gat. in fin. Salycet. & alii *in l.1.q.4. C. de peric. & com-*
mod. rei vendit. Tuſchus *tom.3.concl.361.*

77 Expenſarum appellatione veniunt damna, & intereſ-
ſe in contractibus, quando fuit promiſſio facta de refi-
ciendo omnes, & quaſcumque expenſas; quia tunc
etiam damna, & intereſſe continentur, *l. ſancimus, C.*
de judic. l. non ignorat, C. de fruct. & lit. expen. Bart.
in l.1. ff. de alienat. judic. mut. cauſ. fact. Archidiacon.
in cap.1. in primis, colum.2. q.1.

78 Ampliatur hoc; quia in contractibus appellatione
expenſarum ſimpliciter facta non veniunt damna, &
intereſſe, juxtà notata *in c. veſtra, de injur.* Romanus *ſin-*
gul. 346. num. 2. cum ſtrictè in contractibus fiat inter-
pretatio, *l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb. obligat.*
Celſ. Hugo *in add. ad Lanfrancum de Oriano in c. quo-*
niam contra, de probat. c.11. de expenſ. num.18.

79 Ex contractu tamen obligatus tenetur ad multa, ad
quæ non obligaretur de jure, DD. *in l. qui abſentem,*
ubi Angel. *ff. de procurat. & in l. 1. C. de evict. & in*
l. venditores, ubi Moderni, *ff. de verb. oblig.* Tuſch.
tom.3. pract. concl. 638. num.1.

80 Ampliatur hoc; quia licèt ob mutuam victoriã partiũ,
vel ob juſtam cauſam litigandi daretur abſolutio ab ex-
penſis; tamen hoc non procedit quando adeſt obliga-
tio; & promiſſio refectionis expenſarum, damnorum,
& intereſſe, ex *ſuprà traditis,* & in *d.l.venditores,* no-
tant omnes, Gratianus *tom.1.diſceptat.33. num.10.* nam
juſta cauſa ceſſat, ubi eſt conventio, & promiſſio, Alex.
conſ.34.lib.4. Jaſ. *134.col.fin.lib.4.num.29.*

Item ampliabitur; quia expenſæ per emptorem factæ 81
in contradicendo liti motæ, ſuper bonis emptis, eidem
per venditorem refici debent, evictione ſequuta, ratione
duplici. Prima, quia debentur ex natura contractus, *l.*
1. ubi Gl. *verb.* (ſumptu) *C. de evict.* Bart. & DD. *in d.l.*
venditores. ff. de verb. oblig. Corn. *conſ.255. lib.3.* Dec.
conſ. 74. & in terminis evictionis præceptorum ſequu-
tæ, Corneus *conſ. 95.lib.4.* Secunda, quia ex partium
conventione in inſtrumento promiſſæ fuerunt, quæ at-
tendi debet: Corn. *d.conſ. 95. lib. 4.* Tuſch. *ubi proxi-*
mè, num.33.

Quod ſi emptor fuit in culpa, non petendo adverſa- 82
rium in expenſis condemnari: an illas recuperabit a
venditore? Scrib. *in l. venditores, ff. de verb. oblig.* di-
cunt: Quòd ſi emptor fuit in culpa non petendo adver-
ſarium condemnari in expenſis, eo caſu ſi non petan-
tur, non poteſt Judex ex officio ſuo condemnare, per
Bartol. & alios *in l.4. §.hoc autem, de damno infecto,* &
tunc illas non poterit recuperare à venditore, per *d. l.*
idque, §.1. ff. de action. empt. Caballin. *§ 3. num.149. de*
evict. Gaſp. Anton. Theſau. *q. forenſ.18. lib.3. num.5.* Idem
ſimiliter dicendum erit de expenſis ædificiorum, quas 83
fecit in re empta, & potuit conſequi ab adverſario op-
ponendo exceptionem, & non oppoſuit, venditor non
tenetur, ut latè diximus ex *d.l.idque, §.1.* Gloſ. fin. *in*
l.ſi controverſia, C. de eviction. facit text. *in l. ſumptus,*
ff. de rei vendicatione. Notandum tamen eſt, quod tex-
tus in *dict. l. idque* non loquitur de expenſis judicii, ſed
factis in re; quo caſu, cùm diverſa ſit ratio, non videtur
tamquam ex ſeparatis argui poſſe ad caſum iſtius quæſ-
tionis, *l. Papinianus exuli, ff. de minoribus,* ſed dicen-
dum videtur cum *Caballinio ubi proximè:* Quòd quam-
vis differentia ſit in qualitate expenſarum, tamen
quia culpa notatur in emptore, qui non petiit adverſa-
rium cõdemnari in expenſis, quæ culpa etiam cõſideratur
in ædificãte; in *dict. l. idque,* arguendo à ſimilitudine ratio-
nis, argumentum concludens videtur, *l. à Titio, ff. de ver-*
borum obligationibus, l. illud, ff. ad legem Aquiliam,
latè Everardus *in topicis in loco à ſimili.13.num.1.* Quam
concluſionem veram exiſtimat Gaſpar Anton. Theſaur.
d. quæſt. forenſ. 18. lib. 3. num. 5. ſi venditor interpel-
latus obtulerit ſe paratum emptorem defendere; ſecùs
ſi noluerit comparere ad defendendum; quia tunc ma-
gis erit imputandum negligentiæ venditoris, quàm
emptoris. Faclinæus *lib.1. controverſiarum, c.39.* Idem 84
quoque tenendum cenſeo circa fructus, quia emptor
non petens aliquos fructus, non debet eos conſequi, *l.*
partium, ff. de uſuris, l. item ſciendum, ff. de ædilitio
edicto, dixit Innoc. *in c. gravis de reſtit. ſpoliat.* quòd ſi
fructus expreſsè non petantur in libello, judex de eis
non poteſt condemnare: ſequitur Abb. *ibi num.19.* Bart.
in l. 2. num. 4. C. de petit. hæred. Surd. *conſ. 193. num.*
2. lib. 2. Anton. Theſaur. *deciſ. 135. num. 2.* Cabedo
deciſion. Luſitaniæ 68. num. 1. part. 1. Marius Giurba
deciſion. 39. num.12.

Reſtringenda eſt hæc concluſio. Primò, quòd judex 85
poteſt condemnare partem in fructibus, & intereſſe, &
expenſis, licet à parte non petantur, ſaltem ex clauſula
libelli: *peto juſtitiam miniſtrari.* Guid. Papa *deciſ.405.*
num.1. Anton. de Butrio *in d.c. gravis,* & refert Guid.
ſic fuiſſe judicatum per Dominos Parlamenti die ultima
Martii anno 1460. Bartol. *in l. dies cautionis, §.hoc au-*
tem, n.9. ff. de damno infect. Ariſminus Tepat. *tom. 1. var.*
ſent. tit. 79. c. 1. verſ. (*judex poteſt*) Myſinger. *obſer-*
vation. Imperiali 55. centuria 4. num.2.

Secundò reſtringitur, etiamſi emptor in libello pro- 86
ducto poſtulavit per verbum, *ſibi reſtitui;* quia fructus,

&

& int… eſſe debent adjudicari, quamvis aliter non petiti, cum verbum, *reſtituere*, importet planariam rei cum fructibus traditionem, *l. videamus. §. in Fabiana, ff. de uſuris, l. reſtituere, l. haec verba 73. ff. de verb. & rer. ſignif. l. in condemnatione, ff. de regulis juris*, ubi verbum, *reſtituere*, intelligitur integraliter tàm de re, & fructibus, quàm expenſis, ac omnibus, quae acceſſoriè veniunt: *cap. accedens, ut lite non conteſtata*, Covarruv. *lib. 1. variar. cap. 3. num. 3.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 13. num. 38.* Gutier. *lib. 3. practic. q. 38. num. 30.* Oſaſcus *deciſ. 160. num. 4.* Cabed. *deciſ. 68. num. 8. & in tract. de jur. patron. c. 8. num. 8. 9. & 11.* Boër. *deciſ. 52. num. 1.* Surd. *deciſ. 212. num. 11. & 12. & conſ. 116. num. 7. & 8. lib. 1. & conſ. 283. n. 16. lib. 3.* Marius Giurba *deciſ. 89. num. 7. & in conſuetud. Meſſanenſ. c. 2. gl. 16. p. 1. num. 2.* Barboſa *in Rubric. ff. ſoluto matrim. 3. p. num. 73.* & Surdus *in d. conſ. 293. num. 16.*

87 Tertiò reſtringitur, etiam in fructibus pendentibus, qui ſunt pars rei petitae, *l. fructus pendentes, ff. de rei vendicatione*, Antonius Theſaurus *deciſion. 5. & 56.* Caeſar Urſillus ad Afflict. *deciſ. 32. num. 5.* Petr. Surdus *deciſ. 97. num. 1. & 10.* Afflict. *deciſ. 188. num. 3.* Sempronius Aſcins *determinat. Varenſi 5. num. 10.* & in ſpecie *in l. adiles, §. item ſciendum ff. de aedilitio edict.* Angelus, & Jacobinus *in l. ſolemus, ff. de judiciis*, Cabedo *dicta deciſion. 68. num. 2.*

88 Reſtringitur tertiò, ſi agatur actione univerſali; puta petitione haereditatis, quia in hac veniunt fructus, etſi non ſint petiti, ubi Gloſſa, & Angelus, Albericus *in d. l. ſolemus*, Baldus *in l. cum proponas, C. ſi quis alteri, vel ſibi*, & in *l. 1. C. de fructibus & lit. expen. & in l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de judiciis, & in l. 2. C. de petit. haeredit.* Alexan. *in l. ſi marito, §. fundum, ff. ſoluto matrim.* Aretin. *conſ. 110. col. penult.* & in bona ſpecie Matienz. *in tit. 21. lib. 5. gl. 5. num. 9. l. 1.* Cabedo *dicta deciſ. 68. num. 4.*

89 Reſtringitur quartò ubi diſtinctè, & ubicunque fructus poſſunt comprehendi ſub petitione propoſita; quia omne id venit in judicium, quod ſub petitione propoſita comprehendi, & includi poſſit; tex. & *ibi* notat Bart. poſt Gloſ. *in l. ſolemus, ff. de judic.* Gl. *in d. l. adiles, §. ſciendum*, Cabedo *in d. deciſ. 68. num. 5.*

90 Declaratur concluſio, quòd fructus poſt litem conteſtatam veniunt regulariter etiam non petiti, Bald. *in l. 2. col. 1. verſ.* (Praeterea,) *C. de petit. haereditatis, & in l. properandum, §. ſin alterutra, C. de judiciis*, Alexand. *in d. l. ſi marito, §. fin. ff. ſoluto matrimonio, & conſ. 92. col. fin. lib. 5. l. & ex diverſo, §. ubi alienum*, juncta Gloſſa, *ff. de rei vendic.* Surdus *conſ. 293. num. 21. lib. 2.* Cabedo *dicta deciſ. 68. num. 9.* quod intelligendum eſt per eum, & *Angelum*, ſi modò fructus veniant ex natura actionis propoſitae, ſecùs ſi non veniant: hoc tamen eſt etiam intelligendum, ſi modò fructus petantur poſtea pendente judicio.

91 Ultimò declaratur, ſi ſaltem ſtatim poſt ſententiam, ſcilicèt, eodem die petantur, non poſt, ut ex Gloſſa expreſſa *in l. & ex diverſo, §. alienum, verbo*, (errore,) *ff. de rei vendicat.* quae allegat textum *in l. terminato, C. de fructib. & litium expenſis, & in l. Paulus, la 1. ff. de rei vendicatione*, ubi etiam *Gloſſa final.* Et tunc petuntur officio judicis; quia ſunt percepti poſt litem conteſtatam, ut notavit Gloſſa in *dict. §. alienum.* per textum in *dict. §. ſciendum*, Barboſa *in Rubrica, ff. ſoluto matrimonio, part. 3. à num. 61.* Surdus *d. conſ. 263. à num. 17.* Gamma *deciſ. 219. num. 3.*

92 An tamen ultra duplum emptor aliquid à venditore conſequatur? textus *in l. emptorem, §. 2. ff. de actionibus empti*, dicit, quòd ille, qui ex duplae ſtipulatione conſequutus eſt litis aeſtimationem, aliarum rerum nomine; de quibus in venditionibus caveri ſolet, nihil conſequi poſſit, etiamſi in inſtrumento per Notarios dictum fuerit, quod venditor promiſit duplum, expenſa, & omne aliud, ita dicit Angelus *in l. qui abſentem, ff. de procuratoribus*, cum Alexand. & Jaſone *in dicta l. venditores*: Intelligendum eſt enim omne quod promiſit venditor, promiſiſſe ſecundum naturam contractus, *l. ſtipulatus, ff. de uſuris.* Dixit tamen *ibidem* Jaſon, quòd cum *Bald.* dixerit *in Rubrica. C. de contrahenda emptione, quaeſt. 9.* quòd nullum verbum in inſ- 93
trumento poſitum otioſum eſſe debet, ſed aliquid operari, ut Juſtinianus Imperator ſanxit *in §. cumque Deo, in proaemio Inſtitut. c. ſi Papa, de privil. g lib. 6. l. ſi quando, ff de leg. 1.* Rota Genuenſis 156. *num. 4. Gloſ. in l. ſi quando, verb.* (*fruſtra*,) Marc. Ant. Mantua *ſingul. 127.* Jacobus Machellus *in patrocinio 26. num. 9.* tradit Socinus *conſ. 62. num. 3. lib. 3. & conſ. 300. col. 3. lib. 2.* Jaſon, *in l. liber homo, §. decem, in primo notab. ff. de verb. oblig.* Hic dicendum videtur, quòd ſi in inſtrumento ultra ſtipulationem duplae promiſerit venditor etiam expenſas, quòd etiam illas venditor conſequi debeat; & Caballinus *in d. §. 3.* miratur de hujuſmodi *Jaſonis* inductione argumentativa, quae eſt contra *dict. §. Caſſius*, ubi aſſeveranter dicitur, quòd ſi emptor ex duplae ſtipulatione litis aeſtimationem conſequutus eſt, aliud conſequi non debet, quamvis de aliis in inſtrumentis caveri ſoleat: eſt igitur in propoſito ſolùm attendendum, ut emptor habeat litis aeſtimationem, & ſic prudenter ſubtacuit *Alexand.* ea, de quibus à *Jaſone* temerè reprehenditur, licèt Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ. 205. à num. 1. tom. 2.* teneat, poſſe extra duplam exigi, cum actum fuerit ex ſtipulatu, juxta opinionem Gloſſae *in l. unica. verbo.* [dupli,] *in fine, C. de ſenten. qua pro eo quod intereſt*, & *ibi* declarat Bart. *num. 27.* & Bald. *colum 4. num. 24.* Gregorius Lopez *in l. 32. tit. 5. part. 5. gloſſ. 8.* innuit, quòd ex natura contractus venditor non tenetur ad duplam, niſi
ſe obligaverit expreſsè; licèt in contrarium faciant *l. 2. l.* 94
emptori duplum, ff. de eviction. Ipſe tamen fatetur repeſiſſe non eſſe approbatas iſtas leges jure *Partitarum*, neque ipſe unquam in judiciis vidit peti duplam, neque fieri condemnationem de dupla: neque ego tàm in judicando, & conſulendo unquam ſum expertus.

Confirmarique poteſt, quoniam expreſsè *Juſtinianus* 95
ſanxit, in venditionibus & emptionibus id quod intereſt excedere non debere dupli quantitatem, in *dicta l. unica*, ubi Dec. *notab. 4.* Gaſp. Anton. Theſaur. *quaeſt. forenſ. 3.* nec excedere debet pretium principalis cauſae, Salycetus *in l. 2. C. de ſportulis*, Sordus *conſ. 40. num. 42.* & ideò dicit Decius, quia cùm poenae imponuntur pro delictis, taxatae ſunt à jure, ut habetur *in §. omnes, Inſtitut. de actionibus*, jam congruum ſit taxare quantitatem intereſſe, nè procedatur in infinitum; ſubdens, quòd ideò taxata fuit quantitas in duplo; quia non erat veriſimile, quòd in majore quantitate promiſſor voluiſſet ſe obligare, ut colligitur expreſsè *in l. Titius, §. final. ff. de actionibus empti*, ibi: (*Iniquum videtur in magnam quantitatem obligari venditorem.*)

Quid ſi in inſtrumento appoſita ſit clauſula, quae ſo- 96
let apponi, quòd *promiſit duplum nomine poenae, quam exigi, & conſequi poſſe voluit, rato manente pacto, de qua* Coepola *cautela 71.* Ruinus *conſ. 121. num. 9. lib. 5.* Socin. Jun. *conſ. 94. num. 39. lib. 3.* Franc. Marc. *deciſ. 413.* Aretinus *in §. actionum, num. 25. Inſtit. de action.* ubi dicit, quòd ſi hujuſmodi verba non eſſent poſita poſſet tantummodo aut poena peti, aut ſors, & verum intereſſe; ut *in l. reſcriptum, §. ſi pacto, ff. de pactis, l. apud Celſum 4. §. Labeo, ff. de doli except. l. 1. §. fin. ff. de ſtipul. ſervor.* Et ratio eſt ſecundum Jaſ. *in d. §. ſi pacto*, quia poena conventionalis ſuccedit loco rei, *l. praedia, ff. de act. empti*, unde petendo rem, & pretium, 97
peteret quis id, quod bona fides non patitur, *l. bona fides ff. de reg. jur.* Caballin. *d. §. 3. de evict. num. 164.* Ve-
rum quando verba illa, *rato manente pacto*, apponun- 98
tur, tunc videtur utrumque peti poſſe; & quod con-

tractus

tractus firmus maneat, ſcilicèt, quòd teneatur ad ob-
ſervantiam contentorum in contractu: & quòd pœ-
na exigatur, *l. qui fidem, ff. de tranſact.* ubi Bart. Bal.
& Caſtr. *l. ita ſtipulatus* 5. Gl. verbo, (*ſpondes*,) &
Alex. *num.20. ff. de ver. oblig. l. eum proponas* 17. Gl.
ibi, verb. (*habeas*,) & communiter DD. *C. de tran-
ſact.* & *ibi* Ant. Padilla, Abb. *in c. cum inter*, *num.* 12.
Marſilius *ſingular.*472. Vitalis de Cambinis, *de clau-
ſulis, clauſula 4. fol. 6. num.* 1. ibi; Et operatur iſta
clauſula, ut poſſet per tàm ſors; quàm pœna, nec per
unam derogatur alteri, ut *in d. l. qui fidem.* Et ratio
eſt ſecundum Jac. Butr. *in dicta l. qui fidem*, quia per
iſtam clauſulam videtur eſſe actum, ut pœna non ſuc-
cedat loco rei, quæ aliàs ſuccederet, Joan. Gut. *de jura-
men. 1. p. c.60. num.2.* Martinus Benindorfius *in addit.
ad Seraphin. de juram. privil.*85. *num.*2. & ſic non poſ-
ſet peti utrumque tam ſors, quàm pœna.

99 Cautela tamen erit, ut addatur, ſecundum Salyce-
tum *in l. quoties, la 1. in fin. C. de fideicom.* (pœna ſo-
luta, vel non ſoluta, & toties adhuc pœna committa-
tur, quoties fuerit contraventum.) Idem Salycet. *in l.
pacto, eam l.18. C. de pact.* quem ſequitur Ripa *in l. inſu-
lam, num.*80. *ff. de verbor. oblig.* Raphaël Fulg. *conſ.* 112.
Cald. *de empt. c.* 30. *num.*54. Alciat. *in d. l. cum proponas*,
ubi dicit, quòd hujuſmodi clauſula eſt hujus effectus,
ut pœnam adauctam videri faciat, qua contemptus ipſe
puniatur; & ideò non reſtringitur ſecundùm id quod
intereſt: Bart. *in l. 2. §. idem ſi in facto, ff. de verborum
obligation.* Caballinus *ubi ſuprà*, *ſub num.* 164. *in fin.*

100 Hujuſmodi enim clauſula, *rato manente pacto*, ſolum
pro una vice peti poteſt, quando non adeſt clauſula,
toties, *quoties* contractui non ſatisfecerit, *l. boves*, §.
hoc ſermone, ubi Tiraq. *ff. de verb. ſign. l. ſi duo*, 34. §.
fin. ff. de arbit. Gl. *in d. l. qui fidem*, ubi Bart. *num.* 12.
& Bal *ff. de tranſact.* Padil. *in d. l. eum proponas, num.*3.
Caballin. *d. §. 3. num.*164. *in fin. de evict.* Cald. Per. *de
empt. c.* 30. *num.*54. Guttier. *de juram. d. c.60. num.* 3.
Marſil. *ſing.*72. Salycet *in l. quoties, la 2. C. ad l. faleid.*
Alex. *in l. mora, num.5. ff. ſolut. mat.* Seraphinus *d. privil.*
85. *n.*6. & *ibi* ejus Additionator, *num.* 6. Farinacius
tom.3. crimin. q. 107. *art. 9. num.*95. & *art.* 52. *num.*
412. licèt Pariſius *conſ.* 165. *num. 6. lib.* 4. Hippolytus
de Marſil. *in pract. crim. §. quoniam*, *num.* 13. volunt
quòd ſolum bis exigi poſſit: Herculanus *in tract. de non
offendendo, c.*31. *num.*20. & *cap.*36. *num.*27.

101 Subjecta hac clauſula, *rato manente pacto*, an impedia-
tur purgatio moræ? Gloſ. *in l. id, quod pœna, ff. de ſolu-
tion.* tenuit, quòd poſito clauſula hac, non eſt locus le-
gibus, quæ permittunt moræ purgationem: idem vide-
tur terminaſſe Dynus *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *ff.
de verb. oblig.* & ſequuntur hanc opinionem Bald. *in l.
pacto, C. de pact.* Jaſ. *in l. ſi inſulam, num.*28. *ff. de verb.
oblig.* & communem affirmat Additio Bart. *verbo*, [præ-
dicta vera,] & ſequuntur Ripa *num.* 80. Crotus *n.* 60.

Tamen opinio verior eſt, ut clauſula hæc minimè
impediat moræ purgationem, ea text. in *l. 3. verſ.* [Et
generaliter,] *ff. de eo quod certo loco*, ubi probatur in
actionibus arbitrariis, in quibus id quod intereſt ſi-
mul petitur cum principali, adhuc admittitur purga-
tio moræ. Et ſecundò additur tex. *in l. ſi cum dies*,
§. *fin. ff. de arbit.* ubi probatur in pœna, quæ apponi-
tur in compromiſſo eſſe locum moræ purgationis, &
tamen illa petitur ſimul cum principali. *l. ſi quis rem*, *ff.
eod. ti.* Anton. de Pad. *in d. l. cum proponas, num.4. C. de*
102 *tranſact.* Guttier. *de juram. d. c.60. num.*4. Tertiò indu-
citur, quòd quando pœna conventionalis eſt major
ſorte ipſa principali, poteſt peti debitum principale ac
etiam pœna in eo, quod excedit, *l. ſi quis à ſocio*, *ff. de
actionib. empti*, & tamen purgatio moræ eo caſu locum
habet; *l. qui Romæ*, §. *Flavius, ff. de verb. oblig.* & hanc
opinionem tenent Bart. *in d. l. ſi inſulam, num.*17. An-
gelus *num.*14. Imola *num.*49. Alexand. *num.* 31. com-
munem dicit Padilla *in dicta l. cum proponas, ſub num.*4.
in fine. Et etiam procedit tam de jure civili, quàm
Canonico, Hieron. Zanet. *de different. jur. Civ. & Ca-
non. dif. 1. num.* 168. Franc. Vivius *deciſ.* 74. *num.* 4.
Abb. *in c. dilecti, num.*5. ubi Canoniſtæ, *extra de ar-
bitris*, Gloſſa *in §. alteri, Inſtit. de inutilib. ſtipul.* Fari-
nacius *tom.1. crimin. q.30. n.*75. & antea dixerat *n.* 56.
quòd pœna hæc conventionalis adjecta ſtipulationi ra- 103
tione contemptus, & ex certa ſcientia promiſſa, etiam
nullo habito reſpectu ad id quod intereſt, ſine dubio to-
tal exigi poteſt, ut per Capram *conſil.* 70. *num.* 9. *ſeqq.*
Menochium *lib.2. de arbitrariis*, *caſ.* 160. *num.* 13. &
27. Imò, quod plus eſt, pœna conventionalis addu- 104
cta ſimpliciter etiam ultra id quod intereſt; exigitur,
niſi appareat, quòd expreſsè adducta ſit ratione in-
tereſſe ſecundùm communem, de qua teſtantur Sera-
phinus *de privilegiis juramenti*, *privileg.* 54. Burſatus
*conſ.*53. *n.*38. Oſaſcus *deciſ. Pedemontana* 70 *à num.*11.
Guttier. *de juramento*, 1. *p. cap.* 39. *num.*11. licèt, antea,
*num.*10. dicat, quòd Avend. *in ſuo dictionar.* verbo
(*pœna conventionalis*) ex Matthæo de Afflict. *deciſ.*45.
ait, quòd de ſtylo Curiarum non ſit condemnatio pœ- 105
næ conventionalis, niſi quatenus intereſt, & non
ultra, & quòd hæc opinio ſibi certa eſt: & eam ſequi-
tur Azevedus *in l.4. num.*56. *tit.*21. *lib.* 4. *Recop.* & *ibi*
plura exempla ponit, cum qua opinione tranſit Seraphi-
nus *ubi ſupr. privil.* 54. *num.*1. ex tex. *in l. Celſus, ff. de
arbitris l.2. ff. ſi quis caut. l. poſt diem ff. de leg. & fi-
deicommiſ.* Grammat. *conſ. civil.*66. *n.*64. & 76. & *ibi*
dicit quod ſi pœna conventionalis promiſſa eſt cum ju- 106
ramento, tunc peti poteſt, etiamſi cum intereſſe non
concurrat: ſi tamen loquimur de rigore, pœna peti poteſt 107
etiamſi excedat intereſſe; quia non ſolum poterit ex-
cedere duplum, ſed etiam ultra quadruplum, ſi ſimpli-
citer ſit appoſita, ut ſentit Innocent. *in c. ſacro*, *de ſent.
excom.* Baldus *de præſcrip. 2. p. 3. par. principalis, q.*13.
& communis ſecundum Alexand. *conſ.* 157. *col.* 2. *lib.*6. 108
Jaſ. *in l.4. num.*141. *C. de jure emphyt.* Maranta *in praxi,
diſput.*7. *num.*26. Et hoc procedit; quia licet partibus
quamcumque pœnam apponere, arg. *l. in re mandata,
C. mandati;* Bolognet. *in l. unic. num.* 141. *C. de ſent.
qua pro eo, quod intereſt*, cum non ſit appoſita ratione
intereſſe, ſed ſimpliciter, ut affirmat, & tenet pluri-
bus à ſe relatis, Seraphinus *dicto privileg.* 54. *num.* 3.
Tamen quando in contractu jurato apponitur conventio- 109
nalis pœna, poteſt duplum intereſſe excedere, ſecun-
dum Franciſcum Vivium *d. deciſ.* 74. *num.* 3. referen-
tem in Regia Audientia Apuliæ fuiſſe judicatum; cùm
conventionalis in contractu jurato adjudicetur habito
reſpectu ad intereſſe, ita ſequuntur Anton. Gabriel. *lib.6.
com. concl. tit. de crimin. & malef. concl.* 34 Vinc. Mancin.
de juramen. p.4. effectu 227. *num.*11. Cald. Per. *de empt.
& vend. c.*31. *num.*17.

Imò & dico, quòd etiam in foro conſcientiæ pœna 110
ex conventione exigi poteſt, licèt nihil interſit, Felinus
*in c. 1. num.*46. *de conſtit.* Socin. *in c. audivimus*, *num.*
41. *de ſimon.* Benuen. Strac. *de contract. mercator. n.*22.
Ant. Gab. *ubi ſup. conc.* 54. *num.*2. & 9. ubi dicit eſſe
magis communem, & *num.* 11. Grammat. *deciſ.*58. *n.*7.
Alex. *conſ.* 39. *num* 4. *lib.*6. Hieron. Cagnol. *in l. quòd
à quoquam, num.*6. *ff. de reg. jur.* Pariſ. *conſ.*34. *num.*31.
32. & *ſeqq. lib.* 1. Cacher. *deciſ.* 70. *num.* 7. Mancin.
*ubi ſup. effectu.*217. *num.*3. Seraphin. *de juram. privil.*
54. *num.* 3. *in med.* Guttier. *d. c.*36. *num.*11. *circa fin. de
juram.* Caldas Per. *de empt. & vend. c.*30. *n.*9.

Clauſula tamen, *rata manente pacto*, licèt à princi- 111
pio ſit communis utrique parti, ex poſt facto tamen
ſolum prodeſt obſervanti contractum, non contrave-
nienti; tenet Bart. *in d. l. qui fidem*, *num.* 10. Roland à
Valle *conſ.*57. *num.*22. ubi ampliat, etiamſi adſit jura-
mentum; quia juramentum habet tacitas conditiones,
& inter eas, *ſi ſervabitur fides*, Gl. *in c. quemadmodum*,

de jurejur. in verb. (conditionem,) Greg. Lop. in l. 34.
tit. 11. p. 5. gl. fin. ad fin. Cl. in l. cum pater, §. libertus,
ubi Bar. Bald. ff. de legat. 2. Gl. in l. 2. ubi Jaſ. num. 139.
C. de jure emphyt. Abb. in c. potuit, de locata, num. 11.
Afflict. deciſ. 220. num. 5. Franc. Marc. deciſ. 413 p. 1.
Villalob. in arar. com. opin. ſub lit. C. verbo. (clauſula.)
num. 62. Hieron. Gig. de penſion. q. 64. Morot. de treuga
& pace, 2. p. q. 16. num. 7. Anton. de Padil. in d. l. cum
propanas, num. 5. Caldas de empt. c. 30. num. 53.
112 Ubi tamen opponitur hujuſmodi clauſula, licèt pœ-
na alteri quàm parti applicetur, adhuc pars agere poteſt
ad ſuum intereſſe; ut affirmat Gregorius Lopez ubi ſu-
pra, gloſſa final. ad finem.
113 Hæc tamen clauſula ſubintelligitur in omnibus con-
tractibus bonæ fidei, etiamſi non apponatur, Jaſon in
dicta l. qui fidem, per legem, prædia, ff. de action. empti,
Baldus in d. l. pacto. Padilla in dicta l. cùm praponas, n. 6.
Cotta, verbo, (clauſul. rato manente pacta,) Menchaca
de ſucceſ. creat. §. 21. num. 9. Celſus Hugo, de clauſulis,
num. 248. clauſula (rato manente pacto,) Joannes Gut-
tierrez dict. 60. num. 7. de juramenta, Caldas Pereira de
emptione & venditione, cap. 30. num. 55.
114 Si inſtrumento fueris promiſſum ſimpliciter reſtitui
litis ſumptus, ſi lis mota ſit ſuper poſſeſſione rei, an
poterit agi de evictione? Bar. in l. 3. in principio, ff. de
action. empti, per illum textum dicit, quod ſi fundus evin-
catur jure poſſeſſionis, [quod contingere poteſt, ſi aga-
tur hypothecaria, vel Salviano interdicto, per quæ re-
media ſolum avocatur nuda poſſeſſio, l. ſi cum venditur,
in principia, ff. de eviction.) non poteſt agi de evictio-
ne, ſed actione ex empto, quaſi re non tradita; cùm
evictioni locus non ſit quando res evicta judicio poſſeſ-
ſorio eſt, nec ad ſumptus litis venditor tenetur, cum il-
lo caſu non ſint promiſſi, ſed tantum quando jure do-
minii & ſuper proprietate rei evictæ lata eſt ſententia:
Socinus conſ. 199. dubio 2. lib. 2. Cephalus conſ. 18. n. 5.
lib. 2. Caballinus, §. 3. de evictionibus, num. 152. Maſcar-
dus tom. 2. de probation. concluſ. 614. num. 6. & 7. Joan-
nes Grivellus deciſion. Senatus Dolani, 117. num. 1. Bart.
115 tamen emptorem inſtruit, ut in inſtrumento curet adii-
ci verba iſta; quod promittitur duplum nomine evictio-
nis, ſive evincatur jure poſſeſſionis, vel proprieta-
tis, ſivè alterius cujuſcumque juris: & Bart. ſequitur
Bald. in l. 1. quæſt. penultima. C. de peric. & comm. rei
116 vend. Cœpol. cautela 134. Tria faciunt Riminald. con-
ſil. 490. libr. 3. Verùm idem Bart. & alii, in l. venditores,
ff. de verborum obligat. tenent contrarium, quòd imò in
hoc dubio, ſivè evincatur fundus jure proprietatis, vel
jure poſſeſſionis, ſivè alterius cujuſque juris, ſemper
venditor tenetur ad ſumptus litis, per textum notabil.
in l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis fortè ff. de verborum obli-
gation. ubi notat Alexand. Caballin. ubi ſuprà: eſt tamen
117 benè verum quod quando evincitur ſola poſſeſſio, non
poteſt emptor agere ad duplam promiſſam in cauſa evi-
ctionis, ſed debet agere primæva actione ex empto,
quia non videtur ſibi res tradita fuiſſe per venditorem,
ex quo poſſeſſio eſt evicta: res enim evicta pro non
tradita habetur: ut cautum eſt à Pomponio in l. datio, in
princ. ff. de action. empti, & ibi Bart. in ſecundo notab.
& docuit Bald. in l. 1. in fin. num. 17. C. de pericul. &
comm. rei vend. Maſcardus ubi ſuprà, num. 7. l. emptorem
§. idem Neratius, ff. de actionibus empti, Joannes Gri-
118 vellus dicta deciſ. 117. num. 3. & 4. Unde cum agatur
hypothecaria, & ſic emptor inquietetur à creditore, non
agit de evictione emptor contra venditorem, ac ſi res
ipſa evincatur, quia per hypothecariam res jure non
119 evincitur, ſed tantum avocatur ab emptore poſſeſſio,
donec creditori agenti ſolvatur debitum petitum, aut
litis æſtimatio, d. l. ſi cum venditor, in princ. l. ex his præ-
diis, C. de evictionib. quæ lex tum procedit in eo, qui
ſcienter emit rem hypothecæ ſubjectam: quod patet,
quia ubi dicitur, quòd agenti ad pretium doli exce-
ptio opponi poteſt; ſcienti dolus non infertur, l. cum
donationis, C. de tranſaction. l. nemo fraudare, ff. de re-
gul. jur. Natta conſil. 267. num. 3. & niſi venditor libe-
ret rem venditam ab onere hypothecæ, tenetur empto-
ri ad intereſſe, Alexan. conſ. 63. num. 10. lib. 6. l. ſi 120
rem meam, & ibi Bart. ff. de ſolution. Alexand. & Angel.
in l. 1. §. ſi hæres ff. ad Trebellian. Rebuf. de conſtit. redd.
art. 1. gloſ. 14. num. 42. tom. 2. Et propterea venditor,
qui facit obligationem creditori, facit illam non ad
ſuam utilitatem, ſed ad utilitatem emptoris, ut ha-
beat rem liberam ab onere hypothecæ. Et non ſolum 121
emptor poteſt agere contra venditorem, ſed etiam po-
teſt hypothecam liberare, aut tollere offerendo litis
æſtimationem, aut debitum ſolvere agenti hypothe-
caria, & deinde poteſt emptor ita ſolvens repetere, l.
quoniam liberum, C. de compenſat. l. cum tibi, C. de evi-
ctionib. Nec emptori ſolventi imputari poteſt, cur ita 122
ſolverit, nec denunciaverit litem venditori; quia te-
netur venditor actione ex empto ad tradendam rem
liberam, & cum jure appareat de hypotheca, potuit
hypothecam emptor ſolvere, & omiſſio denunciatio- 123
nis iſto caſu non nocet; ut tradit Gloſſa in l. qui rem,
C. de evictiòn. Alexand. in d. conſ. 63. in fine: & pro-
pterea dicebat Angelus in l. 3. C. de evictiòn. quòd opti-
ma cautela eſt pro emptore, ut dicat rem venditam eſſe 124
obligatam, quia tunc non dicitur res liberè tradita: & di-
cit Baldus in l. quoniã liberũ, C. de cõpenſationibus, quòd 125
tenetur tradere rem liberam non ſolùm à ſervitute, ſed
etiam à creditoribus, non enim eſt res libera, prout
nec quando eſt res aliena, Glo. & Doctores, in l. ſi
pro fundo. C. de tranſaction. verbo. (liber,) Baldus, &
Doctores, in l. 3. & in l. ex his prædiis, C. de evictio-
nibus, Jaſon in l. Julianus, §. qui fundum, ad finem, col.
3. ff. de verborum obligat. ubi clarius Alexand. ad finem,
notab. 1. & ſic potuit retinere pretium donec res libere- 125
tur, ut per Angel. in dicta l. 3. Fabianus de Monte, in
titul. de emptione & vendit. quæſt. 6. colum. fin. Rimi-
nald. verbo (evictio) ad finem, & in verba, (vendi-
tor,) in princip. ubi etiam dicunt procedere, ſi res etiam 127
eſſet obligata ſub conditione, l. ſi ſervus in princ. ff. de
condict. furtiva, Alexand. conſ. 67. lib. 3. Caballinus
dict. §. 3. ſub num. 153. Ex quibus ſolvitur illud, quod
indeciſum Bald. relinquit in d. l. ex his prædiis, C. de
evictionib. ad finem, & Alexand. in l. 1. §. ſi hæres, ff.
ad Trebellianum, Nevizanus conſ. 37. num. 2. poſt Sa-
lycetum, in l. ſi rem, quam, ff. de eviction. ſicut poſſet
pretium repetere, multo magis retinere, l. 1. ff. de ſu-
perficiebus. Imò venditor præſumitur in mala fide: quia
debet habere notitiam qualitatis rerum ſuarum, & 128
ſcire vitium quod habent res quas vendit, Philip.
Corn. conſ. 81. circa finem, libr. 3. Ergo etiamſi fuiſſet
ignorans, fuit tamen in culpa aſſerendo faciliter rem eſſe
liberam, quam ignorabat, ex Azone in ſum. C. de action.
empt. col. 2. verſ. [Si autem ignoravit,] Paulus de Caſtro
in l. Julianus, ad finem, ff. de action. empti. Corn. conſ. 2.
circa finem, lib. 3. Saltem ergo teneretur in conſcientia
hoc declarare, Abbas in cap. quoniam, col. 8. in fine, 129
de probat. num. 17. in fine, & 18. & quia etiamſi fuiſ-
ſet ignorans, tamen quia tenebatur hoc dicere, & cer-
tificare emptorem de qualitatibus rei, & ejus obliga-
tionibus, tenetur ſibi deducere quanto minoris fuiſſet
empturus, ſi ſciviſſet illam qualitatem, §. fin. Inſtitut. de 130
emption. & vendit. l. ſervus, quem, §. fin. ubi Salycet. ff.
de action. empti, Aretinus conſ. 104. ad fin. Caballinus in
d. §. 3. ſub num. 153. Quando tamen potuiſſet inter-
venire dolus venditoris, fortè ſtatur juramento in li- 131
tem emptoris, Alexand. conſ. 69. lib. 4. & addit Saly-
cetus, quòd poteſt dicere emptor quòd nullo modo eſſet
empturus, Surdus conſ. 13. num. 38. & conſ. 150. n. 25.
lib. 1. & deciſ. 265. num. 49. tenetur enim venditor em- 132
ptori exprimere omnia, quæ potuiſſent emptorem à
contrahendo retrahere: l. Julianus, §. qui pecus, & §.

quod

*quod autem, ff. de action. empti, l. qui libertatis, §. ſed
ſi quis, ff. de eviction. l. quæro, ff. de action. empti, l. quæ-
ritur, § ſi venditor, ff. de ædilitio edicto, l. in vendendo,
§. ſi cum ſervitus, ff. de contrahend. empt. l. ſi ſterilis, §.
ſi prædii, ff. de action. empti.*

133 Nec obſtat *l. qui cum alio ff. de regul. juris*, ubi deci-
ditur, qui cum alio contrahit vel eſt, vel eſſe debet
non ignarus ejus conditionis cum quo contrahit. Quæ
lex procedit quoad conditionem hominis, cum quo
contrahit: illa enim ignorari non poteſt; ſed ubi agitur
de conditione rerum, illa eſt juſta ignorantia, Cepha-
lus *conſ. 393. num. 99. Et licet* Surdus *dicto conſ. 150.
num. 123.* alterat, quòd dicta lex, *qui cum alio*, procedit
etiam reſpectu rerum, cùm tam rerum ſuper quibus con-
trahit, quàm perſonarum conditionem teneatur ſcruta-
134 ri: in noſtro tamen caſu, d. lex non habet locum; quia
quando ex natura contractus alter ex contrahentibus
notificare tenetur adverſario omnes qualitates rei, non
poterit talis poſtea obiicere ignorantiam, quam ipſe
cauſavit: & ponit exemplum in venditore, qui tenetur
omnia exprimere, quæ potuiſſent emptorem à contra-
135 hendo removere, ut ex *ſuprà allegatis* deducitur: nec ſuf-
ficeret partem onerum explicitè, alia verò perſulortiis
verbis ſignificare, *l. Julianus, §. idem Julianus, ff. de
action. empti, l. qui libertatis, §. ſi cati, ff. de evict.* Bald.
conſ. 413. lib. 5. Bald. *in rubrica, C. de contrahenda
empt. num. 6.* Alexand. *conſ. 95. lib. 5. num. 4.* & non
ſolum certior eſſe debet emptor de his, quæ ab ipſa re
dependent, ſed de his quoque, quæ ſunt extra rem, ut
ſi ſciat venditor decretum brevi publicandum per quod
diminuatur valor rei, tenetur emptorem certiorem red-
136 dere; aliàs tenetur de dolo; ita Bart. *in l. quæro, ff. de
action. empti*: valet enim argumentum de mutatione bo-
nitatis intrinſecæ ad mutationem extrinſecæ, ut dicit
Bald. qui idem voluit *in l. 2. C. de peric. & commod rei
venditæ.* Romanus *ſingular.* 286. Afflict. *deciſ. 399.
num. 9.* Auguſt. Beroius, *q. familiar. 61.* Straca *de mer-
catura, tit. de ſponſionibus §. item quæro*, Covarruvias
in regula, peccatum, 2. part. §. 4. num. 5. Surdus *d. conſ.
150. num. 25.* Lucas Matthæus de Apicella *in tutamen
pauperum, tit. de dilat. quinquennali, num. 28.* nam ubi
cum ſcientia concurrit fraus in alterius detrimentum,
conſtitutio ligat, priuſquàm publicetur, Bartol. *in l. con-
tra legem, ff. de legibus, & in d. l. quæro, ff. de actionibus
empti*, Carrotius *deciſ. 63. num. 6.* Menoch. *lib. 2. arbi-
trar. caſu 185. num. 21. & 22.* Coſta *de Rota, quæſt.
121. ſub num. 9.* Giurba *deciſ. 87. num. 17.* Nevizanus
conſ. 49. num. 16.

137 Animadvertendum eſt, quòd emptor ſolvens credi-
tori, fecit illud ad quod omnino tenebatur venditor,
& negotium ejus utiliter geſſit, & ob id culpa emptori
imputari non poteſt, ita conſiderat Aymon Cravetta
conſ. 298. num. 14. Anton. de Burgos *in d. cap. fin. de
empt. & vendit.* Covarruv. *lib. 3. var. c. 18. num. 4.*

138 Notandum tamen eſt, quòd obligatus ad dandum
liberatur primæva actione, ſi det, & caveat de evictio-
ne, quod intelligendum eſt ſecundum Alexand. *in l.
fin. in fin. ff. de condict. ob cauſam* ubi Jaſon *notabil.
ultim.*

QUÆSTIO XIV.

An talis conventio valeat, ut de omnibus expenſis, & damnis, ſtetur ſimplici verbo, vel juramento emptoris.

SUMMARIUM.

1 *Venditor promittens ſtare ſimplici verbo, vel juramento emptoris, an talis conventio valeat, & talis declaratio fieri poſſit parte abſente?*
2 *Pacta & conventiones ſervanda ſunt.*
3 *In arbitrio boni viri poſitum, tacitè intelligitur, dummodo dolus abſit.*
4 *Hujuſmodi conventio non ſolum procedit in contractibus, ſed in ultimis voluntatibus.*
5 *Valet ſtatutum, & pactum, quòd credatur damnum paſſo.*
6 *Intelligitur, ut credatur juramento circa quantitatem damnorum tantum; non autem de damno in genere paſſo.*
7 *Et in hoc requiritur extrinſeca probatio.*
8 *Intereſſe extrinſecum quando veniat, & quæ requirantur remiſſivè.*
9 *Pactum, quòd ſtetur juramento alicujus, an extendatur ad Tertios, vel hæredes?*
10 *Nec per procuratorem ſpecialiter conſtitutum ad hoc, præſtari poteſt.*
11 *Limitatur, quando hujuſmodi poteſtas jurandi conceſſa ſit à lege, vel ſtatuto.*
12 *Quando de debito conſtat, & ignoratur, quanta ſit illius quantitas, juramento creditoris ſtatur.*
13 *Juramentum non defertur ubi agitur de intereſſe lucri ceſſantis, ſed per teſtes eſt probandum.*
14 *Probatio qualiter fieri debeat in verificatione lucri ceſſantis.*
15 *Promittens ſtare dicto, vel juramento alterius de expenſis, & damnis, & intereſſe, ſi lædatur, vel immoderatè declaravit, reducitur ad moderationem arbitrii boni viri propter ſuſpicionem proprii commodi.*
16 *Pactum hujuſmodi habet tacitam conditionem, ſi æquum arbitratus fuerit, vel declaraverit.*
17 *Juramento non ſtatur quando juratur de intereſſe non veriſimili.*
18 *Allegans inveriſimile non debet audiri.*
19 *Teſtes deponentes inveriſimilia ſunt repellendi, & ſunt ſuſpecti de falſo.*
20 *Veriſimilitudo in omnibus debet attendi, & inſtrumentum inveriſimile eſt falſum, num. 21.*
22 *Ille, qui ex pacto tenetur ſtare juramento alicujus, an poſſit revocare illam facultatem jurandi.*
23 *Revocare poterit antequam altera pars juret.*
24 *Bartolus eſt intelligendus cum grano ſalis, ſi mutaverit conditionem antequam juraſſet, rectè revocatur, num. 25.*
26 *Quæ enim de novo emergunt, novo indigent legis auxilio.*
27 *Juramentum habet tacitam conditionem, ſcilicet, rebus ſic ſtantibus.*
28 *Ex cauſa ſupervenienti receditur à promiſſione, & juramento.*
29 *Emptor ſi conveniatur, & eidem deferatur juramentum, poteſt illud licitè recuſare, ne perdat actionem de evictione.*
30 *Juramentum de ſtando ſimplici dicto adminiſtratoris, non excuſat adminiſtratorem ab exhibitione libri rationum.*
31 *Juramentum debet intelligi ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.*
32 *Pactum de ſtando ſimplici adminiſtratoris dicto, liberat ſolam adminiſtratorem ab ſcrupuloſa adminiſtratione.*
33 *Statutum de ſtando juramento alicujus recipit probationem in contrariam.*
34 *Quando quantitas declarata per juramentum eſt magna, Iudex non debet confirmare, vel deferre juramentum etiam ex pacto.*
35 *Pactum, quod ſimplici verbo alicujus ſtetur, intelligitur cum juramento.*
36 *Ampliatur quòd procedat in arbitro, & arbitratore ad taxandum pretium rei venditæ.*
37 *Ampliatur etiam idem eſſe, ſi teſtator dicat ſtari dicto alicujus, ut intelligatur cum juramento.*

38 *Limitatur, quando teſtator mandavit ſtari arbitrio certæ perſonæ, tunc ſine juramento creditur.*

39 *Ampliatur, etiam in his quæ dependent ab anima, cum juramento intelligitur.*

40 *Ampliatur, quando lex, vel ſtatutum præcipit ſtari dicto alicujus, intelligitur cum juramento.*

41 *Et ubicumque lex diſponit ſtari aſſertioni alicujus in præjudicium alterius, intelligitur cum juramento.*

42 *Ultimò additur caſus ſingularis, quando teſtator legat pro Anniverſario Rectori Eccleſiæ certum quid, gravando ejus conſcientiam, ſtatur ejus dicto ſine juramento, quòd celebraverit Miſſas ordinatas.*

SI in inſtrumento venditionis dictum ſit, quòd de expenſis, & damnis, voluit venditor ſtari ſimplici verbo emptoris, caſu quo evictio rei venditæ ſequeretur, ita ut numquam reclamare valeat, hujuſmodi pa-
1 ctum valet; Bart. Bald. Salycet. *in l. jusjurandum*, §. *quod ex conventione. ff. de jurejuran.* Jaſon, ubi dicit communem, Angelus *in l. vacantia, C. de bonis vacant. lib.* 10. Jaſon, *in l. ſi ab arbitro, num.* 4. *ff. qui ſatiſd. cogant.* Alexand. *conſ.* 47. *num.* 4. & *conſ.* 130. *lib.* 1. Socin. *conſ.* 90. *num.* 10. *lib.* 4. Abbas *conſ.* 51. *lib.* 1. Bart. *in l. fin. ff. de præt. ſtipul.* Afflictis *deciſ. n.* 10. ubi Urſill. Surd. *conſ.* 194. *num.* 17. & *conſ.* 452. *num.* 2. & *deciſ.* 259. *n.* 7. Maſtrillus *deciſ.* 60. *n.* 1. Mohedan. *deciſ.* 1. *de uſuris*, Joannes Botta *conſ.* 57. *num.* 1. Plotus *in l. ſi quando*, §. 47. *C. unde vi*, Maſcardus *tom.* 2. *conſ.* 934. *de probation.* Cavalcanus *deciſ.* 2. *num.* 31. *part.* 2. Natta *conſ.* 450. Menoch. *lib.* 1. *de arbitrar. quæſt.* 8. *num.* 49. Beccius *conſ.* 106. *num.* 21. Parladorius *lib.* 2. *cap. fin. part.* 1. §. 12. *limit.* 4. *num.* 37. Seraphinus *de privileg. juramenti, privileg.* 31. *à num.* 8. Eſcobar *de ratiociniis, cap.* 10. *num.* 7. Caballinus *de eviction.* §. 3. *num.* 156. Abbas *in cap. finem litibus, de dolo, & contumacia*, Hercules Mareſcotus *lib.* 2. *variarum, cap.* 16. *num.* 8. Oſaſcus *deciſ.* 8. *à num.* 1. Fontanella *tom.* 2. *de pact. nupt. clauſula* 5. *gloſ.* 8. *à num.* 1. Melchior Phœbus *deciſ. Portugalliæ* 51. *Cæſar Manentius deciſ. Mantuana* 88. *per totam*, ubi *num.* 2. dicit, quod talis declaratio fieri poteſt abſente parte: Ex Socino *conſ.* 90. *num.* 17. *lib.* 4.

2 Et ratio hujus eſt; quia pacta, & conventiones ſunt ſervandæ, quæ ſervari poſſunt abſque peccato, *l.* 1. *ff. de pactis, cap. juramentum,* 22. *quæſt.* 5. cum *ſimilibus*, Tuſchus *tom.* 1. *pract. conc.* 536. *num.* 1.

3 Ampliatur, quòd conventio de ſtando ſimplici dicto alicujus, intelligitur dummodò dolus abſit; tenet Bart. *in d. l. fin. ff. de Præt. ſtipul. l. creditor*, §. *Lucius, ff. mandati.*

4 Ampliatur, quòd hujuſmodi conventio non ſolum procedit in contractibus, ſed etiam in ultimis voluntatibus, Surdus *dict. deciſ.* 259. *num.* 7. Fontanella *de pactis empt. clauſula* 5. *gl.* 18. *num.* 2. *tom.* 2.

5 Extenditur etiam, quod ſicut valet ſtatutum, quòd credatur juramento alicujus damnum paſſi, ita & pactum: Plotus *ubi ſuprà*, §. 47. & 48. Menochius *conſ.* 117. *à num.* 8. *lib.* 3. ubi refert hanc eſſe communem opinionem: & ſubdit, quòd iſtud pactum eſt quoddam remedium expediendarum litium à jure permiſſum, in tantum quòd ſtatim, quando pars jurat ſuper hujuſmodi damnis, non eſt amplius inquirendum ſuper juramento, & allegat textum *in l. non erit*, §. *datu, ff. de re judicata*, cum *ſimilibus*, Maſtrillus *deciſ.* 60. *num.* 3. *p.* 1.

6 Intelligitur tamen, ut credatur juramento circa quantitatem damnorum tantum, non autem de damno in genere; Rota ſacri Palatii *deciſ.* 467. *num.* 2. *part.* 1.
7 Maſtrillus *dicta deciſ.* 60. *num.* 4. quia in hoc requiritur extrinſeca probatio, ut tradunt Plotus *in d.* §. 48. *num.* 3. Bart. *conſ.* 168. Gratus *conſ.* 10. *num.* 7. & 12. *lib.* 2. qui dicit, quod ex quo pars eſt teſtis in cauſa propria contra regulam juris, ideò priùs verificandum eſt liquidò damnum eſſe paſſum, & exinde pars juret ſuper quantitate: idem dixit Joannes Lupus *de uſuris*, §. 6. *in fine*, Imola *in l. Paul. ff. de ſolution.* ubi dicit communem.

Per iſtam tamen refectionis damnorum permiſſio- 8
nem, non intelligitur quis ſe obligaſſe, niſi ad ea, quæ ex natura contractus veniebant; damna autem extrinſeca non veniunt, quæ ſunt remota à materia ſubjecta, Sylvanus *conſ.* 10. *n.* 22. & 41. & 42. Natta *conſ.* 450. *num.* 2. Alexan. *conſ.* 41. *num.* 4. *lib.* 3. & *conſ.* 141. *lib.* 5. Decius *conſ.* 39. Burſatus *conſ.* 68. Maſtrillus *deciſ.* 60. *num.* 7.

Hujuſmodi tamen conventio, quòd ſtetur juramen- 9
to alicujus, non extenditur ad hæredes, vel alios Tertios, quia quando aliquis præſtat facultatem alicui jurandi, confidit de eo, & non de hærede, vel alio habente jus, & cauſam ab eo. Plotus *in l. ſi quando*, §. 47. *num.* 7. *C. unde vi*, per textum *in l. generaliter*, & *ibi* Gloſſa & Doctores, *C. de rebus credit.* Jaſon, *in d. l. ſi quando, num.* 52. & *in l. penultima*, §. *fin. ff. ne quis eum qui*, & *ibi* Alexan. Romanus, Socinus, & alii, Rota Januenſis *deciſ.* 78. Joannes Botta *conſ.* 57. Maſtrillus *dict. deciſ.* 60. *num.* 8. Gratianus *tom.* 3. *diſceptation.* 537. *à num.* 8. ubi dicit, quòd facultas jurandi non tranſit ad hæredes; quia juramentum eſt perſonale, *cap. veritas, de jurejurando.* Baldus *conſ.* 353. *num.* 2. *lib.* 1. Paulus de Caſtro *conſ.* 209. *n.* 2. *lib.* 1. Cardinalis Mantica *tom.* 2. *de ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 26. *n.* 7. Hector Fœlicius *de ſocietate, cap.* 24. *num.* 75. Et in tantum, quòd etiam 10
nec per procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum præſtari poſſit, Hieron. Gratus *conſ.* 28. *numero* 10. *lib.* 1.

Limitatur, quando poteſtas jurandi conceſſa ſit à 11
lege, ut latè Plotus *in d. l. ſi quando, num.* 619. *verſ.* [24. *amplia*,] ubi refert communem, Baldus *conſ.* 53. *lib.* 1. Menochius *conſ.* 81. *num.* 21. & *de arbitrariis, caſu* 191. *numero* 5. Mandellus *conſ.* 430. ubi allegat multos.

Quando autem de debito conſtat, & ignoratur quanti 12
tas, juramento creditoris ſtetur quanta ſit illius quantitas, Bartol. *in l.* 1. §. *ſic iſta. ff. depoſiti.* Vincent. Carrot. *deciſ.* 11. Rota Januenſ. 119. *num.* 4. & 141. *num.* 3. Surdus *conſ.* 24. *n.* 1. & *conſ.* 246. *n.* 5. *lib.* 2.

Limitatur principalis concluſio, quando agitur de 13
lucro ceſſante, utique non per juramentum, ſed per teſtes eſſet probandum, Socinus *reg. juramentum fallent.* 230. Oſaſcus *deciſ.* 51. *num.* 12. Hondedeus *conſ.* 50. *n.* 30. *lib.* 1. Maſcardus *tom.* 2. *de probation. conſ.* 934. *n.* 13. Maſtrillus *deciſ.* 101. Et ſaltem probanda eſt ſub- 14
ſtantia lucri, & ſic quod conſuetudinaliter ſi illam rem habuiſſet, tantum fuiſſet lucratus: Riminaldus Jun. *conſ.* 52. *num.* 42. & *conſ.* 218. *num.* 99. & *conſ.* 426. *num.* 15. Nec ſufficit probare, quod in negotiationibus tantum ſolebat lucrari, vel quod alter tantum erat lucratus.

Promittens ſtari dicto, vel juramento alicujus de ex- 15
penſis, & damnis, & intereſſe; ſi læditur, vel immoderatè declaravit, reducitur ad moderationem per arbitrium boni viri propter ſuſpicionem proprii commodi, *l. ſi libertus, ff. de oper. libert. l. hæc venditio, ff. de contrahenda emptione. l. in perſonam*, §. *generaliter. ff. de regulis juris*, Jaſon. *in l. jusjurandum, num.* 5. *ff. de jurejur.* Bart. *conſ.* 168. *in fine*, Alexand. *conſ.* 37. *num.* 32. *lib.* 2. Maſcardus *d. concl.* 934. *num.* 26. Seraphinus *de privileg. jurament. privileg.* 31. *à num.* 9. Guttier. *de jurament.* 1. *part. cap.* 57. *num.* 16. Anton. Gamma *deciſ.* 110. *n.* 17. Rota Roman. per Farinac. *deciſ. in part.* 2. *in noviſſimis*, & in qua quantitate, Judex arbitrabitur, ejus judicio relinquitur, Joannes Botta *conſ.* 57. *n.* 9. & *ſeqq.* Afflict. *deciſ.* 91. *num.* 10. Covarruv. *lib.* 2. *variarum*,

cap.

16 *cap.13.num,5.* Hujuſmodi tamen pactum habet tacitam
conditionem, ſi æquum arbitratus fuerit, vel declara-
vit, Gutierr. *ubi ſup. d.c. 37. num.* 17.
17 Limitatur, quòd non ſtetur declarationi hujuſmodi,
quando juratur de intereſſe non veriſimili, quia tunc
non ſtaretur tali juramento, Alexan. *conſ.* 47. *num.*5.
*lib.*2. Grammaticus *conſil. crimin.* 62. *num.* 1. Farina-
cius *tom.* 2. *de teſtibus*, *q.* 65. *part.* 3. *num.* 144. &
18 *ſeqq.* Maſcardus *conſ.* 745. *num.*14. Et ratio eſt, quia
allegans, vel dicens inveriſimile, non debet audiri,
Abbas *in cap. quia veriſimile*, *de præſumpt.* Decius *conſ.*
484. *in fine*, & *in conſil.* 596. *num.*8. ideò erit, quia non
veriſimile eſt quod deviat à naturali curſu, argument.
*text. in cap.*2. *de frigidis & maleficiat.* item etiam quod
deviat à jure communi, Felinus *in c. licèt cauſam*, *de
probation.* Innoc. *in cap. auditis*, *de præſcript.* latè Boſ-
ſius *in praxi de appoſit. contra dicta teſtium*, *num.*94. &
19 96. Et ita teſtes deponentes inveriſimilia, ſunt repel-
lendi tamquam ſuſpecti de falſo: Ancharanus *conſ.*57.
Abbas *in d. cap. quia veriſimile*, Cravetta *conſ.*28. Sera-
phin. *d. privileg.*31. *à n.*11. ubi *Martinus Beuindorſius*,
20 Maſcardus *concluſ.*1404.*n.*17. *de probat.* Et ſic etiam in-
ſtrumentum continens inveriſimile, eſt ſuſpectum de
falſo, Cravetta *conſ.*56.*n.*19. & *conſ.*249. *n.*7. & ideò
dixit Baldus *in l.*1. *col.*3. *C. de ſerv. fugitivis*, quòd illud
non eſt veriſimile, cenſetur quid impoſſibile, & veluti
imago falſitatis, & naturæ contrarium; quia quod di-
ſtat à veriſimili, non eſt credibile; Maſcardus *d. concluſ.*
1404. *num.*7. Veriſimilitudo in omnibus debet atten-
di, cùm ſit cognata naturæ, & imaginem veritatis in
ſe contineat, *l. non eſt veriſimile*, *ff. de eo, quod metus
cauſa*, *l. peculium autem*, *§.*1. *ff. de peculio*, *l. ſi filius*, *ff.
eodem*, *l. Julianus*, *præterea*, *ff. de vulgar.* Cravetta
*conſ.*73. *in fin. regula*, *inſpicimus*, *de reg. jur. lib.*6. Tiraq.
in præfat. l. ſi unquam, *n.*37. *C. de revoc. donat.*
21 Quæritur etiam, an ille, qui ex pacto tenetur ſtare
juramento alicujus, poſſit revocare illam facultatem ju-
randi, & declarandi, antequam juret, vel declaret? &
quòd non poſſit revocare, facit in primis quòd hu-
juſmodi pactum ſervandum ſit, *l.* 1. *ff. de pactis*, *l.* 1. *ff.
de conſtitut. pecun. cap.* 1. *de pactis*, *l. ſicut*, *C. de action.
& obligat.* ubi leges præcipiunt pacta ſervari, altera par-
te etiam contradicente. Et confirmatur; quia ſicut lex eſt
22 obſervanda, ita & pactum; *l.* 1. *§. convenit*, *ff. depoſiti*,
regul. contractus, *de regul. jur. lib.*6. Ergo alter ex pa-
ciſcentibus reſilire à contractu & eum revocare non po-
teſt, nec paciſcens pœnitere: Abbas *in cap. dilecti*, *de
foro competent.* & *in cap. finem litibus*, *in fin. de dolo &
contumacia*, Signorolus *conſ.*157. *colum.*2. Alexand. *conſ.*
37. & *conſ. fin. lib.*2. dicit communem *Alexand.* quod
non poſſit revocari, *conſ.*130. *col. fin. lib.*1. Hector Fœ-
licius *de ſocietate*, *cap.* 24. *num.*73. Olaſchus *deciſ.* 8.
*n.*9. Menoch. *lib.*1. *de arbitrar. q.*8. *n.*50. Afflict. *deciſ.*
91. *n.* 11. Benvenutus Strac. *de mercat. tit. de contract.
mercat. num.*7. Alex. *conſ.*120. *lib.*1.
23 Contrarium tamen, quòd poteſt promittens revo-
care facultatem jurandi & declarandi, antequam altera
pars juraverit, & declaraverit, tenuit Bart. *in l. fin. ff.
de Prat. ſtipulat.* per *l. ſi quis jusjurandum*, *C. de rebus
cred. & jurejurand.* tenuit etiam Bolognet. *in Rubric. C.
de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt*, *ſub num.*105. Se-
raphin. *d. privilegio* 31. *ſub num.*8. ubi tentat conciliare
has opiniones, & dicit primam, quòd non poſſit revo-
cari, procedere ante acceptationem factam à parte, ut
videtur in confeſſione, quæ poteſt revocari ante, non
poſt acceptationem, Bald. *in l. Gallus*, *§. quidem rectè*,
ff. de liber. & poſthum. Grammatic. *conſ. civil.*17. *num.*
11. ſed ipſe *Seraphinus* recedit à dicta concordia; quia
parum videtur convenire, cùm hic loquamur de pacto
inter duos inito, & ſic de promiſſione acceptata. Salva-
24 ri tamen poteſt opinio *Bart.* cum grano ſalis, ſi ille,
cujus juramento erat ſtandum, antequam juraſſet,
conditionem ſuam deteriorem feciſſet, culpatæ, atque
infamatæ vitæ fuiſſet effectus; tunc enim eò, quia ju-
ſta ſupervenit cauſa illi non credendi, rectè revocari
poteſt illa facultas ſibi conceſſa ab altero contrahente,
ut tenuit Angel. *in d. l. fin. ff. de Prat. ſtipulat.* *l. cum
quis*, *l. & cum Cornelius*, *ff. de ſolut.* ubi rumpente,
& mutato ſtatu debitoris, omne mandatum, & com-
miſſio dicitur revocata; Pariſ. *conſ.* 96. *num.*24. *lib.*
3. Fœlicius *de ſocietate*, *cap.* 34. *num.* 35. Strac. *de
Decoct.* 3. *part. num.* 50. & *de Adjecto* 3. *part. num.*
110. Rota Genuen. *deciſ.* 2. *num.*31. Afflictis *deciſ.*91.
*num.*10. Gaſpar Caballinus *§.*3. *de evictionib. num* 158.
Plotus *ubi ſuprà*, *n.*743. Muñoz de Eſcobar *de ratiocin.
c.*10. *à num.*10. Gomez Arias *in l.* 64. *Tauri*, *num.* 47.
Gironda *de privilegiis*, *nu.*1358. Ancharanus *conſ.*394.
*num.*4. Tuſchus *tom.*1. *practicarum*, *concluſ.*536. *n.*28.
Beccius *conſ.*106. *n.*21. cauſa enim nova ſuperveniente
recedere licet à qualibet diſpoſitione, Decius *conſ.*313.
lib. 2. Ariſmin. Tep. *tom.* 2. *variarum*, 357. *cap.* 2.
ubi non exiſtente cauſa non poteſt revocari, ea exi- 25
ſtente poteſt; quia quæ de novo emergunt, novo in-
digent legis auxilio, *l. ab arbitro*, *ff. qui ſatisdar. cogan.*
Et ſupra dictam limitationem eam veram eſſe arbitror, re-
bus ſic ſtantibus; quia pactum ſivè conventio hujuſ- 26
modi tacitam habet illam clauſulam, *rebus ſic ſtantibus*, 27
ſicut quælibet diſpoſitio, *c. quemadmodum*, *ff. de jure-
jurand.* Maſcard. *de probat. concl.* 1157. *num.*31. Rece- 28
ditur à juramento, & promiſſione ex cauſa ſupervenien-
te: quaſi contractum ſit ſub ea conditione, ſi res in eo-
dem ſtatu remanſerit, Ancharan. *conſ.* 402. *num.*4. Be-
roius *quæſt.*54. *num.*5. & 6. Burſat. *conſ.* 81. *lib.*1. Ste-
phan. Gratian. *diſcept. forenſ.*534. *num.*35. ſi tamen an-
te revocationem juraverit, juramento ejus eo caſu ſtan-
dum erit: Bart. *in dict. l. ſi ab arbitro*, ubi Jaſon, *ff. qui
ſatisdar. cogant. in dict. l. jusjurandum*, *num.*6. Maſcard.
*tom.*2. *de probation. concluſ.*934. *n.*34. Ferrar. *in praxi,
in forma libelli, in act. reali, verba,* (& expenſis,) *n.*11.
Unum tamen valdè ſingulare, & mente tenendum 29
occurrit in practica, quòd ſi emptor, vel alius cui
ex aliquo titulo competat de evictione actio, con-
veniatur, & eidem deferatur juramentum, poteſt il-
lud recuſare ne perdat actionem de evictione con-
tra principalem, & authorem ſuum; quia ſi res
decideretur per juramentum, non haberet poſtea
actionem de evictione, Angelus *in §. item ſi quis poſtu-
lante*, *num.* 8. *Inſtitut. de action.* ubi dicit, ſe vidiſſe in
practic. quem refert Leonardus Additionator Petri Fer-
rar. *ubi ſuprà*, *litera M.* verſiculo, (Adverte in pra-
ctica.)
Principalis concluſio ampliatur, quòd pactum ſeu 30
conventio de ſtando juramento alicujus adminiſtratoris,
non excuſat eum ab exhibitione libri rationum; quia
confectio libri rationum eſt de ſubſtantia actus admi-
niſtrationis, *l.* 1. *§. officio*, *ff. de tutel. & ration. diſtrah.*
ea namque, quæ ſunt de ſubſtantia contractus, pacto
contrahentium remitti non poſſunt, *l. pacta conventa*,
ff. de contrahen. emption. etiamſi interponatur jura- 31
mentum de ſtando dicto ſimplici adminiſtratoris,
adhuc non excuſabitur ab exhibitione libri rationum,
quia juramentum debet intelligi ſecundùm naturam
actus, ſuper quo interponitur, ut *in l. fin. C. de non* 32
num. pecun. Gutierr. *de juramen.* 1. *par. cap.*37. *num.*2. &
3. Seraphinus *de juram. privileg.*74. *num.*109. Seraphi-
nus *Olivar. deciſ.*66. *num.*4. *lib.*1. Sub hoc tamen pacto
de ſtando ſimplici dicto adminiſtratoris, cenſetur ad- 33
miniſtrator liberatus ab ſcrupuloſa adminiſtratione, &
culpa leviſſima, ſivè levi; ſed non cenſetur liberatus à
lata culpa, & dolo vero, vel etiam præſumpto; & ideò
ſi librum rationum legitimè, vel de more confectum
non exhibeat adverſus illum in litem jurari poterit,
non obſtante dicta promiſſione jurata, & pœna, ſi fue-
rit appoſita. Tamen intelligendum eſt, quod ſi legitima

libri confectio remiſſa non videatur ex dict promiſſione, virtute prædictæ clauſulæ cenſentur remiſſa ſolemnitates, & forma, quibus liberationum conſici debet, dummodò apertè conſtare poſſit de veritate rerum adminiſtratarum, Bartolus *conſ.* 168.*num.*4.

34 Intellige prædictam concluſionem, quòd diſpoſitio legis, vel ſtatuti, vel partium, ſcilicèt, quod ſtetur juramento alicujus, non creditur, ſi ex adverſo contrarium probetur, veluti ſi debitor doceret de quantitate intereſſe, per veras probationes: tunc enim non attenderetur taxatio facta cum juramento; quia contra talem taxationem admittitur probatio in contrarium: Marſilius *in Rubrica de probat. num.* 137. Abbas *in cap. propoſuiſti, de probation.* ubi *Felin.* Afflict. *deciſ.*91.*n.*12. Fœlicius *de ſocietate, cap.* 24.*num.* 80. Vincent. Carrot. *deciſ.* 12. *à num.* 1. Anton. de Amatis *decis.* 141.*n.*22. *Ioan.* Plot. *in d.* §. 47. *à num.* 1. Seraphin. *privileg.* 31. *num.*70.& 94. ubi Additio *num.*28. Petrus Surdus *conſ.* 141. *num.* 17. *lib.* 1. Oſaſc. *deciſ.*61.*num.*1. Mareſcot. *lib.* 1. *variarum reſolut. c.* 16.*num.* 5.

35 Pactum hujuſmodi, quòd ſimplici dicto alicujus ſtetur, intelligi debet cum juramento, Jaſon. *in l. apertiſſimi, in fin. C. de judic. & in l. de pupillo, §. qui, num.* 4. *ff. de novi oper. nunt.* Alex. *conſ.* 31. *num.*31. *lib.* 2. Fœlicius *d. c.* 24.*n.*76.

36 Extenditur etiam, quòd procedat in arbitro, & arbitratore admiſſo ad taxandum pretium rei venditæ; quia ſi inter partes conveniat, quidquid *Petrus* æſtimaverit, ejus æſtimationi ſit ſtandum, intelligitur cum juramento; *l. hac edictali, §. his, C. de ſecundis nuptiis,* Bartol. *conſ.* 166. latè Fulvius Pacianus *lib.* 1. *de probat. c.* 47. *à num.*30.& 31.

37 Extenditur etiam, quando teſtator mandavit ſtari dicto alicujus, intelligitur cum juramento, Bartolus *in l. Theopompus, ff. de dote prælegata,* & *ibi* Apoſtilla. Quo tamen eſt intelligendum de his, quæ debet deponere ut teſtis, it. Alexand. *conſ.* 54. *lib.*2.

38 Limitatur prædicta extenſio, quando teſtator mandaverit ſtari dicto certæ perſonæ; quia tunc ſine juramento ei creditur. Bart. *in dict. l. Theopompus, num.* 17. Alexan. *in dict. conſ.*54.*num.*2. Fœlicius *in dict. cap.* 24. *num.*77. Cardinal. Tuſchus *tom.*1. *concluſ.* 536.*num.*4.

39 Ampliatur regula, quòd ut ſtetur declarationi alicujus in his, quæ dependent ab animo; intelligatur cum juramento, Cephalus *conſ.* 35. *num.* 10. & idem eſt,

40 quando lex, vel ſtatutum mandat ſtari putationi alicujus, cum juramento intelligitur: Cardinal. Tuſc. *ubi ſup. num.*6.

41 Extenditur etiam, quando ubicumque lex diſponit ſtari aſſertioni alicujus in præjudicium alterius, intelligitur cum juramento: ideò vendens pignus ex licentia Partis, vel Judicis, ſi dicat, tanti vendidiſſe, illi ſtatur, ſed cum juramento; Doctor *in l. fin. C. de jure domin. impetrando*, Cephal. *conſ.* 35.*num.*9.

42 Limitatur prædicta extenſio, quando teſtator legaverit pro anniverſario Rectori Eccleſiæ certum quid, gravando ejus conſcientiam, ſtatur ejus dicto, quòd celebraverit tot Miſſas ordinatas à teſtatore, ſine juramento, Gloſ. *in Clement.* 1. *verb.* parochiani,) *de privileg. & in c. placuit, de pœnit. diſt.*6. Jaſ. *in Rubric. de acquir. hæred.*

43 Quod tamen omne dictum debet intelligi, quando jurans eſt omni exceptione major, & caret omni ſuſpicione: Plotus *in dicta* §. 48. Capicius *deciſion.*91.*n.*10. nam ultra quod talis præſumitur, ut benè *Covarruvias* poſt alios *in cap. relatum, el* 1. *de teſtament.* in contrahentibus, & paciſcentibus datur approbatio Partis, quæ facit, ut inhabiles admittantur, Bar. Corn. & alii per Cravet. *conſ.*56.*num.*9. Hercules Mareſcot. *lib.*2. *variar. reſolution.*16. *num.*11.

QUÆSTIO XV.

Quando res dicatur evicta, ut emptor agere poſſit de evictione?

SUMMARIUM.

1 *Evictio non debetur, niſi re evicta per ſententiam effectualiter.*
2 *Ad hoc ut res evicta dicatur, oportet, quòd per ſententiam res ſit ablata emptori.*
3 *Res, ut dicatur evicta, eſſe debet à manibus emptoris abdicata.*
4 *Tunc dicitur committi ſtipulatio, quando res eſt verè ablata, ſivè ipſius pretium ſolutum.*
5 *Ponitur differentia inter ſtipulationem duplæ, & inter ſtipulationem* habere licere.
6 *Quid ſi ſimpliciter dictum ſit inter partes quòd mota lite ante evictionem ſequutam agi poſſit?*
7 *Et quid ſi inter partes conveniat, quod emptor pretium recuperet, non expectata ſententia?*
8 *Dubius eſt eventus litis.*
9 *Si promiſſa ſunt expenſa litis, aget emptor ad illarum recuperationem re non evicta.*
10 *Agi enim poteſt re non evicta, quando venditor rem alienam vendidit ignoranti.*
11 *In evictione habetur ratio, quod emptor habiturus fuiſſet, ſi res non fuiſſet evicta.*
12 *Agi poteſt etiam ante evictionem, quando evictio imminet in limine contractus.*
13 *Vel quando vendita res alteri eſt obligata, & ad tertios poſſeſſores devenire poſſet.*
14 *Ignorantia venditoris excuſat eum ab intereſſe intrinſeco, & num.* 15.
16 *Adducitur differentia inter ſcientem, & ignorantem venditorem.*
17 *Ignorantia non excuſat ab intereſſe, ibi n.* 18. *&* 19.
20 *Explicatur text. in l.* procurator, ff. de jure fiſci.
21 *Pœnæ adverſus ſcientes parata ſunt.*
22 *Bart. explicatur in* l. cùm lex, ff. de fidejuſſoribus.
23 *Si res evincatur per confeſſionem emptoris, non agitur de evictione.*
24 *Si quis moveat litem alicui malo animo in re, quam quis vendere volebat, & emptor ab emptione diſceſſit, poteſt agi ad intereſſe contra illum.*
25 *Declaratur principalis concluſio, ut res debeat eſſe evicta per ſententiam executioni demandatam, ut evictioni ſit locus, & non per ſententiam interlocutoriam.*
26 *Limitatur concluſio, ut res non dicatur evicta in judicio executivo.*
67 *Nata enim actio evictionis non dicitur, ſi evictio non eſt executa.*
28 *Actio de evictione non datur lite mota, niſi ad defendendum, cavendum, liberandum.*
29 *Evictionis conditio eſt incerta.*
30 *Evictione ſequuta pro damnis & intereſſe liquidatis, poteſt emptor petere executionem, ſecus pro non liquidis, & num.* 31.
32 *Emptor offerens agenti contra eum pretium, vel rem, nolens expectare ſententiam, agit contra venditorem.*
33 *Limitatur, ut emptor poſſit agere ante evictionem, quando promiſſa eſt res libera.*
34 *Executio ſuper re evicta, non eſt neceſſaria, quando res remanſit apud venditorem.*
35 *Sententia lata in cauſa evictionis, debet eſſe lata ſuper re ipſa, & num.* 36. *&* 37. *ampliatur.*
38 *Evictio non debetur, niſi amiſſa poſſeſſione rei, cujus evictio petitur.*
39 *Evictio requirit actualem rei ablationem, ut non ſufficiat ſententia.*

40 *Emptor*

40 *Emptor ſi cedat rem litigatori n. 1 c g t.*
41 *Res debet eſſe deducta in judicio, non evicta extrajudicialiter, ut de evictione agi poſſit, & n. 42.*
43 *Quod procedit etiamſi venditor promiſiſſet de evictione, & legitima defenſione tam juris, quàm facti, & num. 44. 45. 46.*
47 *Emptor probans rem ad evincentem ſpectare, agit de evictione, licèt res fuerit ſine judicio evicta.*
48 *Emptor agens actione ex empto ratione evictionis, poteſt agere antequam ſit lata ſententia.*
49 *Emptor, ut de evictione agat, an ſufficiat, quòd producat ſententiam prima, & ſecunda inſtantiæ, vel totus proceſſus produci debeat.*
50 *Sententia ſine actis fidem facit.*
51 *Sententia probat titulum.*
52 *Sententia probat dominium.*
53 *Contraria ſententia refertur, quòd debeat totus proceſſus produci.*

1 APertaſ jura ſunt, venditorem minimè teneri de evictione pro re vendita, niſi de re evicta effectualiter; *l. qui rem, C. de evictionibus, l. ſi plus ff. eodem*, Bartolus in *l. at qui natura, §. cùm me abſente. ff. de negotiis geſtis, & in l. emptorem, in principio, ff. de actionibus empti, & in l. utique, ff. de rei vendicatione*, Paulus de Caſtro *conſilio* 309. *lib.* 1. Socinus *conſil.* 81. *in fine, lib.* 1. Riminald. *conſilio* 147. *in principio lib.* 1. Bertrandus *conſil.* 12. *num.* 4. *lib.* 4. ſivè in toto, ſivè in parte; tunc non agitur de evictione, etiamſi expreſsè promiſſio defenſionis convento ſit, *l.* 1. *&* 2. juncta *l. non tamen, ff. eodem*, Angelus & Aretinus *in §. Actionum, Inſtitut. de actionibus, num.* 22. Rebuffus *titul. de delat. articul.* 5. *gloſ. unic. num.* 16. Moranta *conſ.* 32. *num* 3. Alexand. Trentacinq. *lib.* 3. *reſolut. variarum, reſolution.* 4. *de emptione, & vendition.* Balbus *deciſion.* 2. Riccius *collectan.* 1547. *part.* 5. Oſaſc. *deciſion.* 181. *num.* 4. Surdus *conſ.* 32. *num.* 1. *lib.* 1. *& deciſ.* 165. *n.* 7. Anton. Theſaur. *& deciſ.* 85. *& deciſ.* 102. *num.* 4. Hoc tamen maximè procedit, etſi actor nolit ſententiam ferri, ferretur autem ad petitionem emptoris rei conventi, ſecundùm Bar. *in l. non utique, ff. de rei vendicatione.*

Quòd de evictione non agatur antequam res evincatur per ſententiam, dicisum teſtantur Oſaſcus & Theſaur. relati, Vincent. de Franchis *deciſ.* 145. *num.* 1. *&* 2. *ubi Horat. Viſcont.* Fabius de Anna *conſ.* 15. *à num.* 1. Theſaur. Jun. *q. forenſ.* 23. *ſub num.* 9. Coſto *de portion. & rata, q.* 231. *num.* 2. *&* 3. Magon. *deciſion.* 297. *&* 304. Angel. *in l. ſi ſervus, §. idem Julianus, ff. de evictionib.* quem refert Rubeus *in l. non ſolùm, §. morte, ff. de nov. oper. nunt. num.* 458. qui omnes affirmant, ſententiam non inducere evictionem, niſi facta effectiva, & reali executione, *l. habere licere, ff. de evict.* ubi *Bald.* notabiliter inquit, quòd ad hoc, ut dicatur res evicta, oportet, quòd per ſententiam res ſit ablata emptori.
2 Et in *ſecundo reſponſo ejuſdem tex.* diſponitur, quòd ſi adverſario remiſſum, ſivè donatum ſit id, quod in ſententia dictum eſt, agi de evictione non poteſt: quod expreſsè notat Bald. *in ſecunda notabili*; nam ut res dicatur evicta, eſſe debet à manibus emptoris abdicata;
3 text. *in l. evicta, § duplex, ff. eodem*, ubi diſponitur: quòd tunc committitur ſtipulatio dupli, cum eſt reſtituta res petitori, ſicque conſideratur realis, & effectiva rei reſtitutio; nec ſufficit ſententia, *dict. l. habere licere*; & cum prædicta opinione concordant *Fulgoſ.* optimè *ibidem*, Gloſ. & Bart. *in fine, l. at qui natura, §. cùm me abſente, ff. de negot. geſtis*, Alexan. *conſ.* 4. *col.* 1. *lib.* 1. Jaſon. *in l. quoties, num.* 48. *C. de rei vendicat.* Cœpola *cautel.* 71. Benintendus *deciſ.* 25. Franciſcus Beccius *conſ.* 106. *num.* 44. *lib.* 1. Vincentius de Franchis *deciſ.* 200. *num.* 8. Vincentius de Anna *ſingulari* 471. & quòd ſententia non inducat evictionem, niſi facta effectiva & reali executione, ſequitur in terminis Mynſingerius *obſervation.* 56. *centur.* 1. & juxta hanc opinionem conſuluit in terminis Fabius de Anna, *conſ.* 15. *à num.* 1. *&* 5. & in facti contingentia fuit deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, ut eſt teſtis Joannes Aloyſius Riccius *deciſ.* 141. *lib.* 2. & pro hac ſententia affertur text. *in l. ſi ſervus venditus, §. cùm igitur ff. de evictionibus*, ubi cum neque corpus rei, neque pecunia abſit emptori, non committitur ſtipulatio: benè verum eſt, quod ſi emptor accepto judicio eſſet victus, & litis æſtimationem ſolviſſet, ſtipulatio commiſſa dicitur; etenim ſi emptor pretium non ſolviſſet, rem amiſiſſet; & ſic ablata dicitur res ob eo, cujus pretium ſi non ſolviſſet, jam illam amiſiſſet: & propterea magis 4
emptor dicitur habere rem ex ſecunda emptione, & ſolutione litis æſtimationis, quàm ex priori. Et ex *hoc textu* apertè patet, quod tunc dicitur committi ſtipulatio, quando res eſt verè ablata, ſive ipſius pretium ſolutum, & Albericus in *ſumma illius* §. quem legit, *in §. idem Julianus*, dicit, quòd quando res non abeſt, nec aliquid abſuturum eſt, actio de evictione competere non poteſt.

5 Advertendum tamen eſt, quòd eſt magna differentia inter ſtipulationem duplæ, & inter ſtipulationem *habere licere*: nam ut committatur ſtipulatio duplæ, ſufficit quòd ſit lata ſententia, licèt res non ſit reſtituta; ſed ſtipulatio de evictione, ut emptori habere liceat, non committitur ante reſtitutionem rei, etſi lata ſententia ſit; *l. ex empto, §. ſi quis autem, ff. de actionibus empti, dict. l. habere licere*; & ita Doctores tradunt *in l. ſtipulatio iſta, habere licere, ff. de verborum obligationibus in §.* 1. *& in §. quæſitum, ejuſdem l.* & ſic ſtipulatio dupli ſtatim committitur lata ſententia: ſtipulatio *habere licere*, ubi res eſt reſtituta.

Iſtud tamen, quòd diximus requiri ſententiam Judicis ad hoc, ut poſſit agi de evictione, procedit, ubi quis vult agere ad duplum actione ex ſtipulatu, ut eſt caſus in *dict. l. habere licere*: ſed ubi quis agere vult actione empti ratione evictionis, poteſt agere antequam ſit lata ſententia, *l. non tamen, & l. ei cui, ff. de evictionibus*: tutius tamen eſſe dixit Imola *in cap. ultimo, colum. ultima, de emption. & vendit.* ut expectetur ſententia, ut *ibi* per eum; & conſuluerunt Fabius de Anna, *d. conſ.* 15. *num.* 4. Anton. Gom. *lib.* 2. *var. c.* 2. *num.* 39. *in princ.* verſ. (*Imò quod magis eſt*) *Maſcardus tom.* 2. *de probat. conc.* 614. *num.* 2. Ant. Theſ. *deciſ.* 102. *num.* 4. Cœpol. *cautela* 102. *& caut.* 227. ubi ponit cautelam ſecundùm *Angelum*, quòd emptor facere debet, ut inſtrumentum venditionis ita cantet: *Vendo ad habendum, tenendum, poſſidendum tibi, & tuis hæredibus, quidquid placuit faciendum; & etiam promitto illam rem ab omni perſona defendere, & authorizare: & ſi tibi illam rem habere, & poſſidere non licet, vel evincatur pro toto, vel pro parte, qualibet dicta de cauſa duplum pretii ſolemni ſtipulatione promitto.*

6 Primò dictam regulam limita, ut procedat, ſi ita inter partes conventum ſit, quòd mota lite etiam ante evictionem ſequutam poſſit agi de evictione, *l. ſivè in libertatem*, ubi Baldus, Salycetus notant, *C. de evict.* Imola, Anton. de Burgos *in cap. fin. de emption. & vendition.* Philippus Cornetua *conſ.* 95. *num.* 7. *lib.* 4. Hieronymus Gratus *conſ.* 135. *num.* 8. *lib.* 1. Rubeus *in d. §. morte, num.* 466. Anton. Theſaur. *deciſ.* 85. *num.* 2. verſic. (*Fallit tamen,*) Joannes Baptiſta Coſta *de facti ſcientia, diſtinction.* 4. *num.* 2. *centur.* 1.

7 Quid tamen eſſet dicendum, ſi ſimpliciter dictum ſit inter partes, quòd lite mota ſuper re vendita emptor reciperet pretium: nec addita ſunt illa verba, *quamvis res non ſit evicta*, vel *non expectato litis eventu*? Videtur dicendum, quòd ſtatim lite mota poſſit recuperari pretium in ingreſſu litis, per Gloſ. *in l. ſi plus, §. mota*; juncto text. *ibi ff. de action.* Fontanello *de pactis nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 14. *num.* 6. In contrarium in

Digitized by Google

contingentia facti conſuluit Aymon.Crav. *conſ.682. lib.
4. num.2.* quem refert Anton. Theſaur. *d. deciſ.* 85.
num. 2. motus præcipuè, quia verba debent intelligi
8 cum effectu, & non videtur lis mota, niſi effectualiter
res evincatur: dubius eſt enim eventus litis; *l.* 1. *ff. de
tranſact. l. quod debetur, ff. de peculio.* Item, quia ſi ita
ſimpliciter verba intelligerentur, daretur occaſio delin-
quendi ex eo; quia facilè emptor, ſi eum pœniteret
contractus, ſupponeret aliquem, qui litem moveret,
& pretium ipſe malitioſè recuperaret; prout poſt Paul.
de Caſtro *in l.* 1. §. *ſtipulatio dupla, ff. de Præt. ſtipula-
tionibus*, aſſerit Gaſpar Caballin. *in* §.2. *de evictionibus,*
Vincent. Carozius *deciſion.* 96. *num.*10. in verſic. *Eti-
amſi in inſtrumento fortiùs dicatur, ſi aliqua lis moveatur:*
Anton. Theſaur. *deciſ.* 85. ea potiſſimum ratione; quia
de facili per emptores ſupponuntur homines ad ſequeſ-
tra, vel litem movendam, ne pretium ſolvant, & delu-
dant miſeros venditores carentes re, & pretio; & ob
id verus effectus evictionis attendi debet, qui eſt, ut
emptor non poſſit agere de evictione, niſi re effectua-
liter evicta; *dict. l. ſi plus, ff. de evictionibus, d. l. qui
rem, C. eodem*, Burſatus *conſ.* 194. *num.*41. *lib.*2. Cra-
vetta *conſ.*845. *num.* 12. Caballin. tamen dicit, huic
fraudi poſſe per Judicis officium, ad quem ſpectat,
providere, ne fraudes committantur, argumento *l. hoc
autem, in principio, ff. ſi cui plus quàm per l. Falcidiam.*
Compellet enim Judex emptorem jurare, quòd per ca-
lumniam non facit. Socin. Sen. *conſ.*208. *col. penult. lib.*
2. Curt. Sen. *in l. unic. in fin. C. de prohibit. ſequeſtrat.
pecun.* & ſimiliter illum, qui movet litem. Salycet. *in l.
non idcireò, C. de evict.* Melius tamen foret, ut illi actori
juramentum deferatur, ut juret, an ab illo emptore re-
quiſitus fuerit ad litem movendam, nam is faciliùs jura-
bit, cum non tanti ſua interſit, ut teſtatur Menoch. *lib.
2. de arbitrariis, caſu* 244. *num.*5. & Theſaur. *in d. deciſ.*
85. *ſub num.*2. retorquet contra, §. *mora, d. l. ſi plus*, &
notat cautelam contra fraudem: ut ponatur in inſtru-
mentum non ſolum ad pretium reſtituendum, ſed ad de-
fendendam rem, venditorem conveniendo, ut Juriſ-
conſult. ſcribit.

9 Limitatur ſecundò, ſi promiſſæ ſunt expenſæ litis,
aget emptor ad illarum recuperationem, etiam re non
evicta, ſecundum Nattam, *conſ.*232. *num.* 1. Cravet-
tam *conſ.*334. *num.* 2. *tom.* 3. Et parum inſiſtendo in
hoc, & ſi venditor non promiſiſſet reficere ſumptus em-
ptori in lite factos, quando emptor non ſuccubuit, &
non ſequuta evictione, fuerunt opiniones inter ſe di-
verſæ inter Doctores; nam nonnulli tenuerunt, quòd
nullo modo repuiat ut voluit Gloſſa *in l.* 1. & *ibi* Baldus,
*C. de evictionibus, & in l. cùm teſtamento, C. de teſta-
men. manum. & in l. ſi ſtatus, C. de evict ion.* & utrobi-
que ſequitur *Bald.* Speculat. *tit. empt. & vend.* §. 1. *verſ.*
(Quid ſi inſtrumento) *in fine, verſ. In contrarium:*
tenet Bartol. *in l. venditores, ff. de verborum obligat.*
dicens, ſe ſemper reprobaſſe opinionem Gloſſarum:
quia licèt emptor non poſſit agere contra venditorem
ex clauſula evictionis, poteſt tamen ſemper agere con-
tra eum ex clauſula rei non defenſæ; quia ad defenſio-
nem rei venditæ, tenetur ex natura contractus, etiamſi
nihil dictum ſit; *l. ſi plus*, §. *mora, ff. de evict.* idem
tenet Bart. *in l.* 1. *C. de evict. & in l. penult. ff. de liber.
legat. & in l. qui abſentem*, ubi Bald. & Angelus, *ff. de
procurat.* Joan. Andr. *in cap. fin. de emptione, & vendi-
tion.* & *ibi* Imola & Abbas *ad finem*, Annania *in conſ.*
31. & iſta communis opinio eſt, ut teſtatur Jaſon, *in
d. l. venditores.* Verùm non oportet nos ingredi hujuſ-
modi anguſtias; quia omnes Doctores *in locis præalle-
gatis* uno ore concludunt, quòd ubi venditor promiſit
expreſsè emptori litis ſumptus, tunc venditor eos in
caſu evictionis non ſequutæ, tenetur exſolvere emptori
repetenti, ubi ab adverſario recuperare non potuiſſet,
ut quia adverſarius ob probabilem cauſam litigandi ab-
ſolutus fuiſſet: ſeu etiam quia non omnes potuiſſet re-
cuperare; quia malè fuerunt taxatæ: cum qua communi
opinione tranſivit Senatus Pedemontanus, teſte Anto-
nio Theſauro *in dicta deciſ.*85. *num.*2. *in fine.*

Limitatur tertiò, quòd emptor poſſit agere ante evi- 10
ctionem ſequutam, quando venditor vendidit rem
alienam emptori ignoranti, ut eſt text. notabilis *in l.
ſervus*, §. *fin. ff. de action. empt.* tunc enim ſtatim agi
poteſt Bartol. *in l. at qui natura.* §. *cùm abſente, in fine,
ff. de negotiis geſtis*, Cœpola *cautela antepenultima, in
fine*, Bald. *in l. libera, C. de ſentent. & interlocut. om-
nium judicum.* Nam quando res eſt comparata, ut eſſet
libera, & reperitur aliena, poteſt agi ante evictionem
habita ſcientia rei alienæ, vel jurium in re vendita per
alios prætenſorum, Marz. *conſ.*57. *num.* 14. Pet. Sur.
deciſ. 253. *num.* 10. Oſaſc. *deciſ.* 13. *num.* 18. *cum
ſeqq.* & Gratian. *in diſceptat. forenſ.* 175. *num.* 20. in
Rota Romana fuiſſe deciſum teſtatur his verbis: (*Cùm
etiam hoc caſu ante evictionem agi poſſit, quando fuit pro-
miſſum rem eſſe liberam.*) & *num.*26. fortius concludit,
ut poſſit in hoc caſu agi via executiva: cùm falsò fuit
aſſertum rem eſſe liberam. Idem ſentit Coſta *in praxi
conventionali, part.*2. *clauſul.*73. *ſub num.*6. Et in hoc
caſu non tenetur emptor denunciare litem motam ven-
ditori, Baldus *in l.* 1. *appoſitione* 5. *C. de pericul. & com-
mod. rei vend.* Alexand. *in dicta* §. *final.* Bartolus *in dicto*
§. *cùm me abſente.* Non tamen *ibi* dicitur, quòd agatur
de evictione, ſed quod agi poteſt de intereſſe, quatenus
intererat emptoris rem alienam non fuiſſe ſibi venditam,
ut notat Burgos de Paz *in dicta cap. fin. num.* 27. *de emp-
tione, & venditione.* Sed eſt attendendum, quòd vendi-
tor emptori promittere ſolet, quantum ejus intereſſet,
dicta l. venditores, ff. de verborum obligationibus: unde
tale intereſſe conſiderari ſolet, quia emptori rem habe-
re non licet: In evictione autem habetur ratio ejus 11
quod emptor habiturus fuiſſet, ſi res non fuiſſet evicta,
l. ſi ſterilis, §. *per venditionem, ff. de actionibus empti,
l. ſi traditio*, ubi Baldus *quæſt.*4. *C. de actionibus empti,*
Seraphinus Olivarius *deciſione* 1114. *num.*2 *part.*2.

Limitatur quartò, quando imminet evictio in limine 12
contractus, quod poteſt agi ante evictionem; textus
in l. ſi poſt perfectam, C. de evictionibus, Menochius
*lib.*2. *de arbitrariis, caſu* 224. Surdus *conſ.*36. *num.*14.
*& deciſ.*183. *& deciſ.* 295. Vincen. Carroz. *deciſ.* 96.
& de ſequeſtra 3. *par. q.*10. *n.*8. Afflict. *deciſ.*171. & *ibi*
Cæſar. Urſil. Vinc. de Franc. *dec.*555. *& dec.*557. Maſtril-
lus *deciſ.*160. *part.*2. Hieronymus de Leo *deciſ. Valenti-
na* 47. *n.*4. Alex. Trentacin. *lib.*3. *var. reſol. de empt. &
vend. reſolut.*16. Gaſpar. Caballin. *de evict ion.* §. 5. *num.*
49. & latè nos diſputabimus inferius *in quæſtione* 50.

Limitatur quintò, quando res vendita, eſt alteri 13
obligata, emptore etiam ignorante, *l. ex his prædiis,
C. de evict ion. l. creditor*, §. *prædium*, ubi Paulus de
Caſtro, *ff. de action. empti*, Baldus *in l. ex conventione,
in fin. C. de pact.* tunc enim agi poteſt ad intereſſe;
etiam ante evictionem, *dict. l. ſervus*, §. *fin. ff. de actio-
nib. empti, l. ſi hominem, ff. de ſolutio.* Bard. *in l. libera,
num.*9. *C. de ſent. & interlocut. omn. jud.* Petrus Surdus
*deciſ.*253. *num.*10. *& in conſ.* 36. *num.* 23. Coſta *de
facti ſcientia, diſt.*4. *num.*4. *& in praxi conventionali,
p.* 2. *clauſula* 73. *in fine.* Præſertim cùm promittitur
rem eſſe liberam; tunc enim ex tali narratione, & pro-
miſſione, videtur inductus emptor ad emendum, aliàs
non eſſet empturus, quaſi iſta expreſſa conventio augeat 14
obligationem, *l. cùm ejuſdem* 34. §. *interdum, ff. de ædili-
tio edicto*, Corneus *conſ.* 226. *num.* 3. *lib.*2. Cagnolus
*in l. unica, num.*71. *&* 72. *C. de ſentent. quæ pro eo, quod
int*, Surdus *deciſ.* 165. *num.* 11. Seraphinus Olivarius
*deciſ.*321. *num.*4. *&* 8. Stephanus Gratianus *diſceptat.
forenſi.* 175. *num.* 35. In hoc tamen caſu Doctores
omnes concordant, quòd detur actio quanto minoris,
Bart. *in l. cum ſtipulatus ſim, ff. de verborum obligatio-
nib.*

nib. Angelus in l. ſervus la 2. ff. de condiction. furtiva,
Oſaſchus d. deciſ. 24. num. 5. Surdus d. deciſ. 165. num.
10. & Seraphin. ubi ſupr. num. 7.
15 Sublimita prædicta procedere, etiamſi res non eſſet
obligata, ſed aliquo caſu ad tertios devenire poſſet;
nam hæc exceptio æquitate nititur, cùm eveniente caſu
contingere poſſit, emptorem rem emptam reſtituere
debere, & etiam pretium amittere; & cum æqua ſit
hæc exceptio, admitti debet l. qui æquitate, ff. de dol.
mali vel met. excep. Oſaſc. deciſ. 24. num. 6. Quod ta-
16 men intelligendum eſt in venditore ignorante: quæ
ignorantia excuſat ab intereſſe extrinſeco; quamvis te-
neatur quanti minoris emptor eſſet empturus, Cynus
in l. 1. C. de ædilit. actionib. Abbas in cap. injuſtum,
num. 6. de rerum permutatione, & in c. Eccleſia
ſancta Mariæ, num. 11. ut lite pendente. Tamen Gra-
tianus in prædict. diſceptat. 175. num. 37. aſſerit, quòd
17 prædicta de ignorantia, non ſunt tuta, & communior
ſit opinio, illam non excuſare ab intereſſe, ſed Abbas
loquitur in pœna, in qua ſuccurritur ignoranti, quid-
quid aliud ſit in intereſſe, cap. vaſſallus fundum, ubi
Afflictis, ſi de feud. fuerit controv. Fabianus de emption.
& venditione, quæſtion. 4. principal. num. 5. Seraphi-
nus Olivarius deciſione 787. à num. 4. venditor enim
ignorans prohibitionem alienationis, tenetur de evict-
ione ad damna, & intereſſe, & hoc ex natura actionis
18 ex empto; l. contractus, C. de fide inſtrumentorum. In hoc
habetur differentia, inter debitorem ſcientem, & ig-
norantem; quia ex ignorantia ejus non diminuitur in-
tereſſe emptoris, & ideò propter ignorantiam rei alte-
ri obligatæ, vel alienæ, non excuſatur venditor ab obli-
19 gatione evictionis; à pari enim procedunt reſtitutio
pretii, & præſtatio intereſſe intrinſeci, ut optimè de-
clarat Afflict. poſt Iſern. in tit. de prohibit. feu. alienat.
per Federic. in nota 13. num. 7. & ipſe Seraphinus num.
5. hoc comprobat ex deciſ. Rot. Roman. facta in cauſa
Volaterrana terrarum, coram D. Blanchetto 18. Aprilis
1586. in quo fuit dictum, quòd tex. in l. procurator, ff.
20 de jure fiſci, quamvis dicat procuratorem fiſci, qui rem
aliquam vendidit, duplum, & triplum pro evictione
promiſit, non teneri, niſi ad ſimplum; non tamen ex-
cludit obligationem ad damna, & intereſſe reſpectu
illius ſimpli: & in confirmationem eſt text. in cap. ſi vaſ-
ſallus feud. ubi Afflictis, ſi de feud. defuncti fuerit con-
trov. inter dom. ubi vaſſallus, qui ignorans feudum ven-
didit, tenetur ad intereſſe. Quod verò deducitur ex
Abbate, habet locum in pœna, quæ extrinſecus venit,
21 & non præſtatur ab ignorante, cùm pœnæ ſint, l. muni-
cipium, ff. de decre. ab ord. facien. non autem intereſſe,
quod venit ex natura ipſius actionis.
Et quamvis Bart. in l. cùm lex. ff. de fidejuſſoribus,
num. 1. diſtinguat inter venditorem ſcientem, & igno-
rantem, ut ignorans ſaltem teneatur ad reſtitutionem
pretii, & non ad aliud. Tamen re vera hoc non dicit,
dictio enim ſaltem eſt implicativa, non autem limitati-
22 va: & licèt Aretinus, & Angelus, & Jaſon in addi-
tion. ad Portium in §. fin. Inſtitut. de emption. & vendition.
videantur eandem diſtinctionem ſequi; tamen Angel.
in l. cùm lex, num. 2. hanc diſtinctionem reprobat, &
duobus caſibus ait venditorem teneri ad intereſſe, vel
cum uterque tàm venditor, quàm emptor eſt ignorans,
vel cum emptor ſaltem: & allegat l. & liberi, cum Gloſ.
ff. de contrahenda emptione: eandem ſententiam defen-
dit Cumanus ibidem, num. 5. & 6. Paulus de Caſtro
ibidem, in fin. Imol. num. 4. Fabianus de Monte de emp-
tion. & vend. q. 4. princip. num. 5. verſ. (Tertiò quæro.)
Neque obſtat, quòd aliqui Doctores dicant, ven-
ditorem ignorantem non teneri ad totale intereſſe, ut
inquit Bart. in l. Julianus, in fin. ff. de act. empti, Jaſ. in
d. §. fin. Inſtit. de empt. vend. Cœpol. in l. 1. §. cauſa,
num. 14. ff. de ædilit. edict. Bald. in d. l. Julianus: non
enim eſt ſermo de intereſſe intrinſeco circa rem, ad
quod ſivè ſciens, ſivè ignorans tenetur, non autem de
intereſſe extrinſeco, d. l. Julianus, juncta l. ſi ſterilis,
§. cum per venditorem, nam ab ejus præſtatione propter
ejus ignorantiam excuſatur venditor. Neque diſcrepat
Antonius Gom. tom. 2. var. c. 2. num. 30. ubi ſubli-
mitat, quòd non teneatur de evictione venditor, ſi res 23
evincatur per confeſſionem emptoris, niſi aliter docea-
tur de veritate confeſſionis, ita Imola in l. fin. ff. de
contrahenda emptione, Seraphinus deciſ. 1024. num. 5.
part. 2.
Unum eſt valdè notandum, quòd ſi quis malo ani 24
mo movet mihi quæſtionem in re, quam vendere vo-
lebam, propter quod emptor ab emptione deſiſtit, poſ-
ſum agere contra impedientem ad intereſſe, l. res quam.
ff. de dolo, l. 11. tit. 16. p. 7. ubi Greg. Lop. gl. 1. Ca-
ballin. d. §. 3. num. 162. Burg. in d. c. fin. num. 8. de
empt. & vend.
Amplia concluſionem, ſcilicèt, quòd dicatur res 25
evicta per ſententiam, quòd ſententia fuerit executa,
aliàs evicta non erit; Alexan. conſ. 4. in princip. lib. 6.
Ferrar. in praxi, in forma libelli in cauſa vendit. verb.
(promittens,) num. 9. Cœpola cautela 71. Cardinal.
Tuſchus tom. 3. practic. conclu. concl. 352. num. 8. Vin-
cent. de Anna, ſingulari 471. num. 3. l. ſi dictum, §. 1.
ff. de evict. Caldas Pereira c. 31. num. 25. de empt. &
vendit. Balbus deciſ. 2. cent. 1. Baldus in d. l. habere lice-
re, in princi. ff de evict. Fulvius Pacianus conſ. 14. à
num. 2. & 3. Oſaſchus deciſ. 181. num. 4. Riccius in
collectan. 1547. part. 5. Carioz. deciſ. 96. num. 5. & 6.
Cravet. conſ. 682. Maranta conſ. 32. num. 5. Quod eſt
declarandum, quòd ut res dicatur evicta, debet evinci
per diffinitivam ſententiam, non per interlocutoriam,
quæ aliam poſt ſe expectat diffinitivam; & tunc tem-
poris dicitur evicta, cùm verificantur ea, quæ habentur
in l. habere licere, ff. de evict. interlocutoria non facit
rem deciſam; quia alia poſt eam ſperatur ſententia, per
quam revocari poteſt, & in nihilum redigi, & nego-
tium plenè tractari, & diſcuti, ac ſi non extitiſſet,
Joan. Franc. del Caſtil. deciſ. Siciliæ 26. à num. 6. Fon-
tanel. tom. 2. de pact. nup. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 14.
num. 56. & ita ſe obtinuiſſe teſtatur in Senatu Catha-
loniæ.
Iterum eſt declarandum, quòd res evicta non dicitur 26
per ſententiam latam in judicio executivo, in quo non
poteſt quis dici ſuccubuiſſe, cùm non faciat rem judi-
catam, Felinus in cap. 2. de teſtibus, Menochius de reti-
nenda poſſeſſione, remedio 5. num. 121. Romanus conſ.
36. Bolognet. in l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de ver.
oblig. Maſtril. deciſ. 189. num. 18. tom. 2. Glo. Bar. &
Ange. in l. penul. ff. de his qui ſunt ſui, Gl. in l. 2. C. de
ord. cognit. Bart. in l. à Divo Pio, §. ſuper rebus, & ibi
Gl. ff. de re jud. Abb. & Butr. in c. venient, de teſtib.
Abb. conſ. 50. num. 1. tom. 1. Maſcard. tom. 1. de probat.
conc. 33. num. 43. Cartar. deciſ. 2. num. 8. Seſſe de
inhibit. c. 2. §. 3. num. 7. 8. & 9. Gratian. to. 1. diſcep.
num. 24. & tom. 3. diſcept. 445. à num. 15. Marta
deciſ. 184. num. 1. Franch. deciſ. 289. Fontanel. de
pact. nupt. numero 2. clauſ. 5. gl. 8. part. 14. nume-
ro 58.
Amplia etiam, ſi evictio non eſt executa, non po- 27
teſt dici nata actio evictionis, l. ſi ſervum, in princ.
juncta Gl. in verb. (abeſſe,) & ibi Bart. Alberic. &
Paul. de Caſt. ff. de act. emp. l. evicta, §. dupla, l. minor,
in fin. l. ſi ſervus, l. habere licere. ubi Angel. in 1. nota-
bili, ff. de evict. l. qua rem. C. de evict. Imola in l. ſi fun-
dum per fideicommiſſum, ff. de legat. 3. Jaſon, in l. quo-
ties, ff. de rei vendic. Capra in ſuis regularib. communibus
c. 87. num. 202. & num. 214. Oſaſc. Cacherannus d.
deciſ. 181. num. 4.
Amplia etiam, quòd actio de evictione, & ad pre- 28
tii recuperationem regulariter non datur lite mota, ſed
ſolùm ad defendendum, cavendum, ſeu liberan-
dum,

dum, l. ſi plus, §. nota, ff. de evict. l. qui rem, l. ſivè in libertate, & l. ſi poſt perfectam, ubi Gloſſa, C. de evict. Capra dict. cap. 87. à num. 202. Paul. de Caſtro conſ. 207. num. 4. lib. 1. actione autem ex empto agi poterit, re non evicta propter qualitatem non patefactam,
29 dict. l. ſi ſervum, & ibi Doctores, ff. de actionibus empti.
Cùm tamen conditio evictionis ſit incerta propter dubium eventum litis, l. quod debetur, ff. de peculia, Bald. in l. quæ fortiniis, C. de pignorat. action. emptor non poteſt dici verus, & certus creditor: Neguſant. in tract. de pignorib. 4. part. 5. partis principal. num. 26. Bald. Alexand. in l. ſi ex prædiis, C. de eviction. Oſaſchus d. deciſ. 181. num. 7. cùm evictio dicatur caſua dubius l. ſi per imprudentiam, ff. de evict. Marin. Frec. de præſent. inſtrn. p. 6. q. 5. num. 8.

30 Extende concluſionem, quia evictione ſequuta per executorem poteſt emptor nedùm agere de evictione, ſed etiam incipere ab executione, & tenuta, tàm pro pretio, quàm pro damno, & intereſſe liquidis, ſecùs pro non liquidis; quia non competit tenuta: Neguſant. in tractatu de pignor. in 2. membr. 3. partis, num. 12. verſ. (Ex hac deciſione,) Cardinalis Tuſch. d. concl. 352. tom. 3. verb. [evictio, num. 10.]

31 Extende etiam, quia evictio non habet locum, ut poſſit dari executio, quando non eſt liquida; quia priùs debet liquidari: nam ſi ego vendidi domum, & alter vendidit petiam terræ, & ſequatur ſententia evictionis ſuper utroque mixtim, donec ſequatur executio ſententiæ & auferatur domus, quam ego vendidi, non tenetur de evictione, Alex. conſ. 4. num. 1. & 2. lib. 3. ubi quòd ſi ille, qui evincit ut creditor, vel alio modo, pro certa ſumma ſoluta requirit liquidationem, quantum pro modo, & quantum pro pretio terræ, ita Cardinal. Tuſcus d. concl. 352. n. 13. Parlador. lib. 2. rer. quotidianar. c. fin. 1. part. §. 12. limit. 4. num. 28. in fin. Franch. deciſ. 112. in prin. Mariu. Freccia de præſent. inſtrum. p. 7. q. 5. num. 1. & 2.

32 Extende concluſionem, quòd ſi emptor offerat agenti contra eum, nolens expectare ſententiam evictionis, tamen habet regreſſum contra venditorem quaſi huic contractui inſit, ut emptor conſervetur indemnis. Nam licèt idem emptor non agat, niſi ſequuta evictione, ut ſuperius eſt dictum. Tamen non ſemper eſt expectanda ſententia evictionis, cum poſſit debitum offerri: & hoc caſu eſt reſarciendum damnum, Bald. in l. cum tibi, 22. num. 2. de evict. Stephan. Gratian. diſcept. 549. n. 4. tom. 3.

33 Extenditur concluſio, quòd poteſt agere emptor ante evictionem, quando promiſſum fuit à venditore rem eſſe liberam, quòd ut res libera tradatur poteſt agi ante evictionem, Gl. in l. ſi ſervus quem, §. ſi ſciens, ubi Bart. & Angel. Salycet. & Alex. ff. de act. empt. gl. in l. ſi rem, ff. de evict. Surd. deciſ. 253. num. 10. Oſaſc. deciſ. 24. num. 4. Gratian. tom. 1. diſcept. 175. num. 20. Virgin. Bocatius in tract. de cenſib. p. 2. à num. 147.

34 Ampliatur concluſio, quòd executio ſuper re evicta, non eſt neceſſaria quando res remanſit apud venditorem, & numquam fuit penès emptorem, onde omiſſa quacumque executione, poterit liberè agi contra venditorem, Ruheus, Alexand. in l. non ſolùm, §. morte, num. 457. ff. de novi operis nunciat. Nam ſufficit rem ipſam evictam non reperiri penès emptorem, qui conſtito de jure evincentis, non impeditur agere de evictione, Ruin. conſ. 146. à num. 6. lib. 4. Barnabas Cornaz. deciſ. Lucenſi 133. num. 6.

35 Declara, quòd ſententia lata in caſu evictionis, debet eſſe lata ſuper re ipſa, Cornaz. ubi ſup. num. 2.

36 Declaratur etiam, quòd quando ſuper fructibus ſequeſtratis jure dominii, vel quaſi, lata eſt ſententia, tunc ſufficit, ut agi poſſit de evictione; quia videtur lata ſuper ipſa re, Bart. in l. ſi fundum, ff. de except. rei jud. & ibi Caſtr. Cornazan. ubi ſup. num. 3.

Declara, quod licèt contra emptorem fuerit lata ſen- 37
tentia ad reſtituendam rem ſibi venditam, tamen ſi non
fuerit exequuta, non competit ei actio de evictione,
Azo. in ſumma, C. de eviction. num. 11. Alexand. conſ.
119. num. 25. lib. 6. l. 4. & ibi Gloſ. & Bald. ff. de act.
empti, Jaſon in l. quoties, num. 48. C. de rei vendicat.
eſt enim neceſſarium, ut poſſit agi de evictione, quando
ſententia executioni demandata fuerit, ut tradunt Ale-
xand. conſ. 40. lib. 3. & conſ. 117. num. 3. lib. 7. Anton.
Gomez. de contract. cap. 2. num. 3. Hinc Azo in loco nu- 38
per citata, inquit: Quòd evictio eſt emptæ rei per ju-
dicii ſententiam abductio: & licèt Caballinus, in prin-
cip. de Evictionibus, ut nos retulimus in quæſt. 1. dicat, ſe
putare non requiri abductionem: tamen malè loquitur,
nam quamvis propria res dicatur evicta, ubi dominium
evincitur, l. ratio, ff. de action. empt. tamen requiritur,
ut ſit poſſeſſio avocata, per Gloſ. in d. l. 4. & Carol. Ruin.
conſ. 147. num. 6. lib. 4. Malè enim loquitur; quia ante-
quam poſſeſſio avocetur, non poteſt agi de evictione,
ſed ſolum ad intereſſe actionem ex empto. Hercules
Mareſc. lib. 2. var. reſol. c. 79. num. 2. 3. & 4. & ita refert
judicatum Rota Rom. in Vulterana bonorum, 15. Februa-
rii 1585. coram fel. record. Clemente Papa, tunc Au- 39
ditore: requirit enim evictio actualem rei ablationem,
ita ut non ſufficiat ſententia: Benintendus deciſ. 25. Ur-
ſillus ad Afflict. dec. 241. Fab. Anna conſ. 15. lib. 1.
Joan. Bapt. Coſta in praxi conventionali, p. 2. clauſ. 73.
num. 7. Nam ſi emptor litigatori rem cedat, non eſt cur 40
dicat venditorem ſibi evictionis nomine obligatum eſſe,
l. ſi dictum, §. 1. ff. de evict. l. ſi eum quæſtio, C. eod.
Fachin. lib. 2. controver. c. 36. verſ. (Secundum.)

Declara etiam, quòd ad hoc ut emptor poſſit obti- 41
nere pro evictione ſibi promiſſa, neceſſe eſt quòd pro-
bet rem ipſam venditam ſibi evictam fuiſſe judicialiter,
l. utique, ff. de rei vend. l. at qui natura, §. ſi cum me
abſente, ff. de negot. geſt. latè Gozadin. conſ. 94. num. 40.
Barboſa in l. venditor, num. 36. ff. de judic. Maſcar. tom. 2.
de proba. conc. 614. num. 1. Mynſinger. obſerv. 56. n. 3.
cent. 1. extrajudicialiter re evicta, nullo modo poteſt 42
agi de evictione, Mynſinger. obſerva. 54. num. 3. ead.
centur. Quod etiam procedit, etiamſi venditor promi- 43
ſerit de evictione, & legitima defenſione tam juris,
quàm facti, non tenetur ad aliud, quàm ut in judicio
proſequatur & defendat, l. emptori cum ſimilis, ff. de
evict. Mynſing. cent. 1. obſervat. 54. num. 3. id, quod 44
procedit etiamſi res ſit aliena, quia nihilominus non
datur evictio ante ſententiam, ſecundùm Paul. de
Caſtr. in l. creditor, §. prædium, circa fin. ff. de action.
empt. Aretin. in §. noviſſimè, Inſtit. de ſuſpectis tutor.
Franc. Bec. conſ. 106. num. 44. Surd. conſ. 36. numero 4.
lib. 1.

Declara tamen, quòd ſententia, per quam res evin- 45
citur, ſit diffinitiva, & non interlocutoria, ita ut non
ſufficiat venditorem eſſe condemnatum, ſed quòd ve-
rè, & realiter ſolverit, & rem tradiderit, d. l. 3. & ibi
Gloſ. ordin. cum Doctoribus, C. de evict. Jacob. Cancer.
lib. 1. var. reſol. Senatus Cathaloniæ, cap. 13. de empt.
& vend. num. 63. Et in tantum hoc verum eſt, quod 46
non conſtat de evictione, quo uſque evicta fuerit poſ-
ſeſſio, & proprietas ablata, aut dominium, prout re-
quiritur in l. ſi ſervus venditus, 21. ff. de evic. Caſtr. in
l. emptorem 23. §. inde Neratius, ff. d. act. empt. Gratian.
tom. 1. diſcept. foren. c. 3. Surd. deciſ. 22. num. 7. Auguſt.
Beroi. conſ. 158. num. 34. volum. 1. Cravet. conſ. 68.
num. 6.

Declara tandem, quòd ſi emptor probet rem ad 47
evincentem ſpectaſſe, agit de evictione, licèt res fue-
rit ſibi ſine judicio evicta. l. ſi rem quam, ff. de evict. l.
ex empto, in princ. C. de actionibus empti, Baldus in l.
libera. C. de ſent. & interlocut. omnium jud. Cumanus in
l. Ariſto, §. 1. ff. de donatio. & in l. ſi damus, §. de evi-
ctione, ubi Chriſtoph. Caſtellio, Angel. ff. de legat. 1.

Jaſon,

Jaſon. *ibi num.* 16. Caballinus *de evictionibus*, §. 5. *num.*
18. Joannes Garcia *de expenſis, cap.* 23. *num.* 17. Petrus
Surdus *deciſ.* 22. *num.* 8. Si tamen probet juſtitiam
evincentis, obtinebit; Alexan. *in l. non ſolum*, §. *morte*,
num. 46. *ff. de novi oper. nunt.* & plures Authores, quos
citat Caballinus §. 3. *de evictionib. num.* 74. Felin. *in cap.*
cum olim, & cap. cùm Bertoldus, de re jud. num. 24. Afflict.
48 *deciſ.* 49. Covarr. *lib.* 3. *variarum*, *c.* 17. *num.* 6. Pe-
trus Surdus *deciſ.* 22. *num.* 9. Agens tamen actione
empti ratione evictionis poteſt agere antequam ſit lata
ſententia, *l. non tamen, l. ſi ei, cui, ff. de evict.* Maſcard.
tom. 2. *conc.* 614. *num.* 3.

49 Poſt hæc quæritur. Ecce quòd re evicta per ſenten-
tiam, agit emptor de evictione contra venditorem, &
producit ſententiam latam, tàm in cauſa principali, quàm
in cauſa appellationis: Quæritur, an hoc ſufficiat ad ple-
num fundamentum ſuæ intentionis, an verò ſit neceſſe,
quòd producat totum proceſſum, vel univerſa cauſæ
acta? Et arguendo ad partes videtur ſufficiens probatio,
ipſa ſola ſententia abſque alio proceſſu; quia res judica-
ta pro veritate habetur, ut *in l. res judicata, ff. de reg.*
jur. & in l. ingenuum ff. de ſtatu homin. omniaque præſu-
muntur ritè, & rectè facta, poſtquàm ſic ſententia eſt
lata, ut *in c. bona, de elect. & in c. in præſentia, de*
renunt. l. Herennius, §. Caia, ff. de eviction. notat Cyn.
in l. emancipatione, C. de fide instrumen. & in l. ſivè
poſſidetis, C. de probat. & per Innoc. *in c. cùm in jure*
peritus, de officio delegat.

50 Confirmatur; quia ſententia ſine actis fidem facit,
c. cum inter, in fin. ubi Abb. *num.* 11. *de re jud.* Imol.
in d. c. cum in jure peritus, num. 29. *Abb. in c. quoniam*
contra, de prob. num. 24. & *ibi* Felinus *num.* 31. Dec.
num. 34. Cravet. *conſ.* 108. *num.* 3. Paul. de Caſtro *conſ.*
16. *num.* 3. *lib.* 1. Bertrand. *conſ.* 216. *num.* 1. *lib.* 1.
Menoch. *de arbitrar. judi. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 4. Maſcard.
de probat. to. 3. *concl.* 1297. *num.* 3. Farinac. *conſ. crim.*
111. *num.* 3. & 4. *to.* 2. Hieronym. Lauren. *deciſ. Ave-*
51 *nion.* 70. *num.* 6. Item etiam ſententia probat titulum
quando eſt mandata executioni, *l.* 3. *in fin. ff. de Publicia-*
na in rem act. l. 3. §. *item quæri poteſt, ff. de reb. cor. l.*
Pomponius, §. *juſſu*, & *ibi* Gloſ. [*verb.* reſtituta.] *ff. de*
acq. poſ. Alexand. *conſ.* 60. *num.* 9. *lib.* 2. Cephal. *conſ.*
168. *num.* 18. *lib.* 2. Marta *deciſ.* 17. *num.* 10. Trans-
52 fertque dominium ſententia, ſequuta traditione rei, §.
fin. Inſtit. de offic. judic. ibi: (*Quod autem iſtis judiciis*
alicui adjudicatum fuerit, id ſtatim ejus fit, cui adjudi-
catum eſt.) Gloſ. *ibi*, verbo, [*ejus fit.*] notat, quod
ſententia dat dominium ſequuta traditione: Jaſ. *in l. ex hoc*
jure, num. 44. *ff. de juſt. & jur.* Paul. Pariſ. *conſ.*
42. *lib.* 1. *num.* 28. & 29. Cravet. *conſ.* 912. *num.* 22.
lib. 5. Petrus Syria *in praxi Valentina*, *quæſt.* 6. Caldas
de emptione, & venditione, cap. 21. *à num.* 6. Stepha-
nus Gratianus *tom.* 3. *diſceptation.* 403. *num.* 3. & *diſ-*
ceptatione 545. *num.* 38. & 39.

53 In contrarium facit; quia non viſo proceſſu appare-
re non poteſt, an jure, vel injuria emptor fuerit con-
demnatus, licèt præſumatur pro ſententia, ut ſit juſtè
lata quoad eos, inter quos lata eſt, non tamen ſic
quoad alios: ut *in l. ſæpe*, §. 1. *ff. de re judic.* cum ſimi-
libus.

Finaliter in hac quæſtione omiſſis aliis reperitur, quod *Jacobus de Arena* tenuit, quòd ſufficiat producere ſententiam ſine proceſſu, cujus opinionem ſequitur *Albert. Papien.*

Tamen concludendum eſt cum diſtinctione, quam tradit Joan. Petr. de Ferrar. *in praxi Pap. in forma libel. in cauſa venditionis, verbo* (promittens,) *num.* 10. quòd aliquando venditor in inſtrumento venditionis expreſſè renuntiavit, nè poſſit, allegare ſententiam nullam, vel per imperitiam latam, vel ex alio ſimili vitio injuſtam, & tunc ſufficit emptori producere ſententiam, cum per hanc remiſſionem, & generalem renunciationem ceſſent omnia, per quæ poſſit impugnari ſententia: quod eſt valdè notandum, & menti tenendum: aut non renunciavit ipſe venditor prædictis, & tunc aut conſtat de legitima denunciatione eidem facta, aut de ea non conſtat. Primo caſu, aut in ſententia nulla fit mentio de proceſſu; & tunc non præſumitur pro proceſſu, ideòque opus eſt illum producere cum ſententia, argum. eorum, quæ notantur in *dict. cap. quoniam contra, extrà de probat.* & *in l. hi, qui ad civilia, C. de appellation.* aut in ſententia fit mentio de proceſſu, & tunc, aut eſt lata de proximo, aut de longinquo: ſi de proximo, aut fuit lata venditore præſente, & tunc præſumitur pro proceſſu, & imputet ſibi, ſi non appellavit, nec ideò eſt opus emptori proceſſum producere, argument. *l. ſæpè*, §. *ſcientibus, ff. de re judicata, & l. ob eo, C. quomodo, & quando judex*: licitum tamen eſſet hoc caſu venditori producere proceſſum, & impugnare ipſam ſententiam vitio hujus proceſſus, ut not. Joan. Cal. & Joan. Andr. *in c. quoniam contra, extrà de probat. & in c. in præſentia, de renunciatione*, & per hoc patet, quòd ejus præſentia eum gravat in onere probandi errorem, ſeu defectum proceſſus, pro quo præſumitur: aut fuit lata ſententia ipſo venditore ignorante, vel abſente, & tunc non præſumitur pro proceſſu, niſi producatur per emptorem, ut in *d. cap. quoniam contrà.* Si verò ſententia fuerit lata de longinquo, tunc præſumitur pro proceſſu, & ſufficit producere ſententiam, juxta doctrinam Hoſtienſ. Joan. Andr. *in dict. cap. cùm in jure peritus, de offic. delegat.* & per Cyn. & alios *in d. l. emancipatione, C. de fide inſtrumen. in fine.* Secundo caſu principali, quando non apparet de aliqua renunciatione, tunc non ſufficit producere ſolam ſententiam, cum tunc nullam fidem faciat contra venditorem, ut *in l. emptor fundi, & in l. ſi controverſia, C. de evict.* idem Joan. Petr. Ferrar. *in forma ſententiæ diffinitivæ* §. 4. (viſaquè litis conteſtatione,) *num.* 4.

QUÆSTIO XVI.

An ſententia lata contra emptorem in caſu evictionis executioni mandari debeat contra venditorem neceſſarium illius litis defenſorem?

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata contra emptorem mandari debet executioni contra venditorem neceſſarium illius litis defenſorem.*
2 *Declaratur hoc procedere, ſi bona emptoris non reperiantur penes venditorem.*
3 *Reſtringitur, quando vocatus ad litem non eſſet ſolvendo.*
4 *Limitatur hæc concluſio quoad fructus & intereſſe.*
5 *Nominatus ſi non compareat, poteſt ferri ſententia contra nominantem.*
6 *Intelligitur quando nominatus venditor poſſidebat.*
7 *Emptor quando poſſit condemnari in expenſis.*
8 *Limitatur in procuratore ad judicium.*
9 *Sublimitatur in aliquibus caſibus per Angel. in* l. Plautius, ff. de procurator.
10 *Sententia in caſu criminali, & in matrimoniali, non debet ferri in perſonam procuratoris.*
11 *Limitatur, ſi procurator ſolus agit cauſam à principio uſque ad finem.*
12 *Sublimita, quando dominus, & procurator ſimul comparuerint.*
13 *Ampliatur, quando dominus fuit litem conteſtatus, & juravit de calumnia.*
14 *Referuntur diverſæ ſententiæ circa hoc.*
15 *Declaratur primò, ut procedat de jure Civili, ſecus de*

de jure Canonico.

16 Declaratur ſecundo, ut non procedat, quando in cauſa proceditur ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu.

17 Declaratur etiam tertiò procedere in procuratore ſimplici, & non in œconomo Eccleſiæ, ſeu ſyndico civitatis, tutore, ſeu curatore.

18 Declaratur quartò, non procedere in ſententia interlocutoria minùs præjudiciali.

19 Declaratur quintò, ut non procedat quando dominus eſt præſens in judicio.

20 Nec ſextò procedit in procuratore ſervitutis realis.

21 Nec ſeptimò quando procurator poſt litem conteſtatam eſſet ſubſtitutus ad unum actum.

22 Nec octavò, quando procurator eſt litem conteſtatus & deinde revocatus.

23 Nonò, ſi procurator fuiſſet contumax, & ob illius contumaciam condemnetur in expenſis, executio non adverſus illum, ſed adverſus dominum eſt facienda.

24 Domino imputari debet, qui minùs diligentem procuratorem eligit.

25 Dominus convenitur ob rem non defenſam à procuratore.

26 Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto fit ob contumaciam procuratoris.

27 Procurator contumax in reſpondendo poſitionibus, facit dominum haberi pro confeſſo.

28 Damnum domino proveniens culpa, vel dolo procuratoris, tenetur procurator reſarcire.

29 Executio prima fit in defenſorem, executio ſecundaria in ſubſidium, ratione ſcientiæ & patientiæ fit in emptorem.

30 Emptor ſciens cauſam agitari cum venditore, contra eum non datur executio in re vendita; venditor tamen tenebitur ad intereſſe.

31 In re evicta, contra poſſidentem eſt facienda executio.

32 Principalis concluſio extenditur, ut ſententia lata contra principalem debitorem poſſit exequi contra fidejuſſorem judicii, ſine novo proceſſu.

33 Limitatur, niſi fidejuſſor judicii eſſet inefficaciter obligatus.

44 Limitatur etiam, quod ſententia lata cõtra principalẽ non exequitur contra fidejuſſorem, quando fuit lata in contumaciam, vel quando continet fidejuſſoris liberationem.

35 Sententia lata contra principalem contractus, non operatur, ut poſſit fidejuſſor conveniri via executiva, ſine novo proceſſu; benè tamen via ordinaria, ac ſi ſententia lata non fuiſſet.

36 Ampliatur, ut ſententia lata contra principalem contractus, ejus fidejuſſorem non afficiat in vim probationis.

37 Ampliatur etiam, quando contra unum ex pluribus reis debendi eſt lata ſententia, poteſt exequi contra alios non citatos pro rata.

38 Ampliatur etiam, quando ſententia eſt lata contra unum ex reis debendi in ſolidum obligatis, cæteris non citatis nocet, ut eſt in ſententia addictionis, vulgo, de remate.

39 Ampliatur etiam, quando fidejuſſor eſt obligatus obligatione guarentigia pactiſque executivis, tunc poteſt exequi contra fidejuſſorem.

40 Ampliatur etiam in fidejuſſore de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, contra eum poteſt fieri executio.

41 Limitatur, quando fidejuſſor ſemel comparendo, & contradicendo in judicio, ſe principalem, & adverſarium conſtituerit.

42 Limitatur, ſi ſcivit cauſam agitari, & non oppoſuit, & tacuit.

43 Ampliatur concluſio, quando ſententia eſt lata contra fidejuſſorem, poteſt demandari executioni contra principalem abſque novo proceſſu, etiamſi principalis non fuiſſet citatus.

44 Limitatur etiam favore fiſci, qui ſine novo proceſſu poteſt exequi ſententiam contra fidejuſſorem.

45 Intelligitur, quando fidejuſſio de judicato ſolvendo data fuerit in judicio, & apud acta judicii.

46 Fidejuſſor de judicatum ſolvendo habet beneficium executionis.

47 Fidejuſſor poteſt ſtatim poſtquam eſt conventus, petere executionem contra reum.

48 Fidejuſſor ſi capiatur pro debito poteſt per eundem judicem facere capi principalem incidenter, licèt aliàs non eſſet competens judex, & num. 49.

50 Fidejuſſor de judicatum ſolvendo ſolvens illud, pro quo fidejuſſerat, habet regreſſum, non ceſſis actionibus, imò etiam pro recuperandis damnis, & intereſſe.

51 Fidejuſſor an teneatur, ſi reus ſit per ſententiam primi judicis abſolutus, & poſteà in cauſa appellationis condemnatus.

52 Procedit etiam, quando ſententia dicitur nulla, & poſteà confirmatur, vel agitur per viam reſtitutionis, nam tunc durat eadem fidejuſſio.

53 Procedit etiam, quando penes fidejuſſorem ad ejus cautelam reperitur ejus pecunia.

54 Limitatur primò, non procedere quando perimitur inſtantia poſt litem cœptam, perempta inſtantia, non durat fidejuſſio.

55 Secundò limita, quando fidejuſſio eſt coram arbitro electo, & poſteà petitur reductio ad arbitrium boni viri.

56 Tertiò limitatur in ſententia lata in contumaciam propter cauſam non defenſam.

57 Quartò limitatur, quando poſt datum fidejuſſorem in una inſtantia, cauſa agitur coram alio Judice non delegato ab eo, coram quo præſtita eſt fidejuſſio.

58 Quintò limitatur, quando judicium mutatur in totum ex perſona Judicis in cauſa principali, vel ex perſona procuratoris.

59 Sextò limitatur, quando Judex principalem abſolvit, ſed in reſervatione alicujus particulæ petitionis, in qua poſteà pronunciando, ipſum principalem condemnavit; quia in hac reſervatione fidejuſſor non tenetur, ſed ex prima fuit liberatus.

60 Septimò limitatur, quando ſententia eſt nulla ex defectu juriſdictionis.

61 Octavò limitatur, non procedere quando à partibus eſt electa Judicis perſona, & ſe illius judicio aſtrinxerunt, & mutato judicio, per appellationem expirat juriſdictio.

62 Intellige hanc octavam limitationem, ut procedat in Judice ſubrogato in locum primi, vel in delegato ab ipſo primo Judice.

63 Declaratur, quando fidejuſſor appellaſſet.

64 Nonò limitatur, quando in cauſa appellationis fuit aliquid additum, vel detractum primæ ſententiæ, tunc enim expirat fidejuſſio.

65 Refertur cautela Boërii ad multa evitanda.

SEntentia lata contra emptorem in cauſa evictionis, executari poteſt contra venditorem neceſſarium illius defenſorem, Gloſſa & Bart. & Scribent. *in l. venditor, ff. de judic.* Bart. Baldus, Paul. de Caſtro, Salycet. *in authen. Qua in provincia, C. ubi de criminibus agi oportet*, Bart. *in l. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes, ff. mandat.* per illum text. ibi *ex ſubſtantia debitoris ſolverunt*, &c. Qui textus patitur plures intellectus, ut per Rip. *in l. 4. §. Cato, numero 46, ff. de verborum oblig.* Et per illum textum ita demum procedit, ſi bona emptoris reperiantur penès venditorem: & fuit opinio Amaniæ *in cap. cùm olim, de accuſation.* quem refert 1 2

fert Rip. *in dict.* §. *Cato.*

3 Limitatur hoc, ſecundùm Joannem Fabrum *in* §. *fi-
nal. Inſtitut. de ſatiſdatione tutorum, num.* 10. quando
vocatus ad litem non eſſet ſolvendo; tunc enim contra
emptorem fiet executio: & fuit dictum Baldi *in Au-
thentic. ſi captivi, C. de Epiſcopis, & Clericis.* Verùm
quia iſta opinio eſt ambigua, nonnulli fuerunt in *dict.
l. venditor*, inter quos eſt *Paul. de Caſtro*, qui hanc
concluſionem reſtrinxerunt ſolùm quoad fructus, &
4 ſumptus & intereſſe, pro quibus poterit executio fieri in
bonis venditoris, & neceſſarii defenſoris: utrumque ta-
men probat Cagnolus *in dicta l. venditor, ff. de judic.*
Rebuffus *in titul. de dilatoriis, artic.* 5. *gloſſa unica, in*
5 *principio, tom.* 3. ubi dicit, quòd ſi nominatus non
comparet, quòd Judex proferet ſententiam contra
nominantem, niſi quoad fructus, & intereſſe, quo-
rum executio non fit contra nominantem; quod tamen
eſt intelligendum, quando nominatus venditor poſſide-
6 bat, ut docet Jacob. *in dict. l. venditor, colum.* 2. &
quamvis iniquum videatur circa reliqua executionem
fieri contra emptorem nominantem; tamen quia teme-
rè litigavit contra dominum rei, in expenſis, & aliis
7 condemnari debet, *l. properandum*, §. *ſin autem, ff. de
judiciis*, quas poſteà poterit repetere à ſuo authore co-
ram eodem Judice.

8 Limita hoc non procedere in procuratore ad judicia,
ſecundùm Cald. *in dict. Authentic. Qua in Provincia*,
ubi dicit, quòd *dict.* §. *ſi ignorantes*, non habere lo-
cum in procuratore ad judicia, de quo etiam per Ange-
lum *in l. Plautius, ff. procuratoribus*, Felinus *in cap.
cum olim, de accuſationib.* Alexand. *in l. ſæpè, num.* 92.
ff. de re judicat. ponit hoc notabile Caballin. *de evictio-
nibus*, §. 3. *num.* 265. *in medio* Afflictis *deciſion.* 64.
num. 3. Guido Papa *conſ.* 25. *num.* 9. Joan. Graſſis *de
ſubſtantia procuratoris, in verbo*, (volentes ipſi domini,)
num. 5. Aſinius *in praxi*, §. 31. *limitation.* 21. *num.* 1.

9 Sublimita, quòd in procuratorem fiet executio, ſi
ſit in rem ſuam datus; Gui. Pap. *deciſ.* 85. *numero* 3.
vel ſit ſimplex, & circa ſatisfactionem fuerit menti-
tus. Tertiò ſi fuit mentitus circa mandatum, &
quando non comparet ut procurator, ſed ut defenſor,
& ſatiſdat ſe liti offerendo, ſecundùm Angel. *in d. l.
Plautius. ff. de procurat.* Greg. Lopez *in l.* 26. *tit.* 5. *Part.
3. gl.* 2.

10 Amplia concluſionem, quòd ſententia in cauſa cri-
minali, in qua pronuntiatur, quem deliquiſſe, non
debet ferri in perſonam procuratoris; quia ipſe non
deliquit, ſed dominus: & in cauſa matrimoniali, in
qua pronunciatur, quem eſſe maritum, vel non eſſe,
hoc enim non cadit in perſonam procuratoris, cum
quo non eſt quæſtio, ſed in perſonam domini, quia
matrimonium ſecum eſt factum, ita tradunt Bartol.
Bald. Paulus de Caſtro, & omnes Scribentes *in l.* 1.
C. de ſententiis, & interlocut. omnium judic. Gloſ. &
Abbas *in cap. querelam, num.* 10. *de electione*, Boërius
deciſ. 285. *ſub num.* 3. Gloſ. *in l. nihil, C. de procurat.*
Socinus *in reg.* 316. *num.* 4. & probatur *in l. fin. C. de
injuriis.*

11 Limita, quando ſolus procurator egit cauſam in
principio, & in fine; tunc ipſe eſt condemnandus,
& non dominus, *d. l.* 1. *C. de ſentent. & interlocut.
omn. jud.* & in hoc caſu, ſi domino fuit facta cita-
tio ad audiendam ſententiam; tunc ſententia, ipſo do-
mino non comparente, non tenet: Alexan. *in l. furioſa,
num.* 7. *ff. de re jud.* Alexand. Trentacinq. *lib.* 2. *reſolut.*
14. *de procurat. num.* 3.

12 Sublimita, quando dominus & procurator, in quo-
libet actu comparuerunt ambo, & actum fecerunt ſi-
mul: & tunc ambo ſunt condemnandi; ita Paulus de
Caſtro *in dict. l.* 1. & juxta hunc caſum quæritur: Quid
ſi in tota lite fuerunt procurator, & dominus ſimul, ſed
in ſententia ſolus dominus, vel ſolus procurator fuit
citatus, & ſententiam paſſus, numquid ſententia va-
leat? Bald. *in d. l.* 1. verſ. [*modò ergo quæro,*] tenet
quòd valeat argumento *l. ſi ideo*, §. 1. *ff. de evictionibus.*

Amplia, quando dominus fuit litem conteſtatus, & 13
juravit de calumnia, deinde conſtituit procuratorem,
qui actitavit reliquum proceſſum uſque ad ſententiam
excluſivè: & in hoc ſunt duæ Doctorum opiniones.

Prima eſt *Martini*, qui dicit: dominum eſſe citan- 14
dum, & in dominum ſententiam ferendam eſſe, ex
quo ipſe litem conteſtatus ſit, & effectus dominus
inſtantiæ.

Secunda opinio eſt *Joan. & Bulg.* qui tenent, quòd
ſivè dominus fuit in principio in judicio, ſivè non, ex
quo procurator poſtea intervenit, ferenda eſt ſententia
in procuratorem: & hanc opinionem ſequuti ſunt Bart.
Bald. Caſtrenſ. & cæteri Doct. *in d. l.* 1. Abbas *in cap.
querelam, de elect.* Boërius *d. deciſ.* 285. Alex. & Jaſ.
in d. l. furioſo, ff. de re judicata.

Abbas *in dict. cap. querelam*, dicit, ad majorem cau-
telam poſſe in prædicto caſu ſervari conſilium Gloſ. in
d. l. 1. quòd feratur ſententia in perſonam procuratoris,
& domini, non ut dominus condemnetur directè, ſed
in perſonam procuratoris: ut putà, *Condemnamus talem
procuratorem Petri, & ipſum Petrum in perſona ſui pro-
curatoris.* Et hoc fuit de mente Bart. *in dict. l.* 1. quod
non procedit, ſi dominus numquam fuit in judicio, ut
in *dict. cap. querelam*, tradit *Abbas.*

Hæc tamen opinio communis declaratur aliquibus
modis.

Primò declaratur, ut hoc procedat de jure civili, 15
ſed non de jure Canonico, quia eo jure poteſt ferri ſen-
tentia in dominum: Abbas *in dict. cap. querelam.* Ro-
man. *ſingulari* 20. Angel. *conſil.* 98. Boërius *deciſ.* 285.
Abbas *in cap. ſuſcitata, de reſtitut. in integ.* Joannes An-
dreas *in regula præſumitur, de regul. juris, libro* 6. qui di-
cit, quòd citatio ad ſententiam non poteſt fieri de domi-
no, omiſſo procuratore, & ſic uterque eſt citandus.

Secundò declaratur non procedere, quando in cauſa 16
proceditur ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu: nam
tunc etiam in dominum ſententia concipi poteſt. Ita
tenet Bart. *in extravag. ad reprimendum*, in verbo (*figura:*)
idem ſequuntur Jaſ. *in dict. l. furioſo, ff. de re judicat.*
Boërius *dict. deciſ.* 285. Oſaſchus Cacherannus *deciſ.* 1.
num. 35. Guid. Pap. *quæſt.* 431.

Tertiò declaratur procedere in procuratore ſimplici, 17
& non in œconomo Eccleſiæ, ſeu Syndico civitatis,
vel univerſitatis, & tutore, ſeu curatore, qui genera-
lem habent adminiſtrationem: nam procurator ſimplex
contrahendo concipit verba in propriam perſonam, ſed
tutor, & œconomus, concipiunt verba in domini per-
ſonam, Abbas *in dict. cap. querelam*, & Decius *in cap.
licet cauſam, in fine, de probat.* Boërius *dicta deciſ.* 285.

Quartò declaratur non procedere in ſententia inter- 18
locutoria minus præjudiciali, ſecundum Bal. *in l. quoties,
C. de ſententiis.*

Sextò declaratur, non procedere quando dominus 19
eſt præſens in judicio, quia iſto caſu ipſe condemnari
poteſt, Bal. *in d. l.* 1. Sed de conſuetudine uterque con-
demnatur Gloſ. *in dict. l.* 1. ubi Bald. Abbas *in dict. cap.
querelam*, Jaſ. *in dict. l. furioſo.*

Septimò, non procedit in ſervitute reali; quia præ- 20
dium, & non procurator condemnabitur, *l. qui aliena*,
§. *fin. ff. de neg. geſt.*

Nec octavò procedit, ſi procurator poſt litem con- 21
teſtatam eſſet ſubſtitutus ad unum actum ſolum, & non
ad totam cauſam: ſecundùm Bald. *in dict. l.* 1.

Ultimò, quando procurator fuit litem conteſtatus, 22
& deindè fuit revocatus, vel conſenſit dominus, quod
dominus reaſſumpſit inſtantiam; nam tunc dominus
eſt condemnandus Bal. *in d. l.* 1. idem eſt, quando pro-
curator eſt abſens, vel alitèr impeditus, aut ſi de-
claraverit ſe nolle ampliùs comparere, Boërius *dict. deciſ.*

285. *num.* 5. Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *reſolut.* 14. *de procurat. num.* 15.

23 Amplia etiamſi procurator eſſet contumax, & ob illius contumaciam condemnetur in expenſis; executionem non adverſus illum, ſed contra dominum faciendam eſſe defendunt Joan. Andreas Hoſtienſis, Anton. *in cap.* 1. *ut lite non conteſtata*, quos ſequuntur Cumanus *in l. ſi ſe non obtulit*, *ff. de re judicata*, *num.* 2. An-
24 gel. & Jaſ. *num.* 13. Et fundamentum eſt, quòd domino imputandum videtur, qui minus diligentem procuratorem elegit, argument. *text. in l. eum qui*, §. *fin.*
25 *cum l. ſeqq. ff. mandati.* Dominus etiam convenitur ob rem indefenſam à procuratore, *l. non cogendum*, *ff. de procurat.* Fit etiam miſſio in poſſeſſionem contra domi-
26 num ex primo decreto propter contumaciam procuratoris, *l. eum, qui, C. de procurat.* & ſic in effectu fit executio expenſarum contra dominum, qui non auditur niſi ſolutis expenſis, *l. cum proponas*, *Authentica ei cui, C. de bonis authoritate jud. poſſidendis*, facit etiam text. *in l. non ſolum*, *ff. de procurat.* ubi contumaciam
27 procuratoris nolentis reſpondere poſitionibus, facit dominum haberi pro confeſſo, *l. fin.* §. *quod ſi actor*, *C. de jurejurando propter calumniam*, *cap.* 2. *de confeſſis*, *lib.* 6.

28 Notandum tamen eſt, quòd damnum proveniens domino ex culpa vel dolo procuratoris, tenetur procurator reſarcire *l.* 26. *tit.* 5. *part.* 3. ubi Greg. Lopez.

29 Executio primo fit in defenſorem, ex *d. l. Plautius*, tamen executio ſecundaria in ſubſidium ratione ſcientiæ, & patientiæ fit in emptorem, *dict. Auth. qua in provincia*, & ſic defenſore non exiſtente ſolvendo, fit executio in bonis emptoris propter ejus patientiam: quod menti tenendum dicit Paulus de Caſtro *in l. in cauſa*, §. 1. *ff. de procurat.* Caballin. *dict.* §. 3. *num.* 165. ad *verſ. fin.*

30 Advertendum eſt ad id, quod ponit Innoc. *in cap. fin. col. de alienatione jud. mut. cauſ. fact.* quòd etiamſi emptor ſciat cauſam agitari à venditore, nullum ſibi facit præjudicium; quia ſententia non mandabitur executioni in re vendita, ſed venditor conventus tenebitur ad intereſſe, ſicut ille, qui ſe liti obtulit, cum non poſſideat: Abbas *ibidem*, *colum. fin.* Nevizanus *conſ.* 20. *in princip.* quam deciſionem notabilem dicit *Caballin. ubi ſuprà*, qui ſentit, ut executio fiat contra neceſſarium litis defenſorem, eo modo, quo fieri
31 poteſt, & in ſubſidium contra emptorem in aliis neceſſariis, & conſequutivis rei evictæ: & in re tamen evicta contra poſſidentem; quia cùm agatur actione reali ad certam rem, & determinatam, in illa eſt facienda executio juxta *l. qui reſtituere*, *ff. de rei vendicat.* ut Cagnolus declarat *in dict. l. venditor*, *in fin.* Quando tamen ſententia lata contra venditorem noceat emptori, ponit Bald. *conſ.* 173. *lib.* 5.

32 Principalis concluſio ampliatur, quòd ſententia lata contra principalem debitorem, poteſt executioni contra ejus fidejuſſorem judicii, abſque novis actis, & proceſſu demandari, *l. fin.* ubi omnes, *C. de uſuris rei judicata*, Aretin. *in* §. *fin. Inſtit. de ſatiſdat.* Bar. *in l.* 1. *numero* 1. & 2. *ff. judicatum ſolvi*, Alberic. *in tract. de ſtatut. p.* 3. *quæſt.* 25. Boërius *deciſ.* 277. *numero* 4. Magonius *deciſ. Lucenſi* 92. *numero* 1. & 2. Afflict. *deciſ.* 282. *numero* 2. Lanfrancus Balbus. *deciſ.* 136. *Centuria* 2. Vincentius de Franch. *deciſ.* 400. *numero* 1. Vincentius Carrozius *deciſ.* 136. Franciſ. Vivius *deciſ.* 210. Maſtrillus *deciſ.* 20. *Seſe dec.* 551. *numero* 4. *part.* 2. Barnabas Cornazanus *deciſ.* 128. *numero* 24. Seraphinus Olivarius *deciſ.* 1477. *numero* 4. Riccius *collectan. deciſ.* 771. *limit.* 6. Petrus Surdus *deciſ.* 218. *numero* 11. & 12. *conſ.* 114. *numero* 20. & *conſ.* 271. *numero* 1. & 485. *numero* 5. Aretin. *conſ.* 78. Natta *conſ.* 345. *numero* 1. Laurentius Sylvanus *conſ.* 84. Hippoly. de Marſiliis *in rubr. de fidejuſſoribus*, *numero* 349. Munnoz de Eſcobar *de ratiociniis*, *cap.* 34. Caſtillo *in l.* 63. *Tauri numero* 43. & 44. Domin. Joann. del. Caſtillo Sotomajor *lib.* 4. *quotid. controverſ. cap.* 14. *à numero* 29. refert judicatum in Hiſpalenſi Senatu: Guttier. *conſ.* 29. *numero* 2. Peguera *deciſ.* 99. Flaminius Cartorius *deciſ.* 119. Joan. Baptiſta Coſta *de remediis ſubſidiariis*, *remed.* 30. *numero* 19. & *de Rata*, *quæſt.* 222. *numero* 1. Aretin. *de fidejuſſorib. ſect.* 4. *cap.* 34.

Limita, quando iſte fidejuſſor non eſſet efficaciter 33
obligatus; quia tunc requiruntur novus proceſſus, & nova ſententia, ſecundùm Cumanum *conſ.* 32. & ſecundùm ipſum dantur etiam tres alii caſus, in quibus requiruntur, & novus proceſſus, & ſententia:
Primus, in fidejuſſore conventionali, & ex contractu. 34
Secundus, quando ſententia fuit lata in contumaciam. *Tertius*, quando continet fidejuſſoris liberationem.

Circa primum, quòd fidejuſſor contractus, qui in jus vocatus non fuerit, actis, & actitatis, & proceſſu principalis non læditur, ſed requiritur novus proceſſus, & ſententia: & ultra allegatos tenuerunt Imol. *in cap. pervenit*, *de fidejuſſorib.* Angel. *in* §. *penul. Inſtit. de fidejuſſor.* Ripa *in l. is apud quem numero* 34. *C. de edendo* Anchoranus *conſ.* 35. Ægidius *conſ.* 3. *numero* 11. Guid. Pap. *deciſ.* 26. & 215. *numero* 9. & *conſ.* 212. Burſat. *conſ.* 203. *lib.* 2. Aſinius *in praxi*, §. 30. *cap.* 2. *ampliat.* 2. Hieronymus Leo Advocatus fiſci S.S.R.C. Aragoniæ *deciſ.* 4. *n.* 1. & 4. Caballin. *de evictionib. numero* 165. Bal. *in d. l. fin. C. de uſuris rei jud.* qui dicunt, quòd de intereſſe fidejuſſoris poterit cognoſci ſummariè in executione dictæ ſententiæ, & quòd fidejuſſor poterit coram executore ex perſona ſua opponere contra ſententiam, & omnes exceptiones peremptorias, & oſtendere ſe non eſſe obligatum, Anton. Heringius *de fidejuſſoribus*, *cap.* 27. *part.* 5. *numero* 53. & quòd fidejuſſor contractus non poſſit conveniri ſine novo proceſſu: Magonius *dict. deciſ. Lucenſi* 92. & alii ſuprà relati, Maſcardus *de probat. concluſ.* 707. *part.* 2. *numero* 2. *Cardinalis Tuſcus practic. concluſ. tom.* 3. *concluſ.* 311. & 325. *numero* 9. 35
quòd non tantum eſt opus novo proceſſu, & ſententia, verùm etiam in proceſſu fabricando contra fidejuſſorem proceditur via ordinaria: Hieronymus Gabriel. *conſ.* 43. *numero* 33. *lib.* 1. Aretinus *de fidejuſſoribus*, *ſect.* 3. *cap.* 34. *numero* 5.

Amplia, quòd adeò proceſſus factus non valeat, 36
nec fidejuſſorem afficiat, ut etiam non ſuſtineatur in vim probationis: Gabriel. *dict. conſ.* 43. *numero* 34. Aretinus *de fidejuſ. dict. cap.* 34. *numero* 5.

Limita, ut ſententia lata contra unum ex pluribus 37
correis, poteſt mandari executioni pro rata contra omnes non citatos: Paul. de Caſtro *conſ.* 236. *numero* 1. *lib.* 1. Joan. Baptiſta Coſta *de Rata*, *quæſt.* 33. *à numero* 1. & *quæſt.* 222. *numero* 4. Franciſc. Marcus *deciſ.* 157. *numero* 10. *par.* 1. Aretin. *de fidejuſſorib. ubi ſuprà*, *num.* 6.

Sublimita, quando lata eſt ſententia contra unum 38
ex reis debendi in ſolidum obligatis, cæteris obligatis nocet, ut in ſententia *de remate*, lata contra unum in ſolidum obligatum, nam decerni poteſt mandatum, *de apremio* contra cæteros obligatos in ſolidum, quorum bona in executione capta fuerunt, & ſubhaſtata, etiamſi ad ipſam pignorum additionem, citati non fuerint, juxta formam *legis* 19. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recopilat.* Ad quod dicendum ſequentia movent.

Primò ex text. *in l. fin. C. de duobus reis*, ubi expreſſe cavetur citationem factam uni dumtaxat reo debendi, ita cæteris præjudicare, ac ſi citatio omnibus

facta

facta fuiſſet : & ad illum text. commendant, & dicunt ſingularem *ibi* Bart. Bald. & cæteri Scribentes; & tradunt Doctores *in cap. paſtoralis*, *§. quoniam*, *de reſcriptis*, ſignanter Abbas *numero* 5. Felin. *numero* 3. Franciſcus Balbus *de praſcript.* 3. *part. ſextæ*, *& ultimæ partis princip. verſ.* (quarto quæro,) *numero* 50. bonus text. *in l. loci corpus*, *§. ſi fundus*, *ff. ſi ſervitus vendicetur* : ubi geſtum cum uno ex ſociis cenſetur factum cum altero, & *ibi* Bart. & idem *in l. unica*, *C. ſi in comm. eademque cauſa*, ob idque, ratione illius juris individui, geſtum cum uno ex ſociis, videtur geſtum cum altero, illa namque individuitas obligationis favore creditoris per publicum inſtrumentum, id eſt, [*la mancomunidad*] procul dubio hunc operatur effectum, ut geſtum cum uno dumtaxat ex reis debendi in ſolidum obligatis, cenſeatur geſtum cum cæteris, ex ſententia Gloſſæ *in dict. l. qui aliena*, *§. fin. verbo*, (prædio,) *ff. de neg. geſtis*, Alex. *in l. ſæpè*, *col.* 11. *verſ.* [hæc ultima opinio,] *ff. de ſententia*, *& re judicat.* Ignatius del Villar *in Sylva reſponſorum juris reſpon.* 1. *à num.* 8.

39 Limita, quando fidejuſſio eſſet appoſita in inſtrumento guarentigiato executionem paratam habente, ut ſi verba diſpoſitionis eſſent multum prægnantia cum clauſula Conſtituti, & pactis executivis, & aliis : Coſta *de ratione Ratæ quæſtion.* 222. *numero* 7. Aretinus *dict. cap.* 34. *numero* 7. Plotus *in l. ſi quando*, *C. unde vi*, *numero* 272. Cæſar Barzius *deciſ. Bonon.* 108. *num.* 33.

40 Limita etiam in fidejuſſore judicii, & de judicatum ſolvendo; nam ipſi ſunt obnoxii executioni ſententiæ abſque novo proceſſu : ex ſententia Gloſ. *in d. l. fin. C. de uſur. rei jud.* ubi Cyn. Bal. Bar. & cæteri; Natta *conſ.* 126. Alex. *in d. l. ſæpè*, *numero* 16. Guid. Papa *deciſ.* 212. *in fin.* Cagnolus *in l. nullum crimen. §. nemo alienæ*, *numero* 2. *ff. de reg. juris*, Clarus *in prax. §. fin. q.* 95. *numero* 1. Beroius *conſ.* 202. *numero* 4. *lib.* 3. Tiraq. *in tract. res inter alios acta* : Muſcatel. *in praxi fidejuſ. part.* 1. *modo* 12. *numero* 21. Aſinius *in ſua prax. in d. §.* 32. *cap.* 2. *ampliat.* 22. *numero* 1. Hieronymus Leo *deciſ. Valentiæ* 40. *numero* 4. Mynſingenius *centuria* 4. *obſervat.* 96. *numero* 1. Surdus *deciſ.* 218. *num.* 11. *&* 12. Maſtrillu. *deciſion.* 20. *part.* 1.

41 Limita, etiamſi fidejuſſor ſemel comparendo, & contradicendo, ſe in judicio adverſarium conſtituerit, *l. ſi perluſorio*, *§.* 1. *ff. de appellat.* Bald. *in l. in duobus*, *§. quod reus*, *ff. de jurejurando*, Alex. *conſ.* 134. *verſ. hoc idem*, *lib.* 2. Emanuel Suarez *in Theſauro commun. opin. in lit. F. num.* 169.

42 Idem etiam limita, quando fidejuſſor ſcivit cauſam agitari, & ſe non oppoſuit, ſed tacuit : Bellam. *conſ.* 3. *num.* 3. *cum ſeqq.* Anton. Heriug. *cap.* 27. *part.* 5. *num.* 33. *de fidejuſſorib.* Covar. *pract.* 15. *num.* 8. *deciſ. Peruſina* 26. *num.* 27. *part.* 1. Coſta *de Rata*, *dict. quæſt.* 222. *n.* 9.

43 Prædicta tamen non procedunt, quando ſententia eſt lata contra fidejuſſorem, nam ea poteſt executioni demandari contra principalem abſque novo proceſſu, etiamſi principalis non fuerit citatus; ut advertunt omnes *in l. cum vendente*, *C. ubi cauſæ Fiſcales*, Angelus *in Auth. ut omnes obediant jud. n.* 17. Aſinius *in dict. praxi*, *§.* 31. *cap.* 2. *ampliatione* 22. *n.* 1. *verſ.* (ampliatur :) Paul. de Caſtro *conſ.* 232. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 98. *n.* 1. *lib.* 5. Bertaz. *clauſ.* 43. *gloſſ.* 8. *n.* 2. Joan. de Amicis *conſ.* 34. *n.* 2 Hieronymus Gabriel.
44 *conſ.* 176. *n.* 5. *lib.* 5. qui addit hæc non procedere in fidejuſſore fiſci, quia ad inſtantiam fiſci, condemnato principali, fit executio contra fidejuſſorem abſque alio.

45 Declaratur hæc concluſio, ut procedat quando fidejuſſio de judicatum ſolvendo, data fuit in judicio, & apud acta judicii, Bal. *in dict. l. fin. §. & cum antiquitas*, *num.* 1. *C. de uſur. rei jud.* Ruin. *conſ.* 98. *volum.* 5. Alexand. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. reſolut.* 3. *de expenſis*, *n.* 2. *&* 3.

Fidejuſſor de judicatum ſolvendo, habet beneficium 46
excuſſionis, ſecundùm Bald. & Salycet. *in l. fin. C. de uſur. rei judicat.* latè Ruinus *dict. conſ.* 98. *lib.* 5.

Declara, quòd ſtatim poſtquam fidejuſſor judicii eſt 47
conventus ſuper executione ſententiæ poteſt petere executionem contra reum ſine novo proceſſu, Bald. *in l. enim eorum*, *C. de ſententiis*, *& interlocut. omn. jud. & in d. l. fin. §. cum antiquitas*, *& in d. l. cum vendente*, *C. ubi cauſa fiſcales*, Bart. *in l.* 1. *ſub n.* 5 *ff. judicatum ſolvi.* Ideo ſi fi- 48
dejuſſor capiatur pro debito, poſſet per eundem judicem facere capi principalem incidenter, licèt aliàs non eſſet ipſius judex : elicitur ex Bal. *in ſuprà allegatis locis*, Alex. Trentacinq. *dict. lib.* 2. *reſol.* 3. *de expenſis*, *num.* 4. Si
plures ſint tamen fidejuſſores judicatum ſolvi, habent 49
beneficium excuſſionis, Bal. *in d. §. & cum antiquitas*,
num. 6. & quod fidejuſſor de judicato ſolvendo, ſolvens 50
illud, pro quo fidejuſſerat, poſſit habere regreſſum contra debitorem principalem etiam non ceſſis actionibus; & non ſolum pro debito principali, verùm etiam pro recuperandis damnis, & intereſſe. Abbas *in cap. pervenit. num.* 2. *de fidejuſſoribus*, *& in conſ.* 60. *lib.* 2. Franc. Vivius *dec.* 210. ubi dicit, ita judicatum fuiſſe per Audientiam Barenſem; ſolet enim fidejuſſor conſervari indemnis à principali debitore, etiamſi non ſit promiſſum, Simon de Prætis *conſ.* 153. *num.* 23. *lib.* 1.

Quæritur, an quando reus pro quo quis de judicato 51
ſolvendo fidejuſſit, fuit per ſententiam primi judicis abſolutus, & in cauſa appellationis condemnatus, an fidejuſſor teneatur? Et in hoc quæſito ſunt duæ principales opiniones.

Prima eſt, quòd fidejuſſor in prima inſtantia non te- 52
netur in ſecunda, & ea ſententia expirat fidejuſſio, quam tenet Bart. Odofredus, Paul. de Caſtro, Jacobus de Antio, Beroius, Clarus, Balbus, Vivius, Cynus, & alii, quos refert Antonius Theſauros *in dec.* 202. *num.* 1. ubi de mente Doctorum dicit, hanc opinionem à majori parte Doctorum acceptatam, & frequentiori calculo receptam, etiam in cauſa criminali : eandem opinionem tenent Matheſilanus *ſingulari* 177. Decius *in l.* 2. *n.* 53. *C. de edendo*, Marſilius *in rubr. de fidejuſſoribus*, *n.* 108. Anton. de Alexand. & Jacob. *in d. l.* 2. *C. de procurat.* Moventur iſti Doctores *in l. apud Sempronium*, *ff. judicatum ſolvi*, *& in l. non à judice*, *§. fin. ff. de jud. & in l. Græcè*, *§. & poſt litem*, *ff. de fidejuſſoribus*, *§. ſi verò aliquis*, *Inſtit. de ſatiſdat. & in l.* 2. *C. de procurat.*

Secunda opinio eſt, quòd fidejuſſor iſte etiam in ſecunda inſtantia teneatur, quam tenent Guillielmus de Cuneo, Bald. Bellamera, Boërius, Caballinus, Aretinus, Joannes Andreas, Vincentius de Franchis *deciſ.* 601. *à num.* 1. Fulgoſius, & Alberic. Roderic. Soarez, quos referunt Anton. Gabriel. *in ſuis cõmunibus concl. in lib.* 3. *tit. de fidejuſſoribus*, *concluſ.* 4. & Anton. Theſaur. *in dict. deciſ.* 202. ubi etiam dicit, ita judicatum fuiſſe in Rota Romana, & Avenionenſi, & in Senatu Pariſienſi, & in Conſ. Neapolitano.

Ab hac ſecunda ſententia non eſt diſcedendum, & præcipuè cùm in tot ſupremis Tribunalibus ſecundum eam fuerit judicatum. Quæ concluſio procedit : primò, quando quis ſimpliciter fidejuſſit de judicatum ſolvendo, nam tunc ſemper in eodem ſtatu permanentibus rebus, fidejuſſor tenetur, nec ex mutata inſtantia liberatur; nec in hoc eſt conſtituẽda differentia : an mutetur judex, vel non, ſive ſit delegatus, ſive ſucceſſor : nam idem ſemper eſt judicium : & promiſſio facta coram judice ordinario, habet effectum coram delegato, qui cognoſcit vice ejus, *l. vir. bonis*, *ff. judicatum ſolvi*, Roland. à Valle *conſ.* 58. *numero* 13. *lib.* 1. Aretinus *conſ.* 87. *in fine.*

53 Procedit etiam quando ſententia dicitur nulla, & poſtea confirmatur, vel agitur per viam reſtitutionis in integrum: nam tunc durat eadem, Bal. *in l. Julianus, col. 5. verſ.* (Tertiò quæritur,) *ff. qui ſatiſdare cogantur*: & ratio eſt: quia nec judex, nec judicium in hoc caſu mutatur, ſed ſemper eſt in eadem cauſa, tenet Antonius Theſaur. *dict. deciſ.* 201. *num.* 17.

54 Procedit etiam, & multò magis, ſi prima opinio eſſet vera, quando penes fidejuſſorem ad ejus cautelam reperiretur debitoris pecunia, Vincent. de Franchis *deciſ.* 208.

55 Limita primò, non procedere, quando perimitur inſtantia poſt litem cœptam; nam tunc perempta inſtantia non durat fidejuſſio, ut eſt text. *in l. 2. ff. judicatum ſolvi*: quod declara, non procedere, quando inſtantia eſſet perempta per deſertionem appellationis, nam tunc durat fidejuſſio: Jafredus Lanfranchus, Baldus *deciſ.* 99. Bald. *conſ.* 106. *lib.* 2. Marſillus *ſingulari* 313.

56 Limita ſecundò, non procedere, quando fidejuſſio eſt coram arbitro electo, & poſtea petitur reductio ad arbitrium boni viri; nam tunc, quia cauſa agenda eſt coram Judice competenti, & non coram Judice appellationis, expirat fidejuſſio, Ancar. *conſ.* 35. quod declara per Ant. Theſaur. *d. dec.* 202. *num.* 18.

57 Limita tertiò, non procedere in ſententia lata in contumaciam propter cauſam non defenſam; nam tunc expirat fidejuſſio, *l. cum quærebatur, ff. judicatum ſolvi*, tradit Cumanus *conſ.* 33. *colum.* 2.

58 Limitatur quartò, quando poſt datum fidejuſſorem in una inſtantia, cauſa agitur coram alio Judice non delegato ab eo, coram quo præſtita eſt fidejuſſio, nec ordinario appellationis; nam tunc fidejuſſio coram uno Judice præſtita, non extenditur ad alium, licèt ſit eadem cauſa, *l. 3. ff. judicatum ſolvi*, Romanus *in conſil.* 408.

59 Limitatur quintò, quando judicium mutatur in totum ex perſona Judicis in cauſa principali, vel ex perſona procuratoris, qui ſatiſdedit; vel principalis; vel etiam confunditur cauſa; nam tunc non durat ſatiſdatio: facit text. *in l. an eadem, ff. de except. rei jud.* & in hoc caſu loquuntur Imol. *in conſ.* 89. Roman. *in conſ.* 270. *in fine.*

60 Limitatur etiam ſextò, non procedere, quando Judex principalem abſolvit, ſed in reſervatione alicujus particulæ petitionis, in qua poſtea pronunciando ipſum principalem condemnavit, in hac reſervatione fidejuſſor non tenetur, ſed ex prima ſententia fuit liberatus, ita Ancarr. *lib. 2. quæſt. famil.* 15. *num.* 10. Socin. *conſ.* 91. *lib.* 4. Alex. Trentacinq. *dict. reſolut. 3. de expenſis, num.* 15.

61 Limitatur ſeptimò non procedere, quando ſententia eſt nulla ex defectu juriſdictionis, quòd prædicta obligatio, & ſatiſdatio præſtita coram judice incompetenti, eſt nulla, *l. 2. §. 1. in principio, ff. qui ſatiſdare cogantur*, ubi Bald. dicit, quòd cùm judicium ſit ipſo jure nullum, non tenet nec obligatio, nec ſatiſdatio; idem tenent ibi Alex. Jaſ. & Jacobin. *in* 1. *notab.* & Socin. Vincentius de Franchis *deciſ.* 400. *num.* 8.

62 Octavò limitatur non procedere quando à partibus electa eſt Judicis perſona, & partes ſe illius judicio adſtrinxerunt, & illius tantum judicio ſe arctavit fidejuſſor, illum proprio nomine nominando; & in hoc caſu mutato judice per appellationem, expirat fidejuſſio: ſic eſt text. in *dict. l. cum apud, ff. judicatum ſolvi*. Antonius Theſaur. *in dict. deciſ.* 202. *num.* 15.

63 Intellige hanc limitationem, ut procedat in judice ſubrogato in locum primi, vel in delegato ab ipſo primo judice: nam in iſtis cautio, expreſſo nomine certi judicis, non operatur; ita tradit Bar. *in dict. l. cùm apud, coln.* 2. ubi Angel. *ff. judicat. ſolvi.* Hippolytus de Marſiliis *rubr. de fidejuſ. quæſt.* 13. Speculator *in tit. de jud. deleg. §. item excipi poteſt. num.* 23.

64 Declaratur non procedere, quando fidejuſſor appellaſſet; quia tunc videtur prorogare ſuam obligationem, Joannes Faber *in §. alia, Inſtitut. de ſatiſdat. num.* 4.

65 Limitatur nonò, quando in appellationis cauſa fuit aliquid additum, vel detractum primæ ſententiæ per judicem appellationis: nam tunc expirat fidejuſſio, quia actio propter executionem deſcendit ab hac ſententia, & non inſpicitur prima; Bald. *in l. Julianus, col 4. verſ.* [Secundò quæritur,] *ff. qui ſatiſdare cogantur.* idem tenet Soc. *in conſ.* 91. *lib.* 4. & Theſaur. *dict. dec.* 202. *n.* 9.

66 Et ad evitandas fraudes, præſtita fidejuſſione de judicio ſiſti, jungere facias fidejuſſionem de judicato ſolvendo, quia prima durat uſque ad ſententiam incluſivè: nam latâ ſententiâ, fidejuſſor liberatur; *l. agere, §. poſt litem, ff. de fidejuſſoribus.* ſecundum Boer. *dict. deciſ.* 315. Angel. *in §. ſed hodie, Inſtit. de ſatiſdat.* Cæpol. *cautel.* 98.

QUÆSTIO XVII.

An venditor offerens emptori rem æquè bonam loco rei evictæ liberetur?

SUMMARIUM.

1 *Venditor offerens emptori rem æquè idoneam & bonam loco rei evicta, non liberatur.*
2 *Locans tradendo rem æquè commodam liberatur.*
3 *Ponitur differentia in hoc, inter locationem, & venditionem.*
4 *Benignior eſt lex cum locatore, quàm cum venditore.*
5 *Limitatur* l. 2. §. mutui datio, ff. ſi certum petat.
6 *Ponitur notabile ad quæſtionem.*
7 *Fidejuſſorem certum dare promittens, an dando æquè idoneum liberetur?*
8 *Verbum*, æquè idoneus, *quomodò accipiatur?*
9 *Fidejuſſorem promittens venditor dare, an dando illum, qui ſe obligare, vel conveniri non poteſt, liberetur?*
10 *Quid ſit, ſi ſcienter talis recipiatur?*
11 *Quid ſi non eſt idoneus facultatibus?*
12 *Promittens dare fidejuſſorem, liberatur dando fidejuſſorem minus idoneum, ſi ſcienter fuerit receptus.*
13 *Quid ſi ignoranter recipiatur?*
14 *Dans minus idoneum fidejuſſorem liberatur etiam ubi ignoranter à creditore recipitur.*
15 *Limitatur niſi ex aliqua juſtiſſima cauſa fuiſſet receptus.*
16 *Quid ſi à principio erat idoneus, & poſtea deſinit eſſe idoneus?*
17 *Cautum, & ſecurum reddere promittens, numquid teneatur cavere cum fidejuſſoribus.*
18 *Quid ſi promittatur idonee cavere.*
19 *Venditor promittens dare fidejuſſorem, dando pignora liberatur.*
20 *Pignus & fidejuſſio æquiparantur.*
Contrarium tamen tenetur magis communiter, ſub n. 21.
21 *Cautio magis plena dicitur datio pignoris, quàm fidejuſſoria.*
22 *In debito non liquido excuſatur debitor dando pignus.*
23 *In debito liquido debet præcisè ſolvere.*
24 *Ponitur differentia inter fidejuſſorem acceptum, & promiſſum.*
25 *Commodatarius offerendo æquè idoneam rem, excuſatur & auditur.*
26 *Dominus directus impedit melioramenta amoveri, ſi offerat emphyteuta quod ab alio habiturus erat.*
27 *Obligatus certum dare fidejuſſorem, an audiatur volens dare duos diviſim?*
28 *Exactio diviſa non minima affert incommoda.*

1 Venditor offerens emptori rem æquè idoneam, & bonam, & æquivalentem rei evictæ, non liberatur, Gloſ.

Digitized by Google

Gloſ. *in l. ſi quis domum, verbo* (locatorem ,]*ff. locati :*
tradunt *ibi* communiter Bar. Paul. de Caſtro, *num.*2. &
Salyc. Caball. §.3. *num.*165. *in fin. de evict.*
2 Limitatur hoc in locatore, qui trahendo rem
æquè commodam liberatur, ex *dict. l. ſi quis domum*,
tradunt Bart. Caſtrenſ. Carrozius *de locato*, 4. *par. quæſt.*
17. *num.*8. & in *tractat. de oblationibus*, *par.* 2. *quæſt.*
33. *& deciſ.* 4. *num.* 2. Anton. Gomez *tom.* 1. *var. cap.*
3. *num.* 1. Didacus Perez *in l.* 1. *titul.* 7. *lib.* 5. *Ordin.*
3 *fol.*199. verſ. (*& alius contractus.*) Et in hoc differt
locatio à venditione; quia venditor non liberatur tra-
dendo rem æquè idoneam, ſed cogitur præciſè ad rem
promiſſam, ita ut ſi quis vendat rem alienam, quæ
evicta fuit ab aliquo Tertio, & venditor offerat emptori
aliam rem ſimilem, & æquè bonam, non cogitur em-
ptor illam recipere, neque venditor liberatur ab obli-
gatione evictionis, ſed omninò ad intereſſe tenetur. Se-
quitur d. Gloſ. *in dict. l. ſi quis domum*, & *ibi* notant
Bart. & Doctores, & dixit ſingulariter Ludovicus Ro-
manus *in l. ſtipulationes non dividuntur, num.* 83. *ff. de
verb. obligat.* Anton. Gomez & Didac. Perez *ubi ſuprà*,
tradunt differentiæ rationem, quia in venditione agitur
de perpetua alienatione rei, & de totali ejus jure transfe-
rendo, quod non acquiritur, nec conſequitur quis per
ſolutionem pretii : in contractu locationis agitur tantum
de utendo, & fruendo re aliena ad tempus, ex quo
contractu nullum tranſit dominium, nec poſſeſſio, nec
jus in re. *l. non ſolet, ff. locat. l. malè agitur, C. de præſcr.*
30. *vel* 40. *ann.* & cum agatur de modico præjudicio,
faciliùs de æquitate per legem conceſſum eſt, aliam
rem æquè idoneam poſſe præſtari. Vnde benignior eſt
lex cum locatore, quàm cum venditore, ut dicit Car-
rozius *ſuprà num.* 10. & in hoc limitatur per eum *l.* 2.
5 §. *mutui datio*, *ff. ſi certum petatur*, ut aliud pro alio
invito creditori ſolvi non poſſit; nam hoc non procedit
in locatore volente tradere rem æquè idoneam.
6 Notandum eſt, quòd ſi evicto fundo, qui venditus
fuerat, emptor de evictione agens, malit alium fundum
æquivalentem arbitrio boni viri, quàm litis æſtimatio-
nem conſequi, audiendus eſt, ſi ex propriis bonis ven-
ditor habeat, quem dare poſſit; *cap.* 1. ubi Bal. Alvarot.
de inveſtit. de re aliena facta, Boërius *deciſ.* 15. *n.* 3. Ant.
Faber. *in tit. C. de evict. diffinit.* 4. *n.* 1. Fontan. *tom.* 2.
de pact. nupt. clauſ. 5. *gloſ.*8. *par.* 14. *num.* 83.
7 Ex his infertur, quòd venditor promittens dare fi-
dejuſſorem certum, an dando æquè idoneum liberetur,
ut putà Petrum, qui non vult ſe obligare, offerendo &
dando alium æquè idoneum? & concludunt Doctores
communiter, quòd tenetur ad pœnam, & ſi obierit, te-
netur dare alium æquè idoneum, per text. in *l. qui au-
tem*, §. *ſi quis. ff. de conſtit. pecun.* Hippolyt. *in l.* 1. §.
cum quidam, *ff. de quæſt. num.* 17. Paul. Æmilius Ve-
rallus *deciſ.* 154. *lib.* 3. qui declarat, quomodo illud ver-
bum *idoneus* intelligi debet. Bertazolus *de clauſulis*,
clauſ. 42. *gloſ.*8. *num.*4. Jaſ. *conſ.* 41. *num.*2. *&* 3. *lib.* 3.
Pyrrus Maurus Aretinus *in tractatu de fidejuſſoribus, cap.*
5. *&* 6. *&* 7. ubi latiſſimè *ſect.*
Si venditor ex pacto fidejuſſorem dare tenetur, an
dando illum, qui ſe obligare non poteſt, conveniri poſſit,
vel liberetur? & teneat communiter Doctores, quòd
non liberetur, *per l.* 1. *ff. ſi quis in jus vocatus non ierit*,
l. quoties. l. de die, §. 1. *& in* §. *ſi ſervus. ff. qui ſatiſdare*
9 *cog.* Bar. *in l.* 3. *ff. eod.* quem omnes ſequuntur : quod
extenditur etiamſi ſcienter receptus fuerit, Gloſ. *in
dict. l.* 3. in verbo (*impletam*,) & Gloſ. *in dict. l.* 1. in
verb. (*pro non dato* :) per quas gloſſas communiter ap-
probatas, dicunt Bar. Alex. Socin. *in dict. l.* 3. *& in d.
l.* 1. eſſe veras.
10 Iterum, quid ſi fidejuſſor, non eſt idoneus facultati-
bus, & ab obligato præſtare fidejuſſorem, iſte fidejuſſor
detur, an debitor dans adimpleat, & liberetur? & una-
nimiter omnes concludunt, quòd debitor adimpleat, &
quòd imputandũ eſt creditori recipienti, ſi primò de ido-
neitate non oppoſuerit, *dict. l.* 3. *in fin. l. ſi is, à quo*, §. *fin.
ff. ut in poſſ. legat. l. inter cauſas*, §. *abeſſe*, *ff. mãdati.* Rebuff.
de ſent. execut. art. 1. *gloſ.* 76. *n.* 25. Ubi affirmat, quòd ubi 12
quis aliquem admiſit, ac recepit uti idoneũ non poteſt
amplius recuſare eum : & intelligunt, quando ſcienter
iſte talis recipitur : ſed difficultas eſt, quando ignoranter
fit, an tali caſu iſti creditori ſic recipienti ſuccurrendum 13
ſit vel potius ſibi præjudicaverit? Doctores in hoc variè
ſentiunt, alii volunt, quòd ignorantia iſta excuſat, &
quòd tunc debitor teneatur ad intereſſe, ſi tenetur ex
promiſſione, vel pacto; ſecus ſi tenetur officio Judicis, 14
quia ex quo durat dicta obligatio ex promiſſione, vel
pacto emanans, iterum ipſum obligat ad ſatiſdandum;
Bart. *in d. l.* 3. *n.* 8. *Caſtr. ibi*, qui ponit, quid de eo, qui juſ-
tiſſima cauſa motus fuit; vel qui à dante fuit deceptus,
eo, quia aſſerebat ipſum idoneum eſſe; Bal. *in d. l.* 1. *&
in dict. l. quoties*, tenet indiſtinctè ignorantiam excuſa-
re; crederem tamen iſtum acceptantem ſibi præjudicare
acceptando non idoneum : tùm quia debebat qualitates
ipſius perquirere, cum quo contrahit, *l. qui cum alio*, *ff.
de reg. jur.* Tùm etiam, quia præſumitur ſcire, vel ſci-
viſſe ejus qualitates, & ſcienter eum acceptaſſe; Alex.
*in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cogant. n.*4. ubi Socin. *n.*
13. Marſil. *in rub. de fidejuſſ. quæſt.*2. *n.*66. *& in l. ſi quis*,
*n.*4. *ff. de quæſt.* Cagnol. *in dict. l. qui cum alio.* Si tamen
ex verbis aſſerentis idoneum, vel ex alia juſtiſſima cauſa,
quæ probari poſſet, fuiſſet motus recipiens, poſſet ſibi 15
ſuccurri, Angel. & Caſtr. *in dict. l.* 1. ubi Jaſ. *n.* 10. Alex.
conſ. 60. *lib.* 5. Cagnol. *in dict. l. qui cum alio*, *num.* 7.
& 18. Marſil. *in dict. rubr. quæſt.* 3. *n.* 73. tenentes, quòd
hoc caſu poterit agi ad intereſſe, non autem, ut detur
alius fidejuſſor.
Quid ſi à principio erat idoneus iſte fidejuſſor, & de- 16
mum progreſſu temporis deſinat eſſe idoneus, qui ex
facto efficiatur non ſolvendo? Non tenetur alium dare,
ſi ſit fidejuſſor contractus, ſecùs ſi tenetur officio Judi-
cis, vel ex ſtipulatione prætoria, ut tradit Bart. *in l.* 3. *in
fin. ff. de fidejuſ.* Angel. *in dict. l. quoties, & l. ab arbitro*,
*num.*7. *ff. qui ſatiſdare cogantur*, Aretinus *in conſ.* 133.
Clariſſime : Marſilius *dict. rub. quæſt.*4. *num.* 74. Berta-
zolus *de clauſulis, clauſ.* 36. *gloſ.* 3. *num.* 3.
Inſuper, quid ſi venditor pacto expreſſo cum emp- 17
tore firmaverit reddere cautum, & ſecutum emptorem
ad conſilium ſapientis, an teneatur cavere cum fidejuſ-
ſoribus? Dicendum eſt, quòd non, ſed quòd ſufficiat,
ſtipulationem cum obligatione bonorum, Gloſ. commu-
niter accepta *in l. ſi mãdato Titii.* §. *fin.* ubi Doctores. *ff. mã-
dati.* Speculat. *in* §. 1. *de empt. & venditione*, & *ibi* Joann a
Andr. *in addit.* [Sed quid ſi in inſtrumento.] *in* 9. Bar. An-
gel. & Caſtr. *in l.* 1. *ff. de præt. ſtipulat.* Bal. & Jaſ. *in l.
ſancimus, num.*4. *ff. de verb. ſignificat.* & eſt communis ſe-
cundùm Jaſonem, *ibi* : Bertazol. *de clauſ. clauſ.* 42. *gloſ.*8.
n. 1. Quid ſi promittat idoneè cavere; quia intelligitur cũ 18
fidejuſſore, Felin. *in cap. ad noſtram, de jurejurand. n.*6. *&*
8. Jaſ *in dict. l. ſancimus*, *n.* 3. Bertazol. *ubi ſup. n.* 2. vel cum
pignore, ut cautio dicatur idonea, *dict. l. mandato Titii*, *l.*
1. §. *caveri*, *ff. de collat. bonorum*, *l.* 10. *tit.* 33. *par.* 7. ubi Gl,
verb. (*cautio.*) Vivius *deciſ.* 137. *n.* 5. *lib.* 1. Andreas Gail. *l.*
1. *obſervat. Imperial.* 26. *n.*6. Surd. *deciſ.* 330. *num.*8. He-
ringius *de fidejuſſoribus, cap.* 5. *num.*92.
Ampliatur concluſio, quòd venditor promittens dare 19
fidejuſſorem, liberatur dando pignora æquivalentia : &
volunt omnes communi calculo, quod liberatur à debi-
to venditor. Bar. & Bald. & alii *in l.* 1. ubi Jaſ. *n.* 12. *ff. qui
ſatiſdare cog. & in l. more Romano*, ubi Caſtr. *ff. de feriis*,
Bart. *in l. prætoria*, *ff. de præt. ſtip. & in l. ſi vero*, §. *qui pro
rei qualitate*, *ff. qui ſatiſdare cog.* Marſil. *in rub. de fidejuſ.
numero* 296. *& in praxi crimin.* §. *attingam.* Decius
in l. plus cautionis, *numero* 3. *ff. de reg. jur.* Pi-
nel. *in l.* 2. *cap.* 2. *num.* 25. *C. de reſcinden. vendit*, Do-
minus Joannes Caſtellus *lib.* 4. *contr*, *cap.* 10. *num.* 56,

Farinacids *tom. 1. crimin. de carceribus, quaſt. 33. num. 6.* Aſinius *in tractat. de executionibus*, §. 7. *cap.* 167. *numero* 1.

Dicit tamen *Farinac.* quòd alias Judex recuſando pignora ſibi loco fidejuſſorum oblata, teneatur actione injuriarum; nam pignus, & fidejuſſio æquiparantur, *l.* 1. §. *jubet*, *ff. de collat. bonorum*, Alban. *conſ.* 95. *num.*
21 13. Imò datio pignoris eſt magis plena, & pinguior cautio, quàm fidejuſſio: tutius eſt enim ipſi rei incumbere, quàm perſonæ, *l. plus cautionis ff. de reg. jur.*

Contrariam tamen ſententiam tenet Franciſcus Vivius *deciſ.* 25. *num.* 5. in caſu maximè quando lex præcipit fidejuſſorem dari, quia tunc non ſufficit dare pignus: qui dicit hanc eſſe frequentiorem Legiſtarum opinionem: Cagnolus *in dict. l. plus cautionis* indiſtinctè tenet, hanc opinionem eſſe communem, aliud enim pro alio invito creditori ſolvi, aut dari non poteſt: & reſpondet Decio *ibidem* contrarium tenenti. Proſequitur hanc ſententiam Ripa *in rub. de pign. num.* 8. & *in dict. l.* 2. §. *mutui datio*, *num.* 22. *ff. ſi cert. petat.* quibus accedit Marſilius *in dict. rub. nu.* 296. Neguſant. *de pignor.* 5. *par. principali*, *memb.* 1. *num.* 1. Emmanuel Suarez *in Theſauro commun. opinionum*, *lit. F. num.* 153. Auton. Heringius *de fidejuſſ. cap.* 18. *num.* 68. Cartorius *deciſ.* 15. *num.* 3. & 8. Carrozius *deciſ.* 4. *num.* 3. & 14. Valentinus Francus *in tract. de fidejuſſorib. cap.* 4. *concluſ.* 7. à *num.* 143. Pirrus Maur. Aretin. *de fidejuſ. ſect.* 7. *cap.* 6. *per num.* 4. & *ſeqq.* ſicuti è contra, emptor habens pignus non poteſt convenire fidejuſſorem, Gloſ. *in Auth. ſi quis igitur*, in verb. (*ſumat.*) Bald. *in l. inter eos*, §. *creditor*, *ff. de fidejuſ.* maximè quando facilè vendi poteſt, aliàs ſecùs Ancor. *in cap. pervenit*, *de fidejuſſorib.* Cyn. *in Auth. præſente*, *C. de fidejuſſ.* nam pignus debet vendi, & ſi non reperiatur emptor, debet æſtimari, & adjudicari in ſolutum creditori: Cardin. & Imol. *in dict. cap. pervenit*, & Barbatia *num.* 10. Vitalis de Cambinis *de clauſulis clauſ. fin. num.* 2. *in fin.* Bert. *in Auth. de fidejuſſoribus*, *in rub. num.* 14. ubi dicit, quòd ſecundum hodierna tempora, & jura, debet prius pignus vendi antequam deveniatur ad fidejuſſorem.

22 Ampliatur concluſio: in debito non liquido excuſatur venditor offerendo pignus: etſi hoc recuſet emptor, liberatur venditor, quia fecit quod potuit, ita Cald. *in l. ſi pater*, *C. collat.* & *ibi* Cyn. Salycet. & Alex. Jaſ. Decius, & omnes, Bal. *in l. Labeo.* §. *fin. ff. de arbitris.* Marſilius *dict. rub. quaſt.* 30. *num.* 215. Carrozius *deciſ.* 4. *num.* 14. *in fin.*

23 Limitatur in debito liquido, quia præcisè tenetur ſolvere. Bald. *in l. qui autem ff. de conſtit. pecunia.* Vincent. Carrozius *dict. deciſ.* 4. *num.* 15.

24 Declaratur ſecundum Pinellum *in l.* 2. *cap.* 1. *par.* 2. *num.* 23. *C. de reſcind. vendit.* ut habeat locum in fidejuſſore promiſſo, ſed non acceptato, quia in hoc caſu ſufficit dare æquè idoneum, ſecundùm Bald. Paul. Alex. *in dict. l. ſi pater*, Jaſ. *conſ.* 41. *num.* 2. *lib.* 3. Hippolyt. *in dict. rub. ex num.* 213. In fidejuſſore jam accepto diverſa eſt ratio, ut inquit Pinellus *ubi ſup. numero* 24. *in fin.* Carrozius *dict. deciſ.* 4. *numero* 14.

25 Extenditur etiam, quòd procedat in commodato, nam ſi commodavi tibi equos meos qui culpa tua perierint, ſi peto pretium, & tu offers æquè idòneos, debes audiri, nec cogeris ad juſtum pretium, Imol. *in cap.* 1. *num.* 28. *in fin. de commodato*, dicens ſingulare, & perpetuò notandum, & ſæpius facto evenire, Carrozius *deciſ.* 4. *num.* 7.

26 Pariter etiam ſi emphyteuta feciſſet pactum de tollendis melioramentis in fine ſuæ conductionis, ſi vellet tollere, & dominus offerat, quod ab alio habiturus erat, nec tollere poteſt, Bal. *in l.* in fundo *in* 3. *notab. ff. de rei vendicat.* commendat Jaſ. *in l.* 2. *num.* 32. *C. de jure emphyteut.* Carrozius *dict. deciſ.* 4. *num.* 8.

Si venditor ſit obligatus certum dare fidejuſſorem, an 27 audiatur volens dare duos fidejuſſores diviſim; Rip. *in l.* 2. §. *mutui datio*, *num.* 25. *ff. ſi certum petat.* tenet quòd non, ea potiſſimum ratione adductus, quia exactio diviſa non minima offert incommoda, *l. cum hi*, §. *cauſa*, *ff. de tranſact. l. plane*, *ff. famil. erciſc.* & hoc reſpectu emptor non cogitur recipere ſolutiones particulare *l. Tutor*, §. *Lucius*, *ff. de uſuris*, Aret. *de fidejuſſorib. ſect.* 7. ubi inquit, quòd hæc opinio indiſtinctè ſumpta, numquam placuit, & *Rip.* eſt intelligendus, quando duo fidejuſſores reciperentur diviſim, & ſeparatim, ita quòd unuſquiſque ſe obligaret pro virili, & rata ſua: ſecus ſi unuſquiſque ſe obligaret ut principalis, & in ſolidum, ut quotidie fidejuſſores ſtipulantur: tunc enim dando duos fidejuſſores, audiendus eſt.

QUÆSTIO XVIII.

An venditor volens ex pacto rem redimere, debeat tantùm pretium offerre, an verò etiam deponere?

SUMMARIUM.

1 *Venditori an ſufficiat facere de pretio oblationem verbalem?*
2 *Explicantur text. in l.* 2. C. de pact. inter empt. & vendit. l. ſi rem, ult. ff. de pignorat. act. & l. qui decem, ff. de ſolut.
3 *Sola enim oblatio non ſufficit, ſed venditor tenetur deponere pretium.*
4 *Refertur opinio D.D. diſtinguentium.*
5 *Oblatio realis ſufficit, ut res ipſa redimatur, ſed volenti redimere fructus ex die oblationis neceſſaria eſt depoſitio, & conſignatio pecuniæ.*
6 *Oblatio realis ſufficit, niſi adverſa pars recuſaret accipere.*
7 *Si emptor recuſaverit accipere pretium, faciat venditor deponi apud pecuniam publicum depoſitarium.*
8 *Emptor debet offerre pretium apud Judicem ſuum.*
9 *Limitatur principalis concluſio, ut ſufficiat oblatio verbalis, quando res, quæ offertur, eſt immobilis.*
10 *Venditor pro iſta oblatione facienda tenetur ire ad domum emptoris, ſi eſt ejuſdem fori.*
11 *Contrarium tenet* Bal. *ſed cum diſtinctione.*
12 *Res, quæ realiter offerri poſſunt, non tamen conſignari, & deponi, ut res animata, realiter offerri debent.*
13 *Declaratur, ut non procedat, quando venditor convenitur in judicio à procuratore emptoris, qui non habet mandatum ad recipiendum pretium.*
14 *Nec habet locum, ſi pecunia non eſt ſolvenda in loco judicii, ſed alibi, tunc ſufficit verbalis oblatio.*
15 *Nec procedit etiam quoad effectum reſcindendi venditionem per creditorem de re ſibi pignorata.*
16 *Nec etiam quando debitum non eſt liquidum, ſed intricatum, nam tunc ſufficit verbalis oblatio.*
17 *Quod procedit, ſi ultra oblationem præſtiterit venditor fidejuſſorem in caſu quo liquidabitur; & referuntur opiniones contrariæ.*
18 *Declaratur hoc procedere in paupere, & ſtatur primæ opinioni.*
19 *Secùs in notario divite, & eſt vera ſecunda opinio.*
20 *Si offerens, vult adverſarium conſtituere in mora ad effectum conſequendi aliquod lucrum, tunc procedit* Angeli *opinio.*
21 *Limitatur quando incertum erat, quid, & quantum ſolvi deberet; ſecùs autem ſi certum erat in ſolutione, ſed erat dubium de jure, an deberet ſolvi, vel non, tunc oblatio non ſufficeret.*

22 Nec

22 *Nec procedit, quoad actionem conſequendam; nec quando aliquid eſt dandum ſub conditione.*
23 *Oblatio realis an impediat curſum uſurarum, & pœnam commiſſi? & num. 24.*
25 *An ſufficiat ad impediendam moram?*
26 *Quando dici poteſt ritè, & benè facta oblatio, ſeu depoſitio pecuniæ.*
27 *Requiritur enim oblatio, & conſignatio totius ſummæ, & quantitatis, ita quòd nec quidem unus nummus deficiat.*
28 *Requiritur etiam, quòd unà cum ſumma principali oblata, & depoſita, offerantur omnes uſuræ, & intereſſe.*
29 *Requiritur etiam, quòd offeratur id, quod verè debetur, non autem aliud diverſum.*
30 *Etiam requiritur, quòd offeratur pecunia proba; & reproba nihil relevat, & ſuſpecta mutationis.*
31 *Et quòd fiat authoritate judicis.*
32 *Requiritur tandem, quòd fiat præmiſſa interpellatione, & denunciatione facta creditori.*
33 *Et quòd oblatio fiat purè abſque aliqua conditione extrinſeca, num. 34. 35. 36.*

1 VEnditor ex lege venditionis rem vult redimere, utrùm ſatis ei ſit pretium offerre, an verò teneatur etiam illud deponere? Et quidem ſufficere oblationem realem ipſius pretii reſponderunt Joan. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de empt. & vendit. poſt princip.* Bal. *in l. acceptam, quæſt. 5. C. de uſuris*, & *ibidem* Alberic. *colum. 2.* Paul. de Caſtro *in l. 2. C. de pact. int. empt. & in l. ſi à te, C. eodem tit.* Aretinus *in l. ſi ſervus communis, colum. 1. ff. de vulgar. & pupillar.* Socin. ſenior *conſ. 80. lib. 3.* Cagnol. *in dict. l. 2. C. de pactis int. empt. notab. 4.* Marſilius *ſingulari 479.* Chaſſanæus *conſ. 41.* Boërius *deciſ. 124. num. 27.* Confirmatur: Primò *ex l. 2. C. de pactis*, ubi patet ex oblatione pretii facta, actionem competere: nec in textu ulla fit mentio depoſitionis. Secundò *ex l. ſi rem 9. §. ultim. ff. de pignoratitia actione*, ibi: (Tamen ſi offeret in judicio pecuniam, debet rem pignoratam, & quod ſua intereſt, conſequi.) Tertiò *ex l. qui decem 72. ff. de ſolut.* (Qui decem debet [ait textus] ſi ea obtulerit creditori, & ille ſine juſta cauſa accipere recuſaverit, &c. doli mali exceptione poſſe ſe tueri.)

3 Contrariam ſententiam nempe ſolam oblationem non ſufficere, ſed requiri etiam depoſitionem, & obſignationem, ſequuti ſunt Gloſ. *in dict. l. 2.* verb. [*oblatam*,) Bart. & Salicet. *in l. ſi à te, C. de pactis inter empt.* idem Bart. *in l. acceptam, C. de uſuris*, Bald. *conſ. 108. lib. 5.* Petrus Ancarr. *conſ. 331. colum. 1.* Joan. Andreas *in cap. illo vos. de pignorib. Maſuerius in tit. de empt & vendit §. item venditor ex pacto.* Et confirmatur ex *dict. l. ſi à te*, ibi: [Denunciationis & obſignationis, depoſitioniſque remedio contra fraudem poteris juri tuo conſulere, & *d. l. acceptam*; (Acceptam [inquit) mutuo ſortem cum uſuris licitis creditoribus poſt conteſtationem offeras, & ſi non recipiant, conſignatam in publico depone &c.) & *l. ultima, ff. de lege fidei-commiſſoria*, ibi: (Die ſtatuto emptor teſtatus eſt ſe pecuniam omnem reliquam paratum fuiſſe ſolvere, & ſacculum cum pecunia ſignatorum ſignis obſignavit.] Ultimò *ex l. 2. C. de jure emphyteut*, ibi: Atteſtatione præmiſſa pecunias offeret, hiſque obſignatis, & ſecundum leges depoſitis, minimè dejectionis timere periculum.] *l. 38. tit. 13. par. 5. l. 8. tit. 14. par. 5.* ubi Greg. Lopez *gloſ. 3.* Menoch. *de arbitrariis caſu 232.* Rodericus *de redditib. lib. 2. quæſt. 15.* ubi latè.

4 Alia eſt opinio diſtinguentium, aut oblatio fit in judicio, & ſufficit, argumento tex. *in l. ſi rem, §. ult. ff. de pignorat. act.* aut extra judicium; & non ſufficit, ſed requiritur etiam depoſitio, & conſignatio; ita Caſtrenſis *in dict. l. ſi à te, &* ante eum Petrus de Belleperica *in dict. l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem*, Fachinæus *lib. 2. controverſ. cap. 41.* Philippus Corneus *conſ. 230. lib. 1. & conſ. 291. numero 2. lib. 3.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. reſolut. 3. de oblationibus, numero 2.* Barnabas Cornazanus *deciſ. Lucenſi 25. numero 2.* Petrus Surdus *deciſ. 262. n. 2. & 3.* Gratianus *diſcept. 78. n. 32.*

Oblatio realis ſufficit, ut res ipſa redimatur; ſed redimere volens fructus, ex die oblationis conſequatur, opus eſt depoſitione, & conſignatione, Andreas Tiraq. *de tract. convent. §. 4. gloſ. 6. n. 4.* 5

Et procedit oblatio verbalis, quando creditor expreſsè dixit, quod nolebat acceptare oblationem, Alex. *in dict. l. ſi ſervus, ff. de vulgari, circa finem*, Chaſſanæus *in conſ. 41. col. 1. & ſeqq.* Sed in hac ſpecie faciat debitor deponi pecuniam apud publicum depoſitarium, quo depoſito, liber manet, *l. ſi ſoluturus, ff. de ſolut. l. obſignatione, C. de ſolut. l. acceptam, C. de uſuris*, Bal. *in l. 2. C. de communi ſervo manumiſſo. l. 1. §. ſi pecunia, ff. depoſiti, l. ſi debitor, 30. ff. de ſolut. dict. l. 8. tit. 14. par. 5.* verbo (afruenta,) & *l. 38. tit. 13. eadem part.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. de ſolutionib. reſolut. 22.* Ariſmin. Tepatus *tom. 1. tit. 166. cap. 10. verb.* (oblatio) *de oblationibus*, Petrus Surd. *conſ. 86. num. 16. & deciſ. 6. n. 2.* 6 7

Et in hoc caſu venditor debet edire Judicem ſuum, ut ejus mandato deponat, & conſignet: & non debet ſequi forum emptoris, actoriſque; quia Judicem edit ut reus; non ut actor; ita determinat Bald. *in l. acceptam, C. de uſuris, num. 24.* verſ. (*Decimo-tertiò quæro*,) Alex. Trentacinq. *dict. lib. 3. reſolut. 22, de ſolut. num. 2.* verſ. (*primò igitur.*) Incidenter nota, quòd quando copia Judicis competentis haberi non poteſt, valet facta oblatio coram incompetenti, imò coram notario, teſtibuſque, & vicinis, & aliis probis viris; notant Bart. *in l. 1. C. de Canone largit. lib. 10.* Decius *in cap. prepoſ. iſti, de probat. numero 20.* Vincentius Carrozius *de oblationibus, part. 2. quæſt. 6. num. 36.* Joan. Baptiſta Coſta *de remed. ſubd. remed. 121. num. 3.* 8

Limita concluſionem, quòd ſufficiat verbalis oblatio, quando res, quæ offertur, ſe ipſam offert, ut res immobilis; quia per oblationem verbalem venditor liberatur: in his enim rebus in quibus non cadit realis oblatio, ſed dumtaxat verbalis, ut ſunt res immobiles, quæ non poſſunt ſolvi, niſi ubi ſunt ut domus, vel fundus; ſufficit venditori ſi declaret ſe paratum ſolvere, & tradere, res eſt, Bal. *in dict. l. acceptam, num. 6, C. de uſuris*, ubi dixit: quòd iſte paſſus eſt pulcher, cujus verba ſunt. Nunquid ſufficiat debitori dicere, ſe paratum ſolvere, & tradere? In quo dico, quòd aut eſt talis res, quæ propriè non poteſt ſolvi, niſi in loco ubi eſt, v. g. domus vel fundus, tunc ſufficit debitori dicere in judicio ſe eſſe paratum ſolvere & tradere, ubi res iſta eſt; quia lex non arctat ad impoſſibile. Paul. de Caſtro *ibidem, n. 8. Bart. in l. 2. n. 8. C. quando & quibus quarta pars ex bonis, lib. 10.* Iefred. Lanfrancus Baldus *deciſ. 335.* Aloyſius Riccius *collectan. 1131.* Menoch. *de arbitrariis lib. 2. caſu 332. num. 13.* ubi alleget. *Authent. dos data, C. de donationibus ante nupt.* Roman. *conſ. 163. in fin.* Cardin. Zaburel. *conſ. 67. in fin.* Gloſ. & Bart. & cæteri Doct. *in l. ſi mora, ff. ſolut. mat.* Roland. à Valle *conſ. 53. num. 34. lib. 1.* Vivius *in lib. 2. Sylva commun. opin. opinione 557. n. 11.* Neguſan. *in tract. de pignoribus in 2. p. tertii memb. 5. par. principalis, n. 3.* Petrus Barboſa *in l. ſi mora, n. 46. & n. 47. ff. ſoluto matrimonio*, Alexand. Trentacinq. *lib. 3. reſolut. 1. de oblat. num. 1.* 9

Venditor pro iſta oblatione facienda tenetur ire ad domum emptoris, *l. item in illa ff. de conſtituta pecunia*, ubi gloſ. & Bar. Bal. Alberic. Salycet. Caſtrenſis, & alii, Jaſ. *in l. ſi ex legati cauſa, n. 14. ff. de verb. obligat.* vel 10

debet etiam venditor emptorem requirere, ita ut ipſum inveniat, & illi offerat: *l. fin. C. de condit. inſertis, & l. tales, §. Priſcus, ff. de condit. & demonſtrationibus.* Regulariter locus ſolutionis debet conſiderari ille, ubi debet peti debitum, *l. quod legatur, ff. de jud. l. fin. ff. de tritic. vino, oleo legato*, Corneus *conſ.* 70. *num.* 10. *lib.* 2. & in locatore magis procedit, quod debeat accedere ad domum conductoris, & iſtud ſuis ſumptibus facere teneatur. Docet Angel. *in d. l. item in illa*, Carrozius *de locato, tit. de ſolut. num.* 1. & iſta procedunt ſine difficultate, quando debitor, & creditor ſunt ejuſdem fori; nam tunc ſolutio debet fieri ad domum creditoris; Bart. *in d. l. item in illa*, Caſtrenſ. *conſ.* 24. *n.* 2. *lib.* 2. qui dicit, ita eſſe de jure communi, Aretinus *in tract. de ſolut. cap.* 29. *à num.* 11.

11 Contrarium tenet Bal. *in d. l. acceptam, C. de uſuris, n.* 22. quòd creditor tenetur ire ad domum debitoris ad recipiendam ſolutionem, *l. Mævia, §. fin. ff. de annuis legat.* Gloſ. *ibi* temperat: quod aut debitor, & creditor ſunt ejuſdem fori, ut diximus, & tunc debitor tenetur ire domum creditoris, & portare pecuniam: ſi verò ſunt diverſi fori, ſuſtinenda eſt ſententia Baldi, & Gloſ. *in dict. l. item*, verbo, (*petitor non venit:*) dicuntur autem debitor, & creditor ejuſdem fori, quando ſunt ejuſdem civitatis, & comitatus, Jaſ. *in l.* 2. *num.* 92. *C. de jure emphyteutico.*

12 Item, quando res realiter offerri poſſunt, non tamen conſignari, nec deponi, ut res animatæ, ut ſervus, bos, vel equus, quos quis poteſt ſecum ducere, & ſic realiter offerre, non tamen deponere & conſignare: taliter, quòd non tangantur, prout eſt de natura depoſiti, ut *in l. ſacculum, ff. depoſiti*, quia morerentur: & in hoc caſu verbalis oblatio non ſufficit, ſed benè realis, licet non fiat conſignatio ſeu depoſitio, Bar. Bal. Paul. de Caſtro, & alii *in dict. l. acceptam*, Gloſ. Bar. Ang. & Imola *in l. ſi mora, ff. ſolut. matrim.* Alex. Trentacinq. *dict. reſolut. de oblat. num.* 1.

13 Declaratur non procedere; quando reus convenitur in judicio à procuratore, qui non habet mandatum ad recipiendam ſolutionem, & dominus eſt abſens à domo judicis; nam tunc ſufficit dicere, ſolverem, ſi haberem, cui ſolverem; Bart. *in l. ſi ſervus, §. videamus, ff. de verbor. obligat.* Franciſcus Aretinus *in dict. l. ſi ſervus, ff. de vulg. & pupillari.*

14 Nec habet locum prædicta concluſio, ſi pecunia non eſt ſolvenda in loco judicii, ſed alibi; nam tunc ſufficit verbalis oblatio, dummodo pecuniam habeat paratam ſolutioni in illo loco ubi ſolvere debet: Bald. *in d. l. acceptam ſub n.* 6. Alex. *in d. l. ſi mora, in* 6. *fallent.* Neguſant. *in tractat. de pignorib.* 2. *p.* 3. *memb.* 5. *par. princip. n.* 8. Vivius *in d. opin.* 557. *n.* 112. Franciſcus Aretin. *in d. l. ſi mora, col.* 1. *verſ.* [Secundò fallit.]

15 Nec habet etiam locum, quoad effectum reſcindendi venditionem factam per creditorem de re ſibi pignorata; nam in hoc caſu verbalis oblatio ſufficeret; ſed in hoc ſunt duæ opiniones Doctorum. Prima eſt affirmative, quam tenet Bart. in *d. l. acceptam, & in l. fin. ff. de diſtract. pignor.* quam ſequuntur Alex. *in dict. l. ſi mora*, Corneus *conſ.* 230. *lib.* 1. Ruinus *in conſ.* 64. *n.* 7. *lib.* 4.

Moventur primò per tex. *in l. ſi reſiduum C. de diſtract. pignorum.* Sed hic textus non obſtat; quia illa verba, *ſive oblato ſuperfluo*, intelliguntur de reali, & non de verbali oblatione, ex quo quando à lege profertur hoc verbum, *afferri*, intelligitur de reali oblatione, *l. ſervum, ff. de ſtatu liber.* Secundò moventur *per l. pen. ff. de reſcind. vend.* Nec tamen hic tex. ſecundum *Aretin.* obſtat, quia ibi venditio reſcinditur ex oblatione ſolidi; quam facit debitor, ex qua apparet manifeſtè Rempublicam eſſe læſam, & ideò poteſt concedi reſtitutio, quam judex ex officio ſuo concedere poteſt, nullo petente, *l. nec quidquā, §. obſervari, ff. de offic. Proconſulis, & Legati*, ubi per *Bar.* Et eſt regula quæ ponitur *in l.* 4. *§. hoc autem edictum, ff. de damno infecto.* Dicendum tamen eſt, illum textum non procedere in eo ad quod allegatur; nos enim loquimur in oblatione facta ante venditionem; & tex. ille loquitur de oblatione facta poſt venditionem, cùm dictæ leges non probent.

Ideo alia eſt opinio ſuperiori contraria, quòd imò contractus venditionis non reſcindatur: quam tenent *Oldrad. Bald. Paul. de Caſtro*, qui dicunt hanc opinionem ſecuriorem eſſe *in d. l. acceptam*, eamque tenet Franciſcus Aretin. *in d. l. ſi mora*: Moventur, quia ſi de jure tenet venditio, ut probatur *in l. ult. C. ſi antiquior credit.* non debet retractari, ne emptor decipiatur authoritate legis. Et hæc ſecunda opinio videtur verior, per tex. *in l. fi. C. debit. vendit. pignor. impedire non poſſe*: ubi habetur, quòd ad hoc, ut debitor impedire poſſit creditorem, ne pignus vendat, debet pecuniam offerre, conſignare, & deponere; aliàs per ſolam oblationem non impeditur.

Nec etiam procedit, quando debitum non eſt liqui- 16
dum; ſed intricatum: nam tunc ſufficit verbalis oblatio, ſi pars debiti eſt liquida, & pars illiquida: liquida realiter debet offerri, & in illiquidam ſufficit verbalis oblatio, Ang. Imo. Alexand. *in dict. l. ſi mora*, idem Angelus *in l.* 4. *§. ait Prætor, ff. de verb. obligat. & in l. Prætor, §. ſi quis paratus, ff. de nov. oper. nunc.* Gloſ. & Doct. *in l. obſignatione, C. de ſolut.* Gloſ. *in dict. l. acceptam*, & Bald. *in l.* 1. *ne liceat tertiò procurare*: Alex. *in conſ.* 24. *lib.* 4. Corneus *conſ.* 85. *lib.* 4. Jaſ. *in l.* 1. *in* 1. *col. ff. qui ſatiſd. cogant.* Neguſant. *de pign.* 2. *par.* 3. *memb.* 5. *p. princip. ſub num.* 4. Rota Genuenſis *decif.* 164. *num.* 4. *de mercatura.*

Quod declaratur, ſi ultra oblationem præſtiterit fi- 17
dejuſſorem in caſu, in quo liquidabitur. Sed an offerens teneatur fidejubere diſſolvendo, facta liquidatione? duæ ſunt Doctorum opiniones.

Prima eſt affirmativa, quam tenet Angel. *in l. ſi inſulam, ff. de verb. obligat.* idem Angel. & Imol. *in dict. l. Prætor, §. ſi quis paratus, ff. d. nov. oper. nunt.* Bal. *in d. l. ſi reſiduum.* Alex. *in conſ.* 66. *col.* 4. *l.* 6. Gratus *conſil.* 93. *num.* 74. *lib.* 1.

Secunda opinio eſt negativa, quam tenet Alex. *in d. l. ſi mora.*

Reſolutio duplex eſt: prima, ſi loquimur in paupere, 18
tunc procedit prima opinio, & eſt text. *in l. ſtatu liber rationem, ff. de ſtatu liber.* ſi verò loquimur in noto- 19
rio divite, tunc eſt vera ſecunda opinio, quam tenet Alex. *in dict. l. ſi mora.* Cagnol. *in l. curabit, num.* 113. *C. de Act. empt.* Gratus *dict. conſ.* 93. *num.* 74. Alexand. *in conſ.* 24. *lib.* 4. Corneus *conſ.* 85. *lib.* 4. & in divite exigitur nuda cautio cum hypotheca bonorum de ſupplendo quidquid habere conſtituer t, Jaſ. *in l.* 1. *colum.* 4. *verſ.* (circa dictas,) *ff. qui ſatiſdare cogant.* Rota Genuenſis *decif.* 193. *num.* 14. & *decif.* 103. *num.* 11.

Secunda reſolutio eſt, aut offerens vult adverſarium 20
conſtituere in mora ad effectum conſequendi aliquód lucrum, & tunc procedit *Ang.* opinio, & ſic loquitur *d. l. ſtatu liber*: Aut vult ſe excuſare à mora, ut evitet pœnam, vel intereſſe, & tunc ſufficit ſimplex oblatio abſque fidejuſſione, & procedit *Alex.* opinio. Ita tenet Aretin. *in conſ.* 165. quem ſequitur Ripa *in dict. l. ſi inſulam, n.* 68. *ff. de verb. obligat.*

Sublimita, quando incertum erat quid, & quantum 21
ſolvi deberet, ſecus ſi certum erat in ſolutione, ſed erat dubium de jure, an deberet ſolvi, vel non; nam tunc oblatio non ſufficeret: Corneus *conſ.* 262. *lib.* 4. Neguſantius *in d. tract. in d.* 2. *p. ſub num.* 5.

Declaratur non procedere, quoad actionem conſe- 22
quendam. Neguſant. *in d.* 2. *p. ſub num.* 5. *verſ.* (Secundo modo,) & *in nu.* 6. dicit non procedere, quando aliquid eſt dandum alicui ſub conditione, ſi ſolveret æſtimationem, puta unius equi, vel alterius rei, quia iſto caſu non ſufficeret ad conſequendum illud, quod ſibi dandum eſt ſub conditione, deponere certum quid,

&

& offerri illud incertum, & fidejubere, ſed omnino illa conditio debet adimpleri in forma ſpecifica, *l. qui hæredi, l. Mævius, ff. de cond. & demonſtrat.* & tunc non ſufficit adimplere per æquipollens. Probatur *in l. ſtatuliber rationem, §. 1. ff. de ſtatuliber.* Alex. Trentacinq. *d. l. 3. reſolut. 3. de oblat. ſub. num. 3.* verſ. (*Sexto non obſtat.*)

23 Solet fieri oblatio ad impediendum curſum uſurarum; quando nondum cœperunt currere, tunc enim ſufficit ſola oblatio, *l. ſi per te, & l. ex prædiis, C. de uſuris*: quando vero cœperunt currere, non ſufficit ſola oblatio, ſed requiritur etiam conſignatio, & depoſitio, *l. ſi creditori, C. de uſuris,* ſcribunt Bald. *in d. l. acceptam, q. 6. C. de uſuris,* & *ibidem* Caſtrenſis, *num. 7.* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. centur. 3. num. 2.*

24 Ad evitandam etiam pœnæ commiſſionem, nam & hoc quidem caſu ſufficit oblatio ſola, *l. Celſus, in fin. ff. de arbitr. & l. trajectitiæ, ff. de action. & obligat.* & hoc quidem quoad evadendam pœnam legalem. Ita docet Bal. *in d. l. acceptam, num. 3. & in q. 31. C. de uſuris.* Jaſ. *conſ. 9. num. 14. lib. 1.* & idem quando debitum eſt conditionale, *l. ſi poſt diem, §. item ſi qua, ff. quando dies legat. cedat.* Surd. *conſ. 86. num. 29. num. 27. & conſ. 88. num. 29.*

25 Et ad moræ purgationem ſufficit ſola oblatio etiam extrajudicialis abſque depoſitione, & conſignatione. Ita probant, *l. illud, ff. de pericul. & commod. rei vend. & l. ſervum, §. ult. ff. de verb. obligat.* ſcribunt Bart. *in l. pen. num. 4. ff. de diſtract. pign.* Natto *conſ. 631. numero 3. lib. 3.* qui dixit: Solam oblationem ſufficere, etiamſi non oſtendatur pecunia. Et datur cautela creditori adverſus hanc oblationem, ne creditor conſtituatur in mora, quod dicat ipſe creditor: *ſum paratus recipere:* ſic Bat. *in dict. l. pen. num. 4. ff. de diſtract. pign.* Alex. *in l. ſi mora, num. 6. ff. ſolut. matrim.* Jaſ. *in l. 2. num. 87. C. de jure emphyteut. & conſ. 9. num. 14. lib. 1.* Cotta *in memorab. verb.* (oblatio:) Natto *dict. conſ. 631. num. 3.* Petrus Surdus *conſ. 86. n. 29. lib. 1.* Rota Genuenſis *decis. 155. num. 8.*

26 Oblatio, ut ritè, & benè facta ſit, requiritur primò, quòd ipſa pecunia coram teſtibus numeretur, non enim ſufficit eam habere in loculis, & crumena: Ita Bar. *in l. cum ſervus, ff. de cond. & demonſt.* Bal. *in d. l. acceptam, in 1. notab. C. de uſuris,* Jaſ. *in d. conſ. 9. num. 15. lib. 1. & in conſ. 173. in ſecunda particula:* Rip. *in d. l. ſi inſulam, num. 68. ff. de verb. obligat.* Nevizan. *conſ. 10. num. 13.* Menoch. *ubi ſuprà, num. 20.* Barnabas Cornazanus *deciſ. 25.*

27 Secundò requiritur, quòd fiat oblatio, & conſignatio totius integræ ſummæ, & quantitatis, adeo quòd nec nummus quidem deficiat, *l. grege, §. penul. ff. de pignorib. l. tutor, §. Lucius, ff. de uſuris, l. qui Romæ, in principio, ff. de verb. obligat. l. obſignatione, C. de ſolut.* tradunt poſt alios Nevizan. *ubi ſup.* Rip. *in l. quod te, num. 22. ff. ſi certum petatur.* Tiraq. *de retract. convent. §. 4. gloſ. 6. num. 23. & 24.*

28 Tertiò requiritur etiam, quòd una cum ſumma principali oblata, & depoſita, offerantur omnes uſuræ, & omne intereſſe, *dict. l. Græcè, §. ult.* Gloſ. *in dict. l. obſignatione, l. 2. C. debit. vendit. pign. impedire non poſſe,* Gloſ. *l. item illa, §. ad diem, ff. de conſtituta pecun.* Alex. *conſ. 75. num. 8. lib. 7.* Jaſ. *in l. quidam exiſtimaverunt, ff. ſi certum petatur.* Riminal. Junior. *conſ. 524. num. 12. lib. 5.* Franc. Vivius *deciſ. 525. num. 7. lib. 4.* Gratianus *deciſ. 208. num. 8.*

29 Quartò requiritur, quòd offeratur id, quod verè debetur, non autem aliud diverſum; ut ſi eſt debita pecunia, offerri non poteſt tot de bonis mobilibus, ita Roman. *in conſ. 163. num. 1. 3. & 4.* quem ſequuti ſunt Jaſ. *in conſ. 9. num. 9. & num. 13. & in conſ. 44. in fin. lib. 1.* Decius *in l. 2. §. mutui datio, in ultim. lectura, n. 35. ff. ſi certum petat.* Lofredus *conſ. 54. num. 74.* & ratio eſt; quia oblatio, & depoſitio eſt loco ſolutionis, *l. obſignatione, C. de ſolut.* Decius *in conſ. 650. num. 10.* Rip. *in d. l. ſi inſulam, n. 71. ff. de verb. oblig.* quæ ſanè ſolutio fieri non poſſet, una re pro alia data creditori invito, *d. §. mutui datio, l. cum à quo, & l. manifeſti. C. de ſolutionibus.*

Quintò requiritur, quod offeratur, & deponatur 30
pecunia proba, alioquin reproba nihil valeret, Tiraq. *de retract. conſang. §. 1. gloſ. 20. num. 12.* & ea ratio eſt, quia pecunia reprobata non eſt pecunia. *l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pign. act.* ibi: *ſolutionem factam ex pecuniis improbis non liberare debitorem:* & pecuniam falſam, & reprobatam, non habere nomen pecuniæ, tradunt Gloſ. *in l. omnes, C. de hæredib. inſtit.* Alex. *in conſ. 104. lib. 1.* & Dec. *in l. quod te, n. 33. ff. ſi cert. petat.* Franc. Vivius *deciſ. 525. num. 6. lib. 4.* Pecunia reproba illa dicitur, quæ oblationis tempore non eſt in uſu, atque ita expendibilis non eſt ſecundùm Joan. Andr. *in cap. quanto, de jurejurand.* Soc. *in l. cum quid col. ult. ff. ſi cert. petat.* Dec. *conſ. 668.* & Nevizan. *conſ. 83. numero 14.* quinimo nec offerri deponivè poteſt pecunia, quæ adhuc non eſt reprobata, ſed de proximo reprobanda, ſciente ipſo debitore, ita Bal. *in d. l. acceptam, q. 17. C. de uſuris,* Calcan. *conſ. 14. num. 8.* Nevız. *conſ. 46. num. 16.* Ant. Gabr *libr. 3. concluſ. tit. de ſolut. concl. 2. num. 23. & 24.* qui quidem adducti ſunt argument. *in l. ſi vina, ff. de pericul. & commod. rei vend.* ubi vini venditor, qui certo ſcit vinum certo tempore corrumpi, tenetur de periculo, niſi vitium ipſi emptori detexerit: & ejuſdem reſponſi argumento tradunt Gloſ. & Bar. *in l. contra, in fin. ff. de legib.* Quod ſi venditor frumenti ſciebat æſtimationem ejus ſtatim poſt venditionem debere minui, tenetur ei, cui vitium latens detegere debebat, Bart. *in l. quaro, ff. de act. empt.* Bal. *in l. 2. num. 1. in fin. C. de peric. & commod. rei vend.* Romanus *ſingulari* 286. Nevizan. *d. conſ. 49. num. 17.* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. de caſu 232. à num. 24.* Gratian. *tom. 2. diſcept. 260. à num. 17.* Joan. Baptiſta Coſta, *de clauſulis, p. 2. clauſ. 3. num. 1. & num. 5.* Ubi dicit, quod ſolutio facta à debitore tempore murmurationis edicti circa mutationem, ſeu diminutionem valoris monetarum, vel circa reprobationem non eſt valida, nec depoſitum obtinet vicem ſolutionis, veluti minus integrè factam, & incongruo loco, & tempore, & creditor non eſt arctandus ad recipiendam ſolutionem, niſi murmuratio multum temporis abſorberet, & longo intervallo præceſſerit edictum: Vincent. Carroz *dec. 63. n. 2.* Hoſtienſ. *in cap. quanto, de jurejurand.* Bal. *in d. l. acceptam, q. 17.* Ant. Gab. *comm. tit. de legib. concl. 3. num. 3.* Urſillus ad Afflict. *deciſ. 90. in fin.* Menoch. 852. *n. 25.* Gaſpar Anton. Theſaur. *de augmēto moneta, part. 2. n. 70.*

Sextò requiritur, quod oblatio, & conſignatio, ſeu 31
depoſitio fiat præmiſſa interpellatione, & denunciatione debitoris facta ipſi creditori, ut veniat ad recipiendum, quod ſibi debetur. Ita probat *dict. l. acceptam,* & declarat Gloſ. *ibidem, & in l. ſi à te, in verbo,* (denunciationis,) *C. de pact. int. emp.* Jaſ. *conſ. 9. num. 15. lib. 1.*

Septimò requiritur, quod fiat opportuno loco, & 32
tempore, *l. qui Romæ, ff. de verb. oblig. l. ſi ſoluturus, ff. de ſolut.* Gloſ. *in l. obſignatione, C. eod.* Bal. *in d. l. acceptam, num. 2.* Calcan. *conſ. 13. in fin.* Tiraq. *de retract. conſang. §. 1. gloſ. 11. n. 12.* Vivius *deciſ. 525. n. 1. lib. 4.* Oſaſchus *deciſ. 115. num. 3.* tempus opportunum dixit *Bal.* relinquendum eſſe judicis arbitrio: Afflict. *in cap. 1. num. 21. ex quibus cauſis feud. amit. l. ſi reus paratus, ff. de procurat.* Judex ergo pro ſua prudentia eligere debet locum, ſeu depoſitarium, apud quem oblata pecunia deponatur, ut facilè creditori reſtituatur: ſecundùm *Bal. ſup.*

Octavò requiritur, quòd fiat authoritate judicis, ut 33
in ſpecie docuit Alberic. *in d. l. acceptam, num. 8.* Alex.

conſ.

conſ. 5. *num.* 7. *lib.*7. Calcan. *conſ.*14. *num.* 11. Tiraq. *de retract. convent.* §.4. *gloſ.*7. *num.*11. Quòd ſi judicis non habeat debitor copiam, offerre, & proteſtari debet coram honeſtis perſonis, & de his rogare notarium; ita Paul. de Caſtr. *in d. l. acceptam, num.* 7. *& in l.*2. *ff. de nautic. fœnore.* Gratian. *tom.* 2. *dict. diſcept. num.* 28. & coram Decurione ſufficit, *l.*23. *tit.*21. *lib.*4. *Recopil.* Facienda eſt etiam oblatio mandato illius Judicis, qui de
34 cauſa illa aliàs cognoſcere poteſt; Bal. notabiliter *in dict. l. acceptam, quæſt.*14. quem commendat Alexand. *conſ.* 103. *lib.*2. Capicius *deciſ.*18. Boërius *deciſ.*114. *num.*9. Cæſar Contard. *in l. diffamari, quæſt.* 1. *num.* 4. *in fin. C. de ingenuis manumiſſis,* Carrot. *de oblat. part.*2. *quæſt.* 70. & regulare eſt, quod actus ſemper fieri debet coram judice competenti; ſed ſi non poſſet haberi, valebit, ſi fiat coram incompetenti: & citatio facta ab incompetenti, ſi non poteſt fieri coram competenti, interrumpit præſcriptionem; argumento *l. ubi adſunt, ff. de tut. & curat. dat.* Angel. *in l. vacantia, C. de bon. vacant. lib.*10. Gratian. *tom.*1. *diſcept.*10. *num.*6.

35 Nonò, & ultimò requiritur, quòd oblatio, & depoſitio fiat purè, & ſimpliciter abſque aliqua conditione: Ita Roman. *conſ.*204. *colum.* 2. Alexand. *conſil.* 7. *num.*28. *lib.*2. *& conſ.*78. *colum. ultim. lib.*5. *& conſ.* 88. *lib.*6. Jaſ. *dict. conſ.*9. *num.*15. Neguſant. *de pign.* 5. *part. princ. memb.* 3. *in ſecunda part. n.*10. Craveтta *conſ.*502. *n.* 9. Caputaquenſis *deciſ.* 168. *part.* 2. Perſonalis *conſ.* 41. Carrotius *deciſ.*4. *num.*13. *& de oblationibus, part.* 1. *q.* 6. *n.* 10. Stephanus Gratian. *tom.* 1. *diſcept.*7. *n* 4.

36 Declaratur, quòd poteſt fieri oblatio cum conditione intrinſeca, non autem extrinſeca: Stephanus Gratianus *tomo* 2. *diſcept.*260. *num.*3. *&* 4.

QUÆSTIO XIX.

An quando conſanguineus retrahit ab emptore, venditor teneatur de evictione?

SUMMARIUM.

1 *Venditor non tenetur de evictione, quando res evincitur jure ſpeciali.*
2 *Jus retrahendi contra emptorem competit ex juris municipalis permiſſione.*
3 *Cum res evincitur ex natura negotii non debetur evictio, ſed ſibi debet imputari, qui contraxit.*
4 *Retractus primæ venditionis, non eſt reſolutio, ſed annullatio, nec novum conſtituit titulum, ſed eſt transfuſio in locum primi contractus.*
5 *Retrahens ſubintrat in jus emptoris.*
6 *Emptor, à quo retrahitur, indemnis ſervari debet.*
7 *Reſcindens contractum ex quavis cauſa ſive pacti, ſive læſionis, vel aliter, ſolvere debet emptori quidquid fiſco, vel domino ſolutum ſit.*
8 *Evictio nulla debetur, ſi vicinus retrahit venditionem ratione ſtatuti, neque eſt locus refectioni melioramentorum, nec damnorum, & intereſſe, aut expenſarum, nec pretii, data ſcientia ementis.*
9 *Jus retractus oritur poſt contractum.*
10 *Venditor promittens evictionem, non prohibetur recuperare rem venditam ratione juris ſupervenientis.*
11 *Renuncians juri, quod habet, vel habere ſperat, non intelligitur renunciare juri ſupervenienti ex nova cauſa.*
12 *Emens proſpicere potuit, quòd conſanguineus poterit cogere ad vendendum.*
13 *Emptor non debet meliorare, niſi priùs certus ſit, quòd domus per proximum non auferatur.*
14 *Fidejuſſor non tenetur de evictione, quando res vendita evincitur ex beneficio ſtatuti admittentis proximum ad retrahendum.*
15 *Conventio qualibet à ſtatuto civitatis reformatur.*
16 *Hæres venditoris, qui redimit, non dicitur improbare factum defuncti.*
17 *Filius, & hæres venditoris, an teneantur de evictione, & ad pretii reſtitutionem, ſi ipſimet retrahant, & an ex hoc impugnent factum defuncti.*
18 *Filius hæres patris poteſt retrahere bona patrimonii, vel avita, à teſtatore vendita.*
19 *Ampliatur etiam in minore infante, & in utero exiſtente.*
20 *Jus retractus etiam vivente patre datur filiis minoribus, & pupillis.*
21 *Nullus eſt proximior agnatus ſicut filius.*
22 *Jus retractus dicitur adventitium.*
23 *Pater an habeat uſumfructum in bonis alienatis, & retractus? & num.*24.
25 *Hæres non tenetur emptori de evictione, niſi vendens rem ſubiectam redemptioni promiſiſſet in ſpecie illam ſecuram adverſus retractum.*
26 *Jus retractus non datur filio, ſi evictio promiſſa ſit per venditorem obligando bona hæredum.*
27 *Teſtator poteſt obligare hæredes, & eorum bona.*
28 *Jus redimendi ratione conſanguinitatis non poteſt cedi, & eſt jus perſonaliſſimum, & non reale, neque tranſmiſſibile.*
29 *Quid ſi promiſſum ſit quomodocumque res evincatur, an venditor teneatur de evictione?*

VEnditor non tenetur de evictione nec defendere 1
emptorem, quando res evincitur jure ſpeciali; quia res non adeò evincitur, quòd non ſit venditoris, per notata *in l. minor. ff. de evict.* & ibi Salycet. Vincentius de Anna *allegatione* 48. *num.* 30. *&* 31. quia
hoc jus retrahendi contra emptorem, competit ex juris 2
permiſſione; & ex emptoris, utpotè extranei perſona, non venditoris; propterea non tenetur venditor de evictione: argument. *l. ſi per imprudentiam,* & *ibi* not. & *in l. hoc jure, cum lege ſeq. & l. ſi ſervum, l. ſi fundum, & l. mancipium, ff. de evictionibus,* Joannes de Amicis *conſ.* 145. *num.*18. Hieronymus Gratus *conſ.* 114. quin ſi ex
perſona utriuſque evincatur, non debetur evictio, ſed 3
ſibi imputari debet, qui contraxit, Gloſſ. *in l. ſi familia,* ubi ſcribentes, *C. famil. erciſc.* Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 2. *ff. de rer. diviſ. & in cap.* 1. §. *rurſus ſi fidelis, circa med.* & *ibi alii, quibus mod. feud. amittatur,* Alexand. *conſ.* 21. *colum.* 3. *lib.*5. Aretinus *conſ.* 3. Curtius Senior *conſ.* 49. *n.*71. Carolus Ruinus *conſil.*72. *n.*5. *lib.*5. Ripa *lib.*1. *reſponſorum, reſponſo* 1. *n.*62. *cum ſequentib.* Tiraq. *de retract. conſang.* §.1. *gloſ.*9. *n.*34. Afflict. *deciſ.* 153. Matienço *in l.*7. *gloſſa* 1. *n.*73. *tit.*11. *lib.* 5. *Recopilat.* Stephanus Gratianus *tom.*2. *diſceptatione forenſi* 105. à *n.* 4. *&* 22. *&* 23. quia ſimplex ſtipulatio de evictione debet intelligi ſecundum quod eſt de natura actus, ſuper quo interponitur, *l. ſi ſtipulatus, in princip. ff. de uſuris, l. ſi legati ſervi nomine, ff. de leg.* 1. debuit enim emptor ſibi proſpicere, *l. ſi quis domum,* §. *penult. ff. locati,*
explicat Salycetus *in dict. l. ſi familia, num.*6. Gratianus 4
ubi ſuprà, num. 24. Confirmatur; quia retractus primæ venditionis non eſt reſolutio, vel annullatio, nec novum conſtituit titulum, ſed eſt transfuſio, & ſubrogatio per legem facta in locum primi contractus, cujus virtus actio, & oblatio in conſanguineum retrahentem transfertur: Montalvus *in l.*3. *gloſ. magna, colum.* 3. *&* 4. *tit.*13. *lib.* 3. *fori,* Tiraq. *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gloſſa* 18. *num.*48. *&* §.29. *gloſſa* 2. *num.*5. Joannes Igneus *in l. dudum, num.*4. *C. de contrahend. empt,* Joan. Gutierr. *lib.*2. *pract. qq. quæſt.* 148. *num.*4. Anton. Gomez *in l.* 70. *Tau. num.*35. & *ibi* Cifuentes, *quæſtione* 20. Caſtel-
lus, verb. (*de remate:*) quoniam retrahens ſubintrat in 5
jus emptoris Mexia *de Taxa panis, concluſ.*5. *num.*119. Tiraq. *dict. gloſſ.*18. *n.*8. *&* 34. *&* 39. Petrus Surdus

conſ.

conſ. 424. num. 19. Joannes Baptiſta Coſta de Rata,
6 quæſt. 100. num. 14. Vveſembecius conſ. 73. n. 76. lib. 2.
Alban. conſ. 107. num. 2. Unde emptor à quo retrahitur,
indemnis ſervari debet, l. intra utile, §. venditoribus, l.
debet, ff. de ædilit. edict. Bal. in cap. cauſam, C. de te-
ſtib. Anton. Gom. dict. l. 70. Tau. num. 30. Parlad. lib. 1.
7 rer. quotid. cap. 3. num. 40. Mexia d. concl. 5. num. 118.
& 119. Tiraq. d. num. 8. Et generale namque eſt, ut qui-
cumque contractum reſciderit ex quavis cauſa, ſivè pa-
cti, vel læſionis, vel aliter, ſolvere debeat quidquid fiſ-
co, vel domino ſolutum ſit, l. cum autem, §. jubens. ff.
de ædilitio edicto, Tiraq. lib. 1. de retract. §. 28. gloſ. 4.
& lib. 2. §. 6. gloſ. 2. num. 2. Cagnol. in l. 2. num. 236. C.
de reſcind. vendit. Cald. in l. ſi curatorem, gloſ. [per
quod in priſtinum,] num. 13. de in integ. reſtitut. Gar-
cia de expenſ. cap. 18. num. 53. Pinel. in dict. l. 2. p. 2. cap.
3. à num. 35. C. de reſcind. vend. Parlad. lib. 1. rer. quotid.
cap. 3. §. 5. num. 3. Marius Giurba deciſ. Regni Siciliæ 55.
à num. & deciſ. 58. num. 25. Marcus Antonius Peregrin.
deciſ. Patavina 72. num. 2. Ponte deciſ. 11. num. 89.

8 Et in tantum hoc eſt verum quòd evictio nulla de-
betur, ſi proximus retrahat venditionem ratione legis,
vel ſtatuti, neque eſt locus refectioni melioramento-
rum, nec damnorum, & intereſſe, aut expenſarum litis,
vel fructuum; nec pretii, data ſcientia ementis; quia
tunc res non ideo evincitur; quia non ſit venditoris, ſed
jure ſpeciali, quo caſu non tenetur venditor emptorem
defendere; Gloſ. in l. minor. 39. in principio, verb. (reſti-
tuit.) ff. de evictionib. Stephanus Gratianus tom. 2. diſ-
cept. forenſi 205. num. 4. 11. & 38. & ibidem dixit,
9 quòd ſuccurritur emptori officio judicis, quoad pretii
reſtitutionem, ne venditor locupletetur cum jactura
aliena, ut declarat Salycet. in dict. l. minor, num. 2.

10 Neque obſtat, quòd & promiſſum extet, facere con-
ſentire omnem perſonam habentē intereſſe nunc, vel in fu-
turum; quia neque dicta clauſula intelligitur de con-
ſanguineo, vel vicino retrahere volente: iſta enim pro-
miſſio debet declarari de habentibus cauſam de præte-
rito, non autem de jure proveniente poſt contra-
ctum, l. 3. l. Lucius, ff. de evictionibus, l. 1. C. de per.
11 & comm. rei vend. cum jus conſanguinei oriatur poſt
contractum. Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. gloſ. 9. nu-
mero 36. & quod hujuſmodi clauſula non comprehen-
dat volentem retrahere, determinavit Rota Romana
coram Cardinali Millino in cauſa retractus 28. Aprilis
1600. Afflictis de jur. protomiſ. §. 2. in verbo, (us infra
triginta dies,) n. 37. Maſuerius de retract. §. item ſecun-
dum opinionem.

12 Et generale eſt, quod quando evictio ſequitur ex
cauſa ſupervenienti quæ non ſuberat tempore contra-
ctus, non præſtatur evictio, ut in venditore promit-
tente evictionem, qui non prohibetur recuperare rem
venditam ratione juris ſupervenientis poſt venditionem;
quia futurus caſus contingens poſt perfectam emptio-
nem non pertinet ad venditorem: Roman. conſ. 503. n.
13. & ibi Mandoſius, verb. (naviter,) Ripa in l. qui
Romæ, §. duo fratres, num. 77. ff. de verbor. obligat. & in
l. 1. colum. antepenul. C. de pactis Petrus Surdus conſ. 70.
in fin. num. 18. Gratian. dict. diſcept. 205. num. 8.

13 Et confirmatur exemplo ejus, qui renunciat omni ju-
ri, quod habet, vel habere ſperat; non enim intelli-
gitur renunciare juri, quod ex novo ſupervenit, Ale-
xand. conſ. 45. num. 4. lib. 1. Ancaran. quæſt. 17. num. 7.
par. 2. Rip. in dict. §. duo fratres, num. 11. Tiraq. de
retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 123. Rom. conſ. 22. &
ibi Mandoſius in verbo (renunciari,) ſed tantum re-
nunciat reſpectu cauſæ præſentis; non etiam futuræ,
Menoch. conſ. 848. n. 7. Andreas. Dalnerus in tract. de
renunt. cap. 1. num. 64.

14 Nec ſufficient generales clauſulæ, cum etiam hoc ex-
preſſum requiratur, quòd venditor promittat rem tutam,
& ſecuram ſe præſtiturū etiam adverſus retractum proxi-
morum, & vicinorum; tunc enim tenebitur & ipſemet
promittens, & ejus hæres; quia cum ſimus in re, quæ
ex natura rei evincitur, non ſufficit generalis ſtipula-
tio de evictione, ſed requiritur ſpecialis expreſſio;
Bart. in l. ſi familia 14. in fin. verſ. (vide iſtam,) C. fa-
mil. erciſcund. poſt Gloſ. ibi in verb. (pro parte.) ibidem
Caſtr. num. 4. Ang. in fin. Salycet. num. 7. cum aliis
Tiraq. dict. §. 1. gloſ. 9. num. 56. Alex. Salycet. Ruin.
Aymon, & alii, quos congerit Menoch. conſ. 418. à
num. 10. Carpan. ad conſtit. Mediolan. cap. 417. num.
759. cumque etiam generalis renunciatio non porriga- 15
tur ad jus poſtea quæſitum, l. Paulo, §. 1. ff. de legatis
1. Corbulus in d. §. duo fratres, num. 58. ibidem Jaſon,
num. 110. neque ad id, quod ex nova cauſa adjicitur,
argumento cap. cum inter, extra de renunciat. ſemper
enim renunciatio juris intelligenda eſt ex cauſa præſen-
ti, rebus ſic ſtantibus, Jaſ. in l. qui cum tutorib. ff. de
tranſactionibus, Hubertus Giphanius in tract. de renunt.
cap. ultim. in fine.

Amplius, neque dicta clauſula operabitur, ut ven- 16
ditor teneatur ad refectionem melioramentorum, quæ
emptor fecit antequam conſanguineus, vel vicinus
declaravit velle retrahere; cùm enim promiſſio non ex-
tendatur ad futura poſt contractum, ut dictum eſt, nu-
mero 8. maximè cùm emptor potuit proſpicere, quod
poſſit res retrahi, l. quod te, ff ſi certum petatur, em-
ptor excuſandus non eſt ſub prætextu, quòd venditor
teneatur denunciare proximo, vel vicino, ex ſtatuto,
vel lege: unde interim emptor, donec certus ſit quòd
domus ei non auferatur, non debet meliorare, Gratia-
nus dict. diſcept. 205. num. 12.

Adde, neque fidejuſſorem in inſtrumento venditio- 17
nis conſtitutum impediri, ut non poſſit uti beneficio
ſtatuti, ut tamquam vicinus poſſit recuperare rem ip-
ſam venditam per eum, pro quo ſe conſtituit fidejuſſo-
rem; fidejuſſor enim non tenetur de evictione, quando
res vendita evincitur ex ſtatuti beneficio admittentis vi-
cinum ad retrahendum: Decian. conſ. 68. num. 15. lib. 2.
& conſ. 105. lib. 5. Anton. Hering. de fidejuſ. cap. 27.
part. 5. num. 48.

Et facit, quia quilibet contractus, & conventio à 18
ſtatuto civitatis informatur. Alexand. conſ. 9. num. 2. in
fin. lib. 5. Riminal. Jun. conſ. 388. num. 5. Unde non
mirum, quòd agnatus poſſit redimere bona alienata
vigore ſtatuti ita diſponentis, cum intelligatur quia hac
lege vendidiſſe, ut liceat agnato redimere, quaſi diſpo-
ſitio ſtatuti videatur ineſſe contractui: ideo hæres ven-
ditoris qui redimit, non dicitur improbare factum de-
functi, quia contrahentes cenſentur conformare ani-
mum ſuum cum mente legis. Socin. Junior. conſ. 4. n. 10.
lib. 1. Tiraq. de retract. Lignag. d. §. 1. gloſ. 9. num. 50.
Cardinalis Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 8.
num. 14. talis enim ſuccedens non impugnat factum 19
venditoris, & ejus, cui ſucceſſit, cùm contractus valeat
licet retrahat; hoc enim facit non tamquam hæres, ſed
ut alius, videlicèt tamquam proximior, ſeu vicinus,
argument. l. fin. ff. de evictionib. l. rem alienam, §. 1.
de pignorat. action. gloſ. fin. in l. à Titio, ff. de pign. l. ſi
quis alienum, ff. de action. emp. filius enim poteſt pete-
re tamquam filius, & tamquam agnatus, l. 1. §. ſed
videndum, ff. de ſucceſſor. edicto, l. 2. ff. unde legitimi,
Everardus in topic in loco argumem. à correſpectiv. ſeu de
tamquam, num. 29. Gabriel. concluſ. 11. num. 29. limit.
52. de reg. jur. Matienzo dict. gloſ. 1. num. 68.

Et in filio, & hærede venditoris, qui non tenetur 20
de evictione ad intereſſe emptoris, quando res eſt
evicta non propter defectum dominii, ſeu juris ipſius
vendentis, ſed alias de cauſa ut proximitatis, & retractus,
& solùm tenetur ad pretii reſtitutionem, quod quidem
pretium jam habet propter ipſum retractum, Gratian.
d. diſcept. 205. num. 29.

Amplia, quòd filius, & hæres patris poteſt retrahere 21
bona

Digitized by Google

bona patrimonii, vel avita, à teſtatore vendita; prout
etiam ſi in vita alienantis illa petiiſſet jure retractus, po-
terit iſte litem proſequi ſuper eodem retractu: Gratia-
nus *tom. 3. diſcept. forenſi 453. num. 1.*
22 Quod procedit ſive in majore, ſive minore, etiam
infante, & in utero exiſtente, ut latè concludit Boërius
*deciſ. 12. num. 2. & deciſ. 139. Chaſſanæus conſ. 23. per
totum*, cùm etiam vivente patre detur filiis hujuſmodi
beneficium retractus, etiam minoribus, & pupillis, ex
Gratiano *ubi ſuprà, n. 9.* Neque obſtat, quòd quidquid
acquirit filius acquirat patri, *l. placet. ff. de acquirend. hæ-
red. l. ſi venditor, §. ſi pupillus, ff. de in diem adiectione*,
cum ſimilibus: & hodie in adventitiis proprietas eſt filii,
uſus fructus autem patris, *l. cum oportet, C. de bonis quæ
liberis*, ſicut eſt ejus retractus, quod dicitur adventitium,
Chaſſanæus *conſ. 23. num. 11.* Tiraq. *de retract. lignag.
§. 1. gloſ. 9. num. 59. & 70.* & in hoc caſu pater habet
23 uſumfructum in dictis bonis retractus, Gratian. *ubi ſu-
prà, num. 13.* prout neque obſtabis quòd filius nihil ha-
beat, ut latè reſpondet Tiraq. *dict. §. 1. gloſ. 9. n. 59.
uſque ad 76.* & paſſim datur filiis jus redimendi alienata
24 per patrem ipſo vivente, cum poteſtas patris intelliga-
tur quoad commoda filiorum, Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 74.
in fin. C. de bonis matern.*
25 Neque hæres venditoris tenebitur emptori de evi-
ctione, niſi vendens rem ſubjectam redemptioni pro-
miſiſſet illam eſſe tutam, ac ſecuram etiam adverſus
retractum conſanguineorum: tunc ſtante iſta ſpeciali
promiſſione non admittetur hæres patris vendentis ad
retrahendum; quidquid aliud ſit, quando promiſſio evi-
ctionis eſſet generalis, nam illa non impediret, quod fi-
lius non poſſet retrahere, *l. Seia, ff. de evictionibus*, ut
diximus & tenent Matienço, *dict. gloſ. 1. n. 57.* Gutierr.
lib. 2. pp. qq. cap. 149. in fin. Tiraq. *dict. §. 1. gloſ. 9 n.
36.* Fanut. *de Inventar. part. 7. num. 219 tom. 8. part. 2.*
Bart. & Gloſ. & alii in *l. ſi familia, C. famil. erciſ.* Alex.
conſ. 21. num. 6. lib. 5. Aretin. *conſ. 3. num. 1.* Ruin. *conſ.
72. num. 5. lib. 5.*
26 Quod etiam procederet, ſi evictio eſſet promiſſa per
venditorem obligando bona quoque hæredum; tunc
enim non daretur filio jus retractus: Hondedeus *conſ. 3.
num. 73. lib. 1.* Augetur effectus obligationis, quando
obligantur bona hæredum. Bal. *in l. qui ſe patris, num.
32. C. unde liberi*, Roland. *conſ. 97. num. 47. lib. 1.*
27 Pariſius *conſ. 16. num. 42. lib. 1.* Poteſt enim teſtator
obligare hæredes, & eorum bona, Bald. *in l. aſſiduis,
C. qui potiores in pign. hab.* Cephalus *conſ. 392. num. 25.
lib. 3.* Stephanus Gratianus *d. diſcept. 433. num. 22.*
28 Unum eſt notandum, quòd tale jus competens ratio-
ne ſanguinis eſt perſonale, cedique non poteſt, ita ut
ſi venditor hæres cedat jus retrahendi, non poterit eo
uti; quia iſtud jus perſonaliſſimum eſt & nequaquam
ceſſibile, quia repugnant rationes propter quas eſt lo-
cus retractui prætextu conſanguinitatis, Cynus, Petr.
Bald. Salyces. Paul. de Caſtro *in l. ad officium ff. commun.
divid.* Faber *in §. 1. de acquiſitis per adrogat.* Montaluus
in l. 13. gloſ. Magna, tit. 10. lib. 3. fori: Anton. Gomez
in l. 70. Taur. num. 8. in fin. & *ibi Ciſuentes quæſt. 14.*
Matienço *in l. 7. gloſ. 2. n. 24. tit. 11. lib. 5. Recopil.* Plu-
res referens Vincentius Hondedeus *conſ. 10. num. 12.
lib. 2.* Stephan. Gratian. *diſcept. 205. num. 35.* Franc. de
Claperiis *deciſ. 100. q. 1.* ubi latè diſputat pro utraque
parte, & ſatisfacit multis contrariis oppoſitis in favo-
rem contrariæ ſententiæ.
29 Quid autem ſi promiſſum ſit quomodocumque res
evincatur, an ipſe venditor teneatur de evictione, etſi
nota fuerit litis nunciatio? Et quidem venditor tenetur
de evictione, quod probatur authoritate Gloſſæ *in l.
cum pœna, ff. de arbit.* quo loco ſcribit *Accurſius* pro-
miſſione de evictione facta in hunc modum, quòd ven-
ditor teneatur de evictione, quomodocumque res fue-
rit evicta, venditorem teneri re evicta per arbitri
ſententiam, in quem ſponte cauſam emptor compromi-
ſit, tametſi alioqui re evicta, per ſententiam arbitri,
etiam denunciatione facta legitimè ipſi venditori locus
non ſit evictioni, *l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de
evict.* ubi Bald. & *in dict. l. cum pœna*, Alex. *in l. filius à
patre, §. ult. ff. de lib. & poſthum.* Dec. *in rub. de probat.
num. 12.* Alex. *conſ. 4. lib. 3.* Anton. de Burgos *in cap.
fin. num. 11. de empt. & vendit.* Bald. Alex. & alii *in l. ſi
domus, §. de evictione, ff. de leg. 1.* Gozadin. *conſ. 1.
n. 19. & conſ. 14. num. 22. & conſ. 63. num. 9.* Tiraq. *de
retract. praxim. in §. ult. in fin. num. 97.* Curtius Jun.
conſ. 1. n. 2. Covarr. *lib. 3. var. cap. 17. illat. 7.* ubi tan-
dem concludit, quod dictum eſt obtinere ſolum quoad
pretium rei venditæ, non quoad duplum, neque quoad
intereſſe, quod in ſe æquitatem habere videtur: Fran-
ciſcus Beccius *conſ. 106. num. 22. lib. 1.* Caldas Pereyra,
cap. 31. num. 72. de empt. & vendit. Et ſingulariter notan-
dum eſt, quòd pactum, ne quis teneatur de evictione,
non ei prodeſt, qui ſcit cauſam, ea qua poſtea res evin-
catur, & eam tacet, *l. tenetur, §. ult. ff. de act. empt.*
ubi Bart. quia is dolo non caret; Alex. *conſ. 4. num. 2.
lib. 3.* Tiraq. *de retract. §. 12. gloſ. 1.* Bart. *in l. quæro,
ff. de act. empt.* Covarr. *in reg. peccatum, 2. par. §. 4.* Bal.
conſ. 460. num. 4. lib. 4. Pinel. *in l. 2. par. 3. cap. 2.
num. 22. C. de reſcind. vendit.* Gratianus *diſcept. 520.
num. 4. num. 3.*

QUÆSTIO XX.

Si emptor fecerit aliqua melioramenta in re evicta, an illa recuperare poſſit?

SUMMARIUM.

1 *Qua dicantur melioramenta.*
2 *An emptor recuperet melioramenta facta in re evicta, diſtinguendum eſt.*
3 *Emptor non poſſidens, & ſine culpa ſua deſiit poſſidere, melioramentorum perſequutionem habet.*
4 *Emptor malæ fidei non recuperat melioramenta, & num. 5.*
6 *Fallit ſi melioramenta fuerint neceſſaria, quibus non factis res erat peritura.*
7 *Emptor dives non recuperat melioramenta, & expenſas voluntarias.*
8 *Emptor ſi rem melioravit, liberatur præſtando primam æſtimationem rei antequam ſit meliorata.*
9 *Valor præſentis temporis deducto pretio melioramentorum factorum per poſſeſſorem attenditur.*
10 *Faciens meliorationes præfertur cuicumque creditori hypothecario quantumvis privilegiato.*
11 *Declaratur hoc procedere in bonis melioratis, non in aliis.*
12 *Valor melioramentorum quomodò æſtimetur.*
13 *Ut melioramenta debeantur, duo neceſſaria ſunt, quòd expenſum ſit, & quòd res ſit meliorata.*
14 *Valor melioramentorum, an ſecundum tempus præſens, vel præteritum æſtimetur?*
15 *Melioramenta ſunt ſolvenda juxta æſtimationem reſtitutionis tempore, non autem ſecundum tempus impenſæ factæ.*
16 *Melioramenta conſiſtentia in plantationibus, & ſtercorationibus, & ſimilibus, non ſunt reficienda à venditore, & numero 17. & numero 18.*
19 *Melioramenta, aut ſunt naturalia, aut induſtrialia, aut civilia, ſicut & fructus, & n. 20. & 21. 22. 23. 24. 25.*
26 *Emptor faciens melioramenta in re evicta, & illam poſſidens poteſt illam retinere.*
27 *Retentio datur in bonis patrimonialibus Eccleſiæ, & contra Tertium, num. 28.*

29. *Hoc*

29 *Hoc jus retinendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
30 *Exceptio melioramentorum opponi poteſt in executione ſententia.*
31 *Exceptio modificans ſententiam in executione eſt admittenda.*
32 *Declaratur non procedere, quando hujuſmodi exceptio fuiſſet oppoſita ante ſententiam.*
33 *Exceptio, quæ fuit diſcuſſa, & vulnerata, opponi non poteſt.*
34 *Hujuſmodi exceptio poteſt admitti, ſi ad alium finem producatur.*
35 *Extenditur concluſio, quòd etſi valor melioramentorum non ſit plenè juſtificatus, habet emptor eorum retentionem.*
36 *Quod locum habet etiamſi ab evincente offeratur cautio de ſolvendis meliorationibus, niſi in differendo ſubſit aliquod periculum.*
37 *In Regno Neapolis indiſtinctè fit executio cum fidejuſſione.*
38 *Quando melioramenta non ſunt liquida ſufficit cautio.*
39 *In judicio executivo non admittitur exceptio, quæ requirit altiorem indaginem.*
40 *Exceptiones, quæ altiorem indaginem requirunt, reſervantur ad merita cauſa.*
41 *Si melioramenta non ſunt liquida, & is cui res reſtituenda eſt, non denegat illa ſolvere, res eſt reſtituenda cum cautione.*
42 *Re evicta, per emptorem reſtituta, non facta mentione melioramentorum, deſtituitur remedio ea petendi.*
43 *Emptori ſuccurritur officio judicis ex bono & æquo, & ex æquitate, ut recuperet melioramenta ab evincente.*
44 *Poſt reſtitutionem melioramentorum ceſſat eorum repetitio, quomodò hoc procedat explicatur.*
45 *Hypothecaria actio competit emptori pro recuperatione melioramentorum in tribus caſibus.*
46 *Et quando ceſſet data pecunia nominatim ut erogaretur in eam cauſam.*
47 *Hypotheca tacita non datur, niſi in caſibus à jure expreſſis.*
48 *Tacita hypotheca contrahitur ob expenſas in reficiendo, vel conſervando.*
Prætendens melioramenta, ſi fecit neceſſariam excuſſionem, & bona; meliorata ſunt apud Tertium, & primus dominus eſt ſolvendo, in ſubſidium in tertium detur actio, ibidem.
49 *Vendens rem, habita fide de pretio, ſi forma rei in aliam mutetur, in ſubſidium eandem rem vendicare poteſt penes quemcumque reperiatur.*
50 *Emptor an teneatur fructus perceptos ex melioramentis ab ipſo factis compenſare cum ſumptibus, vel potiùs retentio rei concedatur? & num.* 51.
52 *Refutatur Marcus Antonius Peregrinus.*
53 *Quando concurrunt melioramenta & deterioramenta, confunduntur, & illud quod ſuperabundat, prævalet.*

QUid ſi emptor in re evicta fecit aliqua melioramenta, putà domum, vel aliud ſimile, quomodo illi ſuccurrendum ſit, ſi res ab eo evincatur? Et quamvis melioramentorum materia à pluribus ſit diſputata, atque tractata, ut eſt videre per Joannem Garciam *in tractatu de expenſis*, Ariſminum Tepatum *tom.* 1. *var. tit.* 272. *Cardinal. Tuſchum tom.* 5. *practic. concluſ. à concluſ.* 174. *lit. M.* Gaſpar. Anton. Theſaur. *lib.* 2. *forenſ. qq. quæſt.* 79. *à num.* 1. Maſcardum *de probationibus, tomo* 2. *conſ.* 1040. Herculem Mareſcotum *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 10. *& ſeqq.* Doctores omnes *in tit. ff. de impenſis in reb. dotalib. factis*: tamen ad noſtram materiam evictionis parum, aut nihil ſcripſerunt; referam igitur in hac quæſtione, quod ad praxim accommodatum fuerit.

Melioramenta, ſeu meliorationes dicuntur, quæ me- 1
liorem rem reddunt, & efficiunt; ita rei affixa, ut ſeparari
non poſſint, ex textu *in l. quod dicitur, ff. de impenſ. in
reb. dotalib. fact.* Paul. de Caſtro *conſ.* 377. *lib.* 1. Nicolaus
Boërius *deciſ.* 44. Maſcardus *dict. concluſ.* 1040. *num.* 1.
Hercules Mareſcot. *tom.* 2. *var. reſolut. cap.* 110. *n.* 1. Et an
emptor recuperet dicta melioramenta facta in re evi-
cta, diſtinguendum eſt: Aut emptor erat bonæ fidei 2
poſſeſſor, & tunc ſi rem emptam poſſidebat, jure ex-
ceptionis à venditore illa conſequi debet, *l. intra
utile, §. venditoribus, ff. de minoribus, l. ſi controver-
ſia, C. de evict.* Roman. *conſ.* 160. Socin. Jun. *conſ.* 62.
lib. 1. Curt. Jun. *conſ.* 144. *&* 165. Alciatus *conſilio* 328.
Caſtellus *in l.* 70. *Tauri, verbo*, (las coſas,) *num.* 40. ubi
allegat *l. ſi in herede, §.* 1. *ff. de adminiſtrat. tut. & l. pe-
nul. ff. locat. & l. ſi ſervos, ff. de pignorat. actione*, Arias
Pinellus *in l.* 2. *part.* 2. *à n.* 2. *cap.* 3. *C. de reſcind. vendit.*
Caballin. *de evictionibus*, §. 3. *n.* 270. Si verò emptor
non poſſidebat, ſed forſan abſque culpa ſua deſiit poſſi- 3
dere, melioramentorum proſecutionem habet, *dict. l.
ſi controverſia*, & ibi Gloſ. *C. de evictionibus*, computa-
buntur talia melioramenta cum fructibus, *l. ſuper*, ubi
Bald. *C. de evictionibus, l. ſumptus, ff. de rei vendicat.* Ca-
ballinus *dict. loco*. Aut erat malæ fidei poſſeſſor, & tunc 4
meliorationes non recuperat, quas fecerit in re empta;
l. fin. §. fin. C. communia de legatis, talis enim nullam ha-
bet repetitionem expenſarum: niſi fuerint neceſſariæ,
ut latè diſputat Joannes Garcia *de expenſis, cap.* 2. *à
num.* 1. Caballin. *dict. loco*, Joannes de Amicis *conſ.* 54.
num. 10. Paol. de Caſtro *in dict. §. fin. & ibidem*, Jaſ. quo
caſu datur retentio à malæ fidei poſſeſſore, Bart. *in l. in
fundo, n.* 11. *ff. de rei vendicat.* Aretin. *in §. certe, Inſtit.
de rer. diviſ. ſub num.* 2. Neguſant. *de pign. in* 4. *memb.
part. princip. ſub num.* 30. Hercules Mareſcot. *lib.* 2. *var.
reſolut. cap.* 112. *n.* 12. refert ita judicatum *in Rota Ro-
mana* coram *Cardinali Pamphilio*. Joſephus Ludovicus *de-* 5
ciſ. Peruſina 24. *num.* 13. Limitatur, niſi conſtaret no-
toriè de mala fide impendentis, Menoch. *de interdictis,
de recup. poſſ. rem.* 11. *n.* 21. Gloſ. *in d. l. in fundo*. Philip.
Corneus *conſ.* 222. *num.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 86. *lib.* 4. & ideo
malæ fidei emptor dictas meliorationes amittit, Gabriel.
conſ. 157. *lib.* 1. & Jaſ. *in d. §. fin. n.* 3. *C. communia de le-
gatis*. Mareſcot. *ubi ſup. num.* 10.

Paul. de Caſtro *in d. § fin.* & Jaſ. & Caballin. *ubi ſup.* 6
num. 170. limitant, quando expenſæ ſunt neceſſariæ,
quibus non factis fuiſſet res peritura; vel deterior effe-
cta, ut *in l. impenſæ. ff. de verb. ſignificat.* ut puta, ſi ve-
tera ædificia inſtaurentur, aggeres fiant, flumen aver-
tatur, in demortuarum locum aliæ arbores ſubrogen-
tur, & ſimilia quæ enumerantur *in l.* 1. *&* 2. *& in l. im-
penſæ, ff. de impenſ. in reb. dotalib. fact.* ubi Bart. & alii; &
latè tradit Peregrinus *de fideicommiſſis, art.* 50. *n.* 6. *&* 7.

Unum tamen nota, quòd dives emptor non recupe- 7
rat melioramenta, & expenſas voluntarias, Barboſa *in l.
divortio* 8. §. *fin. num.* 104. *ff. ſolut. matr.* Stephan. Gratia-
nus *tom.* 3. *diſcep. forenſ.* 437. *num.* 13.

Nota caſum ſingularem, quòd ſi rem evictam me- 8
lioravit emptor, & erat obligata antequam ad eum per-
veniret, quod liberatur præſtando primam æſtimatio-
nem antequam eſſet meliorata, deductis melioramentis,
Bar. & Bal. *in l.* 2. *C. de prædiis, & om. rer. navic. lib.* 11.
Paul. de Caſtro *in l. ſi convenerit, la* 2. *§. ſi fundus, ff. de
pign. act.* Alex. & Bar. *in l. ſi fundus, §. in vendicatione,
ff. de pign.* Albertus Brunus *de augmen. concluſ.* 5. *in
princip. verſ.* 5. Caballin. *in dict.* §. 3. *num.* 154. Antonius
Corſetus, *in ſingul.* verb. [*melioratio*,] Neguſant. *de
pignor. in* 5. *par.* 4. *memb. n.* 21 ubi profert magnum ver-
bum, ſcilicèt opinionem iſtorum eſſe indubitabilem, &
claram; & in effectu communis eſt, & cum ea concurrit
Socin. *conſ.* 224. *in fine lib.* 2. Franciſcus Vivius *in comm.
concl.* 496. Morot. *de jur. offerendi, n.* 7. *&* 8. Magonius
deciſ. Florent. 51. Franchis *deciſ. Neapolitana* 38. Cæſar

Urſill. ad Affliſt. *deciſ.* 88. *num.* 6. Riccius *deciſ. 263. in curia Arebiepiſcopali Neapolitana, num.* 1. & 2. ubi teſtatur in occurrenti caſo fuiſſe judicatum: & ibi fuit dictum aliter eſſe agendum, ſi conventus actione hypothecaria non fecerit meliorationes in re poſſeſſa per eum; nam ut poſſit ſe toeri adverſus creditorem, & retinere rem, tenetur offerre totum creditum, etiam quòd res obligata ſit minoris valoris, *l. tutor,* §. *Lucius, ff. de uſuris.* Neguſant. *de pign. 2. memb. 3. memb. 5. part. principalis, n.* 17. verſ. (*Sextò quæritur:*) non enim liberatur poſſeſſor offerendo æſtimationem, ſeu valorem rei, ſed totum creditum offerre tenetur, Neguſ. *in 4. memb. dict. 5. par. n.* 28. Morotius *dict. num. 7. de jure offerendi.* Franchis *d. deciſ.*
9 38. *n.* 1. & *n.* 5. dicit, Conſilium judicaſſe debere attendi valorem præſentis temporis, deducto pretio meliorationum per poſſeſſorem factarum, ut etiam referunt Magonius *dict. deciſ.* 51. Neguſant. *dict. 4. memb. num.* 21. Covar. *lib. 1. var. reſolut. cap.* 8. *num.* 3. Ricci. *dict. deciſ.* 263. *n.* 3. Vbi dicit, quod creditum augmenti cauſati ex tempore cedit in beneficium creditoris, cui de pretio prædicto eſt ſatisfaciendum pro ejus credito; & poſſeſſori ſufficit, quòd poſtqoam ipſe facit meliorationes, relevetur, & quòd non teneatur offerre totum creditum.

10 Notandum tamen obiter, quòd emptor, qui fecit meliorationes præfertur cuicumque creditori hypothecario, quamvis privilegiato, Gloſ. Pariſ. *in* §. 1. *gloſ.* 5. *num.* 94. & *gloſ.* 8. *num.* 3. Riccius *dict. deciſ.* 263. *num.* 4. Franch. *deciſ.* 456. *num.* 3. Quod intelligendum putavit in bonis melioratis, & non in aliis, Gloſ. *in l. plane, in verb.* (deducat.) ubi Alberic. Angel. notant *ff. de pet. hæreditatis,* & idem Alberic. *in l. ſi in area, in fin. ff. de condict. indebiti.* Petrus Surdus *deciſ.* 311. *num.* 7. Mareſcot. *lib. 1. var. reſolut. cap.* 112. *n.* 25. Borgninus Cavalcan. *deciſ. 28. in addit. num. 5. in fin. part.* 1.

11 Melioramenta ſunt reficienda emptori in eo, quod minus eſt, ideo ſi impendit centum & quinquaginta, reficiuntur centum impenſa: ſi verò impenſa ſunt centum, & quinquaginta, & valent centum, reficitur valor, *l. in fundo, ff. de rei vendicat.* obi Gloſ. *verb.* (plus qoam:] tenent *ibi* Godofredus, & Bart. *n.* 1. Ubi reddit rationem, quòd duo requiruntur, quòd tantum expenſum, quantum melioratum ſit, Alber. *num.* 5. Fulgos. *num.* 3. Cardin. Alban. ad Bar. *num.* ... Jacobus de Arena *in l. domus, ff. de leg.* 1. obi Bald. & Jaſ. *num.* 4. Paul. de Caſtro *conſ.* 270. *lib.* 2. Joſephus Lodovicus *deciſ. Peruſina* 24. *num.* 7. Marius Muta *deciſ. Regni Siciliæ* 15. *num.* 10. & 16. Burſat. *conſ.* 71. *num.* 2. & 23. *lib.* 1. ubi de communi, & *conſ.* 141. *num.* 140. Curt. Junior *conſ.* 144. *in fin.* Bertrand. *conſ.* 21. *num.* 15. Ægidius Boſſius *in praxi, tit. de Principe, num.* 31. Alciatus *conſ.* 156. Sylvan. *conſ.* 49. *num.* 75. Capicius *deciſ.* 93. *num.* 9. Natta *conſ.* 256. Boërius *deciſ.* 44. *n.* 12. Marzar. *in Epitome de fideicomm. q.* 65. & *in conſ.* 11. *num.* 9. Ant. Petra *de fideicomm. q.* 15. à *num.* 261.

12 Extende, quòd habeat locum, ſive ſit ſimplex colonus, vel bonæ fidei poſſeſſor, ſive dominus ad tempus, vel colonos ad longum tempus: Paul. de Caſtro *in d. conſ.* 270. *in fin. lib.* 2. ſeqoiuur Marzar. *dict. conſ.* 11. *num.* 9. Cardinalis Tuſchus *tom. 5. practic. concluſ.* 176. *verb.* (melioramenta.)]

13 Et quòd iſta duo requirantur copulativè, & probari debeant, quòd tantum ſit expenſum, & tantum melioratum, dicit Abb. *in cap. 1. de reſtit. in integrum, num.* 4. & *in c. quod quibuſdam, de fidejuſſoribus, num.* 6. *in c. ad noſtram, de reb. Eccl. non alien.* Felin. *in c. cum cauſam, verbo,* (ſumptus,) *de re judicata.* Neguſant. *de pign. 4. memb. 5. p. prin. concl.* 4. Afflictis *diciſ.* 93. Bar. *in l. in fundo, num.* 1. & 2. *ff. de rei vendicat.* Gratian. *tom. 1. diſcept.* 193. *num.* 1.

14 Æſtimatio melioramentorum an fieri debeat tempore præſenti, aut præterito quo meliorationes factæ fuerunt? Bart. Paul. Alexand. & Jaſ. *in l. domus. ff. de leg.* 1. dicunt, tempus præſens inſpiciendum fore; quod reaſſumit Neguſant. *de pig. in 4. memb. 5. p. num.* 16. Abbas tamen *in cap. 1. de reſtitut. in integ. 2. colum. & in cap. quod quibuſdam, num.* 9. tenet, inſpiciendum eſſe præteritum, ut ſolvatur quantum quis emptor expendit in meliorando, non quantum tunc melioratio valet: dixit etiam, quòd ſi expenſa ſunt centum, & res non eſt melior facta, niſi in quinquaginta, ſolvenda ſunt quinquaginta. Sequitur Felin. *in cap. cum cauſam, num.* 28. *de re judicata:* quod quidem contrarium videtur ei quod dixi ſuprà *Abbatem, & Felinum* tenuiſſe: & videtur, tex. *in l. 1. §. portio. ff. ad l. Rhodiam de jactu,* ſecundùm Jaſonem *in l. 1. §. ſi hæres, num.* 12. *ff. ad Trebellianum:* Felinus *conſ.* 28. *num.* 9. ubi tenuit, quòd ſi plantatur vinea, quæ nunc eſt fertiliſſima, non eſt plantanti ſolvendum id, quod nunc valet, ſed quod in plantatione expenſum eſt: Gamma *deciſ.* 137. ſequitur dicens judicatum in Senato Ulyſſiponenſi, & Franchis *deciſ. Neapol. 109. n. 5. in fin.*

Contrariam tamen ſententiam, quòd melioramenta 15
ſunt ſolvenda juxta æſtimationem reſtitutionis tempore faciendam, non autem ſecundum tempus impenſæ factæ, Doctores *in d. l. domus, ff. de leg.* 1. Joſephus Ludovicus *deciſ. Peruſina* 24. *num.* 25. ubi dicit communem; Ruin. *conſ.* 133. *num.* 13. *lib.* 3. & *conſ.* 14. *num.* 3. *lib.* 1. & *conſ.* 117. *lib.* 2. qui dicit, refici quantum melioratum: Anguiſ. *conſ.* 13. *num.* 5. *lib.* 2. Roland. à Valle *conſ.* 27. *num.* 14. & *conſ.* 30. *num.* 6. *lib.* 1. Natta *conſ.* 256. *num.* 4. Affliſt. *deciſ.* 270. *num.* 4. ubi Cæſar Urſillus, Boër. *deciſ.* 44. *num.* 12. Philippus Corneus *conſ.* 158. *lib.* 3. Pariſius *conſ.* 55. *num.* 22. *lib.* 3. Caſtrenſ. *conſ.* 270. *lib.* 2. Menoch. *de recup. remed.* 15. *n.* 557. ubi conſtituit pro regula, & dicit communem; Cephalus *conſ.* 311. *n.* 93. Surdus *conſ.* 324. *n.* 17. Rota *diverſor. Sacri Palatii, part. 2. deciſ.* 186. Additio *ad deciſ. Magonii Lucenſem* 33. Borgninus *deciſ.* 44. *n.* 63. Comazanus *deciſ. Lucenſi* 101. Gail. *lib. 2. obſervat.* 121. *num.* 12. ubi teſtantur de communi; Molina *lib. 1. de primogeniis, cap.* 26. *num.* 13. Mieres *de majoratib. tom. 2. p. 4. q. 22. num. 20. in novis.* Alvar. Valaſ. *conſult.* 16. *num.* 17. & *conſult.* 161. *num.* 10. Ant. Theſaur. *deciſ.* 251.

Melioramenta conſiſtentia in plantationibus, & ſter- 16
corationibus, & in arando fodiendoque terram, non ſunt reficienda à venditore, cum hujuſmodi melioramenta non ſint perpetua: *l. divortio, §. impendia, ff. ſolut. matrim.* Menoch. *de recup. remed.* 15. *num.* 613. Rota *diverſ. 1. p. deciſ.* 398. *num.* 6. & *repetitur in deciſ.* 312. *p.* 2. Ant. Monach. *decis. Bononienſi* 24. *n.* 29. Ubi reſol-
vunt, dicta melioramenta non eſſe perpetua, & conti 17
nuò in re duratura, ſed magis ſervire pro uberiori, & commodiori fructuum perceptione, & ſicut boni patres familias facere conſueverunt, quia hujoſmodi melioramenta facta cenſentur gratia colligendorum fructuum, & in commodum impendentis, & ſic iſta melioramenta non deducuntur, ſed cum fructibus compenſantur, *l. 3. in fine, ff. de impens. in reb. dot. fact. & in d. l. divortio, §. impendia, ff. ſolut. matrimonio,* Gloſ. *in verbo* (impenſarum) *in l. fructus, ff. eodem tit.* Gloſ. *in §. certè illud. Inſtit. de rer. divis.* in verb. (*ædificaverit.*) Menoch. *ubi sup. num.* 513. Roland. *dict. cons.* 28. *n.* 20. *lib* 1. Joſephus Ludovicus *decis. Lucenſi* 24. *num.* 12. Mareſcotus *lib. 2. var. reſol. cap.* 112. *n.* 36.

Cum factorum diverſæ ſunt ſpecies, efficiunt quoque, 18
ut non præcisè, ſed cum diſtinctione reſpondere debeamus, juxt. notat. *in l. cum precibus, C. de impub. & aliis ſubſtitut. & in l. ut reſponſum, C. de tranſact. & in l. in fundo, ff. de rei vendicat.* ibi [*Bonus judex variè ex perſonis, &c.*) Melioramenta, quæ in quibuſcumque rebus
conſiderari poſſunt, & inſunt, aut ſunt naturalia, aut 19
induſtrialis, aut civilia, quemadmodum in ſimili dicitur de fructibus, & nos dicemus in quæſtione ſeq.

l. fructus,

Digitized by Google

l. fructus, *ff. de uſuris*, Gloſ. & Bart. *in l. ex diverſo*,
ff. de rei vendicat. Gloſ. & Abbas *in cap. gravis, de reſtit.*
ſpoliat. & *ibi* latè Auguſtinus Beroius, ita diſtinguens,
q. 96. circa princip. Maſcardus *tomo 2. concluſ.* 1040. *n. 2.*
de probat. Joſephus Ludovicus *deciſ. Peruſina 24. num. 2.*
20 Coſta *rem. ſubſidiario 99. n. 1.* Naturalia melioramen-
ta ſunt in quibus ſolum natura operatur, abſque opere
facti, ſeu induſtriæ hominis concurſu, contingunt enim
ſæpe meliorationes non induſtria noſtra, neque ſum-
ptu, aut expenſa, ſed temporis, cœli, ſoliſque, & la-
tentium cauſarum beneficio, ipſaque perpetua rerum
viciſſitudine, qua terrarum temperamenta, fluminum
lapſus, ipſeque naturæ inveteratus uſus, & antiqua ra-
tio, puncto temporis commutatur, ut latè tractat Joan-
nes Garcia *cap. 22. in princip. de Expenſis.* Peregrinus *de*
fideicommiſſis articulo 10. Joſephus Ludovicus *dict. deciſ.*
21 *Peruſina 24. num. 3.* Molina *de primogeniis lib. 1. cap. 26.*
in principio. Et iſta melioramenta naturalia acquiruntur
domino directo quoad proprietatem, quoad uſumfru-
ctum acquiruntur utili domino, emphyteutæ, colono ad
longum tempus, vaſſallo in re feudali, & ſimilibus, ut
tradit Beroius *ubi ſuprà, n. 2.* Corneus *conſ. 15. lib. 4.*
Natta *conſ. 601. num. 5. lib. 3.* Joſephus Ludovicus *dicta*
22 *deciſ. Peruſina 24. n. 4.* Undè ſi nec expenſa, nec pre-
tium ullum eſt, aut induſtria, ſed temporis beneficio
augmentum contigerit, tunc nihil expectandum eſt
ab eo, cui augmentum cum re reſtituitur: undè ſi ma-
ritus habet montem, locum, aut ſylvam, quæ conſtan-
te matrimonio, ſine ſubſtantia, opera, ſumptu, aut ex-
penſa uxoris, ſuapte naturâ, & ſponte creſcit, & au-
geatur, & fiat fructuoſior, tale augmentum ſine dubio
liberè ad maritum pertinebit. Idem reſpondendum eſt
de uxore, nec nomine lucri quidquam uxor à viro ex-
pectabit, argument. text. *in dict. l. fructus*, *ff. de uſuris*:
nam ea, quæ proveniunt ſponte, & naturæ beneficæ
largitate, & munere, ſine facto ullo fiunt ejus, cujus
res eſt, nihilo refuſo: Tenent Palat. Rub. *in repet. rubr.*
§. 62. num. 14. Covarr. *lib. 4. Decret. cap. 7. §. 1. num. 9.*
Joann. Garcia *de expenſis dict. cap. 22. num. 18.* Didacus
Perez *in l. 4. tit. 4. lib. 5. Recopil. verſ.* (Septimò,) *fol.*
166. col. 1. & 2. Matienço *in l. 2. gloſ. 1. num. 88. tit. 9.*
lib. 5. Recopil. Ubi ad plures caſus ſe extendont.

23 Induſtrialia melioramenta fiunt principaliter opera,
induſtria, & impenſa hominis, veluti ſunt ædificia,
aggeres erecti, arbores plantatæ, foſſata, & hujuſ-
modi alia, de quibus in *cap. 1. §. ſi vaſſallus, in tit. hic*
fin. lex Corr. & in cap. 1. §. ex contrario, de inveſtitura de
re aliena facta, quæ jura licet loquantur in vaſſallo, ex
identitate rationis habent locum in aliis: Joſephus Lu-
dovicus *dict. deciſ. Peruſina, num. 5.*

24 Rurſus diſtinguendum cenſeo ex mente *Beroi*, quòd
dicta melioramenta induſtrialia, aut ſunt neceſſaria,
aut utilia, aut voluntaria, juxtà *l. 1. ff. de impenſ. in*
reb. dot. fact. & in l. impenſæ, *ff. de verborum ſignificat.*
erunt neceſſaria, ut vetera ædificia, quæ ruinam mi-
nabantur, reſtituere; aggeres facere, flumina avertere,
vites propagare, ſive in locum demortuarum ſubſti-
tuere, quæ niſi facta fuerint, res in totum, vel in par-
tem periret, ut dicit Gloſ. in *d. l. impenſæ*, & tunc cùm
reſpiciant perpetuam utilitatem, deducuntur, & repe-
ti poſſunt abſque dubio, ut dicitur *in l. 3. §. generaliter*,
ff. de impenſ. in reb. dot. fact. Bar. *in l. in fundo, num. 6.*
ff. de rei vendicat. & in hoc caſu datur retentio rei, ſe-
quitur Boët. *dec. 44. num. 7.* Alciat. *in d. l. impenſæ*, Ca-
gnol. *in l. 2. num. 175. C. de pact. inter.* Neviz. *conſ. 78.*
n. 46. Natta *conſ. 601. lib. 3.* & *infrà* dicetur.

25 Civilia melioramenta ſunt, quæ acquiruntur fundo
hominis induſtria, aut diligentia, abſque ulla naturæ
operatione, ad inſtar fructuum civilium, in quibus
ſola induſtria intervenit, ut per Bar. *in d. l. ex diverſo*,
& *ibi* Gloſ. *ff. de rei vendicat.* Menoch. *lib. 2. de arbitrar.*
jud. caſu 210. & ſunt putà ſervitutes, juriſdictiones,
& alia jura incorporalia, à ſolo ſeparabilia, à vaſſallo,
emphyteuta, colono empta impenſis eorum, & iſtæ
impenſæ debent reſtitui per dominum vel ejus hære-
des, imò uti poſſunt prædicta retentione, donec ſol-
vantur: Guid. Pap. *deciſ. 169.*

Illud ſæpè venit in controverſiam in evictione, an 26
emptor, qui fecit melioramenta, & poſſidet, rem
illam retinere poſſit, donec expenſæ & melioramenta
ſolvantur? affirmatur ex *l. in area*, ubi Gloſ. *ff. de condi-*
ctione indebiti: Doctores *in l. ſi non fortem, §. ſi centum*,
& *ibi* Jaſ. *n. 10. ff. eodem*, *l. in fundo*, ubi Bal. *ff. de rei*
vendicatione, Ruin. *conſ. 100. n. 6. lib. 4.* Neguſant. *de pi-*
gnor. 4. mēb. 5. p. n. 8. Capicius *deciſ. 17. n. 7.* Puteus *deciſ.*
471. 474. lib. 2. Peregrinus *dec. 16. lib. 2.* & fuit reſolu-
tum *in una Romana Domus* 18. *Junii* 1602. *coram Car-*
dinali Pamphilio, & aliàs ſæpè, Hercules Mareſcot. *lib.*
2. var. reſol. cap. 112. n. 1. & 14. Afflict. *deciſ. 87.* Mar-
cus Ant. de Amatis *deciſ. 23. num. 2.* Joſeph. Ludovicus
deciſ. Lucenſi 7. n. 10. Borgninus Cavalcanus *deciſ. 28.*
n. 5. & deciſ. 44. n. 66. Franciſ. de Ponte *deciſ. 4. n. 33.*
& deciſ. 12. n. 9. Gratian. *deciſ. 7. n. 12. & deciſ. 225.*
& diſceptatione forenſi 54. n. 18. tom. 1. ubi quòd con-
tra fiſcum datur retentio: Franciſcus Milanenſis *deciſ.*
7. n. 79. lib. 1. Hieronymus Leo *deciſ. Valentina 79.*
n. 2. Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap. 27. à num. 1.*
ubi latiſſimè, Hercules Mareſcotus *lib. 2. reſolut. var.*
cap. 112. n. 14.

Retentio datur in bonis patrimonialibus Eccleſiæ, 27
& in beneficialibus, cùm hæres Clerici mortui rem
melioratam ex pecunia patrimoniali ipſius Clerici vult
retinere, donec de impenſis ſatisfaciat, nam hoc con-
cedendum eſt ſecundùm Abbatem *in cap. de multa*,
num. 14. de præbendis, Jaſ. *in l. ſi non fortem*, *§. ſi cen-*
tum, num. 10. ff. de condict. indebiti. Boërius *deciſ. 44.*
num. 14. Surdus *deciſ. 183. num. 6. lib. 2. & conſ. 333.*
num. 32. lib. 2.

Extenditur etiam, ut obtineat nedum contra eum, à 28
quo impendens cauſam poſſidendi habet, ſed etiam
contra Tertium, Socinus Senior *conſ. 15. n. 20. verſ.*
[quin imo,] *lib. 1.* per text. *in l. qui injuria*, *§. fin. ff. de*
injuriis: Hercules Mareſcotus *tom. 2. reſolutionum var.*
cap. 112. num. 6.

Extenditur in ſingularibus ſucceſſoribus, in quos 29
tranſit hoc jus retinendi, ut putà in emptore pro me-
lioramentis à primo emptore factis, Roman. *ſingulari*
177. Tuſcus per textum *in l. in hoc judicio*, *§. impendia*,
ver. [ſed is qui à me,] *ff. communi dividendo.* Ripa *in*
l. ubi purè, *§. qui in diſtrahendis*, *ff. ad Trebellian.* Boë-
tius *deciſ. 44. num. 14. & 19.* Joſephus Ludovicus *deciſ.*
Peruſina 109. num. 2. part. 2. per *l. cum Prætor*, *ff. de*
diſtin. pign. Franc. Marc. *deciſ. 181. part. 1.* Cavalcanus
de uſufructu, n. 201. Grammat. *deciſ. 92. num. 20.* Negu-
ſant. *de pign. memb. in fin. 5. part. principalis*, Tiraq. *de*
retract. convent. §. 7. gloſ. 1. num. 15. Aymon. Cravet.
conſ. 247. in princip. Mareſcot. *ubi ſup. n. 7.*

Exceptio melioramentorum opponi poteſt in exe- 30
cutione ſententiæ, licet emptor ſit condemnatus ad re-
ſtitutionem rei. Bar. *in l. ſi in fundo, num. 16. ff. de rei*
vendicat. Paul. de Caſtro *conſ. 17. in fin. lib. 9.* Corn.
conſ. 147. lib. 2. Jaſ. *in l. 1. C. de jur. & fact. ignorantia.*
Neguſant. *de pign. 4. memb. 5. part. num. 10.* Tiraq. *de re-*
tract. tit. 1. §. 7. gloſſa n. 24. Riminal. Jun. *conſ. 411. n. 6.*
lib. 4. Decian. *conſ. 29. num. 18. lib. 2.* Cravetta *conſ. 408.*
num. 1. lib. 4. Benintend. *deciſ. Bononienſi 77. num. 1.*
Lancellot. *de attent. 3. part. cap. 24. quæſt. 29.* Joan-
nes Garcia *cap. 6. num. 25. & 16. de expenſis*, Flami-
nius Cartarius *deciſ. executiva Genuæ*, Antonius Mona-
chus *d. deciſ. Bononienſi, num. 4.*

Et ratio hujus poteſt eſſe, quia talis exceptio, quæ 31
ſententiam modificat, in ipſa executione admittitur,
quia hujuſmodi exceptio non impugnat directò ſenten-
tiam, neque ipſam principaliter labefactat, potius

executionem ipſius reſpicit; nam etiam qui retinet rem, non dicit, non eſſe executioni mandandam ſententiam, neque ait non eſſe conſequendum, quod ex re judicata conceditur, ſed aliud agit, ſcilicet, rem illam penes ſe eſſe debere, donec de melioramentis ei ſatisfiat, & ita ceſſat diſpoſitio text. *in l. peremptorias, C. ſentent. reſcind. non poſſ.* & habet locum, quòd *Bar.* tradit pro regula in *l. 1. C. de juris, & facti ignorantia*, quòd omnis exceptio licèt peremptoria, quæ non venit directò ad impugnandam ſententiam, ſed eam limitat, & moderatur, in executione poſt ſententiam opponi poteſt; quam regulam poſt *Bart.* & omnes reſolvit *ibi* Jaſ. *num.* 15. Bald. *in d. l. peremptorias, l. Neſennius, §. fin.* ubi Gloſ. *ff. de re jud. l. ex diverſo, §. fin. ff. ſoluto matrim.* Padilla *in d. l. 1. num.* 36. Ripa *in l. qui pro tribunali, n. 9. ff. de re jud.* Avendao. *in l. 4. & 5.* [de las excepciones,] *num.* 28. Gutier. *de juram. p. 3. c. 15. num.* 37. Seraphinus *de jurament. privileg. 89. num.* 87. Nicolaus Calvolus *in praxi judiciaria, conclu. 1. de exceptionibus, num.* 65. Guid. Papa *deciſ.* 419. *num.* 3. Alex. Trent. *lib. 2. var. reſol. 1. de except. à num.* 7. ubi latè fundat, quòd jus retentionis expenſarum, & melioramentorum, poteſt objici in executione ſententiæ, etiamſi jus retentionis non fuerit reſervatum in ſententia. Hoſtienſis *in ſumma, de exception. §. qualiter, & quando*, verſicul. (*Idem eſt forte*,) Corneus *conſil.* 147. *lib.* 2. Gozadinus *conſil. 86. columna penultima*, Roland. à Valle *conſil.* 28. *num.* 3. qui loquitur in terminis, *lib.* 1.

32 Declara non procedere, quando hujuſmodi exceptiones fuiſſent ante ſententiam oppoſitæ, & per judicem reprobatæ; quia ex quo judex ſemel reprobavit, dicerentur opponi contra ſententiam, Gloſ. *in d. l. Neſennius, §. fin.* Bart. & Bald. *in dict. l. ex diverſo, §. final.* Bal. *in l. executione, C. quorum appellationes non recip.* Paulus de Caſtro *conſ.* 100. *num.* 5. *part.* 1. Signorolus *conſil.* 146. Barboſa *in l. maritum, num.* 48. *ff. ſoluto matrimonio*, Coſta *remedis ſubſidiario* 28. *n.* 6. Alexand. Trentacinquius *lib. 2. variarum reſolution. cap. 1. de exceptione, n.* 18. Quia ex quo vulnerata, & diſcuſſa fuit

33 exceptio, non poteſt refricari, Innocentius *in cap. cùm dilectus, de purgat. canonic.* Federicus de Senis *conſ.* 222. Hieronymus Gonzalez *in reg. 8. Cancellar. gloſ. 6. n.* 22. Maſtrillus *deciſ. 24. n. 5.* Rota ſacri Palat. *deciſ.* 132. *n. 1. p. 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. 146. num. 8. tom.* 1. Magon. *decis. Florent. 3. num. 1. & 28.* Cartar. *deciſ. 7. num.* 12. Ex quo enim exceptio ſemel jam rejecta eſt, ampliùs opponi non poteſt.

34 Declara, quod ſi exceptio ad alium finem producatur, quòd iterum opponi, & tractari poteſt, Bal. *in l. præſcriptione, C. ſi contra jus, vel util. publi. l. vendicantem, in fin. ff. de evictionibus*, Jafred. Balbus *deciſion.* 324. *centuria* 4.

35 Extenditur etiam principalis concluſio, quòd etiamſi valor melioramentorum non ſit plenè juſtificatus; quia ut habeat emptor retentionem, ſufficit, quod conſtet in genere de illorum exiſtentia, licèt ſoleat præfigi terminus pro eorum liquidatione, & interim executio retardetur: Puteus *deciſio. 471. lib. 2. in fin. & deciſion. 12. de re judicata*, Peregrin. *decis. 16. lib.* 2. Rota *decis. 112. in fin. p. 2. novis.* Hercul. Mareſ. *lib. 2. var. reſolut. c. 12. num.* 20.

36 Idque procedit, quamvis ab evincente, quia executionem petit, offeratur cautio de ſolvendis melioramentis, cum fuerint liquidatæ, ut per Capicium *deciſion.* 17. Ruinus *cons. 84. in fin. lib.* 1. Tiraq. *de retract. convent. §. 7 glos. 1. num.* 13. Menoch. *de recuper. pot. remed. 15. num.* 569. Mareſcot. *ubi ſupra, num.* 21.

37 Quod intellige verum, niſi in differendo ſubſit aliquod periculum; quia tunc cautio admittenda eſt, Paul. Caſtren. *cons. 270. n. 3. lib.* 2. Capic. *de decis. 17. in fin.* præſertim quando probationes in continenti non offeruntur, Bald. *cons. 309. in fin. lib.* 2. In Regno tamen Neapolis indiſtinctè ſit executio ſententiæ cum fidejuſſione, ut tradit Franciſcus *deciſione* 112. *n.* 17.

In contrarium tamen in hac Curia Regia vidi multoties judicari, quòd imò ſufficiat cautio in caſu de quo agitur, in quo melioramenta non ſunt liquida. Facit primò; quia ubi debitum non eſt liquidum ſufficit oblatio cum fidejuſſore de ſolvendo, quod à judice declaratum, & liquidatum fuerit, ut patet ex dictis Alexand. & Rip. *in l. 4. §. ait Prætor, ff. de re judicata*, Beroi. *in c. 1. num. 34. de in integrum reſtit.* Benintendus *deciſ. 77. num.* 7. Cæſar Contardus *in l. 1. C. ſi de momentan. poſſeſſion. quæſt. 24. num.* 26. Neguſantius *de pignor. 4. memb. 5. par. ſub num.* 10. Cavalcan. *decis. 28. in addic. num. 6. part. 1. de judic.* Romana Rot. *decis. 659. part.* 1. Joannes Garcia *de expenſis, c. 6. num.* 19. Marcus Anton. de Amatis *decis. 23. num. 3. 4. 5. 6.* Antonius Monachus *decis. Genuenſi 15. num.* 16.

Facit etiam ſecundò, quia in judicio executivo non admittitur exceptio, quæ requirit altiorem indaginem, Paulus de Caſtro *dicto conſil. 720. num.* 3. Cæſar Contar. *in d. l. 1. C. ſi de momentanea poſſeſ. quæſt. 24. num.* 27. Cartarius *decis. 15. num.* 19. Parlador. *lib. 2. rer. quotid. c. fin. p. 5. §. 11. num.* 40. Decius, *cons.* 424. *& cons.* 588. *num.* 8. Roland. *cons. 1. num. 21. lib. 1. & cons. 98. num. 4. lib.* 3. Angel. *cons.* 134. Bald. *cons.* 442. *lib. 1. & cons. 128. lib.* 3. Franchis *decis. 119. ad fin.* latè Cæſar Argelus *de legitimo contradictore, quæſt. 18. art. 1. num.* 6. Et ratio hujus poteſt eſſe; quia exceptio- 40
nes, quæ altiorem requirunt indaginem, reſervantur ad merita cauſæ, ne retardetur proceſſus ſuper negotio principali; text. *in l. ille à quo, §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebellianum.* ubi Gloſ. verbo, [*non erit,*] & *in l. 3. §. ibidem*, ubi Gloſ. *verbo*, (ſi obſcurior.) *ff. ad exhibendum, & in l. final. C. de compenſation.* Abbas *in cap. cum contingat, num. 13. de offic. delegat.* & Felinus *ibi, n.* 18. Bartol. *in l. nam & poſtea, ff. de jurejurand. num.* 2. Hippolyt. *ſingular.* 365. Afflictis *decis. 52. num.* 2. Sunt autem iſtæ exceptiones, de illis quæ non ſunt liquidæ, ſed valde intricatæ ſunt, nec de facili poſſunt liquidari, cum & in facto, & in jure ſint dubiæ, Jaſon, *in §. præterea, Inſtit. de act. n.* 58. hujuſmodi igitur exceptiones ideò reſervantur; quia non ſunt liquidæ, & in continenti probari non poſſunt, Muſcatel. *in praxi civil. p. 5. gl. reſervatis, n. 20. & 52.* Maranta *in praxi, de except. n.* 14. Barboſa *in l. divortio, §. fin. num. 54. ff. ſolut. matr.* Grammat. *decis. 35. num.* 83. Barnabas Cornaaanus *deciſion. Lucenſi 117. n.* 21. Menoch. *lib. 1. de arbitrar. jud. q. 53. à n.* 1. Marius Ginrba *decis.* 21. Thomas Triviſanus *deciſion. Veneta 2. lib. 1. n. 1. & 2. 3. & ſeqq.*

Facit etiam tertiò, quòd quando melioramenta non 41
ſunt liquidata, ſi is, cui res reſtituenda eſt, non denegat illa ſolvere velle, ſed hoc aſſerit ſe velle facere illorum liquidationem; reſtituenda ſit præſtita cautione, & ſatiſdatione de illis ſolvendis, tradunt Caſtro *cons.* 322. quem ſequitur Beroius *in c. 1. de in integrum reſtitutione, num.* 33. Alciatus *conſ. 63. in fine, lib.* 9. idem placuit Rotæ Roman. apud Jacob. Put. *deciſion. 471. lib.* 2. Peregrin. *deciſion.* 111. aliàs *decis. 12. sub in. de re judicata*: eandem opinionem tanquam communem, & veriorem ſequuta iterum eſt eadem *Rota*, teſte Lancellotto *deciſion. 659. n. 1. par. 1. noviſſim.* Cartarius in *Rota Genua decis. 15. num.* 19. Alexand. & DD. *in l. ait Prætor, ff. de re judicat.* Cæſ. Contardus *in d. l. 1. C. ſi de momen. poſ. q. 24. n.* 18. Neguſantius *de pignor. 4. memb. 5. p. n.* 10. Borgnin. Cavalcan. *decis. Civicanenſi 28. n. 6. & decis. 43. num.* 11.

Advertendum tamen eſt, quòd re evicta, & per em- 42
ptorem reſtituta, non facta mentione melioramentorum, omni deſtituitur remedio ex juris rigore; cum id videatur expeditum, ut non recuperet, cum careat actione, ſed ſolum habebat exceptionem, illamque non perpetuam; quia tunc condicere poſſet, *l. qui perpetuam, ff. de*

Digitized by Google

ff. de condict. indeb. ſed temporariam, donec rem evictam poſſidebat: cùm tunc habeat jus retinendi pro melioramentis, text. *in l. inarea* 33. *ff. de condiction. indeb.* Ita concludunt Bart. Caſtrenſ. Jaſ. & Corn. Neguſant. *de pignor.* 4. *memb.* 5. *part. princip. num.* 9. melior. tex. *in l. Paulus. ff. de doli mali, & met. except.* Corneus *conſ.* 147. *num.* 18. *lib.* 2. Curt. Jun. *in l. cumfundus, §. ſervum tuum, num.* 12 *ff. ſi certum pet.* allerit receptum Ant. Gomez *in l.* 46. *Tau. num.* 1. verſ. (*Ex quo deducitur,*) Joannes Garcia *de expenſis, cap.* 7. *num.* 1. Anton. Queſada *lib.* 1. *diverſar. quæſtion. jur. cap.* 14. *num.* 12.

43 Contrariam tamen opinionem tenendam cenſeo, quòd emptori ſuccurratur officio Judicis, ex bono & æquo, & ex æquitate, *l. ſi me, & Titium, ff. ſi certum petatur,* & hoc ſentit Gloſ. in *d. l. in area*, verbo, (ſervare poſſe,) dicens ita *Azonem* ſentire per text. *in l. pupilli, §. ſed ſi quis, ff. de negot. geſt.* ubi ſaltem datur actio in quantum quis de re aliena locupletior factus eſt: neque enim æquitas ſuadet, ut quis cum alterius jactura locupletetur: ſed melior text. allegari poteſt pro hac parte *in l. qui exceptionem. §. 1. ff. de condiction. indeb. & in l. quòd ſi nulla,* 6. *ff. de legat.* 1. at benè dicit Gloſ. *in l. domum, C. de rei vendic.* in verb. (*nullam*,) quòd officio judicis expenſæ repeti poſſunt; & multo magis procedere debebit, ſi impenſæ fuerint neceſſariæ, juxt. *d. l. in fundo, ff. de rei ven.* & ſentit Garcia *c.* 1. *n.* 24. *de expenſ.* Barboſa *in l. divortio, §. fin. num.* 10. *ff. ſolut. matrimon.* Gaſpar. Ant. Theſaur. *lib.* 1. *qq. foren. q.* 79. *n.* 2. Et fundamentum bujus ſententiæ in eo conſiſtit; quia quando res mea ſine cauſa ad te pervenit, poſſum a te condicere, ac repetere, ex *d. l. ſi me, & Titium*, quam ideò legem notabilem appellat Bald. *conſ.* 349. *tom.* 1. Decianus *conſ.* 52. *num.* 9. *tom.* 3. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 12. *num.* 1. Mareſcotus *lib.* 2. *cap.* 113. *num.* 1. *& ſequentibus.*

44 Neque obſtant fundamenta contrariæ opinionis, quòd poſt reſtitutionem melioramentorum ceſſat eorum repetitio: quia illud procedit de ſtricto jure, ſed ex bono & æquo poteſt competere certi condictio, quæ ſolet ex bono & æquo dare revocationem ejus, quod ſine cauſa apud alterum eſt, *l. hæc condictio. ff. de condiction. indebit.* ita videtur tenere Paulus de Caſtro *in dict. l. in area*, per dictam regulam *l. ſi me, & Titium*, Joannes Ferrara *in practic. in libello reſponſionis rei conventi, §. exceptionem expenſarum, num.* 3. & in facti contingentia judicavit *Senatus Pedemontanus*, ut per Gaſpar. Anton. Theſaur. *dict. quæſt.* 79. *num.* 3. cum tali diſtinctione, quòd aut melioramenta ſunt utilia, & poteſt emptor etiam poſt factam rei reſtitutionem recuperare; aut ſunt voluptuaria, & tunc, vel ſunt talia, quæ rem pretioſiorem reddunt, & illa etiam repeti poſſunt, & illa etiam peti poſſunt officio judicis, ex regul. *dict. l. ſi me, & Titium*, & bonus text. *in l. Paulus, §. domus, in fin. ff. de pign.* vel res pluris non æſtimaretur; & tunc non poſſunt repeti, cùm non ſit uſus emptor retentione. Negare tamen non poſſum, quin aliqua antinomia ſit quaſi indiſſolubilis inter *dict. l. in area*, & alia jura pro prima opinione adducta, quam conatur conciliare Joannes Garcia *dict. cap.* 7. *num.* 3. ſed ejus conciliatio rem magis involvit: & ideò ex ſupra dicta diſtinctione conciliari poſſunt, ut textus in *dicta l. ſi area*, loquatur de expenſis voluptuariis, quarum non datur repetitio poſt reſtitutionem rei, & *§. ſi pars, l. quod nulla, ff. de legat.* 1. cum ſimilibus, loquatur de meliorамentis neceſſariis, quas etiam dominus rei feciſſet, quæ rem pretioſiorem reddunt.

45 Ultimò diſcutiendum eſt, an hypothecaria actio competat emptori pro recuperatione melioramentorum? Et in tribus caſibus competit. *Primò*, quando res in quibus fuerunt factæ meliorationes, jam eſſent obligatæ ipſi facienti eas, Jacob. Novel. *de jure protbomiſeos*, §. 3. *num.* 4.

Secundus caſus eſt, quando eſſet data pecunia nomi 45
natim, ut erogaretur in hanc cauſam, concurrentibus quoque iis, de quibus Ripa *in l. ſi ventri, §. Divus, ff. de privileg. credit. num.* 3. ſcilicèt, dummodò pecunia in refectionem rei expreſsè data ſit, & in id conſumpta fuerit, atque ædificium extet; hæc namque omnia ſimul requiruntur, ut pro pecunia in refectionem domus, ſeu aliarum rerum data, competat hypothecaria cum prælatione, ut optimè declarat Negutant. *de pignor.* 2. *membra* 5. *part. num.* 15. *cum ſeqq.* Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 23. Andreas Gail. *lib.* 2. *obſervation. obſerv.* 12. *num.* 4. *& obſer.* 25. *num.* 8. Marcel. Cala *de modo articulandi, num.* 842. Alphonſ. Villagut. *deciſ.* 12. *num.* 3. Cardinal. Mantica *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 1. *&* 7. *tom.* 1. Coſta *dict. remed.* 12 *num.* 10. *l.* 26. *titul.* 13 *part.* 5. ibi: (*Et aun deximos, que ſi algum home recibieſſe de otra maravedis preſtados para guarnir alguna nave, è para refazerla, ò para fazer alguna caſa, ò otra edificio, ò para refazerlo, que qualquera deſtas coſas en que fueſſen metidos, ò deſpendidos los maravedis, fincan obligadas calladamente aquel que los empreſta.*) ubi Gregorius Lopez Gloſſa (*para fazer,*] ubi dicit per *iſtam* l. tolli opinio- 47
nes contrarias de jure communi; & valdè miror de noſtris Scriptoribus, qui non conſiderarunt, nec memoriæ mandarunt illam legem, nec doctrinam *Gregor. Lopez*, ex qua lege tollitur dubietas, cum qua loquutus fuit Joannes Gutierrez *lib.* 3. *quæſt.* 98. *num.* 9. *in fine*, qui contrarium aſſeruit ex jure communi, quod nequaquam feciſſet, ſi noſtram legem vidiſſet; & fortaſſis motus fuit, licèt nihil alleget, quod hypotheca tacita non datur, niſi in caſibus à jure expreſſis, *l. ante omnia, ff. de probationibus, l.* 2. *de privilegiis creditorum*, Ripa *in l. dabimus, eodem titulo.* Cravetta *conſ.* 872. *num.* 2. *lib.* 5. Petrus Surdus *deciſion.* 271. *num.* 10. *& de alimentis, titul.* 9. *quæſt.* 44. *num.* 20. Stephan. Gratian. *tom.* 1. *diſcept.* 25. *num.* 1.

Imò ſecundum noſtram legem tacita hypotheca con 48
trahitur ob expenſas in reficiendo, vel conſervando opere, ex Ripa *in l. ubi purè, §. qui in diſtrahendis, n.* 2. *ff. Trebellianum*, Schrad. *de feudis, num.* 49. Coſta *dict. remed.* 12. *num.* 10. Et quidem materia reparationis eſt apprimè privilegiata, propterea quod etiam Quarta Epiſcopalis reperitur à Canone deputata fabricæ, quæ ſi non ſufficeret, ſunt vendenda vaſa aurea, & argentea, veſtimentaque Eccleſiæ ſuperflua pro reparatione neceſſaria, mox Canonici, & Clerici habentes commodum ab Eccleſia gravantur in ſuis redditibus, ſed in ſubſidium dumtaxat, & quando vigeret in contrarium conſuetudo præſcripta, & legitimè probata, ut *in cap. aurum*, 12. *quæſt.* 2. Auguſtinus Beroius *conſ.* 3. *n.* 37. *&* 43. *lib.* 1. Coſta *dict. remedio* 12. *n.* 11.

Tertius caſus eſt, quando prætendens melioramenta neceſſaria fecit excuſſionem, & bona meliorata ad alium tranſierunt, aut ad ſingularem pervenerunt ſucceſſorem, primùſque poſſeſſor, aut primus dominus fuit repertus non ſolvendo, Borgninus Cavalcanus *deciſion.* 32. *num.* 29. *part.* 2. Surdus *conſ.* 183. *num.* 44. *lib.* 2. ubi ſi Prælatus, vel Rector non eſt ſolvendo, & Eccleſia eſt facta locupletior; quia res ſunt effectæ pretioſiores, & majoris redditus ob melioramenta, tunc Eccleſia tenetur ad neceſſaria melioramenta, non obſtante meliorantis mala fide.

Neque hinc diſcedere licet, niſi prius admoverimus 49
lectorem, ex eâdem æquitate venditori rei cujuſpiam habita fide de pretio, deinde tranſmutata rei forma in aliam rem, poteſtatem fieri vindicandi eandem rem in ſubſidium, penès quemcumque reperiatur: quamvis appellatione materiæ non veniat materiatum, *l. quæſitum, §. illud, ff. de legat.* 3. Ancar. *conſ.* 184. *in fin.* ubi dicit: quòd venditori non valenti aliundè conſequi pretium rei ſuæ, conceditur poſt excuſſionis legitimæ peri-

culum regreſſus ad rem venditam, Coſta *d. remed.* 12. *num.* 14.

50 Sed hoc loco opportunè dubitatur, an emptor teneatur fructus perceptos ex melioramentis ab ipſo factis compenſare cum ſumptibus, vel potius retentio rei concedatur? Et nec fructus cum melioramentis compenſari, ſed ad poſſeſſorem bonæ fidei ſpectare, deciditur per textum *in l. caterum, in fine, ff. de rei vend.* quem dicit eſſ. notandum Roman. *ſingular.* 337. & tradunt Bal. Angel. *in d. l. caterum*, Tiraq. *de retract. conſang.* §. 15.
glo. 1. *n.* 29. Boërtus *in cap.* 1. *num.* 24. *de uſuris.* Her-
cules Mareſcotus *dict. lib.* 2. *c.* 112. n. 52. ubi vult quòd
51 ſi mulier habeat prædium in pignore, & melius reddi-
diſſet, fructus melioramentorum non imputantur; ſic
quoque cenſet Neguſantius *de pignor. memb.* 4. *p.* 5. *n.*
20. Afflictis *decis.* 87. *num.* 6. & 7. Vincen. de Franchis
deciſ. 191. *num.* 11. & *deciſ.* 705. *num.* 1. Surd. *deciſ.*
281. *n.* 30. & quamvis contrarium ſentiat Menochius
poſt Covar. *remed.* 15. *recup. num.* 611. & Gabriel.
conſ. 151. *num.* 9. *lib.* 1. attamen hæc opinio communior
eſt, & in praxi magis recepta, quam ſuo tempore ſer-
vaſſe Rotam Romanam teſtatur Galleſius *ad formam*
Cameral. obligat. 4. *p. q.* 2. *num.* 12. *in fine*, & in termi-
nis eſt deciſio Putei 276. *lib.* 3. & *deciſ.* 294. *p.* 1. *di-*
verſorum.

52 Ex quo apparet, non benè loquutum fuiſſe Peregrinum *de fideicom. artic.* 50. n. 68. dum inquit poſſeſſorem fructus ex melioramentis perceptos poſt litem conteſtatam non lucrari, ſi quidem is, qui bona fide impendit ob ſupervenientiam litis non deſinit eſſe dominus melioramentorum, cum non animo donandi illa fecerit: unde ædificium non cedit ſolo, ex tex. *in l. Senatus*, §. *Marcellus*, *ff. de legat.* 1. tradit Ruinus *conſ.* 165. *n.* 4. *lib.* 4. & conſequenter cum dicatur ex re propria, non aliena fructus percipere, pro rata melioramentorum fructus lucrari debet, Mareſcotus *ubi ſup. num.* 54. Hieronym. Leo *deciſ. Valentina* 98. *per totam.*

53 Unum tamen eſt prænotandum, quòd quando concurrunt melioramenta, & deterioramenta, confunduntur, & illud, quod ſuperabundat confuſioni, recipit nomen melioramentorum, & deterioramentorum, & non ulteriùs; quod procedit in omni diſpoſitione, Cavalcan. *deciſ.* 32. *de contractibus, num.* 33. *lib.* 2. Ariſmin. Tepat. *variar. ſenten. tit.* 272. *cap.* 6.

QUÆSTIO XXI.

An emptor faciat fructus ſuos perceptos?

SUMMARIUM.

1 *Fructus quid, & unde dicatur.*
2 *Fructus appellatio latior, quàm frugis.*
3 *Fructus à fruendo, quare dicatur, & quales fructus dicantur, num.* 4.
5 *Uſura vicem fructus obtinent, & n.* 7.
6 *Fructus ſpecialiter ſumuntur pro his, quæ ex arboribus naſcuntur, & n.* 8.
9 *Glandis appellatione omnes fructus continentur.*
10 *Fructuum omnium in mundi exordio ſpecies una fuit, & ſponte ſua naſcebantur.*
11 *Terra, quo tempore fructus ſuos ſponte producere deſiit.*
12 *Fructuum omnium ſpecies duæ, ſcilicet naturalium & induſtrialium, à Juriſconſultis ſunt oſtenſa.*
13 *Fructus civiles, & mixti, qui dicantur.*
14 *Fructus in quatuor ſpecies ſunt diviſi.*
15 *Fructus futuri, qui dicantur.*
16 *Legari poteſt quod in rerum natura adhuc non eſt, ſed futurum ſperatur: fructus, & partus futuri rectè emi poſſunt, ibidem.*
17 *Debens jactum retis liberatur, ſi nihil capiatur.*
18 *Spei expectatio vana eſt, & fallaciſſima.*
19 *Illud, quod non eſt in re, quamvis ſit in ſpe, evaneſcere poteſt.*
20 *Spes ad aliquam rem non eſt ſufficiens ad agendum ad ipſam rem.*
21 *Spes vera & propria eſt, quæ eſt fundata de præſenti.*
22 *Spes ſuccedendi patri non eſt habenda in conſideratione.*
23 *Appellatione ſpei non reprobata, venit etiam res.*
24 *Spes pro veritate habetur.*
25 *Spes poteſt deduci in pactum.*
26 *Spes probabilis, & indubitata, pro re ipſa habetur, & idem de ea judicatur, ac de re.*
27 *Spes Juri quæſito adæquatur.*
28 *Quæ dicatur ſpes probabilis, & n.* 29.
30 *Spes, & dubius eventus vendi poteſt.*
31 *Spes in contractu venditionis venit, & talis venditio ſuſtinetur, num.* 32.
33 *Remedium* l. 2. C. de reſcin. vend. *non habet locum, quando caſus eſt incertus, & poteſt lucrum, vel damnum quis capere.*
34 *Ratione incertitudinis dicitur licitus contractus ejus, qui ad vitam emit fundum, vel annuos reditus.*
35 *Ex incertitudine vitæ vendentis, & dubio reciprocoque eventu contractus juſtificatur.*
36 *Limitatur ſi venditor eſſet læſus, habita ratione communis valoris ipſius actus: & n.* 37.
38 *Fructus futuri, & incerti, poſſunt vendi ſolvendo pretium tempore contractus, num.* 39. *& declaratur num.* 40.
41 *Refertur ſententia Authoris.*
42 *Debitor fructuum futurorum tenetur ſi fecerit ne fructus naſcantur.*
43 *Refertur deciſio text. in* l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verbor. obligat.
44 *Futuri fructus debentur, etſi eo anno nihil natum ſit, & num.* 45.
46 *Fructus pendentes qui ſunt?*
47 *Fructus pendentes pars fundi eſſe cenſentur.*
48 *Nix hodie eſt fructus, & de patrimonio Regis.*
49 *Hujuſmodi fructus pendentes cum fundo, non duæ res, ſed una dicitur.*
50 *Fructus pendentes ſpectant ad emptorem, etiamſi ſint maturi, n.* 51. *&* 52.
53 *Fructus pendentes tempore mortis teſtatoris veniunt in fundo legato.*
54 *Fructuum pendentium nomine veniunt ſtantes fructus.*
55 *Ponitur alia differentia fructuum.*
56 *Fructus percepti qui dicantur, & n.* 57.
58 *Bonæ fidei poſſeſſor percipiens fructus ex aliena re, ſuos facit, quando à ſolo ſeparati ſunt.*
59 *Refertur alia differentia fructuum.*
60 *Fructus, qui percipi potuerunt, qui dicantur.*
61 *Minoris adminiſtrator tenetur reſtituere fructus, nedum perceptos.*
62 *Sed etiam illos, qui percipi potuerunt.*
63 *Idem tenetur malæ fidei poſſeſſor.*
64 *Emens rem univerſitatis à particularibus, licèt habeat regreſſum de evictione contra particulares, re evicta tenetur ad fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, & n.* 65.
66 *Limitatur in eo, qui licitè percipit fructus.*
67 *Refertur alia diſtinctio fructuum.*
68 *Fructus alii recentes, ſeu novi.*
69 *Vinum vetus mutuò accipiens, novum reddere non licèt.*
70 *Fructus Legitimæ debentur à die mortis parentum.*
71 *Circa fructus perceptos per emptorem eadem diſtinctio obſervanda eſt.*

72 Emptor,

72 *Emptor, ut lucretur fructu; non requiritur probatio bonæ fidei; ſufficit, quòd non ſit probata mala fides.*
73 *Emptor bonorum præſumitur, & eſt bonæ fidei poſſeſſor.*
74 *Mala fidei poſſeſſor non lucratur fructus, ſed tenetur ad illorum reſtitutionem.*
75 *Furtum enim committit malæ fidei poſſeſſor, & tenetur ad damna, & intereſſe.*
76 *Malæ fidei poſſeſſor ad fructus perceptos etiam non petitos, tenetur à die litis conteſtationis; conſequitur tamen expenſas,* num. 77. num. 78. & 79.
80 *Quilibet bonæ fidei poſſeſſor à litis conteſtatione efficitur malæ fidei, & limitatur num.* 81.

1 FRuctus à ferendo dictus, ut Marcus Varro *lib. 4. de*
lingua Latina ſcribit, omnes res, quas fert fundus, &
quæ in fundo feruntur, comprehendit: quam deſcri-
ptionem approbat *Celſus Juriſconſult.* fructum eſſe,
dicens, quidquid in fundo naſcitur, & quidquid inde
percipi poteſt, *in l. item ſi fundi, ff. de uſufructu, & in*
l. arbores, ff. eodem, ut lapidicinæ, & cretifodinæ, auri,
argenti fodinæ, vel cujuſlibet materiæ fuerint, in fru-
ctu habeantur: idemque Ulpianus *in l. divortio, §. ſi vir,*
ff. ſoluto matrimon. Aucupia quoque, venationes, piſ-
cationes, in fructu rectè eſſe dicuntur, Barboſa *in d.*
§. ſi vir, num. 14. & in l. fructus, num. 33. ff. eodem,
Boërius *deciſ. 224. num. 4.* Joannes Copus *de fructibus,*
cap. 1. à num. 1. Joannes Garcia *de expenſis, cap. 23. à n.*
1. Tiraquel. *de retract. §. 15. gloſ. 1. num. 27.* Chaſſaræus
in conſuetud. Burgun. §. 27. verb. (faite les fruicts,) *à*
num. 1. Anton. Gizarel. *deciſ. 34.* Apparet latiorem
2 eſſe fructus appellationem, quàm frugis, neque omnia,
quæ fert fundus, fruges rectè dicuntur; nam *I. C.* ſcri-
bit *in l. frugem, ff. de verborum ſignific.* falſum eſſe fruges
omnes eſſe, quibus homo veſcitur, non enim carnes,
aut aves, feraſve, aut poma, fruges dici. Cæterum fru-
gem pro reditu appellari, *Ulpianus* reſpondit *in dict. l.*
frugem, non ſolùm, quòd ex frumentis, aut legumini-
bus, verum etiam quòd ex vino, aut ex ſylvis cæduis,
cretifodinis, & lapidicinis capitur.

Generaliter tamen non ea tantum, quæ in fundo fe-
runtur, ſed omnia lucra, & omnia emolumenta, de-
nique commoditate, quæ ex re qualibet percipi poſſunt,
appellatione fructuum continentur. Unde à fruendo,
3 fructum quidam dictum rectè putant, quòd omnia
quibus fruimur, comprehendat; nam qui ex pecudi-
bus naſcuntur fœtus in fructu ſunt, ſicut lac, pilus, &
lana, *l. in pecudum, ff. de uſur. §. in pecudum, Inſtit.*
de rer. diviſion. l. vetus 68. §. fœtus, ff. de uſufruct. Joan-
nes Copus *lib. 1. cap. 2. de fructib.* Loriotus *eodem tra-*
ctatu, axiomate 3. & 4. Non ſolùm etiam animalium
4 fœtus, aut prædiorum ruſticorum redditus, ſed urbano-
rum penſiones pro fructibus accipi reſpondit I. C. *in l. in*
prædiorum, ff. de uſufructu, ſed etiam mercedes à colonis
5 acceptas, operas ſervorum, vecturaſque navium, &
jumentorum, ut eſt text. *in l. mercedis, ff. de petition.*
hæreditat. & in texto in *l. uſura, ff. de uſu.* Uſuræ vicem
fructuum obtinent: & meritò non debent à fructibus
6 ſeparari, & ita in legatis, & fideicommiſſis, & in tu-
telæ actione, & in cæteris bonæ fidei judiciis ſervatur,
ut *in l. fructu. ff. de uſufructu legat.* Javolenus ait, ibi:
(*In fructu eſſe intelligitur quidquid ad uſum hominis in-*
ductum eſt: ſecundùm quam definitionem, omnium re-
rum fructum aliquem eſſe:) & in *l. videamus,* quæritur,
an in omnibus rebus petitis, in fructibus quoque poſ-
ſeſſor condemnetur; quid enim ſi argentum, aut veſti-
7 mentum, aliamve ſimilem rem? Quid prætereà, ſi uſum-
fructum, aut nudam proprietatem, cum alienus uſus-
fructus ſit, petierit: neque enim nudæ proprietatis,
quod ad proprietatis nomen attinet, fructus ullus intelli-
gi poteſt: neque uſusfructus, rurſus fructus eleganter
computabitur. Quid ſi nuda proprietas petita ſit, ex quo
perdiderit fructuarius uſumfructum, æſtimabitur in pe-
titione fructus, ut explicat Copus *lib. 1. cap. 4. num.*
2. de fructibus. Secundum ſtrictiorem ſignificationem 8
fructus dicuntur, qui ex arboribus naſcuntur, & ſic
accipiendum eſt, quod dicitur in *l. unica, ff. de glande*
legenda, glandis nomine omnes fructus contineri, &
in l. qui venenum §. glandes, ff. de rerum & verb. ſigni- 9
ficat. apud quos omnes arborum ſpecies intelliguntur
appellatione quercus.

In exordio mundi fructuum omnium una fuit ſpe- 10
cies, & non plures: omnes enim fructus ab ſummo
rerum omnium opifice Deo, ſolòque ejus verbo, ſine
cultura, & cura, ſed ſua ſponte, & nullo cogente
naſcebantur: ut Moſes *Geneſeos 1.* teſtatur; *Germinet*
terra herbam virentem, & facientem ſemen, lignumque
pomiferum faciens fructum, juxtà genus ſuum; & Virgi-
lius *lib. 1. Georgic.* ita ſcribit:

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni,
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum,
Fas erat, in medium quærebant, ipſaque tellus,
Omnia liberius, nullo poſcente, ferebat.

Et Martialis *lib. 6. epigramm.* dum inſulas Fortunatas
deſcribit, vel ob id potiſſimum eas beatas eſſe prædicat,
quòd in eis omnes fructus ſua ſponte naſcantur, ita
inquit:

Reddit ubi ſegetem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret uſque vinea.

Sed poſtquam callidi ſerpentis aſtutia primus homi- 11
num parens ſuaſioni uxoris adquievit, & neglecto Dei
præcepto decerptum ex arbore pomum comedit, tum
demum, ut antea ſolebat, terra ſua ſponte producere
deſiit, aſſiduumque laborem hominum, & culturam po-
ſtulare cœpit; & ita Deus Adamum condemnavit *Ge-*
neſeos cap. 3. Quia audiſti vocem uxoris tuæ, & comedi-
ſti de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes,
maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes
ex cunctis diebus vitæ tuæ: ſpinas, & tribulos germi-
nabit tibi, & comedes herbas terræ; in ſudore vultus
tui veſceris pane tuo.

Fructuum tamen omnium duæ ſpecies ſunt oſtenſæ 12
à Juriſconſultis *in l. fructus, ff. de uſuris,* alii dicuntur
naturales, qui ſponte ſua naſcuntur, alii induſtriales, qui
ex facto, & induſtria hominum proveniunt. Tertium
tamen genus addunt aliqui, ſcilicet, fructus civiles.
Fructus natura & ſua ſponte provenientes, qui ideo na-
turales dicuntur, ſunt illi in quibus producendis magis
ipſa natura, quàm hominis induſtria conſpicitur: Id ge-
nus aiunt eſſe poma, glandes, herbam, fœnum, &
alia in montibus ubique jacentia, natura ipſamet eos
miniſtrante; fructus ex facto hominum provenientes,
ſive induſtriales, ſunt qui noſtra arte, & induſtria, ar-
tificioque contingunt, ut notat Gloſ. in *verbo,* (non ha-
bendam,) *in l. ex diverſo,* ubi Bartolus *num. 1. ff. de rei*
vendicat. & Gloſ. *verb.* (fructus,) *in §. ſi quis à non do-*
mino, Inſtit. de rerum diviſione, ubi Angel. Faber, Myn-
ſinger. Anton. Pichard. *n. 7.* Abbas *in cap. gravis, n. 3.*
de reſtitut. ſpoliatorum, DD. *in l. certum, C. de rei ven-*
dicat. Nicolaus Boër. *deciſ. 224. n. 1.* Anton. Cardoſo *in*
praxi Advocat. verb. (fructus,) *n. 1.* Joannes Copus *de*
fructibus, lib. 1. tit. 2. cap. 3. l. fructus, ff. de uſur. l. 39. tit.
28. par. 3. Pinel. *in 2. C. de reſcindenda vendit. part. 2,*
cap. 4. num. 52. Covarruv. *lib. 1. variarum, cap. 3. num. 6.*
In his tamen non eſt immorandum; quia integrum tra-
ctatum deſiderat iſta ſedes, ſolum ſufficiat animadver-
tere fructuum differentias, ut eorum nihil penitus ig-
noretur.

Fructus civiles dicuntur, qui nec ſua ſponte naſcun- 13
tur, neque ex facto hominum, ſed jure proveniunt,
ut mercedes ex locatione ædium, & vectura navium;
& ſupra dictæ diviſioni hanc tertiam addit Bart. *in d. l.*
ex diverſo, Copus *d. cap. 3. n. 2. & 3.* Vincent. de Franch.

deciſ.572. num. 7. Menochius de interdictis, de recuperaud. poſſeſ. remed. 15. à num.576. & num 623. & iſtos fructus appellat Cardinalis Tuſchus magis induſtriales, quàm civiles; quia conſiſtunt in induſtria,& proviſione hominis, tom. 4. practicarum concluſ. concl.485. n. 8. ſed non eſt recedendum à ſupra dicta diviſione, quidquid dicat iſte author.

14 Fructus in quatuor ſpecies ſunt diviſi: alii futuri, alii pendentes, alii percepti, & alii qui percipi potuerunt: futuri ſunt, ut Pomponius ſcribit in l. quod in rerum, ff. de legat. 1. qui nec producti, formative, ſequentibus annis naſcituri ſperantur, §. ea quoque, Inſtitut. de legatis, hos perinde atque jam natos in commercio hominum eſſe, indubitati juris eſt: futurum quod nondum eſt, eſſe tamen ſperatur, legari poteſt. dict. l.
15 quod in rerum, l. etiam, ff. de legat. 3. l. 1. verſ. [Ineſt,] ff. de condit. & demonſtrat. l. nec emptio ff. de contrahend. empt. l. & quæ nondum, ff. de pignor. l. interdum, 73. ff. de verborum obligat. l. 20. tit. 11. part. 5. l. 12. tit. 9. part. 6. Ex quibus conſtat, & in legatis, & in contractibus, quod nondum eſt, futurum tamen
16 ſperatur, rectè deduci poſſe: & ſic rectè emi poſſunt futuri partus; & cùm editi erunt contractum cenſetur negotium, & venditio facta intelligitur: Joannes Copus d. tract. de fructibus futuris, cap. 1. n. 4. Quare fructibus futuris indefinitè, neque menſura, neque temporis circumſtantia adjecta, legatis, venditis, in ſtipulationem, aut alium quemvis contractum deductis, ſi nihil eo anno naturum perceptúmque fuerit, nihil debetur: conditione enim, quæ tacitè inerat, deficiente, debitor liberatus eſt, nec ſequentium annorum fructus debet. Natta conſ.86. num. 2. & 3. Surdus dec. 73. n. 21. ſicut qui oleum & captum piſcium debet, etiamſi nihil inciderit, liberatur, ita qui futuros fructus debet, ſi nulli fructus nati ſunt: quia ſpei tantum debitor erat, d. l. nec emptio; quia quotieſcumquè præſtatur aliquid contemplatione fructuum, qui tunc non ſunt in rerum natura, intelligitur tacita conditio, ſi fructus naſcentur, ut dicit Paulus de Caſtro in l. ex conducto, §. ſi vis tempeſtatis, ff. locat. Bald. in l. licet, C. de locato, quæſt. 5. & in Rubric. C. de pericul. & comm. rei vend. in fin. Abbas in c. propter ſterilitatem, colum. penultim. de locat.
17 veluti, qui debet jactum retis ſi nihil capiatur, liberatur, l. ſi jactum retis, ff. de actionibus empt. l. 11. tit. 5. part. 5. Anton. Gom. tom. 2. cap. 2. num. 7. de contract. Covarruv. in reg. peccatum, 2. part. §. 8. num. 12. Decius conſ. 14. num. 8. Vincent. Caroz. deciſ. 130. numer. 0. Nicolaus Mozius de contractib. tit. de rebus, quæ vendi poſſunt, num. 16. & 17. de emption. & vendition. Ceval-
18 los tom. 2. com. q. 536. à num. 33. Etſi ſpei expectatio vana ſit, & dicatur fallaciſſima, & ſomnium vigilantium, ſecundùm Joſeph. Ludovic. deciſion. Lucenſ. 23. num. 86. & 87. Et illud, quod non eſt in re, quamvis ſit
19 in ſpe, evaneſcere poſſit, Alexand. in l. ſi à primo, & in l. ſi poſthumus. num. 2. ff. de liberis, & poſthumis. Ita
20 ut etiam ſpes ad aliquam rem, non ſit ſufficiens ad agendum ad ipſam rem, ſecundum Abbatem in cap. cum ſuper quæſtione, num. 6. de conſ. præbend. Ut pariter, quia
21 ſpes vera & propria eſt, quæ eſt fundata de præſenti, Bart. in l. poſt emancipationem, §. 1. ff. de liber. cauſ. & in l. fin. C. de pact. Dum hoc reſpectu firmat, quod
22 ſpes ſuccedendi patri, non ſit habenda in conſideratione: Nihilo minus ſpe id; quod habetur, proinde eſt, ac ſi re eſſet, Bartol. in l. poſthumi, §. licet autem, n.
23 3. ff. de injuſt. rupt. Unde fit, quod appellatione ſpei non reprobatæ, venit etiam res, Alex. in l. is poteſt, num. 6. de
24 acquirend. hæred. Et quòd ſpes pro veritate habeatur, Bart. in l. Gallus, §. videndum, num. 2. ff. de liberis, & poſt. Jaſ. in d. l. is poteſt, num. 56. Et hoc reſpectu,
25 ſpes poteſt deduci in pactum, Bart. in l. de quæſtione, num. 3. & 4. C. de pact. Socin. Jun. conſ. 40. num. 5. lib.
26 4. Dec. conſ. 440. num. 12, Et tanto magis hoc erit indubitatum, quando ſpes eſt probabilis, & conſiderabilis:
nam de ſpe probabili idem judicatur, quod de re; Ce- 27
phalus conſ. 617. num. 126. lib. 5. Imò juri quæſito adæquatur, idem Cephalus conſ. 318. num. 77. lib. 3. & 28
actionem producit, Cephalus conſ. 113. num. 29. in princ. quæ ſpes probabilis nihil intereſt utrum à caſu, an verò à voluntate dependeat, Bald. in l. in venditis, num. 29
4. & 7. de contrahend. empt. ubi Salycet. Hieronym. Gab. conſ. 168. qu. 5. num. 81. lib. 1. & maximè cùm ſpes probabilis illa dicatur quando lex fovet, ut admonet Jaſon in dict. lis poteſt, 16. Alexan. conſ. 188. num. 30
31. lib. 5. & conſ. 5. num. 9. lib. 7. ita ut ſpes, & dubius eventus, quem quis habet in re, vendi poſſit, & licèt nihil inde ſequatur, emptio valet, ſive fundetur in re, ſivè in ſpe dubia, l. hac emptio, ubi Bald. ff. de contrahenda emption. d. l. ſi actum, 1. l. ſpem, C. locat. l. cum hæredem, & l. nam hoc modo, ff. de hæred. vel act. vend. Bart. in l. cotem ferro, §. qui maximos, num. 8. & 9. de publican. & vectigalib. Gabr. conſ. 168. num. 81. lib. 1. Olaſcus deciſ. 95. num. 3. Capic. deciſion. 159. num.
16. ubi notatur, quòd ſpes in contractu venditionis 31
venit, & ideo jactus retis, captus miſſilium, piſcium, & avium, vel cujuslibet alterius rei eventus vendi poſſunt: nam talis venditio ſuſtinetur: & in tantum hoc 32
verum eſt, quòd emens jactum retis non ſubjicitur diſpoſitioni l. 2. C. de reſcindenda vendit. nec poſſit allegari læſio ultra dimidiam, nec emptori, & venditori hoc remedio ſuccurritur; nam quando ex aliquo quis facto poteſt capere in incerto lucrum, & damnum, ſi caſualiter contingat damnum, læſus non dicitur, l. de fideicommiſſa, C. de tranſaction. ubi Salycet. & ſingulare 33
dicit Bald. in l. cum Archimedoram, num. 3. C. ut in poſ. legat. Boërius deciſ. 147. num. 7. Bald. conſ. 404. col. 1. verſ. [Secundus caſus] lib. 3. Caſtrenſ conſ. 279. in 2. dub. lib. 1. Roman. conſ. 26. Decius conſ. 287. Tiraquel. in l. ſi unquam, verbo, [largitus,] num. 110. C. de revocand. donat. Caroz. d. dec. 130. n. 3. Capicina d. deciſ. num. 17. Coſta de facti ſciens. inſpectione 45. num. 2. & 3. Surdus de aliment. tit 9. qu. 11. à num. 7. & deciſion. 273. num. 29. & conſ. 162. num. 35. & 36. lib. 2. & in conſ. 488. num. 34. lib. 4. Fontanella de pact. nupt. clauſul. 4. gloſ. 18. part. 3. num. 103. Joan. Baptiſta Lup. in cap. naviganti, de uſur. comment. 3. §. 4. num. 96.
ubi dicit: Quod ratione illius incertitudinis dicitur lici- 34
tus contractus ejus, qui annuos redditus, vel aliud emiſſet, puta ab Eccleſia, ad vitam, licèt ſupervixerit tanto tempore, quòd fructus percepti excederent ſolutum pretium, de quo Alexand. Caſtr. Salycet. in dict. l. de fideicommiſſo, C. de tranſaction. & benè notat ibi Additio ad Salycet. Hoſtienſ. in ſumma, eodem titul. in §. in aliis autem, Oldrad. conſ. 207. Univerſis. Bald. conſ. 133. Et quod dictus annuus, lib. 3. Rafael. Cuman. conſil. 181. Proponitur. Caſtrenſis conſil. 289. numer. 4. lib. 1. Boërius deciſ. 44. num. 37. Beroius conſ. 90. lib. 1. Cardinal. Tuſcus tom. 8. practicarum, concluſ. 392. num. 1. verſic. [uſurarius,] Innocentius, & alii in cap. in civitate, de uſuris, Jaſon in l. 1. num. 63. C. de ſumma Trinitat. Covarruv. lib. 3. variarum, cap. 7. num. 3. Parladot. lib. 2. rerum quotidianar. cap. 2. num. 18. & eſt text. ſingularis in l. ſancimus 34. §. fin. C. de donation. ibi: [Incertus enim fortunæ exitus hoc nobis ſuggeſſit, ut poſſibile ſit unius tantum anni, vel brevioris, vel amplioris temporis metas ſupervivere.] Textus etiam notandus in l. Senatus 35. §. mortis cauſa. ff. de don. cauſa mort. ibi: (Terra marique, tàm pace, quàm bello, tàm domi, quàm militiæ, multiſq; generibus mortis periculũ metui poteſt.) Et quod 35
ex ea incertitudine vitæ, atque dubio, & reciproco eventu juſtificetur omnis contractus, maximè accedente lucri, vel damni incertitudine probat etiam, text. in l. ſi à lege, C. de uſuris, ubi. (Propter incertum fructuum eventum,) ubi Gloſ. verbo, [non poſſunt,] Ripa, & Doctores in l. qui Roma, §. duo fratres, num.

19. ff.

19. ff. de verborum obligat. Burſat. conſ. 12. num. 44.
Simon de Prætis conſ. 137. num. 127. Anton. Gabr.
comm. conclu. lib. 4. tit. de fideicommiſ. concl. 1. num. 28.
Joannes Baptiſta Aſinius de executionib. §. 7. cap. 188. &
190. & 191. & 192. Andreas Gail lib. 2. obſervation.
Imperiali 8. à num. 3. 4.
36 Limita ſuperiorem concluſionem, niſi venditor
ſit læſus habita ratione communis valoris ipſius jactus,
& ſpei, non autem piſcium captorum, ut ex Bar. Bal.
Panal. Cagnol. & aliis concludit Gabr. conſ. 168. q. 3.
37 n. 25. qui n. 26. tenet idem eſſe in emente agrum, in quo
repertus eſt theſaurus, cui, inquit, non obſtat benefi-
38 cium l. 2. C. de reſc. ven. Ex his demum fit, quod fru-
ctus futuri, & incerti vendi poſſunt, ſolvendo pretium
tempore contractus, & etiam abſque reatu, & incurſu
uſurarum, cum incertum ſit quanti meſſis tempore fru-
ctus æſtimabitur, Innocent. in cap. in civitate, de uſur.
Caſtr. conſ. 19. Gab. d. conſ. 168. quæſt. 5. num. 68.
39 Joannes Copus de fructibus futuris, cap. 5. num. 3. &
confirmatur, quia quando fructus empti ſunt incerti,
& tempus incertum; tunc ſine dubio contractus valet,
& caret omni fœnoris ſuſpicione, quia lucrum eſt incer-
tum, l. ſi debitor, §. 1. ff. de contrahenda emption. & l.
1. ff. de condit. & demonſtrat. cap. in civitate. cap. navi-
ganti, de uſuris, Joannes Andreas in addit. ad Speculat.
Rubric. de uſur. Hoſtienſ. in ſumma, eodem §. in aliquo,
verſ. (Duodecimo,) Lauren. de Rodulphis, de uſur.
par. 2. q. 87. Natta conſ. 548. num. 32. Cravetta conſ.
145. num. 20. & conſ. 548. num. 11. Cardin. Mantic.
de tacit. & ambig. conven. lib. 8. tit. 21. num. 3.
40 Declaratur; quando fructus empti ſunt certi ad tem-
pus incertum, veluti donec aliquis vixerit; tunc ſi inſ-
pecta ætate, & qualitate emptoris, tempus incertum ſit,
poſſit reduci ad aliquam certitudinem, juxtà l. hæredi-
tatum, ff. ad l. Falcidiam, & læſio veriſimiliter poſſit
excedere dimidiam juſti pretii, contractus intelligitur
uſurarius, Ancharan. in cap. plerique, 14. q. 3. Cyn. in
l. ea pactione, ubi Baldus, Salycet. num. 3. C. de uſur.
Laurent. de Rodulph. de uſur. 2. p. q. 15. Ripa reſp. 1.
num. 8. & 9. Cardin. Mantic. ubi ſupra. num. 4.
41 Certum tamen eſt, hunc contractum, ſi ſervetur
juſtitia pretii, ut ſervari poteſt, etiamſi contingat cu-
mulum penſionum ſortem excedere, licitum eſſe: D.
Thom. opuſ. 73. de uſur. part. 1. c. 9. Ricard. quod lib. 2.
quæſt. 23. Conradus de contract. quæſt. 81. Medin. q.
penultim. de cenſib. fol. 161. ſeu de uſur. q. 14. Soto lib.
6. de juſt. & jure, quæſt. 5. art. 20. ad finem. Leſſius de
juſt. c. 22. dub. 6. Salon. eodem, art. 5. de cenſib. con-
trov. 1. Valentia 2. 2. diſputa. 5. q. 22. Lopez inſtruct. ne-
gociat. c. 55. Bannez de cenſib. dub. 1. Palat. de contractib.
cap. 8. Albornoz de contractib. 3. titul. [juro, ò cenſo
de pro vida], Benedict. Bonius de cenſib. art. 1. Ema-
nuel. Rodriguez de cenſib. fundamen. 2. Sà verbo, (cen-
ſus) addens non fuiſſe prohibitum, Vega in epitome,
verbo, (cenſus,) caſu 9. & 10. Bal. & Salycet. in l.
ſi ea pactione, C. de uſur. Ancaranus conſ. 30. Navar. in
comment. de uſur. num. 17. Decius conſ. 123. Abbas
q. 5. num. 9. Sylveſter. verbo, (uſura,) q. 12. Molin.
diſput. 388. Graſſis lib. 2. cap. 18. de cenſib. num. 17.
Bald. conſ. 118. & 416. lib. 1. conſil. 154. lib. 2. &
conſ. 133. lib. 3. & conſ. 292. lib. 4. Roman. conſ. 302.
Sales de cenſib. dubit. 5. num. 2. Didac. Perez in proœm.
titul. 2. lib. 8. Ordinamen. pag. 30. colum. 2. verſ. 4. Ma-
tienç. in l. 1. tit. 15. lib. 5. Recopilat. gloſ. 1. n. 4. Felician.
lib. 1. de cenſibus, cap. 7. num. 19. Avend. de cenſib. cap.
20.
42 Debitor fructuum futurorum tenetur, ſi fecerit, ne
fructus naſcerentur, Copus de fructib. cap. 2. numero
4. fructuum futurorum obligatio de primis anni fru-
43 ctibus intelligitur, l. eum, qui Calendis, ff. de verbo-
rum obligat. l. boves, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſig-
nificat. Si verò non ſimpliciter, ſed adjecto pondere,
numero, & menſura, fructus futuri in obligatione ſint;
ſi poſt contractam obligationem eo anno nihil natum
fuerit, in ſequentes annos donec fructus nati fuerint,
obligatio defertur: hoc enim caſu non ſub conditione;
ſed in diem eſt obligatio; neque certæ ſpei, ſed quan-
titatis certæ, quæ tunc demum præſtari debet, cum
fructus nati fuerint, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, in
fin. ff. de verborum oblig. l. 20. tit. 11. part. 5. ubi Gre-
gor. gloſ. 2. Multo magis ſi non ipſi fructus, ſed certa 44
pecuniæ quantitas ex futuris fructibus redigenda in
obligatione ſit, ſequentium annorum fructus expe-
ctantur, l. Firmio, ff. quando dies legati cedat, l. Lucius,
ff. de adimen. legat. l. Paulus Callimacus, ff. de legat. 3.
Surd. de alimen. tit. 4. quæſt. 26. num. 11. & 13. Ta-
men futuri fructus debentur etiamſi eo anno nihil na- 45
tum ſit, l. ex ea vino, ff. de vino, tritico, oleo legato, l.
legatum, §. vini Falerni, ff. de annuis legatis, Franciſcus
Vivius deciſion. 532. num. 10. Præſertim cum ſine præ-
finitione annorum præſtitum fuerit, l. ſi cum præfinitio-
ne, ff. quando dies legati cedat, Copus de fruct. futuris,
cap. 1. num. 3. in fine.
Fructus pendentes ſunt, qui jam nati, & formati 46
ſunt, ſed nondum collecti ex arboribus pendent, fundo-
que ſive ſolo adhuc cohærent, l. fructus. ff. de rei ven-
dication. ubi fructus pendentes pars fundi eſſe cenſen- 47
tur, ubi Doctores, Surdus deciſ. 97. num. 1. & 10. An-
ton. Theſaur. deciſ. 55. & deciſion. 56. Vincentius de
Franchis deciſio. 490. n. 75. Vivius deciſ. 533. n. 5. lib. 4.
Monter deciſ. 17. n. 25. Gratian. tom. 1. diſceptation. forenſ.
164. n. 2. & deciſio. 176. num. 2. Marta vota 139. n. 13.
Gaſpar Anton. Theſau. lib. 1. quæſt. forenſ. 26. num. 2.
Anton. Gomez tom. 2. variarum, cap. 2. num. 11. Fe-
licianos de cenſib. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 39. Covarruv.
lib. 1. variarum, c. 3. num. 2. Spino in ſpeculo teſta-
ment. gloſ. 13. num. 28. Gregor. Lopez in l. 16. tit. 8.
part. 5. gloſ. 2. & in gloſ. fin. l. 16. tit. 13. part. 5. &
gloſ. 2. l. 11. tit. 15. p. 5. Azevedo in l. 5. tit. 17. lib. 9.
Recopil. num. 17. Guttier. de gabellis. quæſt. 106. num.
5. Mieres de majoratibus, 4. part. quæſtion. 24. num. 5.
Paz de tenuta, cap. 11. num. 13. Cardin. Tuſc. tom. 4.
pract. conclu. verbo, (fructus,) conc. 495. num. 1.
Ex hoc naſcitur pulchra dubitatio, quæ his tempo- 48
ribus venit in judicium, an nix è cælo cadens ſit in fru-
ctu, & augeat redditus fundi? & quòd ſit in fructu ex-
perientiâ conſtat, quòd ex venditione nivis vectigal
ſolvatur, teſtibus Bobadilla in ſua Politica tom. 2. lib. 1.
cap. 4. num. 9. Gironda de gabellis, 7. part. §. 2. cap. 4.
num. 13. Parlad. lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §.
2. num. 14. & 15. Secundò, quia quidquid ex re, &
propter rem ad nos pervenit, fructus dicitur, l. item ſi
fundi 10. ff. de uſufructu, & in l. uſufructu legat. ff. eo-
dem, & in l. uxori meæ 37. ff. eod. l. loci corpus, §. in
confeſſoria, ff. ſi ſervitus vend. ubi commoditas, & inter-
reſſe, fructus loco habentur: & venationes, & aucu-
pia etiam in fructu ſunt, l. item ſi fundi, §. aucupiorum,
ff. de uſufruct. ergò à ſimili, quod nix ſit in fructu, ex
quo ex ea percipitur redditus, & maximum compen-
dium affert. Neque obſtat, quod nix non ſit verè fru-
ctus, ſed parit fructum, & ideo loco fructus eſt, cum
non naſcatur à terra, & ſolo, ſed de cœlo fluit, ergo
non eſt fructus. Cui reſpondetur, quòd licèt ipſa nix non
ſit fructus naturalis, tamen ipſa coacervata, & con-
ſervata in puteis, quia ex ea compendium exigitur, po-
terit rectè nuncupari fructus induſtrialis, cùm induſtriâ
hominis nix conſervetur, & portetur de uno loco ad
alium ad delectationem, & guſtum, imò ad ſalutem ſit
neceſſaria, & multas infirmitates evitandas. Tandem
hodie videmus nivem non poſſe coacervari, & colligi
in puteis ſine permiſſione Principis, & in ea ſunt redditus
maximi ejuſdem Principis, ſcilicèt, vectigalis, & quin-
tæ partis nivis coacervatæ in puteis, ut poſſit dici, jam
nivem eſſe de patrimonio Principis, ſicut de ſalinis
dicitur;

dicitur, quæ ex aqua veniunt, & in aquam convertuntur, & inter patrimonia Principis computantur: jamque deinceps, quod nix ſit fructus, non erit ambigendum, teſte Nicolao Antonio G zarello *deciſion. Neapolitana* 34. per totam, ubi concludit Senatus redditus nivis eſſe computandos inter redditus feudi, & eſſe nivem fructum feudi.

49 Tamen fundus cum fructibus non duæ res, ſed una
dicitur, *l. fin. §. fin. ff. de his, quæ in fraudem credit.*
idem *in l. Falcidia, ff. ad l. Falcidiam,* Joan. Grivellus
50 *deciſ. 51. Senatus Dolani, num.* 5. Hujuſmodi fructus
pendentes ſpectant ad emptorem: quia quidquid eſt
tempore traditionis in re vendita efficitur emptoris
in quem transfertur dominium, *dict. l. fructus, l. Julianus, §. ſi fructibus, ff. de action. empti, l.* 11. *titul.*
15. *part.* 5. *gloſ.* 2. Anton. Gomez *tom.* 2. *variarum,*
cap. 2. *num.* 11. Molina *lib.* 3. *de primogenitis, cap.* 11.
num. 16. Alexand. Trentacinquius *reſolution.* 6. *de emptione, & vendit.* verſ. [*Limitanda eſt.*]

51 Extenditur concluſio in redemptione; quia non tenetur rem vendens ad fructus extantes, ſed pro rata
temporis, Boerius *deciſ.* 13. ubi enumerat multos caſus.

52 Extenditur etiam, ſi ſint maturi quantumcumque, ut
in *d. l. Julianus, §. ſi fructibus.*

53 Extenditur etiam; quia fructus pendentes tempore
mortis teſtatoris veniunt in fundo legato, in quo pendent: Speculator *tit. de fructibus, & intereſſe, §.* 1. verſ.
[*Pons,*] Bart. *in dict. l. Falcidia:* quæ ſententia in venditione, donatione, permutatione mobilium rerum, vel
immobilium, aliiſque ſimilibus juris articulis locum ha-
54 bet; Copus *in dict. cap.* 6. n. 13. Fructuum pendentium
nomine veniunt ſtantes etiam fructus, Accurſius *in l. ſi*
pendentes, ff. de uſufruct. Fructus pendentes, ut quidam volunt, hi appellantur, qui ſuſpenſi ramis arborum hærent, ut poma; & alii ſtantes, qui recti ſunt ut
ſegetes: verius tamen eſt, quòd nulla ſit differentia inter fructus pendentes, & ſtantes, ſed iidem ſunt; quod
colligitur *ex l. divortio, §. interdum, ff. ſoluto matrim.*
55 ubi maritus nihil retinet, ſi mulier ſtantibus fructibus
fundum recipiat. Item ex eo, quod dicit tex. *in l. ſi apes,*
ff. de furt. colonum, qui nummis colit, acturum furti
cum eo, qui fructus ſtantes ſurripuit, Copus *ubi ſupra,*
num. 5.

56 Pendentium autem fructuum alii ſunt maturi, alii
immaturi: ſi quis olivam immaturam decerpſerit, vel
ſegetem deſecuerit, vel vineas crudas, Aquilia tenetur:
l. ſi ſervus ſervum, §. ſi olivam, ff. ad l. Aquiliam, Monter.
deciſione 18. *num.* 7. *& num.* 18. qui loquitur de ovis,
57 *en agraz.* Et an fructus immaturi in fructu ſint *penult. ff.*
de uſufructu legato, ait, naturalem maturitatem ſpectandam non eſſe, ſed id tempus quo magis domino, colonóve fructum tollere expedit; ita ſi olea immatura plus
habet redditus, quàm ſi matura legatur, non poteſt videri, ſi immatura lecta eſt, in fructu non eſſe: &
in l. ſi abſente, ff. de uſufructu, ait, *Juriſconſult.* ſylvam
cæduam, etiamſi intempeſtivè cæſa ſit, item fœnum
immaturum cæſum in fructu eſſe. Ex quo colligitur,
58 quòd uſufructuarius non ſolum maturos, ſed etiam immaturos fructus ſuos faciat, quibus collectis, & perceptis, licèt ante naturalis maturitatis tempus fructuarius deceſſerit, eos tamen proprietario reſtituere hæres
ejus non tenetur: quod probat Accurſ. in *dicta l. ſi abſente,* Copus *ubi ſupra, cap.* 6. *n.* 3.

59 Fructus percepti dicuntur ſimul atque collecti, à ſoloque ſeparati ſunt, licèt adhuc humi jaceant, & necdum in horreo vel domo reconditi ſint *l. ſi uſufructuarius meſſem, ff. quemadmodum uſusfructus amit.* perceptionem fructuum accipere debemus, non ſi perfectè
fructus collecti ſunt, ſed etiam ita percepti ut terra
continere eos deſierit: veluti ſi olivæ, vel uvæ collectæ
ſint, nondum autem oleum, vel vinum ab aliquo ſit factum, ſtatim enim ipſe accepiſſe fructus exiſtimandus
eſt, *l. qui ſcit, ff. de uſuris.* Ex his igitur fructus dicun- 60
tur percepti, quando re vera naturaliter ſunt percepti,
licèt penſiones, quæ gratia percipiendorum fructuum
ſolvuntur, non ſint ſolutæ; quia nondum fortè venerit
dies, Bellonus *conſ.* 3. *n.* 3. Alexand. *conſ.* 28. *n.* 2.
lib. 1. *& conſ.* 193. Romanus *dict. conſ.* 10. Covarruv.
lib. 1. *variarum, cap.* 15. *num.* 12. Hieronym. Gigas
in tractat. de penſion. quæſt. 53. Socin. *conſ.* 100. *lib.* 1.
Nicolaus Boërius *conſ.* 23. qui diſtinguit plures caſus, &
ſi agatur de venditione, ſivè de locatione ſemper attenditur, an fructus ſint pendentes, ut ſint emptoris, vel
conductoris, & in pluribus caſibus ponit exemplum
Cardinalis Tuſchus *tom.* 4. *verb.* (fructus) *concl.* 497. 61
Itaque, quòd vulgò dicitur bonæ fidei poſſeſſorem fructus ex aliena re perceptos ſuos interim facere, intelligendum eſſe, quoquo modo à ſolo ſeparati fuerint, ut in
dict. l. qui ſcit, §. prætereà, ff. de uſur. idem tamen ait
Juriſc. fructuarium non aliter percepiſſe videri, quàm
ſi ipſe, vel alius nomine ejus perceperit: quòd ſi à fure
fortè colligantur, & à ſolo ſeparentur, dicit *l. ſi fur, ff.*
de uſufruct. fructuarium non percepiſſe. Ideò fur non
fructuario, ſed proprietario condictione tenetur, ut
notat Joannes Copus *ubi ſuprà, cap.* 8. *num.* 1. Gregor.
Lopez *in l.* 19. *tit.* 8. *part.* 5. *gloſ.* 5. *colum.* 2. *in princ.*
Caſtillo Sotomajor *in tract. de uſufruct. c.* 77. *num.* 9. *&*
13. Barboſa *in l. divortio,* 2. *p. num.* 31. *ff. ſoluto matrimonio.*

Perceptorum fructuum alii honeſtè, ut ex cultura, 62
& cura agrorum; alii inhoneſtè, ut ex proſtitutione ancillarum percepti ſunt, & hi cùm de reſtitutione fructuum agitur, in conſiderationem veniunt, ut dicit Joan.
Copus *ubi ſup. n.* 3.

Fructus, qui percipi potuerunt, qui dicantur, in 63
qua ſpecie in varias ſententias diſtracti ſunt interpretes:
nam *l. certum, C. de rei ven.* & ejus ſequaces ita definierunt, eos eſſe fructus, qui percipi potuerunt, quos poſſeſſor ante moram percipere potuit, poſt moram quos
petitor percipere potuiſſet: quæ diſtinctio reſcripto Imperatoris Alexandri infirmatur, quo conſtitutum eſt *in*
l. domum, C. de rei vend. eum, qui injuria domum alienam occupavit, eam cum penſionibus, quas percepit,
aut percipere potuit, cogendum eſſe reſtituere. Hieronymus Cevallos *tom.* 1. *communium, q.* 499. *à num.*
1. & Ulpian. & Triphon. *in l. in re, l. ultima, ff. de condictione furtiva,* dicunt, quòd malæ fidei poſſeſſor, de
quo agitur in mora ſemper eſt. Hanc diffinitionem improbat Bart. *in l. ex diverſo, ff. de rei vendic.* ubi ait,
quòd fructus, qui percipi potuerunt, eos eſſe, quos
actor petere voluerit, in ejus optione relictum eſſe,
ut eligat, & petat fructus, vel quos ipſemet, ſi ei poſſidere licuiſſet, vel quos poſſeſſor, qui fortè diligentior
eſt, percipere potuiſſet, ut teſtatur Joannes Cap. *ubi*
ſup. c. 9. *n.* 1. *&* 2. Et ita melius fructus, qui percipi 64
potuerunt, hi propriè, & verè dicuntur, quos diligentiſſimus quiſque paterfamilias, quos alius diligentior
non eſt, percepiſſet, ſed lata, aut levi culpa percepti
non ſunt, *l. ſi ſine, §. Modeſtinus, ff. de adminiſtrat.*
tutorum, l. quidquid, C. arbitr. tutelæ; quare Modeſtinus ſcribit *in d. §. Modeſtinus,* quòd tutores teneantur
etiam eorum nomine, quæ non perceperunt, ſed percipere potuerunt: & dubium videtur, quatenus accipienda ſunt hæc verba percipere potuerunt; unde in *d. l.*
quidquid, diffinitum fuit, quidquid tutoris, vel dolo, vel
lata culpa, vel levi, ſivè curatoris, minores amiſerint,
vel cum poſſent non adquiſierint, hoc etiam in tutelæ
ſivè negotiorum geſtorum utile judicium venire. Et
adeò adminiſtrator minoris tenetur reſtituere fructus ne- 65
dum perceptos, ſed illos, qui percipi potuerunt, Bald.
in conſil. 53. *num.* 3. *lib.* 1. Idem tenetur malæ fidei
poſſeſſor ſecundum Bald. *in l. domum, C. de rei vendic.*
etiamſi habeat titulum invalidum, Paulus Caſtr. *in l.*
ſed, & ſi, §. quod autem ait, num. 1. *&* 4. *ff. de petition.*
hære-

hæredit. Anton. de Butr. Abbas, & Imola, & omnes in *c. gravis, de reſtitut. ſpoliator.* gloſ. & Bart. & Angel. *in dict. l. ex diverſo, in princ. ff. de rei vendication.* communem dicit Menoch. *de recuperand. remedio* 15. *num.* 66. Roland. à Valle *conſ.* 72. *num.* 21. *lib.* 4. *l.* 44. *tit.* 28. *p.* 3. ubi Gregor. *gloſ.* 1. Joannes Garcia *in tractat. de expenſis, c.* 15. *num.* 4. Spino *in ſpeculo teſtament. gloſ.* 2. *princ. num.* 22. Cevallos *tom.* 1. *communium, q.* 499. *à num* 2. Anton. Pichardus *in* §. *cum in ſuo, Inſtitut. de rerum diviſion. num.* 7.

66 Et ideò, qui emit rem univerſitatis à particularibus, licèt habeat regreſſum de evictione contra particulares, re evicta tenetur ad fructus perceptos, & qui percipi potuerunt adverſus communitatem: Curtius Jun. *conſ.* 174. *num.* 38. Gloſ. final. *l. fin. verb.* (ſtabiles,) *C. de vendend. rebus civit.* maximè quando contra jus, quod reſiſtebat, emit, quia ſemper tenetur ad perceptos, & percipiendos fructus. Ita Rolandus à Valle *conſ.* 57. *num.* 26. *lib.* 3. Emit enim omiſſa ſolemnitate à jure requiſita, ut in Gloſ. *dict. l. fin.* quam ſequuntur *ibi* Alexand. *in addit. ad Bartolum.*

67 Amplia, quòd licèt habens titulum excuſetur à fructibus percipiendis, fallit in eo qui habet titulum à minore; quia tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, Gloſ. *in l. patri,* verſic. (*Item ex diverſo,*) verbo, (*cum fructibus,*) *ff. de minoribus*, ubi *Bart. Bald. & Fulgoſ.* Roman. *ſingular.* 534. & *ibi*, Additio, Rota Romana per Creſcent. *deciſion.* 176. *Poſſeſſor malæ fidei,* Jaſo. *in l. apud Iulianum, in princ. in* 3. *notab. ff. de legatis,* 1. Cremenſis *ſingular.* 135. Auguſtinus Beroius *in c. gravis, de reſtitut. ſpoliatorum, num* 54. Idem procedit in Eccleſia, quæ vicem minoris obtinet, Fulg. *in dict. l. patri* §. *ſi pecunia, ff. de minor.* qui dicit, quod cum Epiſcopo Placentino non potuit obtinere.

68 Limita in eo, qui licitè percepit fructus, & in ſuos uſus conſumpſit; quia licèt teneatur ad illorum reſtitutionem, non tamen tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, neque ultra æſtimationem ſimplicem, & excuſatur à valore quanti plurimi. Bar. Caſtr. Alexand. *in l. divortio,* §. *ob donationes, in fin. ff. ſoluto matrimon.* Bald. & Salycet. *in l.* 2. *in fin. C. de fruct. & lit. expenſ.* Bart. *in l.* 3. §. *in hac, num.* 13. *ff. commod.* Alexan. *in l. unum num.* 15. *ff. ſi cert. pet.*

69 Fructus autem quidam aridi, & quidam liquidi; illi dicuntur ſui natura duri, quique humore carent, nec liquefieri poſſunt, ut frumentum, hordeum, ſiligo, faba, & omnia legumina: liquidi dicuntur molles, & natura humidi, qui in ſtillantem, & defluentem humorem reſoluti ſunt, ut vinum, oleum, & his ſimiles, quam diviſionem *Accurſius* enarrat *in authent. ut nulli cred. agricolis, collat.* 4. Monter. *deciſion.* 18. *num.* 15. & 16. Copus *de fruct. aridis, tit.* 4. *c. prim.* Fructus tamen aridi dicuntur, qui ad invicem commixti non confunduntur, ſed fructus liquidi confunduntur, ut vinum, mel, & ſimilia Gloſ. *in verbo,* (aridis,) *in d. authent. ut nul. credend. agricol. collat.* 4. nulla res utilior eſt, quàm fructus aridi, Gloſ. *in Rubric. C. de agricolis, & cenſit. lib.* 11.

70 Fructus alii recentes, ſeu novi, alii veteres: Recentes dicuntur, qui præſenti anno percepti ſunt; veteres verò prioris anni fructus appellari ſolent, *l. vetus, ff. de tritic. vin. oleo legat.* ubi quod ſi vinum vetus legatum ſit, omne quod non eſt novum debetur, ſed & proximo anno & aliis ſuperioribus perceptum legatum videtur, Seraphinus *de jurament. privileg.* 4. *num.* 184.

71 Proinde ſi quis vinum vetus mutuum dederit, debitori novum reſtituere non licet, *l. cum quid, ff. ſi certum petatur*: quia ejuſdem bonitatis rem, non deteriorem reddere debet, deterius autem fit vinum novum veteri, & ſic non tenetur creditor accipere novum pro veteri, quod *Chriſtus Dominus noſter Lucæ* 5. confirmare videtur, cum ait:) Nemo bibens vetus, ſtatim volt novum:] ergo vinum vetus melius eſt, & cùm vinum vetus ſit carius novo, ne Reſpublica nimis oneretur ſi de veteri vino militibus daretur. *l. jubemus, C. de erogat. milit. onno. lib.* 12. Imp. juſſerunt cunctis militibus à Novembri menſe de novello vino annonam dari. 72

Obiter notandum eſt quòd fructus legitimè debentur à die mortis parentum: *l. Papinianus,* §. *unde ſi quis, ff. de inofficioſo teſtamento,* Gloſſa *in l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebellianum,* Titaquel. *in l. ſi unquam, C. de revocan. donation. verb.* [revertatur,] *num.* 270. Alvarus Valaſcus *de partit. cap.* 18. *num.* 4. Gratianus *regula* 101. *num.* 2. Tuſchus *tom* 4. *pp. con.* 490. *num.* 72. *in verbo,* (*fructus*) Jacobus Cancer. *tom.* 1. *variarum, cap.* 3. *de legitima, num.* 32. Peregrinus *de fideicommiſ. artic.* 49. *num.* 39. Joannes Grivel. *deciſion.* 98. *Senatus Dolani n.* 1. & 2. Boer. *deciſ.* 3. *n.* 17. Giurba *deciſ.* 65. *n.* 6.

Circa fructus perceptos per emptorem rei evictæ, eandem diſtinctionem obſerva, quam retulimus *in præcedenti capite,* de bonæ fidei & malæ fidei poſſeſſore: nam bonæ fidei poſſeſſor non poteſt turbari in fructuum perceptione, quamdiu evictus non fuerit fundus, 73 *l. qui ſcit.* §. *final. ff. de uſuris, l. in bona fidei, ff. de acquirend. rerum domin.* §. *ſi quis à non domino, Inſtitut. de rerum diviſion.* Angel. *conſ.* 160. *in fin.* Caballin. *dict.* §. 3. *de eviction. num.* 171. Tuſchus latiſſimè *dict. concl.* 490. *à num.* 1, 15. & *ſeqq.* Eos tamen fructus, quos emptor percepit poſt litem conteſtatam, judicis officio reſtituet. Glo. *in dict.* §. *fi. & in l. evictis, ff. de uſuris, l. certum, C. de rei vendicat. l. mala fide, C. de condict. ex leg. lib.* 2. *C. de fruct. & lit. expenſ.* latè Bart. *in l. ex diverſo, ff. de rei vend.* Angel. *in dict.* §. *ſi quis à non domino, Inſti. de rer. diviſ.* Socin. Jun. *conſ.* 81. *lib.* 1. & *conſ.* 150. *eodem lib.* Caballin. *ubi ſup.*

Emptor, ut lucretur fructus, non requiritur probatio bonæ fidei, ſed ſufficit, quod non ſit probata mala fides: ita Bart. *in l. ſed & ſi lege* §. *ſcire, ff. de petit. hæredit.* ubi Bald. & Caſtrenſ. Alexan. *conſ.* 154. *lib.* 6. Afflict. *deciſ.* 87. Neguſ. *de pignor.* 4. *memb.* 5. *p. num.* 1. & 2. Jaſ. *in l. Pomponius, ff. de acquir. rerum domin.* Curt. Sen. *conſ.* 71. *num.* 6. 74

Emptor bonorum, præſumitur, & eſt bonæ fidei poſſeſſor, *l. penult. C. de evict.* not. *in c. ſi diligenti,* & *in c. vigilanti, de præſcrip.* & uſque ad litem conteſtatam facit fructus ſuos, Bar. & alii in *d. l. ex diverſo,* Canoniſtæ *in c. gravis, de reſtit. ſpol.* Alexand. *conſ.* 44. *lib.* 3. poſt litem conteſtatam ceſſat bona fides, & fit condemnatio in fructibus, cùm tamen malæ fidei poſſeſſor nullos lucretur fructus, ſed tenetur ad illorum reſtitutionem, Bartol. *in dict. l. ex diverſo,* & æquiparatur prædoni, qui tenetur ad fructus tam perceptos, quàm percipiendos: *dict. l. ſed & ſi lege,* §. *quod autem,* ubi Bartol. & *in l. ſi fundum, C. de rei vendicat.* latè Salycet. *in l. domum, C. de rei vendic.* Corneus *conſ.* 301. *lib.* 1. *nu.* 6. Caſtr. *conſ.* 388. *lib.* 2. In tantum hoc procedit; quis furtum committit malæ fidei poſſeſſor, & tenetur ad damna, & intereſſe: Bartol. *in l. ſequitur,* §. *fructus, ff. de uſucapionibus, l. penultima, C. ſi de vendit. pign. agatur,* ubi Bald. & eſt text. *in l.* 2. *C. de fructibus, & litis expenſ.* & poteſt judex condemnare malæ fidei poſſeſſorem ad fructus perceptos à die litis conteſtatæ, etiamſi non ſint petiti: Innocent. *in cap. gravis, de reſtit. ſpol.* Bald. *in d. l. ex diverſo,* §. 1. & *in Rubric. de uſur. & fruct. legat.* & *in l. cum Archimedorũ, C. ut in poſſeſ. legat.* Guid. Pap. *deciſ.* 405. Limitandum eſt hoc in eo, quòd malæ fidei poſſeſſor conſequitur expenſas in percipiendis fructibus; quia ſemper eſt deducenda impenſa, *l. fructus, ff. ſolut. matr. l. ſi à domino, ff. de petit. hæredit. l. fundus, qui, ff. famil. ercis. l. quod in fructibus, ff. de uſuris,* latè, & copioſè *Barboſa in d. l. fructus.* 75 76 77 78

Limitatur tamen in fructibus acquiſitis induſtria malæ fidei poſſeſſoris; quia verum eſt dicere, quòd numquàm fuerunt in dominio petentis, *l.* 1. §. *cum prædium,* 79

&

& *ibi* Gloſ. verbo (*nunquam*,) ubi Bartolus, *ff. de pignor.* Socin. *conſil.* 93. *lib.* 1. Bart. interpretando Gloſ. *in l. aſſiduis*, C. *qui potior. in pig. habeantur.*

Limitatur etiam quod malæ fidei poſſeſſor tenetur
80 ad fructus, ſivè extent, ſivè conſumpti ſint, à die litis conteſtationis: Cumanus *conſ.* 110. *in fin.* per litis enim conteſtationem efficitur malæ fidei poſſeſſor, *l.* 2. & *ibi* Bartol. *C. de fructib. & litis expenſ. l. certum, C. de rei vendication.* ubi Salycetus, & Caſtrenſ. Alexand. *conſ.* 90. *in fin. lib.* 2. Curtius Senior *conſ.* 71. *Princeps*; Angel. *in dict. §. ſi quis à non domino, & in conſ.* 96. *num.* 3. &
81 Et comprobatur; quia quilibet bonæ fidei poſſeſſor à die litis conteſtatæ efficitur malæ fidei, & tenetur ad reſtitutionem fructuum, *l.* 2. ubi Bartolus, & *DD. C. de fruct. & litis expenſ. & in dict. l. certum*, Afflictis *in cap.* 1. *col. final. in fine, qui ſucceſ. feud. teneant.* Rota Romona *in noviſ. deciſion.* 182. Quod procedit etiamſi juſtam cauſam habuerit litigandi, *dict. l. certum*, ubi omnes. Alexan. *conſ.* 92. *num.* 10. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 24. *col. fin. lib.* 1.

Declara tamen, quod effectus malæ fidei poſſeſſor
82 poſt publicationem teſtium non condemnatur ad fructuum reſtitutionem perceptorum ante publicationem, ſed tantum poſt; *l. videamus, §.* 1. & *ibi* Bartol. *ff. de uſuris, l. cum fundum, in principio ff. ſi certum petatur.* Innocentius *in cap. gravis, de reſtitution. ſpoliatorum*, etiamſi non fuiſſent petiti, ſecundum Baldum *in dict. l. ex diverſo, §. & in d. Rubrica, C. de uſur. & fruct. legat.* idem poſt litis conteſtationem; quia licet efficiatur malæ fidei, bene lucratur illos antè propter bonam fidem, Alexan. *conſ.* 24. *lib.* 5. & *conſ.* 75. *lib.* 2. Cardin. Tuſc. *d. concl.* 490. *num.* 99. & *ſeqq.* & circa iſtom materiam omnino eſt videndus, & ſunt etiam videndi Joan. Copus, *de fruct.* Joan. Garc. *de expenſ. c.* 23. Ariſmin. Tepot. *in variis reſol. tit.* 272. ubi latè & copiosè iſta materia diſſeritur, & reſolvit.

QUÆSTIO XXII.

An venditor condemnatus, ob pecuniæ penuriam, cogere poſſit emptorem ad recipiendo bona immobilia, præſtita cautione de evictione?

SUMMARIUM.

1 *Pro emptore venditoris creditore faciunt ſequentia: venditor ſolvens unam rem pro alia non liberatur.*
2 *Aliud pro alio, invito creditori ſolvi non poteſt.*
3 *Species pro quantitate ſolvi non poteſt.*
4 *Et etiam maritus recipiens dotem in quantitate, illam in ſpecie ſolvere non poteſt.*
5 *Creditor non poteſt cogere debitorem ad dādā ſpeciem pro quantitate.*
6 *Debitor quantitatis per inſtrumentum publicum, non poteſt pro ſatisfactione ſui debiti offerre bona.*
7 *Pactum, quod quis non poſſit pro ſatisfactione ſui debiti offerre tot de bonis ſuis in ſolutum valet, & tenet.*
8 *Regula,* Aliud pro alio invito creditori ſolvi non poteſt, *multis modis ampliatur.*
9 *Primò, retineri una res pro alia non poteſt.*
10 *Ampliatur ſecundò, etiamſi intereſſe affectionis aliud ſuaderet.*
11 *Tertiò ampliatur, quod nec etiam cedi poteſt aliud pro alio.*
12 *Quartò ãpliatur in legatario. cui fuerunt relicta centum, quæ erant apud campſorem, & hæres damnatur ad dandam vineam, & hæres dicta centum expendit, non debet cogi legatarius alia centum recipere.*
13 *Quintò ampliatur ſive debitor ſit quantitatis, ſive generis, ſivè ſpeciei.*
14 *Limitatur primò hæc regula in cauſa neceſſitatis.*
15 *Limitatur ſecundo, ſtante impotentia, & impoſſibilitate in ſolvente.*
16 *Limitatur tertiò, quando certa quantitas hæreditatis relicta fuit propter incommodum diviſionis.*
17 *Limitatur quartò, quando eſſet dura ſeparatio ratione ſanguinis.*
18 *Limitatur quintò, quando aliud ſuccedit in obligatione loco rei promiſſa.*
19 *Limitatur ſextò, in contractibus innominatis.*
20 *Limitatur ſeptimò, quando quantitas debetur loco ſpeciei.*
21 *Limitatur octavò, quando unum eſt in obligatione, & aliud in ſolutione.*
22 *Facultas eligendi in inſtrumentis guarentigiis, quando unum venit in obligatione, & aliud in ſolutione, durat donec petatur executio.*
23 *Limitatur, quod variatio admittitur ex diſpoſitione hominis ante litem conteſtatam.*
24 *Quod ſecus erit in diſpoſitione legis.*
25 *Limitatur in obligatione alternativa: & num.* 26. 27. 28. 29. 30. 31. *nam facultas ſolvendi aliud pro alio ex diſpoſitione legis durat poſt ſententiam.*
32 *Limitatur quando eſt conſuetudo in contrarium.*
33 *Limitatur, ſi debitor eſſet in mora ſolvendi.*
34 *Limitatur, quando debitum eſt legale.*
35 *Limitatur, quando juſta cauſa aliud poſtulat.*
36 *Limitatur etiam, quando pretium, & æſtimatio ſuccedunt loco rei in univerſalibus.*
37 *Limitatur, in teſtatore.*
38 *Limitatur conſentiente creditore.*
39 *Limitatur, quando ſolutum eſt loco rei.*
40 *Limitatur, quando maritus legat fructus prædii ſui.*
41 *Limitatur in tributis debitis fiſco.*
42 *Limitatur in reſtitutione librorum.*
43 *Limitatur in ſervitutibus.*
44 *Limitatur in debitore, qui promiſit rem dare in pignus.*
45 *Limitatur in hærede, qui beneficio inventarii adivit hæreditatem.*
46 *Limitatur in caſu, in quo creditor ex re pignorata fructus percepit, & num.* 47. *num* 48.
49 *Creditor jure pignoris præſumitur rem poſſidere, numero* 50.
51 *Pignus ſemper eſt reſtituendum debitori offerenti ſolvere, quod debet.*
52 *Creditor eſt procurator debitoris, & num.* 53.
54 *Limitatur etiam prædicta concluſio in mandato.*
55 *Limitatur in hærede gravato reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum.*
56 *Limitatur, quando res locata conductori evincitur ſine dolo, & culpa locatoris.*
57 *Limitatur in debitore reſtituente rem deterioratam, commodatam, ſeu depoſitam.*
58 *Facultas ſolvendi aliud pro alio tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
59 *Facultas recuſandi ſolutionem in alia re creditori auferri non poteſt, etiam reſcripto Principis.*
60 *Venditor debitor quantitatis, ſtante impoſſibilitate ſolvendi in pecunia, poteſt cogere creditorem emptorem ad recipiendam ſpeciem, & bona immobilia.*
61 *Debet venditor debitor bona immobilia præſtare data prius cautione de evictione, num.* 62.
63 *Emptori creditori ſatisfieri debet cum minori incommodo debitoris, & aliorum creditorum, ita ut non debeat vendi melius prædium.*
64 *Emptor creditor malè agit, dum poteſt ex una rei viliori ſatisfieri, & vendit pignus pretioſius.*
65 *Cum debitor ſolvit, ejus creditor debet accipere de bonis omnibus, optimis, bonis & medioeribus, & ibi*

ad

ad plura.

66 *Arbitrium creditoris non procedit, & ſi plures res habeat pignoratas, ſi unam eorum elegit, & litem fuerit conteſtatns, amplius non poteſt variare, & aliam eligere.*

67 *Nec procedit creditoris arbitrium, quando debitor offert rem, ex qua creditori poteſt ſatisfieri.*

68 *Creditor non eſt dominns rei pignoratæ.*

69 *Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, teneris facere.*

70 *Arbitrium creditoris non eſt ita liberum, niſi in quantum lex diſponit, aut debitor, vel alius intereſſe habens non contradicit.*

71 *Quando creditor capit bona ultra ſuum debitum, lucri cauſa facere præſumitur.*

72 *Ut* authentic. Hoc niſi debitor, *locum habeat, multa concurrere debent.*

73 *Quod debitor exprimat cauſam oblationis, & probet impotentiam ſolvendi.*

74 *Quod etiam præcedat diſcuſſio bonorum debitoris.*

75 *Quod perquiſierit emptorem, qui emeret tantùm de bonis ſuis ſtabilibus ut poſſit creditori de ſuo credito ſatisfacere.*

76 *Et quod etiam bona in ſpecie conſignet transferendo dominium in creditorem.*

77 *Quod tempore oblationis det liſtam bonorum.*

78 *Quod juſtificet, quod non tantum caret pecuniis, verum mobilibus.*

79 *Et quod bonorum æſtimatio fiat ad decimam, vel ſextam partem, num.* 80.81.

82 *Et quod debitor offerat bona in ſolutum meliora ad electionem creditoris.*

83 *Quod dicta oblatio fiat cum juramento, num.*84.

85 *Et quod oſtendat debitor & offerat, ac tradat inſimul inſtrumenta creditori.*

86 *Limitatur, ut* dict. authent. hoc niſi debitor, *non procedat in dote.*

86 *Limitatur, quando debitor habet pecuniam in arca, & obſtinate vult ſolvere in bonis.*

87 *Limitatur, quando debitum eſt juratum, & debitor promiſit ſolvere in pecunia.*

88 *An beneficio* authent. hoc niſi debitor, *renunciari valeat?*

89 *Renunciari poteſt medio juramento: juxta ſententiam aliquorum.*

90 *Declaratur, quando poſt renunciationem veniſſet caſus inopinatus auferens potentiam ſolvendi in pecunia, & vendendi bona ſua.*

91 *Juramentum non extenditur ad incogitata.*

92 *An creditorem poſſit cogere debitor annui redditus, ut fundum in ſolutum accipiat, ne capi, & incarcerari poſſit?*

93 *Refertur ſententia contraria tamquam communior?*

1 PRo emptore, evicta re vendita, faciunt ſequentia: venditor condemnatus ratione rei evictæ, ſolvens emptori unam rem pro alia emptori invito, non liberatur; text. *in l.* 2. *§. mutui, ff. ſi certum petatur, l. ſi ſe non obtulit, §. aut Prætor. ff. de re judicat. l. promiſſor, §. final. ff. de conſtituta pecunia, l. item liberatur, §. qui paratus, ff. quibus modis pignur, vel hypothec.* Anton. Theſaurus *deciſion.* 153. Guttierrez *de juramento* 1. *parte, cap.*29. Bartholomæus Bertazolus *de clauſulis, clauſula* 41. *gloſſa* 5. Joannes Baptiſta Aſinius *de executione, §.*7. *cap.*108. Alexand. Trentacinquius *lib.* 3. *de ſolutionibus, reſolutione* 36. *num.* 1. & 2. Aliud enim pro alio, invito creditore, ſolvi non poteſt, *l. eum, à quo, C. de ſolutionibus,*
2 Alexand. Ludoviſius *deciſion.* 352. *à num.*2. & *ibi* Additio, Gloſ. *in dict.* 2. ubi Bartol. & Ripa *num.* 22. Philippus Corneus *conſ.* 149. *num.*7. *lib.*4. & *conſ.* 102. *n.* 11. *lib.*2. *l.* 3. *titul.* 14. *Partit.* 5. ubi Gregorius Lopez *gloſſa* 1. Socinus *regula* 377. Duennas *regula* 159. Caſtel. *in l.* 20. *Tauri, num.* 5. *litera* P. Gratianus *regula* 279. *n.* 3. Auguſtinus Moſla *ad titulum. ff. ſi certum petatur, quæſtione* 16. *num.* 1. & 2. Joſephus Ludovicus *deciſione Peruſina* 101. *num.*27. *part.*2. Caſtillo Sotomajor *lib.* 4. *controverſiarum cap.* 10. *num.* 52. Quibus additur non licere rem etiam meliorem ſolvere creditori invito, argumento text. *in l. ultima, ff. de uſu, & habitatione.*

Et in debitore quantitatis, quod non poſſit ſolvere 3
aliud pro alio invito creditori, puta ſpeciem pro quantitate, & pecunia, tex. *in l. creditor, §. Lucius, ff. de uſuris, dicta l. eum, à quo, C. de ſolutionib.* Decius *in dicto §. mutui, num.* 16. Ruinus *conſil.* 65. *num.* 10. *lib.* 2. Alexand. Ludoviſ. *in d. deciſ.* 352. *num.*2.

Et in ſpecie de debitore dotis, quod bona pro pecu- 4
nia, quam recipit, ſolvere non poſſit, eſt textus *in l. ex pecunia, C. de jure dotium,* Bart. *in l. res in dotem, num.* 43. *ff. de jure dotium,* Cephal. *conſ.*698. *num.* 1. *lib.*5. Philippus Corneus *conſ.* 15. *num.*5. *lib.*2. & ſicut non poteſt debitor cogere creditorem ad recipiendam rem, vel ſpeciem pro pecunia credita, ita è converſo non 5
poteſt creditor cogere debitorem pro pecunia ſibi debita dare rem vel ſpeciem, *l. domini prædiorum, C. de agric. & cenſ. lib.* 11. Rip. *in d. §.*1. *num.*29.

Hinc fit, quod debitor in pecunia per publicum inſ- 6
trumentum guarentigiatum & confeſſionatum, & juratum, & ſolemni ſtipulatione vallatum, non poteſt pro ſatisfactione ſui debiti de propriis bonis offerre, & ſatisfacere, ſed hoc debet in pecunia facere, niſi inſtante impoſſibilitate, & concurrentibus requiſitis, de quibus *in authent. hoc niſi debitor, C. de ſolut.* Jaſon *conſil.* 9. *num.* 10. *lib.* 1. Decius *in d. §. mutui, num.*26. Benintend. *deciſ. Bononienſi* 28. Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſina* 64. *num.* 1. *part.* 2. Cephal. *conſ.* 195. *num.* 1. *lib.*2. Theſaur. *deciſ.* 153. Petr. Surd. *conſ.* 201. *num.* 3.

Hinc etiam fit valere pactum, quòd quis non poſſit 7
offerre tot de bonis ſuis in ſolutum; quia hoc modo aliud pro alio invito creditori ſolveretur, Cot. *in ſuis memorabil.* verſ. [*Solvi poteſt aliud,*] verſ. (*ex iſta regula dicebam,*) licet ab hoc diſſentiat Alex. *conſ.* 37. *verſ.* [Tertio videtur,) *lib.*2.

Iſta regula multis modis ampliatur. Et primò, ut etiam 8
procedat in retentione, in qua una res pro alia non poteſt retineri, niſi de conſenſu partium, *l. ſi ex pecunia, C. de rei vend. l. quamvis, C. de pignor. l. ſi moritur, C. de diſtractione pign. l. fin. C. commodati,* Corneus *conſ.*207. *num.*3. *lib.* 1. Stephan. Gratian. *tomo* 4. *diſceptatione* 618. *num.*5.

Ampliatur ſecundò; etiam procedere quoad intereſ- 9
ſe affectionis: nam adhuc aliud pro alio invito creditori ſolvi non debet: Caſtr. *in l. ſi domus, §. in pecunia,* & *ibi* Jaſon *ſeptimo notabil. ff. de leg.* 1.

Ampliatur tertiò, quòd pari ratione, creditore invi- 10
to, alius pro alio cedi, & ei ſolvi non poteſt, & maximè quando hoc creditori præjudicium afferre poſſet. Catellianus Cot. *ubi ſup.* Maurus Aretinus *in tractat. de ſolut. cap.*7. *num.* 12.

Ampliatur quartò, quando teſtator legavit mihi cen- 11
tum, quæ erant apud campſorem, cum hoc, quòd ſi hæres ea mihi non præſtaret, tenetur mihi dare unam vineam: certè ſi hæres expenderit illa centum, quæ apud campſorem erant, & vellet mihi dare alia centum, non cogor ea recipere, ſed debeo habere vineam; ex hac regula: ita *Bar.* poſt Dyn. *in l. talis ſcriptura, n.*3. per illum textum, *ff. de legat.* 1. Jaſon *in §. mutui datio, num.*8. Aſin. *de executionibus, dict. §.*7. *cap.* 130. *num.* 1. quod eſt intelligendum, quando pecunia fuiſſet in ſacculo deſignata tamquam ſpecies, ut Addit. ad Bart. *in d. l. talis ſcriptura, litera* A. & Jaſon, *ubi num.* 11. ubi latè, & dicit eſſe communem.

Ampliatur quintò, quando venditor ex pacto eſt 12
obligatus ad ſolvendum pretium rei evictæ in moneta aurea, vel argentea, ſolvere volens pecuniam æneam, non liberatur, invito emptore; quia ſolutio debet

fieri in moneta convente, & deſignata, ſtabilita inter partes, Gloſſa *in dicto* §. 1. *l. ſi quis argentum, C. de donationibus*, Faber, *in* §. 1. *Inſtitut. quibus modis tollitur obligatio*, Enriq. Bocarius *ſingulari* 76. *num.* 20. Covarruvias *lib.* 4. *variarum*, *cap.* 7. *num.* 5. Joannes Zangerus *in tractat. de except.* 3. *part. de ſolutionibus*, *num.* 160. Pinellus *in Rubrica l.* 2. *C. de reſcindenda vendit. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 16. & 17. Tiraquellus *de retract.* §. 1. *gloſſa* 18. *num.* 30. Surdus *conſ.* 242. *num.* 3. & *num.* 5. ibi: Monetæ certa ſpecies quando deducta eſt in pactum alia ſolvi non poteſt. Bartol. *in l. non amplius*, §. *final. ff. de legatis* 1. & *ibi* Imola *num.* 2. Gratianus *tom.* 1. *diſceptatione* 55. *n.* 37. Maſtrill. *deciſ. Regni Sicil.* 7. idem Gratianus *tom.* 3. *diſceptation.* 417. *à n.* 18. Aſynius *de execution. dict. cap.* 118. *n.* 4. Baldus *conſ.* 213. *in fine*, *lib.* 5. Boerius *deciſion.* 327. *num.* 10. Menochius *conſil.* 45. *lib.* 1. & *conſ.* 258. *n.* 1. *lib.* 3. Vincentius Carrozius *deciſion.* 53. *n.* 11. Flaminius Cartarius *deciſione Genuenſi* 134. *num.* 1. Pyrrus Maurus Aretinus *de ſolutionibus*, *cap.* 26. *num.* 4. ibi: & hoc ex pacto, & conventione, quæ quantuncumque dura ſervanda eſt, *l.* 1. §. *conventis*, *ff. depoſiti*, Caſtillus Sotomajor *lib.* 4. *ultimarum voluntatum*, *cap.* 10. *num.* 54. quod ſemper vidi judicari in Senatu ſupremo Regio, & in omnibus tribunalibus hujus Curiæ ante promulgationem pragmaticæ; ſed poſt ejus promulgationem, quæ fuit anno 1625. ea erit obſervanda, ſcilicèt, quando pecunia aurea, vel argentea fuit promiſſa, & verè recepta ſit aurea, vel argentea ſolutio hujuſmodi pecuniæ ſic receptæ debet fieri in ſimili pecunia aurea vel argentea, & non liberabitur ſolvens in alia moneta, etiamſi ſolvat ejus æſtimationem, ut cavetur in *dicta pragmatica cap.* 1. Quod ſecus erit, ſi verè pecunia aurea, vel argentea non ſit recepta, & ſolutio monetæ aureæ, vel argenteæ ſit promiſſa; quia tunc per dictam pragmaticam permittitur, imò potius præcipitur ſolutionem fieri in moneta ænea cum æſtimatione decem pro centum: quam æſtimationem Bart. & Doctores *in l. Paulus*, *ff. de ſolut.* Socin. Junior *conſ.* 101. *lib.* 3. & Farinac. *deciſ.* 899. *in noviter novis*, amplexi ſunt. Talis enim æſtimatio decem pro centum eſt jam taxa omnium obligationum monetæ aureæ, vel argenteæ ante editionem pragmaticæ factarum; quando, ſcilicèt, ut diximus, fuit ſolum promiſſa, & non recepta aurea, vel argentea pecunia.

13 Ampliatur ſextò, ut ſuperiora locum vendicent, ſivè quis ſit debitor generis ſivè ſpeciei, ſivè quantitatis Jaſon. & reliqui Doctores *in dict.* §. *mutui*, *num.* 8.

14 Limitatur hæc regula multis modis. Primò, in cauſa neceſſitatis, in quo loco præſtationi rei ſuccedet ipſius æſtimatio, *l. ſi filius familias*, §. *ſiquid alicui*, *ff. de legatis* 1. Bartolus, & Jaſon *dicto num.* 8. Ripa *num.* 29. quia quando moneta aurea vel argentea promiſſa non reperitur, vel difficulter haberi poſſit, loco ejus monetæ æſtimatio ſolvi poteſt in alia moneta: & ita regula non procedit, ſi ſpecies debita non reperiatur, quo etiam caſu æſtimati rectè ſolvi poteſt, *l. non dubium*, ubi Gl. *ff. de legatis* 3. *l. ex legati cauſa*, *ff. de verborum obligationibus*, Bartolus *num.* 21. & Jaſon *num.* 8. *in dict.* §. *mutui datio*, Andreas Gail *lib.* 2. *obſervatione* 73. *n.* 6. Gratianus *tom.* 1. *diſceptat. forenſi* 94. *n.* 71. 72. Hieronym. Cevallos *tom.* 4. *communium*, *quæſt.* 899. *n.* 102. ubi loquitur in debitoribus tritici publici. Munnoz de Eſcobar *de ratiociniis*, *cap.* 17. *à num.* 3. Prout idem eſſet, quando ſpecies haberi poſſet, ſed cum maximo incommodo & ſumptu debitoris, vel pro immoderato & exceſſivo pretio, & cum maxima difficultate, ſecundum Glo. *verb.* (immodico) *d. l. non dubium*, & *l. qui concubinam*, §. *fin. in verbo* (potuiſſes,) *ff. de legat.* 3. Purpuratus *in d.* §. *mutui datio n.* 97. quod refert judicatum Stephanus Gratianus *dict. diſceptation.* 94. *ſub num.* 91.

15 Ex quibus etiam limitatur ſecundò, ſtante impoſſibilitate in ſolvente: quia tunc ſpecies pro quantitate ſolvi poteſt, concurrentibus requiſitis *d. auth. niſi debitor*, *C. de ſolut.* Aſinius *d.* §. 7. *c.* 134. *num.* 1.

Limitatur tertiò in legatario, & fideicommiſſario, 16
cui relicta eſt certa quantitas abſolutè, propter incommodam partitionem, permittitur, ut eis ſolvatur æſtimatio, *l. non amplius*, §. *final. ff. de legatis* 1. Gloſ. *in l.* 1. *circa finem*, *in verbo*, [compenſario,] *ff. ſi pars hereditatis petatur*, *l. deducta*, §. *in nummis*, *ff. ad Trebellianum*, Jaſon *in dict.* §. *mutui*, *num.* 8. & 13. *l.* 10. *tit.* 15. *part.* 6. ubi Gregorius *gloſſa* 4. Ayora *de partitionibus*, *cap.* 1. *num.* 12. & 13. Alvarius Valaſc. *eodem tract. cap.* 22. *à num.* 7.

Limitatur quartò, quando eſſet dura ſeparatio ob ra- 17
tionem ſanguinis, *l. ſi domus*, §. *qui conſuetur*, *ff. de leg.* 1. *l. poſſeſſionum*, *C. com. utriuſque judicii*, Jaſon *ubi ſupra*, verſ.) *Fallit tertiò*,] Aſinius *ubi ſup. c.* 132. Pyrrus Maur. Aretin. *in tractatu de ſolution. cap.* 7. *num.* 19.

Limitatur quintò, quando aliud ſuccedit in obligatio- 18
ne loco ejus, quod promiſſum fuit, ut eſt in omnibus obligationibus facti, rem tradi, reſtitui, & dari, in quibus factum non poteſt præſtari, ſuccedit obligatio ad intereſſe; Jaſ. *in d.* §. *mutui*, *num.* 8. *verſ.* (Fallit decimo tertiò,) Ripa *ibi*, *num.* 31. *verſ.* [Tertiò declaratur.

Limitatur ſextò, in contractibus innominatis, in 19
quibus obligatus non præciſè tenetur ad factum, & ideò ſolvendo intereſſe liberatur; *l. naturalis*, §. 1. *ff. de præſcriptis verbis*, Jaſ. *in d.* §. *mutui*, *num.* 8. verſ. [*ultra*,] Bart. & DD. Ripa: *n.* 31. *l.* 1. *ff. de rerum permutat.* Bart. *in l. ſtipulationes non dividuntur*, *n.* 10. *ff. de verbor. obligat.*

Et ratio rationis eſt, quia ſicut contractus innominati debiliores, & imbecilliores ſunt in eo, quod injungunt, pariter etiam & in exequendo debiliores, & imbecilliores eſſe dicuntur: & ideo mirum non eſt, ſi in eorum executione unum pro alio dari poſſit. Aſinius *de executionibus*, §. 7. *cap.* 138.

Limitatur ſeptimò, quando quantitas debetur loco 20
ſpeciei; quia tunc pro quantitate poteſt ſolvi ſpecies, Bartol. & Jaſon *in dicto* §. *mutui*, *n.* 8. Ripa *n.* 33. & dicit *Bartoli* opinionem eſſe communem, & veram, quando ſpecies eſt in facultate ſolvendi.

Limitatur octavò, quando unum eſt in obligatione, 21
& aliud in ſolutione, *l. ſi quis ſtipulatus decem in mille*, 57. *ff. de ſolutionibus*, *l.* 5. *titul.* 14. *parte* 5. *Gloſ.* 5. Jaſon, *in* §. *in bonæ fidei*. *num.* 64. *Inſtitut. de actionibus*, Antonius Pichardus *in* §. 1. *Inſtitut. quibus modis tollitur obligatio*, *num.* 54. Laſarte *de decima venditionis*, *c.* 6. *num.* 7. Ripa *in* §. *mutui*, *num.* 32. Quando enim loco ſpeciei quantitas debetur, tunc pro quantitate ſpecies ſolvi poteſt, ut dixit Baldus *in dict.* §. *mutui datio*, per ea jura, quæ *ibi* adducit. Hæc tamen limitatio eodem io loco reprobari videtur per *legem finalem*, *C. de actionibus*, & *obligationib.* & *in l. plerique*, *ff. de jure dotium*, & ita tenendo ſubdit, non obſtante textu *in l. miles ita*, §. 1. *ff. de re judicata*. Specialitas in eo conſiſtit, ne ſervorum improbitas ultra æſtimationem dominum alio detrimento, & præjudicio afficiat, §. 1. *Inſtit. de noxalibus*: & textu *in l. ſi fundum per fideicommiſſum*, *ff. de legatis* 1. reſpondet Ripa *in dicto* §. *mutui datio*, *num.* 33. quod *ibi* cohæres non erat debitor quantitatis, ſed quantitas ſola erat in ſolutione propter conſenſum fideicommiſſarii; ipſe tamen Ripa *in eodem loco* reſpondet ad textum *in l. fidejuſſor evictionibus*, *ff. de doli exceptione*, dum ibi reſpondetur ob rei debitæ reſtitutionem evictionem ceſſare: & ideò, ſi fidejuſſor rem pro ejus evictione præſtare contendens audiatur, mirum non eſſe: quia tunc ad intereſſe actio ceſſat, ad quod evictionis actionem tendere certũ eſt, *l. emptori*, & *l. habere licere*, *ff. de evictionib.* ſubdit tamen Ripa *ibidem*, *Bartoli* ſententiam communem eſſe; eam tamen in eo caſu tantum veram exiſtimare; cum ſpecies eſt in facultate ſolvendi, ita lege diſponente: & ita procedere textum

in

in *dict. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille*, Aſinius *de executionibus, ubi ſupra, cap.* 57. Jacobus Cancerius *tom.* 2. *variarum reſolution. cap.* 6. *de ſolutionibus, num.* 77. & 78.

21 Facultas tamen eligendi inſtrumentis guatentiglis, ſi unum venit in obligatione, alterum in ſolutione, durat donec petatur executio, vel quaſi conteſtetur ſuper illa executione, Bart. *in dict. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille, nu.* 4. qua petito, purgatio moræ non admittitur: Arumeus *in tract. de mora, cap.* 10. *n.* 3. & 9. Joannes Zaporta *de mora, cap.* 4. *num.* 125. Angel. *in l. inſulam, ff. de verborum obligation.* & moræ purgatio impeditur ubi executio facta eſt, *l. ſi is cui, ff. de leg.* 2. *l. qua ob rem, ff. de condiction. indeb.* Bartol. *in dict. ſi l. inſulam, num.* 19. Cravetta *conſ.* 166. Seraphinus *de juramento, privileg.* 58. *numer.* 21. Vincentius Mancin. *de juramento*, 4. *par. effectu* 4. *nu.* 24. Decius *conſ.* 452. *num.* 16. Tiroquel. *in l. ſi unquam, verbo*, [revertatur] *num.* 310. *C. de revoc. donat.* Surdus *conſ.* 97. *num.* 11. *lib.* 1. Magonius *dec. Lucenſ.* 16. *num.*

23 4. & 5. Sed clariùs reſpondendum eſt, quòd ſi dicta facultas ſolvendi aliud pro alio procedat ex diſpoſitione hominis, ut cum deberes mihi centum, ſtipulatus fuerim à te, ut ſolveres mihi dicta centum die Divi Joannis, aut frumentum pro dictis centum: hic, frumentum non eſt in obligatione, ſed in ſolutione, & centum in obligatione; quia quando una pars alternativè eſt incerta, & non eſt taxata, ſed per relationem ad aliam venit taxanda, non dicitur eſſe in obligatione, ſed in ſolutione, ut declarant Bartol. *in dict. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille, circa princip.* Paulus de Caſtro *in l. ſi verò, §. final. ff. ſoluto matrimonio*, Hieronymus Gratus *conſ.* 13. *num.* 23. *lib.* 1. Tunc facultas ſolvendi aliud pro alio perimitur litis conteſtatione, *dict. l. ſi quis ſtipulatus*, Cancer. *ubi ſup. n.* 81. *de ſolut.*

24 Si autem facultas prædicta procedat ex legis diſpoſitione, durat dicta facultas etiam poſt ſententiam, donec judicati agatur, *l. item veniunt, §. idem rectè, ff. de petitione hæreditatis, l. ſi verò, §. final. ff. ſoluto matrimonio*, quem ita intelligendum eſſe, dicit Bartolus in *dict. l. ſi quis ſtipulatus, num.* 6. Et idem, ſi procedat ex diſpoſitione teſtatoris, quæ eſt lex. *authen. de nup. §. diſponat, collat.* 4. notat Bartol. *in l. ſi quando, §. hæres*, per illum text. *ff. de legat.* 1.

25 Facultas autem ſolvendi, quæ in caſu, quo utraque eſt in obligatione, ut eſt in alternativis certis, & taxatis, ut ſi quis mihi teneatur ad decem, aut ad Stichum, aut ad decem, vel triticum ad rationem decem & octo ſolidorum pro modio, ſemper durat facultas ſolvendi, & ſic praxis eſt, ut ante ſententiam reus interrogetur, quid velit ſolvere: ut tradit Gloſ. 1. *in l.* 1. *ff. de act. empt.* Bart. *in l. ſtipulationes non dividuntur, num.* 40. & 41. *ff. de verb. obligat.* Jacobus Cancer. *ubi ſup. de ſolut. n.* 84.

26 Circa quod illud oportet animadvertere, quòd in obligatione alternativa, in qua utrumque eſt in obligatione, una re perempta, in ſuperſtite remanet obligatio, ſi nulla fuit commiſſa mora eligere debentis, *l. Stichum, aut Pamphilum, ff. de ſolutionibus, l.* 23. *titul.* 11. *parte* 5. & *gloſſa* 3. *l. ſi emptione, §. ſi emptio, ff. de contrah. emption.*

27 Dixi in alternativa, in qua utrumque eſt in obligatione; quia non ſemper in alternativa utrumque eſt in obligatione, & ut intelligas, declarabo. Ubi una pars alternativæ eſt incerta & non taxata, & venit taxanda per relationem ad aliam, illa pars non dicitur in obligatione, ſed in ſolutione, ut notat etiam Gratus *conſ.* 12. *n.* 48. *lib.* 1.

28 Item quando altera pars alternativæ ponitur ad cautelam creditoris, & ad ejus favorem, quod eſt, quando ponitur ad executionem, & exactionem ejus quod eſt in obligatione, ut ſi promittam creditori certa die dare centum, aut pignus, illa ſiquidem pignoris datio
reſpicit executionem, & exactionem dictæ quantitatis principaliter debitæ, ut per venditionem pignoris deveniatur ad ſolutionem dictæ quantitatis: tali caſu illa alternatio cenſetur appoſita in favorem creditoris, & ejus eſt electio. Si autem id, quod ponitur in alternati- 29
va, non reſpicit executionem, & exactionem ejus, quod
principaliter eſt in obligatione, ſed imo reſpicit extinctionem debiti principalis, ut ſi ſtipulatus ſum à te, ut die Paſchatis ſolvas mihi centum, vel in ſolutum pro dictis centum mihi des talem fundum; tunc quia datio talis fundi extinguit obligationem principalem, cum ex ea contingat liberatio à prima obligatione. *l. eleganter, in principio*, ibi: *Et videtur eſſe finita*, &c. *ff. pigneratitia actione*: tunc illa alternatio reſpicit favorem utriuſque, ut probè concludit Purpuratus *conſil.* 187. *num.* 1. & *conſil.* 557. *num.* 21. & 28. ita ante eum declarat Paulus de Caſtro *conſil.* 295. *num.* 2. *ad finem*, & 3. *lib.* 2. 30
ubi dicit, talem alternationem cenſeri factam gratia creditoris, & debitoris: creditoris, ſi datio in ſolutum pluris valeat, quàm quantitas, quæ erat ſolvenda: & debitoris, ſi minoris valeat: & ita in terminis notat Benedictus de Plumb. *in l. ſi quis à ſocio, ff. pro ſocio*: quòd ſi vendidi tibi equum pro decem, quem ſi non 31
tradiderim intra menſem, tibi ſit venditus talis fundus pro illis decem, quòd lapſo menſe, dicatur facta novatio, & quod ſolum fundus peti poſſit; quem ſequitur, & refert Ripa *in l. ſtipulatus, num.* 64. *ff. de verborum obligat.* Jacobus Cancer. *ubi ſup. c.* 6. *de ſolut. n.* 89.

Limitatur noſtra concluſio ſubſiſtente contraria con- 32
ſuetudine, Joannes de Platea *in l. dominis prædiorum, C. de agricolis, & cenſitis, lib.* 11. Ripa *in dicto §. mutui, num.* 29.

Limita decimò, quando debitor eſſet in mora ſol- 33
vendi; quia tunc cadit à commoditate ſolvendi aliud pro alio, *l. vinum ff. ſi certum petatur*, juncta *l. quod te. l. ſi ex legati cauſa, ff. de verborum obligationib.* Ripa *ſuprà, num.* 30.

Limitatur undecimò, quando illud, quod debetur 34
eſt debitum ex diſpoſitione legis: nam tunc ſolutio poteſt fieri partim in una, & partim in alia re, & ſic in diverſis corporibus: Imola *in l. inter, in §. officium, ff. de aqua pluvia arcenda*, Alexand. & Jaſon *in l. in executione, in §.* 1. *ff. de verborum obligationibus*, Negusant. *de pignor. in* 5. *part. principal.* 3. *membro, num.* 26. Surdus *deciſione* 224. *num.* 17.

Limitatur duodecimò, ut ex cauſa aliud pro alio, in 35
vito creditore, ſolvi poſſit: Corneus *conſ.* 233. *num.* 2. *lib.* 1. ut in ſolvendo æſtimationem, quæ in jure loco rei & idem cum ipſa re reputatur, *l. ſi ita fidejuſſorem accepero, ff. de fidejuſſoribus*; nam multoties pretium ſuccedit loco rei, *l. mortuo, §.* 1. *l. codicillis. §. inſulam, ff. de legat.* 1. *l. quia qui, ff. de uſufructu*, ibi: (Quia qui pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quàm qui principali re utitur, & fruitur,) *l. qui & rem, ff. de petition. hæreditat.* Alexand. *in l. ſin, ff. ſi certum petatur*, Abbas *conſ.* 74. *lib.* 2. Cattozius *deciſ.* 109. *n.* 15. Surd. *deciſ.* 206. *n.* 13. Gloſ. *in l.* 1. *ff. de diſtractione pignorum*, Decian. *reſponſo* 52. *lib.*... Surdus *conſ.* 521. *num.* 6. *lib.* 4. Coſta *de remed. ſubſidiariis, remedio* 61. *num.* 1. & 6. Magonius *deciſion. Florentina* 9. *num.* 3. & 4. *l. ſi, §. fin. ff. de furtis.* Gutierrez *lib.* 3. *quæſtion.* 88. *num.* 9. Aloyſius Riccius *collectaneo* 740. Grotanus *diſceptatione forenſi* 304. Barnabas Cornazanus *deciſione* 11. *num.* 7. & 8. Seſſe *deciſion.* 130. *num.* 7. *part.* 2. *gl. fin. l.* 26. *tit.* 20. *cap.* 1. & *gl.* 1. *l.* 27. *tit.* 13. *part.* 5. Molina *lib.* 4. *de primogen. cap.* 4. *num.* 25. Alvarus Va- 36
laſcus *de partitionibus, cap.* 13. *num.* 103. ubi DD. diſputant, an in univerſalibus, & in particularibus, & in hypothecaria re perempta pretium ſuccedat loco rei? quos videre poteris, cum caſus ſe obtulerit.

Limitatur decimotertiò in teſtatore qui gravaſſet hæ- 37
redem ad dandum quibuſdam fratribus quindecim

amphoras vini ſingulis annis: nam ipſis renitentibus poterit eis aſſignare unam vineam, ex qua percipiant dictum vinum, Baldus in *l. ſi quis argentum, in fine, C. de donationibus*, Jaſon *in l. non amplius, in §. cum bonorum, in ſecundo notabili, ff. de legatis 1. & in dict. l. 2. §. mutui, num.* 8. Aſynius *de execut. §. 7. c.* 149.

38 Limita decimo quartò, ut concluſio prædicta procedat, invito creditore, ſecus autem creditore conſentiente, & volente: nam creditori volenti aliud pro alio ſolvi poteſt, *l. 1. §. an poteſt, ff. de conſtituta pecunia, d. l. 2. §. mutui, in fine*: creditor enim, ſi vult, poteſt aliud pro pecunia ſibi debita recipere, *l. manifeſte, C. de ſolut.* Alexand. *in dict. l. 2. §. 1. num. 1. ff. ſi certum petatur, l. item liberatur, §. qui paratus, ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſolvit.* Aſyn. *ubi ſup. c.* 131.

39 Limita decimo quintò, quando ſolutum ſubrogatur loco rei, quæ ſola poterat ſolvi: Aretinus *in l. ſi ita ſtipulatus, in §. Titius, ff. de verborum oblig.* Catellianus Cot. *in ſuis memor.* in verbo, (*ſolvi non poteſt*,) Pyr. Maur. Aretinus *in tract. de ſolut. c. 7. num.* 35.

40 Limita decimo ſextò, quando maritus fructus annuos prædii ſui Trebatiani uxori ſuæ legaſſet, quoad viveret; quia poteſt hæres ejus vendere dictum fundum, & uxori dictam annuam præſtationem ſolvere ad eam rationem, ſecundum quam paterfamilias ex locatione fundi redigere conſueverat, *l. Trebatiani, in princip. ff. de uſufructu*, Jaſon *in d. l. 2. §. mutui, num.* 8. verſ. (*Septimo fallit*, & *ibi* Alberic. Bald. *in l. 1. §. excepto, C. de cadut. toll.* Aſyn. *de execut. d. §. 7. c.* 140.

41 Limitatur decimo ſeptimò in his, qui tributum fiſco ſolvere tenentur, vel aliis ſimilibus, propterea, quod ſi ad rem, vel argentum in maſſa obligati ſint, fiſcus æſtimationem ſemper petere poteſt, *l. 1. C. de arg. pret. quod theſauris infertur, lib.* 10. ubi tradunt DD. Albericus *in dict. l. 2. §. mutui*, Romanus *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & in l. divortio, §. ob donationes, ff. ſolu. matrimonio*, Pyrrus Maurus *ubi ſupra, c.* 38. Jaſon. *in d. §. mutui, num. 8. verſ.* (fallit ſextò.

42 Limitatur decimo octavò in reſtitutione librorum; nam ſi fortaſſe acciderit, ut unus ex fratribus literis operam det, & pater libros ad ſtudendum emerit; ſi mortuo patre fratres ad diviſionem paterni patrimonii deveniant, ille frater, qui libros habuit, & quos pro ſua rata conferre tenetur, eorum æſtimationem invitis etiam fratribus ſolvere poteſt, Gl. fin. *in l. nepos Proculo, ff. de verb. ſignif.* ubi etiam habetur, quod in libris contra ſcholares executionem fieri non poteſt, & per illam Gloſſam tenuit Bald. *in l. & qui, ff. ad Senat. Maced.* & Salyc. *in l. filiæ cujus, C. famil. erciſcund.* Jaſ. *in d. l. 2. §. 1.*

43 Limitatur decimo nonò, in eo, qui ſervitutem in aliquo fundi loco conſtituerat: nam, invito creditore, in alio loco, vel fundi parte conſtituere poteſt: & eſt tex. *in l. 2. §. locum, ff. de relig. & ſumpt. fun.* Bart. *in l. ſi cujus. in fin. ff. de ſervit.* Pinel. *in l. 2. p. 2. c. 1. num.* 25. Jaſ. *in d. l. 2. §. mutui, n. 8. verſ.* [Decimo fallit.]

44 Limitatur vigeſimò, ut inquit Angel. *in d. l. 2. §. mutui*, in pignoribus, ut puta ſi debitor rem aliquam certam in pignus dare promiſit: nam ſi deinde aliam æquè idoneam, & bonam dare velit, utique etiam eam invito creditori dare poterit, Gloſ. *in l. Titio, ff. d. pign.* Aſyn. *de execu. §. 7. c.* 143. Pinel. *ubi ſup. à num.* 21. Carrot. *deciſ. 4. num.* 3. Caſtil. Sotom. *d. c. 10. num.* 37.

45 Limitatur vigeſimo primò in hærede, qui hæreditatem a . vit cum beneficio legis, & inventarii, qui legatariis res pro pecunia ſolvere poteſt, etiam non ſubſiſtente neceſſitate, *l. fin. §. & ſi præfatam, C. de jure delib.* ubi DD. *l. 7. tit. 6. p. 6.* Alvar. Valaſ. *conſult. 52. num. 38. & 39.* Surd. *deciſ. 30. num. 1. & 3.* Roland. à Valle *in tract. de inventar. q. 155. num. 1. & 2.* Sebaſtian. Monticel. *de inventar, q. 232. num.* 8. Michael Graſ. *de inventar. q. 266. num.* 2. Franaſius Porcellenſ. *eod. tractat. q.* 2. *num.* 3. Aſyn. *ubi ſup. c.* 144.

Limitatur vigeſimo ſecundò in caſu, in quo creditor 46
ex re pignorata fructus percepit, & conſervavit, &
eos debitori reſtituère vult, & pecuniam ſuam conſequi; nam audiendus non eſt, ſed fructus perceptos in ſortem computare debet, & ideo aliud pro alio habere cogitur, ut inquit Angelus *in §. hoc autem, colum. 2. in authentic. de alienat. & emphyt.* & hoc maximè procedere videtur, quia creditor debet fructus rei pignoratæ 47
in ſortem computare, *l. 1. & 2. C. de pignoratitia actione, l. Titia, ff. de ſolution. cap. ex literis, de pignor. l. reſiduum, l. ſub imagine, C. de diſtraction. pignorum.* Et ad hoc debitor rem poſſeſſam judicialiter à creditore pe 48
tere poteſt, etiam tranſacto multo tempore, *l. 1. & fin. C. ſi vendito pignore agatur.* Creditor enim jure pignoris 49
præſumitur poſſidere rem parvo pretio emptam, Cephalus *conſil. 467. num. 12. lib.* 4. Joannes Botta *conſ.* 50
86. *num.* 30. Flores de Mena *in addit. ad Gammam, deciſion.* 40. Semper enim pignus eſt reſtituendum debitori offerenti ſolvere quod debet, *l. ſi mandato, §.* 51
Paulus, ff. mandati, Gabriel Mudeus *de pignor. num.* 11. Neguſant. *de pignor, 1. memb. 6. part. num.* 13. Parlad. *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. §. 16 parte* 5. Felicianus *de cenſibus. tom. 2. lib. 1. cap. 3. num.* 5. Ceval. *q. 633. num. 6. & 763. num.* 48. Mun. de Eſcob. *de ratioc. computat. 14. nu.* 1. Et ratio rationis eſſe poteſt; 52
quia creditor eſt procurator debitoris, & emit rem ſibi obligatam potius ſui juris cauſa conſervandi, quàm dominii quærendi, Franch. *deciſ. 69. num.* 3. ita ut creditor in pignore dicatur procurator debitoris, *l. credito-* 53
ri, ff. de novi oper. nunciation. ubi Paolus de Caſtr. *num. 2. l. ſi creditori, ff. famil. erciſcundæ*, ubi, quod creditor agit pro eo habendum eſt, ac ſi debitor per procuratorem egiſſet, Vincentius de Franchis *deciſione 345. n. 2. & 5.*

Limitatur vigeſimo tertiò, quando mandavi alicui, 54
quòd emeret mihi fundum, & ille emit de pecunia ſua: nam ſi emptor longo tempore fundum emptum tenuerit, & nihil dixit, fructus, quos interim perceperit, debet in ſortem computare, unde fit, ut aliud pro alio accipiat, contra regulam ſuprà firmatam, Bald. *in Rubric. C. de contrahen. empt. q.* 15. Jaſ. *in d. l. 2. §. mutui, verſ. 15. fallit.* Aſyn. *de execut. §. 7. cap. 147. num.* 1.

Limitatur vigeſimo quartò, in hærede gravato hære- 55
ditatem per fideicommiſſum reſtituere quandoquidem ſi res hæreditarias alienaverit, eas etiam invitus in quartam imputare debet, *l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebel.* & *ibi* dicunt Angel. & Imol. Aſyn. *ubi ſupra, cap.* 150.

Limitatur vigeſimo quintò, quando res locata con- 56
ductori evincitur ſine dolo, vel culpa locatoris: nam eo caſu ſi locator vult aliam habitationem æquè idoneam præſtare, eam invitus conductor accipere cogendus eſt, *l. ſi quis domum*, ubi Gloſ. notat. *ff. locati*, Aſynius *ubi ſup. c.* 15. Pyr. Maurus *de ſolution. §. 7. n.* 46.

Limita vigeſimo ſextò, in debitore reſtituente rem 57
deterioratam commodatam, ſeu depoſitam, quia non videtur rem reſtituere, *l. 3. §. ſi reddita, ff. commodati, l. 1. §. ſi res, ff. depoſit.* tamen ſi debitor vellet reſtituere rem deterioratam, & pretium deteriorationis, creditor invitus cogitur accipere: Angel. *in l. eleganter, in §. non ſolum, ff. de dolo*, Jaſ. *in d. l. 2. §. mutui, num. 8. verſic. 20. fallit.* Aſynius *ubi ſupra, cap.* 152.

Advertendum tamen eſt, quod ſi eſt data facultas ſol- 58
vendi aliud pro alio, quod talis facultas tranſit in ſingularem ſucceſſorem, *l. ſi quando, §. final.* ubi Bart. *ff. de leg. 1.* Cephal. *conſ. 655. num. 16. lib.* 5. Pyrrus Maurus Aretinus *ubi ſupra, num. 48. de ſolutionibus.*

Notandum etiam eſt, quod facultas recuſandi ſolutio- 59
nem in alia re creditori auferri non poteſt; nec etiamſi de reſcripto loquamur; quia Princeps id velle præſumitur, licèt non expreſſerit, atque ita reſcriptū interpretandum eſt,

eſt, Aſinius *de executionibus*, §. 4. *cap*.40. *num*.5. ex quo re ſcripta juxta juris communis interpretationem intelligi debent, *cap. cauſam*, *de reſcriptis*, ac etiam ſine præjudicio Tertii, *l*.2. §. *meritò*, & §. *ſiquis à Principe*, *ff. ne quid in loco publico*, *l. nec avus*, *C. de emancip. liberæ. quamvis*, *de reſcript. lib*.6.

60 Debitor tamen quantitatis ſtante impoſſibilitate ſolvendi in pecunia, poteſt cogere creditorem ad recipiendam ſpeciem & bona immobilia, juxta terminos *authen. Hoc niſi debitor*, *C. de ſolutionib.* ubi latè DD. *l*.3. *tit*.14. *part*.5. & *ibidem* Gregor. Lopez *verbo*, [*el juzgador*,] quem text. exornarunt Ripa *in d*. §. *mutui*, & *ibi* Doctores, Roman. *conſ*. 161. Alexan. *conſ*. 37. *numer*. 24. *lib*.2. Jaſon. *conſ*.9. *n*.9. *lib*.1. Natta *conſ*. 344. *num*. 28. *lib*.2. Gozadinus *conſ*.27. *num*. 28. Nevizan. *conſ*. 59. Cephal. *conſ*. 195. *lib*.2. Roland. *conſ*.6. *num*. 44. & *conſ*.53. *num*. 47. *lib*. 1. Carolus Ruin. *conſ*. 65. *ex num*.10. *lib*.2. Jacob. Mandel. Alben. *conſ*. 162. Burſatus *conſ*. 84. *à numer*. 6. *lib*. 5. Brunus *deciſion. Bononienſ. quæſt*. 34. *p*.4. Benintend. *d. deciſ. Benonien*. 28. Joſephus Ludovicus *deciſ. Peruſina* 64. Hieronymus Laurentius *deciſ. Avenionenſi* 102. *ex num*.2. Vincent. de Franchis *deciſ*. 81. Anton. Theſau. *deciſ*. 151. Anton. Heringius *de fidejuſſor. p*.16. *num*.69.70. Pyrrus Maurus Aretinus *de fidejuſſor. ſect*.3. *cap*.7. Aſinius *de execution*. §.7. *cap*.134. A exan. Trentacinquius *lib*.2. *variar. reſolut. tit. de ſolut. reſolut*.3. Fontan. *de pactis nup. clauſula* 4. *gloſ*.18 *à num*. 305. Joan. Gutierr. *de juramento*, *cap*.29. & *lib*.1. *practic. quæſt*.148. Gaſpar Baez. *de inope debitore*, *cap*.1. *à num*. 46. Auguſtinus Morla *in empor. jur*. 1. *part. tit*. 8. *de rebus creditis*, *quæſt*. 9. Parladorius *lib*.2. *rerum quotidian. cap. fin part*. 5. §.17. *à num* 23. Vincentius Carrozius *de oblationibus*, *part*. 2. *quæſt*.10. Caſtillo Sotomaior *lib*. 4. *controv. cap*. 10. *à num*.52. Cardinal. Tuſchus *litera S. concl*. 354. *n*.16.

61 Debet debitor bona immobilia præſtare data prius cautione de evictione per eum tempore dationis in ſolutum, ut dicit *dict. authen. Hoc niſi debitor*. Hieronymus Laurent. *deciſion. Avenionenſi* 132. *num*. Anton. Theſaurus *deciſ*.153. ubi affirmat, quod qui non habet mo-
62 dum ſolvendi in pecunia numerata, vel in bonis mobilibus, nec poteſt invenire emptorem ſuorum immobilium, ut creditori ſatisfaciat poteſt offerre de bonis ſuis melioribus immobilibus in ſatisfactionem creditori ſuo, qui tenetur accipere ea in ſolutum, & hoc modo evitabit carceres: quod & advertunt Socin. *in d. l*.2. §. *mutui datio*, *n*. 11. Capella Toloſana *deciſ*.68.

63 Advertendum tandem eſt, quod creditori ſatisfieri debet cum minori incommodo debitoris: & aliorum creditorum, ita ut non debeat vendi melius inter bona debitoris, Gloſſa in *l. quandiu*. *C. de distraction. pignorum*, quam ſequitur Bart. *in l. creditoris arbitrio*, *ff. de distraction. pignorum*, Joſephus Ludovicus *deciſione Peruſina* 65. *num*. 6. & Bar. *in dict. l. creditoris*, dixit,
64 quod creditor malè agit, & in dolo verſatur, dum poteſt ex una re viliori, ſibi ſatisfacere cum minori incommodo, & intereſſe poſſibili debitoris, vendidit rem pretioſiorem illius, Marta *voto deciſivo* 130. *num*. 1. & 2. ideò in creditore, qui plures correos obligatos habet, fuit ordo datus *in authen. hoc ita*, *C. de duobus reis*, & *in authen. præſente*, *C. de fidejuſſoribus*, & in eo, qui plura prædia obligata habet, *authentic. ſed hodie*, *C. de actionibus*, & *obligation*. non poteſt ergo creditoris arbitrium operari alterationem ordinis à lege ſtabiliti: Imò ſecundum leges eſt regulandum; Menochius, qui multa cumulat *in lib*. 1. *de arbitrar. quæſt*. 13. *num*. 15. Menadous *deciſion*. 13. *num*. 2. & *in conſtit. in quibus*, *verb*. (comitum,) *num*. 42. dicit, quòd illa electio debet eſſe diſcreta.

65 In tantum, quòd cum debitor ſolvit, ejus creditor debet accipere de bonis omnibus, optimis, & mediocribus, Bald. *conſ*.180. *lib*.2. *l*.3. §. *ſed & ſi quis*, *C. commun. de legat*. Avendañ. *de cenſib. c*. 94. *num*. 10.

Quod etiam procedit in eo, qui habet facultatem eligendi bona in ſolutionem; quia iſta electio non liberè ad eum ſpectat, ſed juxta legis diſpoſitionem, quæ mandat, ut facultas eligendi referatur non ad bona meliora, neque deteriora, ſed ad mediocria, tamquam extrema ſint vitioſa, ideo ſtandum eſt in medio, quod eſt laudabilius, & partibus conveniens. Quod procedit ſive ſimus in ultimis voluntatibus, ſive in contractibus, in quibus ſemper promiſſio de bono, & æquo ita legitur, *l. ſi quid venditor*, *ad med*. ubi Gloſ. *in verbo*, (de bono,) & §. *venditor*, *ff. de ædilit. edict. l. legato generaliter* 37. *ff. de legat*. 1. ubi Angelus *ad medium*, Jaſon. *num*. 5. *l. ſi hæres generaliter*. 113. *ff. eodem*, Stephanus Gratianus refert judicatum in Rota Romana, *tom*. 4. *diſceptation. forenſ*.700. *à num*.1. Imò ſi ineptè eligeret de bonis inutilibus, pars, cui læditur, recurrere debet ad arbitrium boni viri, qui intelligitur judex, *l. vir bonus*. *ff. judicatum ſolvi*. *l. continuus*, §. *cum ita*, *ff. de verborum obligationibus*, *l*.31, *tit*.34. *part*. 7. Menoch. *lib*. 2. *de arbitrar. centur*. 1. *caſu* 2. Matthæus de Afflictis *deciſ*.371. *num*.9. & 10. Gratianus *ubi ſupra*, *num*. 31. ut dictus judex reducat ad æquum dictam iniquam electionem, ſeu declarationem, Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib*. 3. *tit*. 1. *num*. 17. Gomez Arias *in l*.19 *Tauri*, *n*. 15.

Creditoris arbitrium tamen non procedit, quando 66
creditor, cui plures res ſunt obligatæ alternativè, habet electionem ex proviſione ſua, ſive legali, nam ſi ſemel elegerit unam rem, & litem fuerit conteſtatus, non poterit amplius variare, & aliam rem eligere, *l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum* 112. *ff. de verb. obligationibus*, Capicius *deciſ*.46. *num*.6. Joſephus Ludovicus *deciſ. Peruſina* 65. *num*.20. Vincentius de Franchis *deciſ*. 53. *n*. 3. & 11. Aloyſius Riccius *collectan*. 974. *l. ſi quis ſtipulatus fuerit* 57. *ff. de ſolution. ubi* Bartol. *num*.4. Joannes Saporta *de mora*, *cap*. 4. *num*. 125. Arumeus *de mora*, *cap*.10. *n*.3. & 9. Petrus Surdus *conſ*.97. *lib*.11. *lib*.1.

Item non procedit creditoris arbitrium, quando de- 67
bitor offert rem ex qua creditori poteſt ſatisfieri, *l. quamvis*, *ff. de pignorat. action*. Bart. & Salycet. *in l. creditoris arbitrio*, *ff. de distract. pignor*. nam creditor licet habeat 68
obligata omnia bona debitoris, non tamen poteſt ad ejus libitum de illis diſponere; quia non eſt illorum dominus, *l. ex ſextante*, §. *Latinus Largus*, *ff. de exception. rei judic*. ſed tantum ſuper eis habet jus, donec conſequatur creditum, & pro ſecuritate tantum bona ſunt obligata, non tamen ut diſtrahantur ad arbitrium creditoris, Negoſantius *de pignoribus*, *memb*.1. *part*.8. *n*.9. verſic. (*Conſtat*,) Unde ſufficit habere modum ſibi ſatisfaciendi, cum ſua non interſit potius ex una quàm ex alia re habere pecuniam ſibi debitam. Nec mirum quia 69
quod creditori non nocet, & aliis prodeſt, creditor exequi debet, *l*. 2. *ff. ſoluto matrim*. Faber *in princip. Inſtit. de lege Fuſia Canin tollend*. *l*.2. §. *item Varus ff. de aqua pluvia arcend*. Vincentius Carrotius *deciſion*. 4. *num*. 4. & *deciſion*. 53. *n*. 1. & 2. Barboſa *in dicta l*. 2. *in principio*, *ff. ſoluto matrimonio*, 2. *parte*, *à num*.39. Caſtillus Sotomaior *lib*.4. *quotid. controv. cap*.10. *n*.36. Alciatus *de præſumptionibus. præſumption*.23. *regula* 3. Jaſon. *in l*. 70
reſcriptum, *C. de precib. Imperatori offerend*. *n*.5. Et ſi creditor non poteſt id facere contra ipſum debitorem, tanto minus poterit tale arbitrium exercere in præjudicium aliorum creditorum intereſſe habentium, qui contradicunt; quia in tantum creditoris arbitrium eſt liberum, in quantum lex aliter non diſponit, aut debitor, vel alius intereſſe habens non contradicit, ut declarat Bartol. *in d. l. creditoris arbitrio*, Joann. Vincent. de Anna *allegatione* 141. *n*.7. Marta *voto Piſano* 130. *n*.5.6. & 7. Et aſſignari 71
poteſt alia ratio, quod creditor non poteſt capere de bonis debitoris, niſi ad ſatisfactionem ſui debiti, & quando facit ultra, præſumitur cauſa injuſti lucri, Gloſſa

in l. ſi reſiduum, *C. de diſtract. pignor.* Franciſ. Marcus
deciſ. 133. *num.* 1. *p.* 1.

72 Redeundo unde digreſſi ſumus, advertitur quod ad
hoc, ut intret diſpoſitio *dict. authentic. niſi debitor*, *C.*
73 *de ſolutionibus*, multa concurrere debent. Primò, quod
debitor exprimat cauſam, quare faciat talem oblatio-
nem, & pro cauſa oſtendat impotentiam ſolvendi, &
probet ſe eſſe pauperem, & non habere facultatem,
& modum ſolvendi in pecunia numerata, & ſic, quòd
juſtificet ſuam impoſſibilitatem; Romanus *conſil.* 163.
num. 4. & 5. Jaſon *conſil.* 9. *num.* 12. Joſephus Ludovi-
cus *deciſione Peruſina* 64. *num.* 1. Cephalus *conſilia* 195.
num. 1. *lib.* 5. Alexand. Trentacinquius *lib.* 3. *variarum
reſolution. reſolution.* 39. *num.* 3. Guttierrez *de juramen-
to*, *cap.* 29. *num.* 2. *part.* 1. Gaſpar Baeza *de inope de-
bitore*, *cap.* 1. *num.* 47. Parladorius *lib.* 2. *cap. final. part.*
5. §. 17. *à num.* 22. Cæſar Burzius *deciſione* 40. *num.* 5.
& 6. Bertazolus *de clauſulis*, *clauſ.* 41. *gloſ.* 5. *num.* 4.
Anton. Theſaurus *deciſ.* 163. Alexand. Ludoviſius *de-
ciſio.* 352. *num.* 3. & *ibi* Olivarius Beltraminus.

74 Vel etiam, quòd præcedat diſcuſſio bonorum debi-
toris, Natta *conſil.* 344. *num.* 3. *lib.* 3. Rolandus *conſilio*
92. *num.* 22. & 23. *lib.* 2. Tiraquellus *de retractu lignag.*
§. 32. *gl. unica*, *num.* 94. Bald. *in l. in rebus*, *C. de jure
dotium*, verſ. (*Secundum remedium*,) Neguſant. *de
pignor.* 3. *memb.* 5. *p. n.* 23.

75 Secundò requiritur, quod debitor perquiſierit em-
ptorem, qui emat tantum de bonis ſuis ſtabilibus, ut
poſſit creditori de ſuo credito ſatisfacere, & ſic, quod
fecerit exactam diligentiam reperiendi pecuniam, & non
potuerit reperire, Ripa *in dicta l.* 2. §. *mutui datio*, *n.* 23.
ff. ſi certum petatur. Natta *dicto conſil.* 344. *num.* 3. Jaſon
dict. conſ. 9. *n.* 4. Anton. Theſaurus *deciſ.* 153. *n.* 12.

76 Tertiò, ut bona in ſpecie conſignet transferendo
dominium in creditorem, & tradat inſtrumenta titulo-
rum, ex quibus reſultet efficax traditio, *l. apud Julianum*,
§. *ſi Titius*, *ff. de leg.* 1. *l. Titius hæres*, *l. creditor*, *ff. de
action. empt.* Fulv. Pacian. *tom.* 1. *de probat. c.* 63. *num.* 146.
& *in conſ.* 93. *n.* 4. & *à num* 13. Padilla *in l. inſtrumenta*,
C. de fideicom. num. 1. Greg. *in l.* 17. *tit.* 2. *p.* 3. Franc. Bec.
conſ. 37. *num.* 8. Jacob. Puteus *deciſ.* 437. *lib.* 2. Sylveſt.
Zach. *deciſ. Camerali* 137. *n.* 8. & 10.

77 Quartò, quod tempore oblationis det liſtam bono-
rum, & fidejuſſionem de evictione, Roman. *conſ.* 163.
ſub n. 6. Jaſ. *d. conſ.* 9. *num.* 24. Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ.*
24. *num.* 9. Burſat. *conſ.* 9. *n.* 51. adeò, quòd non ſufficiat,
ſi vellet ipſum poſtmodùm præſtare.

78 Quintò, quòd dictus debitor juſtificet, quod non
tantum caret pecuniis, verum etiam mobilibus, cum bo-
na mobilia de facili debitor vendere poſſit, & de pecu-
niis creditori ſatisfacere, Gloſ. *in* §. *quod autem*, in verb.
[mobilis,] in *authent. de fidejuſſor. col.* 1.

79 Sextò requiritur, ut bonorum æſtimatio fiat ad deci-
mam, vel ſextam partem, & ſic cum utilitate decimæ,
vel ſextæ partis, vel etiam cum facultate, ut creditor
bona meliora eligere poſſit, Cephal. *d. conſ.* 195. Theſaur.
d. deciſ. 153. *num.* 5. ubi vult, quòd quando ſumus in
80 dote, quòd debet præſtari tertia pars pluris, cum in-
nitatur favore publico: & *num.* 7. addit rationem in-
quiens, quod creditor, qui in hoc gravatur, ut rem
81 pro pecunia accipiat, debet in alio relevari, ut ſuum
conſequatur cum decima, ſexta, aut tertiâ parte pluris,
ut dicetur inferius.

82 Septimò, quod debitor offerat bona in ſolutum me-
liora ad electionem creditoris, Theſaur. *d. deciſ.* 153.
num. 10. & in tali caſu inſimul debet præſtari cautio,
& non ſatis eſt, ſi poſtea præſtetur: Angel. *in l. de pu-
pillo*, §. *ſi is, cui*, & *in l. Prætor. in* §. *ſi quis paratus*, *ff.
de novi oper. nunc.* Ant. Hering. *de fidejuſ. c.* 10. *n.* 490.

83 Octavò, quod debitor oblationem bonorum cum ju-
ramento faciat; Ferrar. *in praxi. in forma libelli. in action.
reali gloſ. exceptio ſolutionis*, Bertazolus *de clauſulis*,
clauſula 41. *gl.* 5. *num.* 3. *verſ.* 4. Et quod dicta oblatio 84
fiat ad electionem creditoris, Ripa *in d. l.* 2. §. *mutui*,
num. 26. *ff. ſi certum pet.* Bertazol. *clauſ.* 41. *num.* 3. *verſ.*
[Quintò.] Quod ſano modo intelligendum eſt, ut cre-
ditor pro menſura ſui debiti proportionabiliter rem ac-
cipiat, & non rem valentem magnum pretium, &
meliorem, ut ſuprà diximus, ex Bartol. *in dicta l. credi-
toris arbitrio*, *à num.* 65. & 66.

Nonò, quòd debitor oſtendat, & tradat inſimul cre- 85
ditori omnia inſtrumenta, & titulos, *l. Titius hæres*, ubi
Bart. *ff. de action. empti*, *l. inſtrumenta*, *C. de fideicom-
miſſis*, ubi Padilla, Deciſio Cameralis 137. *num.* 8. Ri-
pa *in dict. l.* 2. §. 1. *num.* 25. Romanus *d. conſ.* 163. Petrus
Benintendus *deciſ.* 60. Vincentius Carroz. *de oblat.* 2. *part.
quæſt.* 10. *num.* 1. 3. 8. 9. & 10. Bertaz. *ubi ſup.* Bald. Per.
c. 31. *num.* 117. Rota Genuen. *deciſ.* 89. *num.* 3. Felic. *de
ſociet. c.* 29. *n.* 61.

Limita modò primò, *dictam auth. hoc niſi*, non pro- 86
cedere in dote: nam ſi tali caſu quis admittatur ad be-
neficium *de authen. hoc niſi*, debet creditor conſequi
utilitatem tertii pluris, Cephal. *conſ. relata* 195. *n.* 11.
Theſaur. *d. deciſ.* 153. *num.* 5. & 6. qui hoc dicunt ve-
rum cum præſuppoſito, quod in caſibus prædictis adeſ-
ſet & pactum, & conſtitutiones, & decreta illarum par-
tium, non ita ſimpliciter, & abſolutè, & ampliant
hoc dictum ad perſonas nobiles, Doctores, milites,
& alias perſonas graduatas, & privilegiatas: & The-
ſaurus *in d. deciſ.* 153. *num.* 7. & 8. hoc extendit ad
Eccleſiam, & mulieres; & ſubdit quòd etiam in debi-
tis laicorum non privilegiatorum hoc habet locum, ut
aliquid plus conſequi habeant. Et in Eccleſia, quòd
poſſit dari de bonis mediocribus creditori pro æſtima-
tione, ex juſta cauſa, addita etiam decima parte pretii,
eſt text. *in* §. *verò*, *in Authent. de alien. & emphyt. collat.*
10. & *in Authent. hoc jus porrectum*, §. *emptare*, *C. de Sa-
croſ. Eccleſiis*, & advertit Theſaur. *dict. deciſ.* 153. *n.* 9.

Limita 2. quandò debitor poteſt pecuniam ſolvere,
eò quia illam habet in arca, ſed obſtinatè, & contuma-
citer contendit velle in bonis ſolvere. Theſaur. *d. deciſ.*
153. *num.* 11.

Limita 3. quando debitum eſt juratum, & debitor 87
promiſit medio juramento ſolvere in pecunia; Theſaur.
d. deciſ. 153. *num.* 14. Petrus Benintendus *d. deciſ. Bo-
noníenſi* 28. Pract. Papienſis *in forma libelli in act. hypo-
thec.* in verb. [*exceptionem ſolutionis.*] Bertazol. *de clau-
ſula* 41. *gloſ.* 5. *n.* 4. Ubi voluit hæc abſque ſcrupulo pro-
cedere, quando inter creditorem, & debitorem adfuit in
ſpecie pactum juratum de ſolvendo in pecunia numerata,
Guttier. *de juramento*, *par.* 1. *cap.* 29. *n.* 5.

Sed an beneficio *d. Auth. hoc niſi debitor*, renunciari 88
poſſit? ſunt duæ Doctorum opiniones. Prima eſt opinio,
quòd *Auth. hoc niſi debitor*, renunciari non poſſit, etiam
cum juramento; quam tenent Jacobus de Belviſio *in* §.
fin. in Authentico fidejuſſoribus, *col. fin.* verſ. [*Tertiò*,]
ubi dicit, per pactum renunciari non poſſe beneficio
d. Auth. hoc niſi debitor, Alex. *conſ.* 37. *num.* 6. *lib.* 2.
& Alciatus *in l.* 2. §. *mutui datio*, *ff. ſi certum petatur*,
Joſephus Ludovicus *deciſ.* 64. Vincent. Carroz. *de oblat.
q.* 10. *p.* 2. *num.* 67. & 68. 69. & Doctores iſti moventur,
quia pactum eſt turpe, & contra charitatem, & humani-
tatem; nam ſi iſte debitor non inveniret emptorem, &
creditor rem meliorem accipere non cogetur, juxta *dict.
Auth. hoc niſi debitor*, utique cogeretur in carceribus
marceſcere, quod Doctores in *l. alia*, §. *eleganter*, *ff.
ſolut. matrimonio*, non admittunt, etiam data expreſſa
renunciatione: nam *ibi* Doctores, & etiam moderni
Ariminenſes *in tract. de ceſſione bonorum*, *qu.* 34. *in* 4. *par.
principali*, dicunt, quòd non valet pactum juratum, quòd
quis renunciet beneficio ceſſionis bonorum, ne caro
humana marceſcat in carceribus, Greg. Lopez *in l.* 3.
tit. 14. *par.* 5. *gloſ.* 3. *in fin.* Huic tamen rationi facilè re-
ſpondetur, pactum non eſſe inhumanum, cum debitori
remaneat

remaneat beneficium ceſſionis, & ſic non cogitur marceſcere in carceribus, licèt cedere bonis ſit turpitudo, tamen valere debet, quia ſi ex parte debitoris adeſt turpitudo, ex parte creditoris concurrit maxima æquitas, cum contra ejus voluntatem cogatur bona ſtabilia recipere, & forſan inutilia, & ideo pactum valere debet, cum redeatur ad jus commune, quo eſt proviſum, quòd aliud pro alio invito creditori ſolvi non poſſit, *d. §. mutui datio*.

89 Secunda opinio eſt ſuperiori contraria, & ſic quòd valeat pactum renunciationis beneficii *d. Auth. hoc niſi debitor*, & maximè quando adeſt juramentum; quam tenent Cynus, & Salycet. *in d. Auth. hoc niſi* Dec. Rip. & Curtius Jun. *in d. §. mutui datio*, & *ibi* Bologneius, *n. 31.* Joannes Ferrat. *in practic. Papienſ. in forma libell. reſponſ. action. hypothecariæ in §. exceptionem ſolutionis, in fin.* Alberic. Fulgoſ. & Bal. *in d. Auth. hoc niſi debitor*, Joann. Gutier. *de juramento, 1. par. cap. 39. n. 4.* Gaſpar Barça *cap. 1. n. 49. de inope debitore*, Gozadinus *conſ. 32.* Jaſon, *conſil. 9. in tertio dubio, lib. 1.* Vincentius de Franchis *deciſ. 82. n. 4. & 5.* Thomas Menadoius *deciſ. 2. n. 4.* Antonius Theſaurus *deciſ. 153. n. 13.* ubi dicit, quòd ſecundùm hãc opinionem quæ videtur communis, ſemper judicavit Senatus, & ab hac opinione non eſt recedendum: quibus etiam aſſentiuntur Alex. Trentacinquius *lib. 3. de ſolutionibus, reſolut. 36. n. 4.* Bartholomæus Bertazol. *de clauſulis, clauſula 41. gloſ. 5. n. 4.* noviſſimè Pyrr. Maurus Aretinus *in tract. de fidejuſſorib. ſect. 3. cap. 7. n. 20.*

90 Declaratur tamen non procedere, quando poſt renunciationem ſuperveniſſet caſus inopinatus auferens potentiam ſolvendi in pecunia, & vendendi bona ſua; nam in hoc infelici tempore poterit debitor, non obſtante renunciatione, uti beneficio *d. Authent. hoc niſi*; ita tenet Ripa *in d. §. mutui datio, n. 28.* Vincentius de Franchis *d. deciſ. 81. in fin.* Trentacinq. *ubi ſuprà, n. 4. in fin.* ubi dicit, ſe credere veram eſſe opinionem *Ripæ*, quia renunciatio etiam jurata intelligitur rebus ſic ſtantibus, *cap. cùm inter, de renunciatione, cap. quemadmodum, de jurejurando*, notant Imol. Dec. Jaſ. *in l. quod ſervus, ff. de condict. ob cauſam*, Natta *in addit. ad conſilia Alexan. in conſ. 37. n. 5.* Farinac. *tomo 1. quæſt. 34. num. 42.* Boërius *deciſ. 204.* Franchis *deciſ. 181. n. 12.*

91 Cravet. *conſ. 95. n. 4.* Nec enim juramentum extenditur ad incognita, *cap. veniens, de jurejurando*, Seraphinus *de juramento privilegia 119.* Anton. Gab. *lib. comm. opinion. de reg. jur. concluſ. 4. n. 11.* Vincentius Carocius *de oblationibus par. 2. quæſt. 10. n. 77.*

92 Ad finem hujus quæſtionis, quæritur, an debitor annui redditus poſſit cogere creditorem, ut fundum pro redditu hypothecatum in ſolutum accipiat, & ne capi, nec incarcerari poſſit debitor, an ſatisfaciat dimittendo prædia affecta oneri cenſus, ex beneficio *d. Auth. hoc niſi debitor, C. de ſolut.* Et videtur audiendus debitor, per tex. in *l. ſi quis argentum, §. ſi verò. C. de donat.* ubi debens certum debitum ex ſuis poſſeſſionibus dans fundum mediocrem ejuſdem redditus, liber manet: & per *l. filiusfamilias, §. apud Marcellum, ff. de legatis 1.* ubi legatarius ratione fundi legati centum dare juſſus à teſtatore, auditur, ſi pro centum, fundum præſtare maluit. Perſuaderi etiam hæc ſententia poſſet ex eo quod plerique credunt cenſum eſſe jus reale affixum prædio: undè inferri videtur debitorem cenſus ſatisfacere cedendo, & dimittendo rem, *l. ſi fortè, §. etiam, ff. ſi ſervitus vendicetur*, Bart. Angel. Imol. & Paul. *in l. 11. cum quo, ff. de aqua pluvia arcenda*, Bald. & Alber. *in l. cum fructuarius, ff. de uſufructu*, idem Bald. *in l. creditor, la 2. ff. ſi certum petat.* Et confirmatur, quia *d. Authent. hoc niſi debitor*, indiſtinctè, & generaliter loquitur, & præcipuè, *l. 3. titul. 14. par. 5.* ergo indiſtinctè, & generaliter intelligenda eſt; *l. de pretio*, cum ſimilibus, *ff. de publician. in rem action. l. in fraudem, § fin.* ibi: *quia generalis eſt iſta determinatio*: & ibi: Gloſ. *de teſtament.* *militis*, cùm eadem ratio militet in debitore annui redditus, quæ in cæteris debitoribus, *l. illud, ff. ad l. Aquiliam.*

Nihilominus tamen contrarium frequentiſſimum eſt 93
in praxi, ut debitor cenſus ex inſtrumento publico incarceretur, nec ſatisfaciat dimittendo prædia ſuppoſita præſtationi annui redditus; quod ſanè non caret authoritate, nec ratione; id enim docuerunt Paul. de Caſtro *conſil. 47. lib. 2.* Maſuerius *in pract. tit. de locat. & jure emphyt. §. item ſciendum*, Follerius *de cenſibus, verb.* (*tamquam res judicatas*,) *num. 49.* Barbat. *in rub. de donat. colum. ult.* Felician. *de cenſib. tom. 1. lib. 1. cap. 1. n. 6. fol. 14. verſ.* (*infero tertiò*.) Rodriguez *libro 2. de reditibus, quæſt. 9. n. 68.* Avend. *de cenſib. cap. 110. à n. 12.* Joannes Gutierr. *lib. 1. pp. qq. qu. 46. per totam*, Parladorius, *lib. 3. different. 73. §. 2. n. 6. & 7.* Joannes Baptiſta Lupus *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. comment. 2. §. 3. n. 89.* latè Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 6. num. 21.* Amador Rodriguez *de executione, cap. 6. n. 49.* Et ratio eſt, quia emptione reditus non cenſetur emptus fundus reditui hypothecatus, cùm venditor reditus non exiſtat fundi debitor, & beneficium *d. Auth. hoc niſi debitor*, ſolùm datur debitoribus adverſus creditores, & is, qui cenſum impoſuit ſuper bonis ſuis, non intelligitur debitor reſpectu ſortis principalis, quam accepit, nec is, in cujus favorem cenſus fuit impoſitus, creditor dici poteſt, & hoc modo celebratur contractus verus emptionis, & venditionis, ex Covarr. *lib. 3. var. cap. 7. n. 2.* ut declarant Authores ſuprà citati præcipuè Rodericus *d. lib. 2. quæſt. 9. n. 68.*

Quod tamen attinet ad reditus debitos, benè habet locum *d. Auth. hoc niſi debitor*, quatenus ad ſortem redimendam tangit, ſed nullo modo emptorem cogendum putarunt, ut invitus fundum accipiat in ſolutum, cum ſit contra ejus naturam, & contra conditiones, quæ in cenſu adjici ſolent, & ſic contra juris regulam, quæ vult, ut invito creditori aliud pro alio ſolvi non poſſit.

Nec conturbant objecta in contrarium; nam text. in *l. ſi quis argentum, C. de donat.* loquitur in donatione; cujus favore multa in jure ſpecialiter introducta ſunt, ut *Bald.* ſcribit *ibidem*; & ideo illius deciſio ad alios contractus porrigenda non eſt: nec etiam obſtat text. *in d. § apud Marcellum*; quia ibi debebatur reditus limitatim ratione fundi à tertio poſſeſſore, qui reditum recognovit, & tunc ſi fundum hypothecatum pro reditu renunciet, à reditu liberatur, nam cùm in iſto caſu onus ſit reale, à re ipſa originem habeat, debitor liberatur eam rem cedendo creditori, ut docet Bald. *in d. l. creditor, num. 2. ff. ſi certum petat.* Roderic. *dicto loco, num. 68.*

QUÆSTIO XXIII.

An in contractu emptionis, & venditionis, debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1 *In contractu emptionis, & venditionis, propriè accedit evictio, etſi de evictione nihil dictum ſit.*
2 *In hujuſmodi contractu eſt quid naturale evictio, & in ea ineſt.*
3 *Quæ conveniunt ex natura contractus non eſt neceſſe exprimi.*
4 *Emptor dubitans de re empta ne evincatur, vel moleſtetur, poteſt dicere, quòd pretium convertatur in emptionem aliorum bonorum, quæ erunt priùs obligata pro rei venditæ defenſione & n. 5.*
6 *Duo vendentes ſimpliciter rem communem, & promittunt de evictione, pro rata promiſiſſe videntur.*
7 *Declaratur ſi venditarus unius rei in ſolidum, & pro indiviſa de evictione obligentur.*

8 *Regulariter venditor tenetur de evictione emptori.*

9 *Venditor tenetur rei venditæ liberam, & vacuam tradere poſſeſſionem.*

10 *Tradita res non dicitur libera, quæ ad alium pertinet. & num. 11.*

12 *Si res vendita, in totum, ſive pro parte, aliena reperiatur, non poteſt agi de evictione antequam res ſit evicta, ſed propter dolum venditoris ad omne intereſſe agitur.*

13 *Venditor præſumitur habere notitiam oneris, & vitii rei venditæ.*

14 *Emptor præſumitur ignorare jus venditoris.*

15 *Limitatur concluſio in universitate vendita, ſi evincatur res particularis, non debetur evictio, niſi ſit promiſſa.*

16 *Limitatur etiam quando emptor ſciebat rem eſſe alienam, niſi fuerit ſtipulatus.*

17 *Emptor agit adverſus venditorem non ſolum ad pretium, ſed etiam ad intereſſe, & damna inde ſequuta quanti ſua intererat rem non eſſe evictam.*

18 *Vendens plures res unico pretio, unica venditio dicitur.*

19 *Vendita plures res unico pretio, ſi aliqua ex his non tradatur, non reſolvitur contractus, ſed agi poteſt ad implementum, ut res tradatur.*

20 *Traditionis obligatio eſt individua.*

21 *Venditio plurium rerum unico pretio facta, in aliquibus earum ſubſiſtit, tametſi aliæ non tradantur.*

22 *Declaratur, ut non procedat, ſi conſtare poſſit emptorem partem empturum, & venditorem partem venditurum non fuiſſe.*

23 *Declaratur, ut non procedat in animalibus ejuſdem generis, & officii.*

24 *Vel quando eſſet dura ſeparatio?*

25 *Vel quando res vendita cum alio cõmunis efficeretur.*

26 *Et quando ex pluribus rebus uno pretio diſtractis, illa tradi non poſſit, ob quam potiſſimum emptor impulſus eſt ad alias comparandas.*

27 *Venditione plurium rerum facta, ſi una non tradatur, quomodo ſit habenda ratio.*

28 *Venditor non tradens rem liberam, ſi agat ad pretium, ſubmovebitur exceptione rei non traditæ.*

29 *Emptor non agit ad rem emptam niſi pretio integraliter ſoluto, & num. 30. num. 31. 32. 33. & 34.*

35 *Emptor ratione conditionalis obligationis, & hypotheca, an poſſit ante eventum conditionis petere, ut ſibi de indemnitate caveatur?*

36 *Venditoris ignorantia non nocet emptori.*

37 *Venditor ubicumque ſciens non certiorem fecit emptorem de qualitate rei propter quam res minoris valet, tenetur ignoranti ad intereſſe.*

38 *Emptori, re evicta, pretii non ſoluti retentio competere videtur.*

39 *Contrahens cum aliquo diligenter tenetur illius conditionem, & qualitatem inquirere; excuſatur tamen ob juſtam, & probabilem ignorantiam.*

40 *Conditiones rei, quæ non ſunt veriſimiles, vel contra communem opinionem, vel ad inveniendum difficiles, aut per venditorem non enunciatæ, non tenetur emptor perquirere, vel alius contrahens.*

41 *Text. in* l. qui cum alio, ff. de reg. juris, *procedit reſpectu perſonæ cum qua contrahitur, non autem reſpectu rerum de quibus contrahitur.*

42 *Emptor agere poteſt de evictione, venditor ſciens qualitates rei venditæ illas ſupprimendo tacuerit, vel ſi non explicaverit.*

43 *Textus in* d.l. qui cum alio, *non procedit in caſibus in quibus alter ex contrahentibus tenetur certificare ex natura contractus.*

44 *Venditor tenetur ea omnia exprimere circa rem venditam, quæ emptorem poſſint à contrahendo removere.*

45 *Venditor tenetur explicitè, & apertè explanare, & ſignificare omnes qualitates rei venditæ, nec ſufficeret verbis generalibus, aut profuſortis explicare.*

46 *Imo etiam ea, quæ ſunt extra rem, non modò quæ ab ipſa re dependent, tenetur venditori explanare.*

47 *Vendens rem prohibitam alienari ignorans prohibitionem, non tenetur emptori ad damna, & intereſſe.*

48 *Litigioſam rem vendens litem ignorans non incurrit in pœnas litigioſi.*

49 *Explicatur doctrina Bartoli in* l. cùm les num. 1. ff. de fidejuſſoribus, *quòd vendens ignoranter rem alienam non tenetur ad aliud, quàm ad reſtitutionem pretii.*

50 *Vendens rem alienam ignoranter tenetur ultra pretium ad intereſſe intrinſecum, non autem ad intereſſe extrinſecum.*

51 *Venditor rei alienæ ſive ſcienter, & ignoranter indiſtinctè tenetur ad damna, & intereſſe quando ita premiſſum eſt.*

52 *Hypotheſis* l. ſi minor, C. de action. empti.

53 *Vendens fundum magno cenſui obnoxium, tamquàm parvo gravatum, ſivè ſcienter, ſivè ignoranter fecerit, tenetur ignoranti emptori actione quanto minoris, non autem ad intereſſe: contra Salycetum, num. 54. & 55.*

56 *Propter aſſeverationem venditor, etiam ignorans, tenetur; quia videtur argui dolus in eo, quod aſſeverat rem eſſe liberam.*

57 *Explicatur textus in* l. ſi quis affirmaverit, ff. de dolo.

58 *Si conſtanter ſeu pro firmo aſſerat quis id de quo non eſt certus, præſumitur dolosè affirmaſſe.*

59 *Ponitur diſtinctio, an dicta aſſeveratio manaverit ex inconſulta facilitate, an verò ex dolo, & malitia.*

60 *Aſſeveratio venditoris dicentis tributum, vel non deberi, vel minus deberi, cùm majus deberetur, licet non ſit fraudulenta, obligat venditorem emptori, ac ſi eſſet doloſa.*

61 *Emptor cui res non traditur libera, habet facultatem eligendi, an malit rem ſibi tradi, vel intereſſe ſolvi.*

IN Contractu Emptionis, & venditionis propriè accedit evictio, etſi de evictione nihil ſit dictum in inſtrumento, quia nihilominus ex natura contractus ſubintelligitur, text. in *l. non dubitatur, C. de eviction. l. 32. tit. 5. par. 5.* quam evictionis cautionem *Papinianus* adminicula emptionis appellat, in text. in *l. pacta noviſſima, ff. de contrah. empt.* Alciatus *lib. 5. paradox. cap. 16. & in l. in vendendo, ff. de contrahend. empt.* Alphanius *in collect. 625. & in l. fin. C. de commun. rer. alienat. & in l. cùm in venditione, ff. de evict.* vbi Salycet. Bal. & alii Doct. & idem Salycetus *in d. l. non dubitatur*, Petrus Surdus *decis. 208. num. 11. & in conſ. 36. n. 25. & in conſ. 15. num. 1. & de alimentis, tit. 7. q. 13. num. 17.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 29. gloſ. ultim. n. 4.* Stephanus Gratianus *tomo 4. diſcept. forenſ. 793. n. 12.* Card. Tuſchus *lib. V. concluſ. 54. num. 31. & lit. E. concluſ. 357.* Peregrinus *conſil. 91. lib. 3. num. 2.* Oſaſchus *conſ. 18. n. 68. & conſ. 46. num. 14.* Cardinalis Alex. Ludoviſ. *decis. 90. num. 10.* & *ibi* Additio, *num. 11.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 2. num. 9.* Decianus *conſ. 3. tit. num. 48. lib. 5.* Gaſpar Caballin. *§. 2. n. 3. & §. 4. num. 1. de evictionib.* D. Garcia Maſtrillus *decis. Regni Siciliæ 28. num. 1.* per *d. l. non dubitatur, par. 2.* Decian. *reſponſo 18. num. 29. lib. 2.* ubi alios cumulat: Marius Giurba *decis. 87. num. 8.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. reſolut. de empt. & vendit. reſolut. 4.* Ant. Pichard. *lib. 4. in Inſtit. tit. 17. de officio judicis, §. ſi finium regundorum, num. 122.* Anton. Cardoſo *in praxi Advocat. in verb.* [emptio,] *num. 21.* In emptione eſt quid natu- 1 2
rale

Digitized by Google

talc evictio, quæ licèt non exprimatur, ineſt, Peregri-
nus *conſ.* 93. *ſub n.* 17. Alex. *conſ.* 21. *n.*6. *lib.* 5. Cæſar
Manent. *deciſ.*13.*n.*62. notat Bald. *in d.l.non dubuatur*,
C. de evict. quæ enim conveniunt ex natura contractus
3 non eſt neceſſe exprimi, & propterea, ut cautior red-
datur emptor, ſi dubitat de re empta, ne evincatur, vel
ſuper ea moleſtetur, poteſt in ſolutione pretii dicere,
4 quòd pretium convertatur in emptionem aliorum bono-
rum, quæ erant priùs obligata pro defenſione rei vendi-
tæ, & tale pactum valebit ſecundum Alex. *in l.ſi fide-
juſſor*, §.*ſi neceſſaria*, *col.*1.*ff.qui ſatisdare cogantur*; quòd
5 ſi res poſtea fuerit empta, in illa præferetur emptor,
dummodo probet emptam fuiſſe ex illa pecunia in pre-
tium data: Rebuf. *tomo* 2.*de conſtit.reddit.art.*1.*gloſ.*8.
*num.*29. Socinus Jun. *conſ.*54.*lib.*4. Caballinus §.4.*n.*1.
de evict.

6 Si ideo duo ſimpliciter rem communem vendunt, &
de evictione promittunt, quemlibet pro ſua parte pro-
miſiſſe cenſetur, quam vendidit; quia de natura em-
ptionis eſt, ut venditor de evictione rei per ſe vendi-
tæ teneatur, & non per alium, *l.* 1. *in princip.ff. de evi-
ctionibus*, ubi Gloſ. Ant. Gomez *tom.*2. *var. cap.*2. *n.*34.
in fin. & etiam quilibet ipſorum pro rata recipit pretium,
hoc eſt, pro partibus per ſe venditis: nam ſicut ex eo
arguitur, quòd quilibet partem propriam dicitur vendi-
diſſe, in m *l.quidam ex parte*, ubi Gloſſa, & Doct. *ff.de
evict.* Caldas Pereira *de emptione,& vendit.cap.*31.*n.*49.
& 50. Ita etiam dici debet, quòd quilibet tantum pro
partibus à ſe venditis defenſionem, & evictionem pro-
miſerit, Gaſpar Caballin. *dict.* §.4. *num.*1.*in fin.*

7 Quod tamen declaratur, ſi venditores unius rei in
ſolidum, & pro indiviſo de evictione obligentur, quia
ex natura contractus in ſolidum obligantur, *l.cum ex
cauſa*, *l.in executione*, §.*in ſolidum*, *l.* 2. §.*ex his*, *ff.de
verborum obligationibus*. Aymõ Cravetta *conſ.*208.*in fin.*
Andreas Gail. *lib.*2. *obſervat. Imperiali* 14. *num.*1.& 2.
Ariſminus Tepat. *tom.*2. *var. ſent. tit.* 423. *cap.* 9. verſ.
(*venduores:*) venditio enim in ſolidum defendenda eſt,
cùm ejus natura ſit individua ex *dict.legibus*; ipſi enim
venditores de indemnitate invicem obligantur, *l.rem hæ-
reditariam,circa fin.ff de evictionibus*, unde nulla ipſis ſit
injuria, neque gravamen aliquod infertur, ex eo quod
obligationem pro indiviſo emptori tradere debeant.
Idem quoque receptum eſt in pluribus hæredibus ven-
ditoris, nam & hi in ſolidum emptori de evictione te-
netur: & licèt unicuique pro parte hæreditaria præſta-
tio injungatur; tamen defenſio non dividitur, ſed bene
intereſſe, *l. ſi rem*, §.*ſi ei qui mihi*, *ff.de evict.* Andr.
Gail. *d.obſervat.*14. *n.*4.

8 Ampliatur concluſio, quia regulariter venditor tene-
tur de evictione emptori, *l.* 2. *l. ſi in venditione*, *ff. de
evict.l.qui fundum*, §.*in lege*,*l.dupla*, *ff.eod.* Paul. de Ca-
ſtro *conſ.*207.*lib.*1. Dec. *conſ.*683.*n.*15. & *conſ.*168.*n.*6.
& ratio eſt, quia cum teneatur venditor de evictione
etſi non ſit promiſſa, *l.ex empto*, *ff. action. empti.* Abb.
in cap. ſi venditori. num. 5. *de empt. & vendit.* tradere
9 enim tenetur rem venditor cum effectu, cum paria ſunt
non tradere rem, vel minus efficaciter tradere, argum.
*l.*1. §.*fin ff.de contrab.empt.* & ideo ſi res tradita evinca-
tur, non poteſt dici efficaciter tradita, *d. l.ex empto*,
Tuſch. *tomo* 3.*pract.concluſ.*354.*num.*7. *lit.E.*

10 Ampliatur etiam, quia venditio non ſolum tenetur
rem venditam liberam, & vacuam tradere, ad conſe-
quendum rei venditæ pretium, ſed etiam ab omni onere
ſolutam, *l.ſi in emptione*, §.*vacua*, & §.*fin.ff.de act.empt.*
l.ſi pater, *C.eod.tit.cap.cum Joannes*, ubi notatur, *de fide
inſtrumentorum*, & eſt text. clarus in *l.ſi ex prædiis*, *C.
de evict.* ubi Doct. & Bal. dicens, quod ſimpliciter rem
vendens, cenſetur pro libera vendere, latè Tiraq. *de re-
tract.lignag.* §.1.*gloſ.*9.*n.*56. ubi dicit, tacitè pactum vi-
deri inter emptorem, & venditorem, quòd res illa liberè
tradatur, Gloſ. fin. *in l.ſi cum venderes*, *ff. de contrab.
empt.* Fabianus de Monte *de empt. & vendit.* q.6. *num.* 7.
Claud. *in l.*1. §.*ſi hæres*.*ff.ad Trebell.* n. ubi inquit; quod
ſufficit rem poſſe aliquo caſu pervenire ad tertium poſ-
ſeſſorem, ut libera non dicatur; ita Oſaſchus *deciſ.* 24.
*n.*3. & 6. Surd. *deciſ.*165.*n.*2. & 3. & *deciſ.* 253. & *in
conſ.*13.*n.*15. & *in conſ.*36.*n.*9.*lib.*1. Hieronymus Leon.
deciſ. Valentin. 47. n. 8. & 9. Res enim non dicitur tra-
dita libera cum poſt traditionem evinci poteſt, *l. ſuper* 11
fundo, *C.de tranſact.* ubi dicit *Salycet.* quòd res in toto
vel in parte aliena, non dicitur libera tradi, Surd. *d.
conſ.*13. *n.*15. & *d.deciſ.*253.*n.*9. ibi: At non dicitur li-
bera tradi res, quæ pro parte eſt aliena Bart. *in l. Mævius*,
§.*in fundo*,*n.*6.*ff.de leg.*2. Auguſtinus Beroius *conſ.*158.
*à num.*21,*lib.*1. Carol. Ruin. *conſ.*141.*num.*4 & 5. *lib.* 1.
Ubi tamen res in parte, vel pro toto aliena reperitur, 12
licèt contra venditorem agi non poſſit de evictione,
antequam res evincatur: tamen propter dolum tenetur
emptori etiam re non evicta, nec lite mota, ad omne
damnum, & intereſſe inde proveniens, *l.ſervus*, §. *ſciens*,
ubi Bart. Alex. Salycet. *ff.de act.empt.l. venditor*, *eodem
tit.* Alex. *conſ.*14.*col.*3. *lib.*5. & *conſ.*63. *n.*5. *lib.*6. Cor-
neus *conſ.*81. *n.*3. *lib.*3. Decina *conſ.*283.*n.*19. Beroius
*conſ.*158. *n.*52. *lib.*1. Cumque præſumatur venditor ha- 13
bere notitiam oneris, & vitii rei venditæ, Bald. *in l.* 1.
§.*amplius*, *in princip.ff.de ædil.edict.* per tex. *ibi*: Corneus
*d.conſil.*81. prout è contra, emptor præſumitur ignorare
jus venditoris, Alex. *d.conſ.*63. *num.* 10. Beroius *d.conſ.* 14
158.*n.*52. Anton. Gomez *tom.*2. *var.cap.*2.*n.*45. Cæſar
Barzius *deciſ.Bononienſi* 85. *à n.*3. Gutierr. *lib.*2. *pract.
cap.*169. Pater Bañez *de juſt. & jure*, *quæſt.*78. *de empt.
& vendit.* Leſſius *eodem tract.lib.*2.*cap.*21.*dubit.*11. Pa-
ter Molina *ibidem*, *tom.*2. *diſp.*353.& *diſp.*380. Felicia-
nus de Solis *tom.*2. *de cenſib. in præfat. ad lib.*1. *n.*5. ubi
omnes concludunt, emptorem præſumi ignorare condi-
tionem rei emptæ, quòd illa eſſet aliena, vel alteri
obligata, aut oneri alicui obnoxia, cùm venditor quali-
tates ejus non exprimit: Surd. *d.conſ.*13. *num.*31. & 33.
& *in d.conſ.*35.*n.*14. per text. *in l. penult. C. de evict. l.
verius*, *ff.de probat.l.fin.ff. pro ſuo.* Joan. Baptiſta Coſta
de facti ſcientia, *inſpect.*90. *n.*3.

Principalis concluſio limitatur, ut non habeat locum 15
in univerſitate vendita, ut eſt hæreditas; venditor enim
de evictione non tenetur pro ſingulis rebus evictis, *l.* 1.
C.de evict. ubi omnes communiter: Hugo Donellus *ad lib.*
8.*C.tit.*46.*de evict.* Anton. Gomez *cap.*2.*de empt.& ven-
dit.n.*44. Cæſar Barzius *deciſ.Bononienſi* 85. & ratio eſt,
quia vendens hæreditatem, vel univerſitatem, cum non
videatur vendere rem aliquam particularem, ſed tantum
jus univerſale, ſibi competens & illud non ſit evictum,
meritò de evictione non tenetur, *l.*2. *in princ. ff. de hæ-
red.vel act.vend.* Hugo Donellus *ubi ſuprà*, idem dicit,
adeo verum eſſe, evictionem rerum ſingularium à ven-
ditore hæreditatis non præſtari, ut probandum ſit quod
Joannes vetus interpres putavit, nequidem ab eo præ-
ſtari debere, quamvis res omnes hæreditariæ, aut quæ
hæreditariæ putabantur, ſint evictæ; nam & ſingulis
rebus hæreditariis omnibus evictis, nihilominus ma-
net hæreditas, quæ vendita eſt, & præſtatur: hære-
ditas enim ſine ullo corpore juris intellectum habet, *l.
hæreditas*, *ff. de pet. hæredit.* id eſt, intelligitur ſine ullo
corpore. Porrò hæreditas ſolum vendita eſt non res ſin-
gulæ; atque jure univerſali vendito, rerum ſingula-
rium evictionum non præſtari, Cæſar Urſillus *in add. ad
Afflictum deciſ.* 81. *n.*3. & 4. Caſtillus Sotomaior *lib.* 4.
*controv.cap.*42.*n.*67. Tuſchus *practic.conc.jur.tom.*3. *lit.
E.concl.*366.*n.*22. & 23. & 32. niſi emptor de hoc fue-
rit ſtipulatus, quòd venditor rerum ſingularium nomine
teneatur de evictione.

Limitatur etiam, quando emptor ſcivit rem em- 16
ptam eſſe alienam, nam nec tunc debebitur evictio: *l.
ſi fundum*, *C. de evict.* Tuſchus *d. concluſ.* 354. *fal-
lent.* 1.

Amplia-

17 Ampliatur concluſio, quòd non ſolum tenetur venditor emptori ad pretium rei, quanti æſtimabitur tempore quo res evincitur, de quo infra dicemus; ſed etiam ad intereſſe, ut ei ſolvat quanti ſua intererat eam rem non fuiſſe evictam, atque ad damna ſubſequuta; ita habetur in l. libera, *C. de ſententiis, & interloquut. omn. jud. l. ſi cum quæſtio, C. de evict. l. evicta re, ff. eodem, ex p. fin. de empt. & vendit. l. 32. tit. 5. par. 5. l. 12. tit. 30. lib. 3. Ordinamenti Portugalliæ*, ubi additur poſſe emptorem agere, vel ad rem, & intereſſe illius, hoc eſt, quanti æſtimabitur tempore quo fuerit evicta, & quanti ſua intererat evictam non eſſe, vel ad pretium, quod pro illa dedit, ut emptor ipſe maluerit, *l. 1. §. ult. C. de rerum permutatione*. Pater Molina *tom. 2. de juſt. & jure, diſput. 380. n. 1.*

18 Declaratur, quòd ſi ſint plures res venditæ uno pretio in univerſum, & confuſè enunciato, non in ſingulas diſtributo, unica venditio dicitur, argum. *l. ſi duas ſervos ff. de evict. l. ſi duos ſervos ff. cont. empt. l. cum ejuſdem, l. plura mancipia*. Odofred. Bal. & Veron. *in d. l. cùm ejuſdem*, pluralitatem venditionum inferentes non ex pluralitate rerum venditarum, ſed ex varietate pretii in ſingulas conſtituti, Odofredus *in d. l. cùm plures*, & ibidem Fulgoſ. *in fin.* Bart. *in l. ſcire debemus, ff. de verb. obligat. n. 2.* Caſtr. *n. 5.* Cumanus, *n. 6.* Jaſ. *num. 3.* Bald. *conſ. 60. n. 4. lib. 3.* Boſſios *in praxi de remiſſ. mercedis, n. 22.* Gabriel. *conſil. 49. n. 10. lib. 2.*

19 Illud tamen intrepidè affirmandum cenſeo, quòd obiter attingere decrevi, tametſi una fuerit emptio, ſi aliqua res ex his non trahatur, ad reſolutionem totius contractus agi non poteſt, ſed ſolùm ad implementum, nempe, ut illa quoque traderetur; quòd ſi tradi non poſſit, ad intereſſe: juxta notata in *l. cum proponas, la 2. C. de pact.* ubi Riminald. ſentit *in l. 1. ff. de evict. in l. 1. ff. de act. empt.* cum ad hoc habeamus textus apertos, *l. cum plures, ff. evict. l. ædiles aiunt, §. ſi plura, & § fin. l. cum in ea, §. 1. de ædilit. edicto*: imò vero, neque ob unius tantum rei vendicationem reſilire liceret; quia pro parte tradi non poteſt, *l. domum, l. ſed ſi communis, ff. de contrah. empt. l. fin. C. de comm. rer. alienat. l. ex mille, § cæterum. ff. de evict.* Et quemadmodum poſt traditionem plurium rerum ſi aliquæ ex his evictæ ſint, tot ſunt actiones de evictione, quot res evictæ, tametſi eadem venditio una ſit & uno pretio facta, *d. l. cum plures*, ita ante traditionem tot ſunt actiones ex empto actori competentes, ut ſibi tradantur, quæ traditæ non fuerint, & ſi tradi nequeant, ad intereſſe; *l. ex empto, in princip. ff. de actionib. empt.* ubi *Caſtr.* clarè ſenſit eandem actionem ex empto competere ante traditionem, ut res tradatur; & poſt evictionem, re tradita jam evicta; ac pro rebus traditis liberationem competere, pro non traditis actionem ſupereſſe, vel ad tradendum, vel ad intereſſe; nec diſſentit Bar. *in dict. l. ſcire debemus, num. 2. ff. de verb. oblig.* ibidem Cuman. *num. 7.* ut certè non videatur conſtituenda illa differentia tradita ne fuiſſent res uno contractu venditæ, & aliqua ex his evicta, an verò nondum traditæ fuerint; ut primo caſu non liceat à venditione recedere, ſed ſolum actionem emptori pro evictione competere: ſecundo caſu à venditione recedi poſſit ob rem aliquam ex pluribus venditis, quæ tradi non poſſit: cùm verius ſit utroque caſu contractum irrevocabilem eſſe, ſed ita tamen, ut primo caſu competat actio de evictione, & ex empto ad intereſſe, ſecundo caſu ex empto, ut res tradatur, & ea non tradita ad intereſſe: quam opinionem veriori, & crebriori calculo receptam, & omnino tenendam, docet Gabriel. *dict. conſ. 49. num. 15. & 16.* & per totum, Cæſar Barzius *deciſ. Bononienſi 62. n. 24.*

20 Cui non obſtat, quòd obligatio rem tradi ſit individua; idcirco promiſſorem traditione partis non liberari, *l. ſtipulationes non dividuntur, ff. de verb. obligat.* non enim propterea ſequitur contractum reſcindi debere, namque manet in priſtino ſtatu, cum pro rebus traditis competat liberatio, pro non traditis ſuperſit actio ex empto ad earum traditionem, aut ad intereſſe, & obligatio plures res tradendi, dividua eſt pro dividuitate rerum tradendarum, ut per Fulgoſ. *in d. l. cum plures in fin.* facit etiam id quod ex authoritate Decii *conſ. 121.* tradit Joan. Plotus *conſ. 38. n. 13.* Videlicet, quod quando fuit venditio plurium rerum uno contractu, & uno pretio, licet probetur læſio in una re poſita in contractu, & non probetur de aliis rebus, tunc non poteſt 21 reſcindi talis contractus reſpectu læſionis. Stat igitur regula venditionem plurium rerum quamvis uno pretio factam; in aliquibus earum ſubſiſtere, tametſi aliæ non tradantur: quæ tamen limitatur, ut non procedat 22 ſi conſtare poſſit, emptorem partem empturum, aut venditorem partem venditurum non fuiſſe, *d. l. cum ejuſdem, ff. de ædilit. edict.* Barzius *dict. deciſ. 62. n. 26.*

Limitatur etiam in animalibus, & hominibus ejuſ 23 dem generis, vel officii; *dict. l. ſi duos*, & ibi Gloſ. declarant Cœpola, Alberic. *in l. Labeo, §. fin. ff. de ædil. edict.* in pluribus enim ſervis diverſi officii uno pretio venditis, admittitur unius tantum redhibitio vitioſi, ſcilicèt, in reliquis venditione firma manente, etiam altera parte contradicente, *d. l. ædiles ſi plura, & d. l. Labeo*, qui ſunt ejuſdem officii redhibentur omnes, niſi utraque pars conſentiat unius tantum redhibitionem fieri, ad Cœpol. *in d. §. ſi plura, & d. l. Labeo*, hoc verò non alia ratione contingit niſi quia non ſit veriſimile emptorem partem ſolùm empturum fuiſſe, quamvis pretium in ſingulos ſit diſtributum, Cæſar Barzius *dict. deciſ. 62. num. 27.*

Et etiam declaratur, ut locum non habeat, quando 24 res ſunt ejuſmodi, ut eſſet dura ſeparatio, ſi una tantum ex rebus venditis redhibeatur, ut in caſu *l. ædilis, in fin. junctis tribus ſequentibus, & in l. plerumque, ff. de ædilit. edict.* quibus addo Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 2. n. 49.* verſ. (*dubium tamen eſt*,) Cravet. *conſ. 202. num. 13. & conſ. 246. num. 3.* Tiraq. *de retract. lignag. 23. gloſ. 1. à n. 20. & 23.* Ariam Pinel. *in l. 2. part. 1. cap. 4. C. de reſcind. vendit. num. 1*, Dec. *conſ. 421. n. 23.* Azeved. *in l. 10. tit. 11. lib. 5. Recop. à num. 2.* Matienço *in l. 7. gloſ. 7. à num. 20. lib. eodem.*

Declaratur etiam, quando ſi emptio in parte tantum 25 ſubſiſteret, emptor in communionem incidere cogeretur, quia res vendita fortè cum alio communis eſſet, ut in caſu *l. quod ſi uno, ff. de in diem adjectione, in l. tuter. §. fin. ff. de minorib.* vel ſi ex pluribus rebus uno 26 pretio diſtractis illa tradi non poſſit, pro qua emptor potiſſimum motus fuerit, ut alias compararet, arg. *l. arboribus ff. de contrah. empt.*

Venditione tamen plurium rerum facta, ſi una non 27 tradatur, non ſolum intereſſe, quod paſſus eſt emptor ob rem illam non traditam ratio habenda eſt, ſed etiam quòd propter hoc cæteræ res minus pretioſæ ſunt redditæ, Gloſ. in *dict. l. cum plures, ff. de evict.* tradit Gabriel. *d. conſ. 49. n. 10.* etſi quidem venditor ignoraſſet alienam fuiſſe rem, tenetur tamen ad præſtandum emptori, quanto minoris alias res empturus fuiſſet, ſi hoc ſciviſſet, & ad totale intereſſe: juxta diſtinctionem Alex. *in conſ. 95. num. 4. lib. 5. & in conſ. 63. num. 9. lib. 6.* Barzius *deciſ. 62. num. 33.* & latius infra examinabimus.

Declaratur principalis concluſio, quod venditor, 28 qui non tradit rem liberam; aut pro parte alienam; ſi agat ad pretium, ſubmovetur exceptione rei non traditæ, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empti*, cum ibi notatis; & hæc dicitur doli exceptio, *d. l. ex prædiis, in fin. C. de evict. l. qui pendente, ff. de act. empti*, latè Stephanus Gratian. *diſcept. forenſi 411. n. 11. & 12. tom. 3.* Eſt enim in dolo venditor, quando ſciens rem alienam, eam vendit tanquam propriam, vel ſaltem ſupprimit alienam obligationem; *l. vina, §. planè*, ubi Gloſ. Bald. Alber. Fulgoſ. Salycet. *ff. de peric. & commod. rei vend. l. quæro, l. Iulianus, § qui pecus, & §. quod autē diximus, ff.*

de

de action. empt. l. qui libertatis, §. ſed ſi quis, ff. de evict.
Franciſcus Beccius conſ. 106. n. 11. ibi: Ex taciturnitate
dolus venditoris arguitur, l. quæritur, §. ſi venditor, ubi
Bart. & Fulgoſ. dicentes quod ſi venditor ſcit vitium rei,
& tacet, præſumitur animo circumveniendi emptorem
id facere, ff. de ædil. edict. Hieronymus Leo deciſ. Valentina 47. à num. 11.
29 Et in tantum hoc procedit, ut ſi venditor majorem
partem rei venditæ tradiderit, non poterit pretium conſequi,
niſi integram, & totam tradat; quia hi duo caſus
à pari procedunt, ut notatur in d. §. offerri, ubi Bald. &
cæteri, Surdus conſ. 36. num. 9. & conſ. 13. num. 10.
Mynſinger. ſingul. obſervat. 53. centur. prima, Sylveſter
Aldobrandinus conſ. 19. à num. 1. uſque ad num. 12. ubi
latè, n. 21. & 22. Et quòd emptor, cui libera res non fuit
tradita, habet exceptionem rei ſibi non traditæ liberæ,
& non tenetur pretium ſolvere: & num. 6. ponit cautelam
pro emptore paupere, ut excipiat rem non eſſe liberè
traditam, ſed dotibus, & aliis cauſis onerofis ob-
30 noxiam, ut differat ſolutionem pretii; & num. 8. & 9.
Quod emptor, cui res obligata tradita eſt, ſi pretium ſolvit,
poteſt agere quanto minoris empturus fuiſſet ratione
obligationis, & multo magis ante pretium ſolutum
ſibi competit exceptio, ut voluit Bal. in l. 2. C. de ædilitiis
actionib. circa finem, verſ. (ſed pone emptor,) per
regulam l. invitus, §. cui damus, ff. de reg. jur. & Jaſ. &
Dyn. ibi relatos, quod etiam tenuit Surdus in locis infe-
31 rius referendis. Item Aldobrandinus ſcripſit, quod emptor
cui res libera tradita non fuit, non tantum poteſt
ſolutionem pretii differre, ſed & creditum extinguere
pro ea parte, in qua judicabitur propterea rem venditam
minoris valere; ut ſentit Bal. in dict. l. 2. C. de ædilit.
action. & latè declarat Paríſius conſ. 78. colum. 2. lib. 3.
Surdus dict. conſ. 13. n. 15. & d. deciſ. 253. n. 9.
32 Et eſt adeò verum, quod venditor rem liberam tradere
tenetur, ut poſt traditionem etiam conveniri poſſit
ab emptore, quamvis nulla ei inferatur moleſtia, ut rem
alienam, vel alteri obligatam liberet, vel ſolvat quanti
ſua intereſt, rem non eſſe obligatam: prout latius
comprobat Surdus dict. deciſ. 156. num. 4. & 5. & Angel.
in l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebellian. ubi Alexand. n. 3.
qui addit, huc voluiſſe Bart. in l. ſi quis ſtipulatus Stichum,
§. fin. ff. de verb. obligat. idem probarunt Caſtr. &
Claudius: ſed clarius Rip. num. 11. Gloſ. & Bal. & Salyc.
in dict. l. ex prædiis, C. de evictionibus, Surd. dict. deciſ.
253. num. 10. per Gloſ. in l. ſi ſervus quem § ſciens, ubi
Bart. Salycet. Alex. ff. de act. empt. idem Bar. in l. at,
quin natura, §. cum me abſente, ff. de neg. geſt. Bal. in l.
libera, colum. fin. C. de ſent. & interlocut. & in l. 1. opp.
5. C de peric. & comm. rei vend. imò fortius Gloſ. in l. ſi
rem quandam, ff. de evict. & ad pretium ſolutum agere
33 licebit in hoc caſu, multo magis licebit pretium retinere;
cum retentio faciliùs detur, quàm petitio. l. per
retentionem, C. de uſuris. l. Paulus, ff. de doli except. l.
invitus. §. cui damus, ff. de regul. jur. Jaſ. in l. naturali,
§. nihil commune, col. 12. ff. de acquir. poſſ. Decius in l.
Divus, ff. de reg. jur. num. 2. Vivius deciſ. 317. num. 13.
lib. 2. Cravet. conſ. 148. num. 2. Beccius conſ. 72. num. 15.
Surdus conſ. 4. n. 5. & in dict. deciſ. 253. num. 10. &
conſ. 36. num. 23. & num. 11. & 12. lib. 1. Ubi ſingulariter
inquit, quod quamvis text. in dict. l. ex his prædiis,
dum dicit quod emptor agere poteſt contra venditorem,
ut rem venditam liberet ab hypotheca, ſi eſt obligata,
vel faciat ementis, loquatur re nondum tradita; idem
tamen eſt ſi ſit tradita, quia agit nihilominus emptor,
quia emptor non debet eſſe deterioris conditionis
poſt traditionem, quàm ante, per text. in l. creditori,
§. prædium, ff. de act. empt. Surd. d. conſ. 36. n. 23.
Caſtillo Sotomajor, dict. l. 4. cap. 42. num. 90. controv.
jur. Gutierr. lib. 2. pract. quæſt. 169. Azev. in l. 1. tit. 21.
lib. 4. Recop. ex num. 163.
34 Venditor tamen ratione conditionalis obligationis,
& hypothecæ, poteſt ante eventum conditionis petere,
ut ſibi de indemnitate caveatur, vel agere quanto minoris:
latè Aldobrandinus dict. conſ. 19. ferè per totum, &
num. 12. & ſeqq.
Præterea facit etiam, nec debitorem, cujus bona vendita
fuerunt judicis autoritate, inſtantibus, & poſtulantibus
creditoribus, nec creditores ipſos, reſiduum
pretii ab emptore exigentes, excuſari poſſe in præſenti,
aut retentionem pretii ejuſdem ex eo impedire,
quòd qualitatem rei venditæ ignoraverint, aut eam pro
parte alienam neſciverint, & ita eam declarare tempore
venditionis non potuerint. Venditoris namque ignorantia
non nocet emptori quominus venditor ipſi te- 35
neatur, ſi emptor fuerit deceptus, ſicut in terminis
adnotavit poſt Azonem in ſumma, C. de ædilit. act. Petrus
Surdus dict. deciſ. 165. num. 9. per text. in l. 1. §.
ſi cauſa, ff. de ædilit. act. adnotarunt quamplures alii
juris Interpretes ſtatim commemorandi, & ii communiter
aſſignarunt rationem illam Bald. in l. 1. in 1. opp. C.
de ædit. action. Caballinus cap. 2. de ædilitiis action. num. 8.
quod ignorantia venditoris non minuit damnum emptoris,
ergo non facit etiam ceſſare actionem quæ propter
damnum oritur, ſicuti poſt alios juris interpretes
probavit etiam Mynſingerius obſervat. 56. num. 6. & 7.
cent. 1. ubi diſtinxit, quod venditor, ubicumque ſciens
non certiorem fecit emptorem de qualitate rei propter
quam minoris valet quòd teneatur ignoranti ad omne
intereſſe, l. emptor, §. 1. & l. Julianus, & l. quæro. ff.
de action. empt. ſi autem venditor ignoravit tenetur quanto
minoris emptor fuiſſet empturus, ſi ſciviſſet, l. quod
ſervi, ff. de ædilit. edict. & dict. l. Julianus, in princip. l. Labeo,
ff. de cont. empt. quare pro cautela ſervandum inquit
Mynſingerius, quòd venditor nolens de prædictis teneri,
ſpecialiter moneat, & certiorem faciat emptorem
de qualitate rei, dict. l. quæro: id ipſum tradit Surdus 36
conſ. 36. num. 13. qui concludit ibi: & propterea ſicut
agere poteſt emptor quanto minoris emiſſet: ita &
facilius poteſt excipere, & petere, quod domus æſtimetur
cum illa qualitate, & in conſ. 15. num. 15. per l.
vina, §. planè, ff. de peric. & comm. rei vend. ubi Gloſ. Bald.
Alberic. Fulg. & Salycet. l. qui libertatis, §. ſed ſi quis,
ff. de evict. l. ſi ſterilis, §. ſi prædiis, ff. de action. empti, l.
quæritur, §. ſi venditor, ff. de action. empt. Beccius conſ.
106. num. 11. & ſequent: idem Surdus conſ. 145. n. 8.
& 9. Cœpola de ſervit. cap. 1. num. 17. & 18. Anton.
Gomez, qui eandem adducit diſtinctionem, tom. 2. var.
cap. 2. num. 45. ubi explicat l. 63. tit. 5. par. 5. Joannes
Gutierr. lib. 2. pract. quæſt. 169. ubi de intellectu legis
pariter, Caſtillus Sotomaior, dict. lib. 4. controv. jur. cap.
42. n. 93. Joan. Bapt. Coſta de Facti ſcientia, & ignorantia,
cum deciſ. 165. n. 9. & 10. Surd. diſtinxit inter intereſſe
intrinſecum & extrinſecum, hoc namque dicit quod 37
non præſtat venditor ignorans, illud indiſtinctè exigitur
per emptorem; Joann. Anton. Lanar. conſ. 73.
num. 24. Cravetta conſ. 988. num. 2. & 3. Etiamſi quis
vendiderit rem, ut illam teneat, & poſſideat; adhuc
non excuſatur à præſtatione intereſſe, cum teneatur
de evictione, dict. l. quæro, ff. de action. empt. l. non
dubitatur, C. de eviction. Lanarius conſ. 48. id ipſum
probat Laderchius de Imol. conſ. 130. num. 7. Caballinus
de ædilit. act. cap. 2. num. 10. poſt. tract. de eviction. ibi:
(Si conſideras damnum intrinſecum quod ex morbo provenit,
& tunc nulla fit diſtinctio utrùm ſciat, vel ignoret
venditor,) dict. §. cauſa. Si conſideras damnum quod
extra rem eſt, & tunc conſideratur, ſcientiâ, vel ignorantiâ
venditoris contigerit illud damnum, dict. l. 2. C. eodem,
& l. Julianus in princip. ff. de action. empti.
Emptori, re evicta pretii nondum ſoluti retentionem, 38
atque exceptionem competere, non modo adverſus
venditorem, ſed etiam adverſus creditorem venditis
pignoribus per ſubhaſtationem, & evictis, ita
quidem in propriis terminis, ultra id quod ſuprà diximus,
Rota,

Rota Rom. 281. *num.* 33. *&* 34. *&* 35. *p.* 2. *noviſſim.*
*Caſtillo Sotomajor d.lib.*4. *cap.*42. *controv. jur. n.* 97.
39 Emptor, qui cum venditore contrahit, quamvis diligenter teneatur illius conditionem, atque qualitates inquirere, ſi tamen res vendita, communi æſtimatione, libera omninò, & venditoris pleno jure reputaretur, nec periculo, nec oneri ſubjecta, ignorantia ea multum probabilis, & juſta judicatur, ut ex ea emptor excuſetur, ſicuti per text. *in l. ſi quis partem*, *ff. ad Senat. Conſul. Macedon. & in l. miles*, *§. mulier ff. ad leg. Jul. de adult.* Dec. *in l. qui cum alio*, *num.* 3. & *ibi* Cagnol. *num.* 15. *poſt gloſ. ordinariam*, Molina *lib.* 2. *de primog. cap.* 13. *num.* 29. *&* 30. ad limitationem illius, quod is, qui cum alio contrahit, tenetur diligenter inquirere illius conditionem, atque qualitates: ſic etiam quod conditiones rei, quæ non ſunt veriſimiles, vel contra commu-
40 nem opinionem, vel ad inveniendum difficiles, aut per venditorem non enunciatæ, quòd non teneatur perquirere emptor, vel alius contrahens, cum Gloſ. *in l. loco. ff. de acquir. poſſ. in l. ſi duo*, ubi etiam Alex. & alii, *ff. de acquirend. hæredit.* Ales. & alii per Dec. *in l. ſi per errorem*, *n.* 9. *in fin. ff. de juriſdict. omn. judic.* Rip. *lib.* 2. *reſp. cap.* 12. Calcan. *conſ.* 24. *colum.* 4. *circa med.* Crotus *in l. filiusfam.* §. *divi*, *num.* 170. *quæſt.* 8. *ff. de leg.* 1. Curt. Jun. *conſ.* 59. *ante fin.* Cagnol. *in dict. l. qui cum alio*, *num.* 18. *ff. de reg. jur.* Tiraq. *de retract. lignag. in fin. n.* 41. *&* 44. Ant. Gab. *de reg. jur. concluſ.* 6. *n.* 42. firmavit Rota Romana *dict. deciſ.* 281. *num.* 29. *juncto n.* 27.
41 *&* 23. Rurſus dict. l. *qui cum alio. ff. de reg. jur.* procedit reſpectu perſonæ, cum qua contrahitur, non autem reſpectu rerum, de quibus contrahitur: Caſtil-
42 lus Sotomajor *dict. cap.* 42. *num.* 100. Et ita de jure emptor agere poteſt de evictione; ſi venditor ſciens qualitates rei venditæ, illas ſupprimendo tacuerit, vel ſi non explicaverit: quia ipſemet venditor illas ignorabat; nec ſit culpæ emptoris adſcribendum ſi illas ignoraverit, aut non inquiſierit qualitates, aut gravamen rei venditæ; ut in terminis Surd. *dict. conſ.* 13. *num.* 39. *&* 40. *& in conſ.* 158. *n.* 123. *& deciſ.* 265. *num.* 46. Cephalus *conſ.* 393. *n.* 99. Cuman. *conſ.* 26. *colum.* 1. Et dict. l. *qui cum alio*, non procedit in caſibus, in quibus alter ex contra-
43 hentibus tenetur ex natura contractus notificare adverſario omnes qualitates rei, quia non poteſt poſtea objicere ignorantiam, quam ipſe cauſavit; ut in venditore, qui tenetur omnia exprimere, quæ potuiſſent empto-
44 rem à contrahendo removere; *l. Julianus*, §. *qui pecus*, *&* §. *quod autem*, *ff. de action. empt. l. qui libertatis*, §. *ſed & ſi quis. ff. de evict. l quæro*, *ff. de action. empt. l. quæritur*, §. *ſi venditur*, *ff. de ædilit. edict. l. in vendendo*, §. *ſi ſervus*. ubi Caſtr. *ff. de contrah. empt.* Surd. *dict. conſ.* 150. *num* 124. Si igitur emptor probabiliter, & juſtè ignoravit qualitatem rei venditæ, nec venditor explicaverit, ſive ignorantia, ſive dolo id ejus contigerit, nequaquam venditor poteſt objicere ignorantiam, quam ipſe quoque habuit ſi ignoravit, vel cauſavit ſi ſcivit, *l. ſi ſterilis* § *ſi prædii. ff. de act. empti*, & per alia jura ſuperius allegata tenet etiam Caſtillus Sotomajor, *dict. cap.* 42. *num.* 103.
45 Et ratio hujus eſt, quia venditor explicitè, & apertè tenetur omnes rei venditæ qualitates explanare, & notificare, nec ſufficit, ſi verbis generalibus, & profuſoriis ſignificaret; *dict. l. Julianus*, §. *idem Julianus*, *ff. de action. empt. dict. l. qui libertatis*, §. *ſicuti*, *ff. de evict.* Bald. *in conſ.* 413. *lib.* 5. *& in rub. C. de contrahenda empt. num.* 6. Ales. *conſ.* 95. *num.* 2. *lib.* 5. *& in conſ.* 109. *n.* 10. *lib.* 4. Petrus Surdus *d. conſ.* 13. *num.* 34. *&* 35. ubi inquit, quòd ne venditor teneatur, debet ſpecialiter emptorem, & clarè certiorem facere, nec ſufficit quòd obſcurè, & ſub involucro verborum exprimat, *l. ea*, *quæ commendandi*, §. *fin. ff. de contrah. empt. l. tenet.* §. *fin. ff. de action. empt.* Anton. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 49. Franciſcus Beccius *conſ.* 106. *num.* 11. idem firmavit Surd. *dict. conſ.* 150. *num.* 126. *lib.* 1. & *n.* 127.
adjicit, quod venditor non ſolum tenetur emptorem cer- 46
tiorem facere de his quæ ab ipſa re dependent, ſed de his quoque quæ ſunt extra rem, ut ſi ſciat venditor decretum brevi publicandum, per quod diminuatur valor rei, tenetur emptorem certiorem reddere, alias tenebitur de dolo, ita Bart. *in dict. l. quæro*, *ff. de action. empt.* valet enim argumentum de mutatione bonitatis intrinſecæ ad mutationem extrinſecæ, ut dicit *Bald.* qui idem voluit in *l.* 2. *C. de peric. & comm. rei vend.* Rom. *ſingul.* 286. Angel. & Caſtr. *in l.* 1. § *ult. ff. de actionib. empt.* Afflictis *deciſ.* 399. *numero* 9. Marſilius *in l. ſtatu lib. num.* 17. *ff. de quæſtionib.* Auguſtin. Berojus, *quæſt. famil.* 61. *in fin.* Straca *de mercat. tit. de ſponſionib.* §. *item quæro*, *num.* 2. Covarr. *in reg. peccatum*, 2. *par.* §. 4. *num.* 5. quamvis dicat, in foro conſcientiæ non teneri ad rei reſtitutionem, Pinel. *in l.* 2. *par.* 3. *cap.* 2. *num.* 22. & ante eum Cagnol. ibidem, *num.* 173. *C. reſcindenda venditione* Menoch. *lib.* 2. *de arbitrariis*, *centur.* 2. *caſu* 182. *num.* 21. *&* 22. Gratus *conſ.* 110. *n.* 16. *lib.* 1.
Neque obſtat dicere, quòd ratione ignorantiæ pro- 47
hibitionis venditor excuſetur à præſtatione damnorum, & intereſſe, ex doctrina Abbat. & Hoſtien. *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ*, *num.* 10. *ut lite pendente*, cum 48
aliis allegatis per Farinac. *tom.* 1. *crimin. deciſ.* 44. Ubi alienans rem litigioſam ignoranter non incurrit pœnas impoſitas ſcienter alienanti, cùm enim pro regula conſtitutum eſt, quod venditor etiam ignorans tenetur de evictione, & ad damna, & intereſſe: hoc enim ex natura actionis ex empto provenit, ut ſuperius repetitum eſt, & per *l. contractus*, *C. de fide inſtrumentorum*, nempe, vel ut impleatur contractus, vel præſtetur intereſſe, & in hoc nulla ſit diſtinctio inter venditorem ſcientem, vel ignorantem; quia ex ignorantia ejus non diminuitur intereſſe emptionis, ideo propter ignorantiam rei alienæ non excuſatur venditor ab evictionis obligatione, *toto tit. de evictionibus*, nam à pari procedunt reſtitutio pretii, & præſtatio intereſſe intrinſeci, ut optimè declarat *Afflict.* poſt Iſern. *tit. de prohibita feud. alien. per Feder. in notab.* 13. *num.* 7. verſ. (*quæris tamen hic And.*) quia providendo lex de uno caſu, ſcilicet de pretio, videtur providiſſe de ſimili non expreſſo, ſcilicet, de intereſſe, *l. ſi extraneus*, *ff. de conditione ob cauſam*, & plura alia congeruntur per Afflict. *ubi ſuprà*, & Rota Romana tenuit *in cauſa Volaterrana terrarum*, *coram R. P. D. Blanch.* 18. *Aprilis* 1586. in qua fuit dictum quod text. in *l. ſi procurator*, *ff. de jure fiſci*, quamvis dicat procuratorem fiſci, qui rem aliquam vendidit, & duplum, vel triplum pro evictione promiſit: non tamen teneri niſi ad ſimplum intereſſe reſpectu illius ſimpli: & fuit eadem deciſio confirmata ſub die 28. Maji ejuſdem anni, Farinacius *deciſ.* 44. *num.* 2. *tom.* 1. *crimin.* eſt text. expreſſus *in cap. ſi vaſſallus feudum*, & *ibi* Afflictis, *ſi de feud. controv. inter dominum*, &c. ubi vaſſallus, qui ignorans feudum vendidit, tenetur ad intereſſe. Quod verò deduximus ex *Abbate*, habet locum in pœna, quæ extrinſecùs venit, & non præſtatur ab ignorante: non autem intereſſe, quod venit ex natura ipſius actionis.
Et quamvis Bart. *in l. cum lex*, *ff. de fidejuſſoribus*, 49
videatur diſtinguere inter venditorem ſcientem, & ignorantem, ut ignorans ſaltem teneatur ad reſtitutionem pretii, & ita videtur ſentire, quod non teneatur ad aliud; & cum eò tenent Aretin. & Jaſ. *in addit. ad Port. in* §. *fin. Inſtit. de empt. & venditione*, eandem diſtinctionem: tamen Angelus *in dict. l. cum lex*, reprobat, & duobus caſibus ait venditorem teneri ad intereſſe, vel cum uterque tam venditor, quàm emptor eſt ignorans, vel cum emptor ſaltem; & allegat *l. & liberi*, *ff. de contrahend. empt.* eandem ſententiam optimis fundamentis defendit Cuman. *ibi*, *num.* 5.
&

& 6. Imola, *num.* 4. Fabian. de Morte *in tract. de empt.
& vendit. in* 4. *quæſt. num.* 5. verſ. (*Tertiò quæro,*)Fa-
rinac. *dict. deciſ.* 44. *num.* 3.

50 Tamen licet aliqui Doctores dicant, venditorem
ignorantem non teneri ad reale intereſſe, prout inquit
Bart. *in l. Julianus, in fin. princ. ff. de action. empt.* Jaſ. *in
dict. add. ad Port.* §. *fin. de empt. & vendit.* Cœpola *in l.* 1.
§. *cauſa, n.* 14. *ff. de ædilit. edict.* Caballin. *cap.* 2. *de ædilit.
actionib. n.* 19. tamen ad intereſſe intrinſecum, ſive ſciens,
ſive ignorans venditor tenetur, non autem ad intereſſe
extrinſecum, *dict. l. Julianus l. ſi ſterilis, ff. de action. empti*;
ab ejus præſtatione propter ignorantiam excuſatur ven-
ditor, à quo non diſcrepat Ant. Gomez. *dict. tom.* 2. *cap.*
2. *num.* 50. verſ. [*adde tamen.*)

51 Sed etſi demus diſtinctionem inter venditorem ſcien-
tem, & ignorantem; ea tamen diſtinctio non habet lo-
cum, quando venditor ſpecialiter promiſit ſervare em-
ptorem indemnem à damnis, & intereſſe, ut quotidie
ponitur hæc clauſula in inſtrumentis publicis: & licet
etiam quod ex natura actionis venditor non teneatur,
tenebitur propter pactum ſpecialiter appoſitum: in hac
enim materia ſpecialis proviſio attenditur, *l. ſi fun-
dum, C. de evictionib.* Angel. *in dict. l. cum lex, ſub num.*
1. *ff. de fidejuſſoribus,* Farinac. *dict. deciſ.* 44. *num.* 5. de
jure noſtro Regio adeſt *l.* 63. *tit.* 5. *part.* 5. quæ eſt aper-
ta *in fin.* ubi determinat, quòd ſi venditor fuit ignorans
tempore venditionis, ſolùm teneatur ad pretium, ibi:
(*Mas ſi eſto non ſupieſſe el vendedor quando lo vendio,
no ſeria tenudo de tornar mas que el precio tanſola-
mente.*)

52 Vendens fundum magno cenſui obnoxium tanquam
eſſet dumtaxat parvo gravatus, ſive ſcienter, ſive igno-
ranter, tenetur emptori ignoranti, actione ſolummodo
quanto minoris, non autem ad intereſſe, ex text. *in l. ſi*
53 *minor.* 9. *C. de action. empt.* & licet Salycet. *ibi* con-
trarium aſſeruit, quod teneatur ad intereſſe, ni fallor, to-
to cœlo aberrat, cùm ejus quod intereſt nulla penitus
54 mentio, neque ratio in *eadem lege* habeatur; imò id
quod intereſt, expreſſis verbis excluditur à ſpecie il-
lius legis, is nempe in tantum convenitur, in quan-
tum ſi ſciviſſet emptor ab initio minus dediſſet pretium:
& ſic quanto minoris, non etiam ad id quod intereſt,
venditor obligatur, Gloſ. in *dict. l. ſi minor, verſ.* (Sed
non refert,) & *Gloſ. in dict. l. Julianus,* verbo (*quanto
minoris,*) verſ. (nec obſtat,) *ff. de actio. empt.* Coſta *de
facti ſcientia, & ignorantia, inſpect.* 90. & rectè, quia
verba illa legis, *in tantum,* & *in quantum,* habent vim
reſtringendi: igitur in ea ſpecie, actione dumtaxat quan-
55 to minoris, & non ultra tenebitur: & ratio illa eſt non
contemnenda, quòd tributum licet ratione rei præſte-
tur *tot. tit. C. ſine cenſ. vel reliq. l.* 2. *C. de alluvionibus,*
cum ſimilibus, non eſt vitium ex ipſa re proveniens,
quod ipſius rei uſum vel nullum reddat, vel ſaltem de-
teriorem faciat, aut poſſit aliud damnum ſua natura
præter ipſius tributi neceſſariam ſolutionem poſſeſſori
inferri.

56 Propter tamen aſſeverationem venditor etiam igno-
rans tenetur, quia videtur argui dolus in eo, quòd
aſſeveret rem eſſe liberam, quæ non eſt; quia dolus
arguitur ex mendacio; *l. ſi quis affirmaverit, ff. de dolo,*
57 Bart. *in l. procurator, qui pro evictione, in fin. ff. de procu-
rat. & in l. dolum. D. de dolo,* Ancharan. *conſ.* 226. *num.*
6. Surd. *deciſ.* 165. *n.* 13. & 14. idem Surdus *conſ.* 13. *n.*
16. Caltr. *conſ.* 136. *ad fin. lib.* 1. Cravetta *conſ.* 282. *n.* 8. &
in conſ. 255. Natta *conſ.* 342. Franciſcus Beccius *conſ.*
196. *n.* 13. & *ſeqq.* dolum planè in eo argui, qui id ex-
primit, quod ignorat: *l. Julianus,* §. *quod autem, ibi:*
[Sed non debuit facile, quæ ignorabat aſſeverare,] *ff.
de action. empti,* Gloſ. & DD. *in l.* 2. *ff. quod quiſque jur.*
Cravetta *conſ.* 1000. à *num.* 200. & 202. ubi pleniſſimè
58 *lib.* 6. Paul. de Caſtro *in dict. l. dolum,* tentat dicere, quod
ſi conſtanter, ſeu pro firmo aſſerat quis, ſeu affirmet id,
de quo non eſt certus, præſumitur dolosè affirmaſſe, ſi
poſtea repetiatur illud non eſſe verum, quia non debuit
temerariam aſſertionem, ſeu indicationem proferre: &
refert, & probat Carol. Ruin. *in conſ.* 29. *n.* 6. *lib.* 1. Ben-
venut. Straca *de proxenetis, par.* 3. *n.* 14. Gloſ. *in l. ſi mi-
nor, in verſ.* (quanto minoris,) *verſ.* [nec obſtat,) *C. de
action. empt.* Coſta *de facti ſcientia, & ignorantia, dict.
inſpect.* 90. *n.* 9. ubi dicit, diſtinguendum eſſe, an aſſeve- 59
ratio manaverit ex inconſulta facilitate quadam, & te-
meritate, an vero ex dolo, & malitia: Priori caſu tene-
tur dumtaxat venditor actione quanto minoris, *d. l. Ju-
lianus,* §. *quod autem diximus, juncta Gloſ.* verbò (*indi-
cationem.*) Poſteriori tenetur ad omne id, quod intereſt,
etiam extra rem, cum Gloſ. *ubi ſuprà,* & juribus ab ea
citatis: ſi verò venditor nihil penitus dixit de tributo,
ſed ſimpliciter fundum vendidit, ignorans eſſe tributa-
rium, quod fortè fundus erat hæreditarius, quo caſu
probabilis eſt ignorantia, juxta *reg. qui in alterius, de
reg. jur.* tunc in nullo tenetur, hoc eſt, nec ad id quod
intereſt, nec actione quanto minoris, *l. ſi ſterilis* 22. §.
1. *de act. empt.* cujus ſententiæ rationem illam afferri
poſſe exiſtimat Coſta, quod tributum, ut dictum eſt,
non eſt vitium ipſius rei, ita quod efficiat, ut res ipſa ſua
natura minus valeat, quàm valeret detracto tributo: &
num. 13. ubi dicit, quod aſſeveratio venditoris dicentis, 60
tributum vel non deberi, vel minus deberi, cum vel
majus deberetur, licèt non ſit fraudulenta, ideo obligat
venditorem emptori quanto minoris; quia etſi non ſit
doloſa, tamen ad dolum proximè accedit, latàmque
vendentis culpam non obſcurè præ ſe fert, in eo, quod
temerè aſſeveravit, quæ ignorabat; *dict. l. Julianus,* §.
quid ſi ignoravit: & *num.* 15. Coſta affirmavit. Ubi ju-
ſtiſſimè igitur venditor, ſive ſciens ſive ignorans, dum
tamen cum ignorat aſſeverat, vel tributum non deberi,
vel minus, cum reverà majus deberetur, tenetur emptori
ignoranti quanto minoris, non etiam ad id quod inte-
reſt: Alexand. *conſ.* 95. *num.* 2. *lib.* 5. *dict. l. minor. C. de
act. empti.* Surdus *deciſ.* 146. *num.* 6. ſi verò ignoret tri-
butum deberi, neque de eo quidquam dixit, non te-
netur, *dict. l. ſi ſterilis,* §. 1. *ff. de act. emp.* Franciſc. 61
Vivius *deciſ.* 382. *num.* 2. *lib.* 2. Tandem emptor cui res
non traditur libera, eſt in ejus facultate eligere an ma-
lit rem tradi, vel intereſſe ſolvi, quia hoc, quod dici-
tur venditorem teneri ad intereſſe, inductum fuit em-
ptoris favore, ut tradit Bald. poſt Nicol. de Matar. *in l.
traditio, in princ. C. de act. empt.* ita tenet Imol.
in l. 4. §. *Cato, num.* 6. *verſ.* (item adverte,) *ff. de
verb. obligat.* Socin. *n.* 10. Romanus *in l. ſtipulationes non
dividuntur, n.* 26. *ff. eod. tit.* Dec. *in l. certi condictio, n.*
12. *ff. ſi certum petatur,* poterit agere emptor ob rem non
traditam ſi id ſibi placuerit: Petrus Surdus *conſ.* 13.
num. 18. *lib.* 1.

QUÆSTIO XXIV.

An in locatione, & conductione debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1 *Opinio negativa narratur, quod non debeatur evi-
ctio.*
2 *Opinio affirmativa enunciatur, & verè, quòd evictio
debeatur.*
3 *Locator non excuſatur, ſi ſemel rem tradiderit, quia
tenetur præſtare patientiam per tractum ſucceſ-
ſivum.*
4 *Actus locandi habet tractum ſucceſſivum.*
5 *Conductor non tenetur penſionem ſolvere ſi res locata
non ſit effectualiter tradita, & conſignata.*
6 *Ampliatur, ut non ſufficiat Conſtitutum appoſitum in
inſtrumento locationis.*

7 *Concluſio limitatur, ut locator tradendo rem æquè idoneam liberetur.*
8 *Ponitur differentia inter venditionem, & locationem.*
9 *Locator poteſt præſtare rem æquè commodam in prædio urbano.*
10 *Conductor poteſt rem locatam alteri locare, ſi vult, & locator tenetur manutenere tectum, oſtium, ſtillicidium, toties quoties opus fuerit.*
11 *Locator agens in judicio tenetur exprimere patientiam per tractum ſucceſſivum, & quod conductor habeat uſum rei locatæ.*
12 *Locator etſi non præſtet patientiam ſucceſſivam, vel æquè idoneam, quia locaverat rem alienam, de intereſſe tenetur.*
13 *Refertur verior opinio.*
14 *Explicatur text. in l.* ſi quis fundum, ff. locati.
15 *Locator prohibens uti re locata tenetur ad intereſſe lucri deperditi.*
16 *Si Tertius impedit, locator tenetur ad intereſſe, ſi poſſit tollere impedimentum, & non tollit.*
17 *Locator, qui rem locavit hoc anno præſenti, non poteſt dicere conductori*, anno ſequenti, præſtabo rem.
18 *In rebus conductis non datur reſtauratio temporis.*
19 *Patientia conductori debita ſatisfit præſtita cautione, ab initio contractus.*
20 *Patientia probatur ex poſſeſſione præambula.*
21 *Præſumitur patientia in dubio, niſi contrarium probetur.*
22 *Licet ceſſio ſufficiat in incorporalibus, in locatione non ſufficit.*
23 *Conductori ſemper eſt ſalvum jus probandi patientiam non fuiſſe præſtitam.*
24 *Re integra non excuſatur locator præſtando intereſſe, vel aliam rem æquè idoneam.*
25 *Conductor agere poteſt de evictione, denunciatione non facta.*
26 *Si facta ſit locatio ad decem, vel ulteriores annos, ſi evictio cadat in ultimis annis, debetur evictio in totum, ſi res erat aliena.*
Si verò oriatur defectus ex jure tantum poſt evictionem, tunc pro rata tantum, ibid.
27 *In hac locati, & conducti materia non datur actio, niſi prius ſequuto implemento ex parte agentis, & petentis, & num. 72.*
28 *Ampliatur primò hæc concluſio, ut talis exceptio nullo unquam tempore ſublata cenſeatur.*
Regulariter in exceptionibus non ſolet præſcribi, cum non ſit in poteſtate rei, quando velit excipere.
29 *Ampliatur ſecundò, ut talis exceptio implementi non ſequuti poſſit opponi etiam ſtante juramento.*
30 *Subampliatur ſi ambæ promiſſiones ſint juratæ.*
31 *Ampliatur tertiò, etiamſi non ſit impletum in modico.*
32 *Defectus in uno nummo ſufficit.*
Minimum conſideratur in fide ſervanda, ibid.
33 *Ampliatur quartò etiamſi in contractu locationis appoſita ſit clauſula, quòd pœna ſoluta, vel commiſſa, contractus firmus maneat.*
34 *Ampliatur quintò, etiamſi non implens impeditus fuerit neceſſitate, vel legitimo impedimento.*
35 *Impedimentum excuſat à pœna, & mora, non tamen operatur, ut impedito actio detur.*
36 *Ampliatur ſextò, ut exceptio implementi non ſequuti opponi poſſit contra inſtrumentum guarentigium, etiam ſtante lege quod nulla poſſit opponi exceptio.*
37 *Ampliatur ſeptimò, ut exceptio implementi non ſequuti opponi poſſit contra executionem ſententiæ.*
38 *Exceptio non impugnans, ſed modificans ſententiam, etiam in ipſa executione opponi poteſt.*

39 *Ampliatur octavò, quod talis exceptio impediat litis ingreſſum, & ſit litis finita.*
40 *Declaratur, ut ſi dicta exceptio fuerit oppoſita ad impediendum litis ingreſſum, & factis probationibus opponens ſuccubuerit, iterùm in vim peremptorii poterit opponi.*
41 *Communis eſt obſervantia, ut talis exceptio reſervetur.*
42 *Ampliatur nonò, ut ſi pars omittat opponere hanc exceptionem, judex ex ſe ſupplere poteſt, etiam parte non opponente.*
43 *Et ſufficit eam allegare in allegationibus juris.*
44 *Officium judicis non poſtulatum, non præſtatur.*
45 *Lex loquens per verbum præciſivum, intelligitur ſi à parte fuerit petitum, & num. 46.*
47 *Quando inſtrumentum pro executione præſentatur, ejus præſentatio dirigitur Curiæ, & judici, ut cognoſcat, & videat, ſi inſtrumentum executionem meretur.*
48 *Probatio judici, & non parti fit.*
49 *Judex poteſt ſupplere, quando eſt juris exceptio ex fonte reſultans actoris.*
50 *Ampliatur decimò, quod dicta exceptio admittatur, etiamſi ex verbis Notarii aliud colligatur.*
51 *Condemnatus ad ſolutionem pretii poterit opponi in executione de re non tradita.*
52 *Ampliatur undecimò, ut procedat in omni contractu tam nominato, quàm innominato.*
53 *Ampliatur duodecimò quòd contra agentem ex contractu, quem non implevit, competit actio doli.*
54 *Ampliatur decimo tertiò, quod poſt oppoſitionem factam in judicio non licet adimplere.*
55 *Contractus an reſcindatur ob non factum implementum ex parte unius ex contrahentibus.*
56 *Contractus innominatus reſcinditur ob ejus non implementum, & num. 57. declaratur.*
58 *De jure Regio in contractibus non eſt locus pœnitentiæ.*
59 *Ampliatur decimo quartò, ut dictæ exceptio implementi poſſit opponi tam circa ſubſtantialia, quàm circa accidentalia.*
60 *Ampliatur decimo quintò, quòd implemento contractus non ſequuto poteſt pars ad primævam actionem redire.*
61 *Ampliatur 16. quando quis medio juramento promiſit aliquid, & contravenerit pacta jurato, non poterit agere ad obſervantiam contractus.*
62 *Juramentum eſt individuum, & contraveniens in uno, contravenit in totum.*
63 *In contractu locationis habet locum tex. in* l. ſi quis major, C. de tranſact.
64 *Ampliatur decimo ſeptimò, quòd non implens ex parte ſua, videtur renunciare beneficio contractus, & non poterit agere ad obſervantiam contractus.*
65 *Ampliatur decimo octavò, quòd talis exceptio tranſit, & opponi poſſit per ſingularem ſucceſſorem.*
66 *Ampliatur decimo nonò, quod ultima mora nocet, ſtante juramento.*
67 *Jurans non locare, ſi locat, locatio tenet.*
68 *Ampliatur vigeſimò, quod locator ad penſionem ſi offerat implementum pro parte ſua, utique repellitur, ſi elapſo termino offerat.*
69 *Subampliatur, quòd procedat ante executionem contractus.*
70 *Textus in* l. ſi in lege, §. colonus, ff. locati, *declaratur duobus concurrentibus.*
71 *In locati & conducti materia, modica mora non attenditur.*
72 *Ampliatur vigeſimo primò, ut talis exceptio non implementi non ſit aliter probanda per excipientem, licet onus probandi ſuſceperit, & non probaverit, quia ſufficiet allegare in allegationibus juris.*

73 Limi-

73 *Limitatur primò huc utilis concluſio, quando quis poſt contraventionem incurſam petiit ſibi impleri, quia ſibi præjudicat, & tacitè remittere videtur contraventionem.*

74 *Subampliatur limitatio, ut cenſeatur remiſiſſe etiam periurium, & quoad pœnam parti debitam, numero 75.*

76 *Limitatur ſecundò, quod iſta exceptio non poſſit opponi, niſi ab eo, cui implendum eſt.*

77 *Limitatur tertiò, quando intereſſe venit ex conventione, ſecùs ſi extra.*

78 *Limitatur quartò, quando non ſtetit per implere debentem, quia tunc excuſatur.*

79 *Limitatur quintò, ut exceptio implementi non ſequuti reſpectu unius obligationis, non excludat petentem ex alia obligatione.*

80 *In contractibus ultrò citroque obligatoriis, is qui ad pretium agere vult, probare debet prius pro ſua parte ſe adimpleviſſe.*

81 *Qui enim debet dare, & recipere, tenetur prius adimplere*, & num. 82.

PRoxima eſt locatio & conductio, emptioni & venditioni, eiſdem enim regulis conſiſtit, ut ait Juſtinianus *in* §. 1. *Inſtit. de locatione & conductione*, ita hæc quæſtio præcedenti proxima eſt, an evictio habeat locum in locatione & conductione.

1 Prima ſententia eſt negativa, quod evictio non habet locum in locatione & conductione, quia evictio competit, vel ratione proprietatis, vel poſſeſſionis evictæ, ut notatur in *Rub. ff. de evictionib.* Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de peric. & commod. rei vendit. & in l. ſi cum venditor, in princip. ff. de evict.* Gaſpar. Caballin. *in* §. 3. *num.* 152. *& in* §. 5. *num.* 45. Joannes Grivellus *deciſ. Senatus Dolani* 171. *num.* 1. Sed per locationem non transfertur dominium, neque poſſeſſio, *l. non ſolet, ff. locati*: ergo in locatione & conductione non debetur evictio.

2 Secunda ſententia affirmativa eſt, quòd in locatione & conductione debeatur evictio, quia locatio ſimilis eſt emptioni, & eiſdem regulis regitur, *l. 2. ff. locat.* & hæc eſt verior opinio, *l. ſi quis domum*, ubi DD. *ff. locati*: Jacob. Cancer. *lib. 1. variar. reſolut. cap.* 13. *n.* 63. Vincentius Carrozius *de locat. & conduct. part.* 4. *quæſt.* 17. Caballin. *de evict.* §. 4. *in fin.*

Ampliatur primò principaliter hæc concluſio ex *dict.*
3 *l. ſi quis domum*, ut non excuſetur locator, ſi ſemel rem locatam tradiderit, quia tenetur ad patientiam per factum ſucceſſivum, ita ut quandocumque moleſtetur conductor, tenetur locator; ut notatur *in l. corruptionem, C. de uſufructu, & in l. 2. ff. de verb. oblig.* Cephalus *conſ.* 557. *lib.* 4. *& in conſ.* 718. *num.* 9. *lib.* 5. *l. ex conduct. in princ.* ubi Bal. *ff. locat. l. ſi domum*, ubi Bart. notat, *ff. eod.* Calderin. *conſ.* 5. *tit. de locat.* Socin. *conſ.* 166. *ſub num.* 10. *lib.* 2. Hercules Mareſcotus *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 88. *num.* 1. Ant. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 1. Carroz. *de locato*, §. *de evictione*, *num.* 4.
4 Unde ſemper locatio habet tractum ſucceſſivum, Alciatus *in l.* 2. §. *& harum*, *num.* 43. *ff. de verborum obligat.*

5 Ampliatur ſecundò, ut conductor non teneatur penſionem ſolvere, ſi res locata non fuit effectualiter tradita, & conſignata, ita ut conductor eam detineat: Paul. de Caſtro *conſ.* 105. *lib.* 2. Purpuratus *conſ.* 484. *n.* 20. *lib.* 2. Cravet. *conſ.* 767. *num.* 11. *lib.* 5. Cyn. & alii *in l.* 2. *C. de jure emphyt.* Abb. *conſ.* 67. *& conſ.* 94. *num.* 4. *lib.* 2. Dec. *in Auth. qui rem*, *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Natta *conſ.* 360. *num.* 5. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 44. *num.* 4. *lib.* 4. Jul. Clar. *in* §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 8.

6 Ampliatur tertiò, ut non ſufficiat Conſtitutum appoſitum in inſtrumento locationis, & dictum ſit quod locator rem tradidit, & conſignavit: Bar. *in l. prædia*, *n.* 1. Alex. *n.* 8 *ff. de acquirend. poſſ.* Natta *d. conſ.* 360. n. 2. *& conſ.* 392. *n.* 14. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 28. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Franciſ. Aretin. *conſ.* 160. Mar. Anguiſol. *conſ.* 167. Hieronymus Magonius *in Rota Lucenſi deciſ.* 11. *n.* Barnabas Cornazanus *in Rota Lucenſi* 6. *n.* 7. Borgnin. Cavalcanus *deciſ.* 43. *n.* 64. Carolus de Graſſis *in tract. de except. cap.* 3. *n.* 10. Gab. *comm. concl. de locato*, *concluſ.* 4. *n.* 12. *lib.* 3.

Limitatur etiam dict. *l. ſi quis domum*, ut tradendo 7
rem æquè idoneam, & commodam liberetur locator, ubi *Paul. de Caſtro* reputat notabile, & quotidianum: Carrozius *deciſ.* 4. *num.* 2. *& de locato*, *part.* 4. *de evict. n.* 8. *& de obligationibus*, *part.* 2. *quæſtione* 33. & latè, & copioſè diſputavimus ſuprà, *quæſtione* 23.

Ex qua limitatione colliguntur duo. Primum, quod 8
in hoc differt locatio à venditione, quia venditor non liberatur tradendo rem æquè idoneam, ſed cogitur præciſè ad rem promiſſam, ut per Gloſ. *in d. l. ſi quis domum*, *verb.* [locatorem] *in fin.* & ſic limitatur *l.* 2. *ff. ſi cert. petatur*: unde in hoc benignior eſt lex cum locatore, quàm cum venditore. Secundum eſt quod in locatore volente poteſt tradi res æquè commoda, & ſic ampliatur *dict. l.* 2. §. 1. *ff. ſi certum petat.*

Notandus tamen eſt loquendi modus *Jur. Conſult. in* 9
dict. l. ſi quis domum. primò enim ponit locationem; tam in prædio urbano, quàm in ruſtico; poſt in caſu evictionis ponitur in fundo tantum: demum in materia præſtationis rei æquè commodæ loquitur in habitatione tantum, Vincent. Carrozius *dict.* §. *de evictione*, *n.* 11.

Nec ſufficit, ut conductor rem habuerit, ſed debet 10
poſſe alteri locare ſi vult, & tenetur locator manutenere tectum, oſtium, ſtillicidium toties quoties opus fuerit. Corn. *conſ.* 12. *lib.* 4. *col.* 3. Pariſius *conſ.* 40. *num.* 1. *&* 7. *lib.* 1. Bellonus *conſ.* 22. *n.* 1. *&* 2. Boſſius *de remiſ. mercedis conduct. n.* 65. Roland. *conſ.* 69. *num.* 22. *lib.* 4. *& conſ.* 83. *num.* 4. *eod. lib.* 4. Anton. Gom. *de locat. n.* 20. Riminal. *conſ.* 411. *num.* 36. *&* 97. *lib.* 2. Borgnin. Cavalcan. *deciſ.* 44. *n.* 50.

Unde practicando, locator exprimat agens patien- 11
tiam per tractum ſucceſſivum, & quòd conductor habuit, & uſus eſt re locata, Bald. per illum text. *in l. ex conducto*, *ff. locati.* Calderin. *conſ.* 5. *tit. de locat.* Oſaſch. *dec. Pedemontana* 51. *num.* 12. Jaſ. *in* §. *actionum*, *num.* 147. *de actionib.* Aretin. *in* §. *ſequens*, *col. fin. eodem tit.* locator enim tenetur præſtare, ut conductor frui poſſit rebus locatis, non per ſimplicem rei traditionem, ſed per patientiam, & per amotionem impedimenti, *arg. l.* 3. §. *dare ff. de uſufruct.* & videtur tex. *in l. ſi merces*, §. 1. *&* 2. *&* §. *qui fundum*, *ff. locat.* tradit Bart. *in diſputatione*, *Publicanus*. Pariſ. *conſ.* 40. *colum.* 1. *lib.* 1. Franciſcus Becius *conſ.* 45. *num.* 16. Gloſ. & Bart. & alii DD. *in dict. l. corruptionem*, *C. de uſufructu*, Paul. de Caſtro, & Florianus *in l. quoties*, *la* 1. §. *fin. ff. de ſervitutibus*. Suſtinetur tamen libellus licet patientia non ſit expreſſa; latè Jaſ. *in dict.* §. *actionum*, *n.* 164. reprehendens *Aretin.* aliter ſentientem Vivius *lib.* 1. *comm. opin.* 135. *num.* 4. *&* 5. Matheſilan. *notab.* 10. *num.* 2. Carrozius *dict.* §. *de evictione*, *num.* 13.

Limitatur ſecundo loco principaliter diſpoſitio *dict.* 12
l. ſi quis domum, quod ſi locator non præſtet patientiam ſucceſſivam, vel rem æquè idoneam, ſiquidem locaverat rem alienam ſcienter, tenetur ad intereſſe; ſi verò ignoranter ad remiſſionem mercedis tantùm, ita Gloſ. quam *ibi* ſequitur Caſtrenſ. *in dict. l. ſi quis domum.*

Verior tamen opinio videtur, ut indifferenter ad in- 13
tereſſe teneatur, ſive ignoranter, ſive ſcienter locaverit; ſicut ille, qui vendidit rem alienam, licet ignoranter; ex *l. Titius*, §. *fin. ff. de act. empti*, *& ml. hæc diſtinctio*, *in fin.* ibi: Intelligendum eſt autem, *ff. locati*, *l. ſi fundus*, *l. ſi in lege*, *l. ſi uno*, §. *ubicumque*, *l. planè*, *ff. locati.* Carrozius *dict.* §. *de evictione*, *num.* 15. *l.* 21. *tit.* 8. *par.* 5.

Neque obſtat text. in *dict. l. ſi quis domum*, *in fine*, 14
allegatus in *Gloſ.* quia loquitur in eo, qui locavit fundum ſuum, poſtea de facto conductor eſt prohibitus

ſine culpa locatoris; ſed in præſenti caſu loquimur de
locante rem alienam ſimpliciter, unde videtur caſus di-
verſus.

15 Unde circa materiam petendi intereſſe in hac condu-
cti & locati materia dicitur, quòd ſi locator prohibet,
tenetur ad intereſſe lucri deperditi, *l. ſi fundus, in princi-
pio, ff. locati*: Aretin. *conſ.* 111. *col.* 2. Pariſ. *conſ.* 38.
n. 17. *lib.* 1. Jaſ. *conſ.* 109. *n.* 1. *lib.* 1.

16 Si verò Tertius impedit, locator tenetur ad intereſſe,
ſi potuerit tollere impedimentum, Roman. *conſ.* 278.
Socinus *conſ.* 88. *n.* 3. *& conſ.* 225. *n.* 7. *lib.* 1. Seillel
in l. ſi quis ante, n. 13. *ff. de acquirend. poſſ.* Re tamen
evicta poteſt conductor agere ad intereſſe, non quod
evicta ſit res, quam ipſe non poſſidebat, ſed quia uti,
& frui ad tempus conductionis non licet, ut *in d. l. ſi
fundus, ff. locat. & in l. officium, ff. de rei vendicat.*
probat Greg. Lopez *in l.* 73. *tit.* 18. *part.* 3. Caldas
Pereira *cap.* 31. *de empt. & venditione, n.* 18.

17 Sed ponitur unum, quod quotidie in facto occurrit;
dicit locator conductori, nolo reſtaurare anno ſequen-
ti, eritne audiendus circa operas locatas? in locatione
rerum locator non audietur. Florianus *in l. uſumfru-
ctum cum moriar,* §. 1. *ff. de uſufructu legat.* Bar. *in l. ſi
uno,* §. *item cum quidam, ff. locat.* Bald. *in l. liberti, co-
lum.* 6. *C. de oper. libert.* Roman. *conſil.* 432. Carrozius
dict. §. *de evictione, n.* 19.

18 Unde in rebus conductis non datur reſtauratio tem-
poris, quis enim ſcit, quòd anno ſequenti conductor
non egeat, & habitare poſſit? quia ſcit, ut non repe-
riat aliam meliorem habitationem, vel minoris penſio-
nis, & æquè commodam? Competit etiam actio de do-
lo, ſi colonus accepit fundum ad ſeminandum pro fructu
inde percipiendo & dominus fundi non patiatur eum
fructus tollere; Bart. & Jaſ. *in l. permiſiſti,* §. *permiſiſti,
ff. de præſcript. verb.* ubi dicunt eſſe caſum valde quo-
tidianum, Carrozius *ubi ſuprà, n.* 20.

19 Patientiæ tamen conductori debitæ ſatisfit præſtita
ab initio contractus cautione, quod conductori licebit
uti, & frui re conducta, *l. datum,* §. 1. *ff. de action.
empt.* Carroz. *dict.* §. *de evictione, n.* 21.

20 Quæ patientia probatur ex poſſeſſione præambula,
Alex. *conſ.* 27. *volum.* 5. & debet eſſe ſucceſſiva pro toto
tempore, nec ſufficit pro parte temporis, cum ſit quid
facti individui; Hieronymus Magonius *deciſ. Lucenſi* 69.
num. 5. *&* 6.

21 In dubio autem patientia præſumitur, niſi in contra-
rium probetur; Zabarello *conſ.* 140. *colum. ult. in princip.*
verſ. (*ſed hoc nihil eſt.*) Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 86.
num. 1. *&* 2. Carroz. *dict.* §. *de evictione, n.* 23.

22 Et licet ceſſio ſufficiat in incorporalibus Gloſ. *in l. fin.
C. quando fiſcus, vel privatus,* Bal. *in l. ſi ea lege, n.* 4.
C. de uſuris, & operatur idem, quod traditio, Dec.
conſ. 446. *num.* 5. Bart. *in l. non quocumque,* §. *qui Cajum,
ff. de leg.* 1. Gratianus *tom.* 2. *diſcept. forenſ.* 310. *n.* 1.
& 2. Petrus Surdus *conſ.* 145. *num.* 38. Oſaſchus *deciſ.*
15. *num.* 5. in locatione non ſufficit ceſſio, niſi fiat vera
traditio, Oſaſchus *deciſ. Pedemontana* 51. *num.* 21.
& 22.

23 Conductori ſemper eſt ſalvum jus probandi patien-
tiam non fuiſſe præſtitam, etiam ſtante ſtatuto, quòd
conductor habeat proteſtari, ſi patientia non præſte-
tur, Hieronymus Gratus *conſ.* 83. *lib.* 1. Carrozius *d.* §.
de evictione, n. 25.

24 Id autem quod dictum eſt, excuſari locatorem præ-
ſtando intereſſe, vel rem aliam æquè commodam, pro-
cedit re integra ante traditionem; ſecus poſt Carrozius
dict. §. *de evictione, n.* 26.

25 Conductor poteſt agere de evictione etiam denun-
ciatione non facta, Carol. Ruin. *conſ.* 77. *verſ.* [non
obſtat,] *lib.* 1. & in hoc differt à venditione, in qua
requiritur denunciatio, & agitur de evictione ex nova
actione, ſed in materia locati & conducti, agitur ex
veteri actione ex conducto, ut per Ruin. *ubi ſuprà,* &
Carroz. *dict.* §. *de evictione, n.* 27.

Inſuper ſi facta ſit locatio ad decem putà, vel ulte- 26
riores annos, ſi cadat evictio in ultimis annis, debe-
tur evictio in totum, ſi ratione defectus juris evincatur,
putà quia res erat aliena: ſi verò oriatur defectus ex ju-
re tantum poſt evictionem, tunc pro rata tantum debe-
tur: Caballinus *de eo quod intereſt, ſub num.* 130. Vin-
cent. Carrozius *dict.* §. *de evictione, n.* 28.

Recepta eſt igitur in hac locati & conducti materia, 27
de qua agitur, quod non datur actio, niſi prius ſe-
quuto implemento ex parte agentis, & petentis, in
qua adſunt duo jura principalia, & ambo in contracti-
bus bonæ fidei, & unum loquitur in contractu emptio-
nis & venditionis: prout *in l. Julianus,* §. *offerri, ff. de
action. empt.* alterum in titulo de locato & conducto,
prout in *l. quæro,* §. *inter locatorem, ff. locati,* quæ ple-
nius loquitur; ut ex Doctorib. & juris interpretibus fir-
mant Corneus *conſ.* 206. *num.* 5. *lib.* 1. *& conſ.* 208. *n.* 33.
lib. 2. *& conſ.* 12. *n.* 3. *lib.* 1. Bart. *conſ.* 39. *n.* 35. *& conſ.*
47. *num.* 6. *&* 7. Cravet. *conſ.* 151. Alex. *conſ.* 49. *co-
lum.* 2. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 407. *num.* 18. *lib.* 3. Socin.
Jun. *conſ.* 77. *n.* 142. *lib.* 1. Gozadin. *conſ.* 9. *num.* 26.
Aretin. *conſ.* 14. *num.* 18. Menochius *conſ.* 1. *n.* 364. *&
conſ.* 55. *in princ. lib.* 1. Bero. *conſ.* 15. *n.* 14. *lib.* 1. Franc.
Beccius *conſ.* 45. *num.* 6. *&* 38. *lib.* 1. Pariſius *conſ.* 33.
num. 57. *lib.* 1. Simon. de Prætis *conſ.* 97. *num.* 47. Tiber.
Decian. *reſponſo* 102. *num.* 9. *&* 17. *lib.* 3. Joſeph. Lu-
dovicus *deciſ. Peruſina* 50. *per totam.* Boërius in termi-
nis *deciſ.* 249. *num.* 9. Surdus *conſ.* 52. *num.* 35. *lib.* 1.
Maſcardus *de probat. tom.* 3. *numer.* 2. *concluſ.* 1387.
Carolus de Graſſis *de exceptionibus, except.* 13. *à n.* 37.
Flaminius Cartarius *deciſ. Genuenſi* 13. *à n.* 37. Marti-
nus Monter. *deciſ. Regni Aragonum* 19. *n.* 1. Seraphinus
de privilegiis juramenti privileg. 77. *nu.* 80. ubi Additio,
num. 38. Petrus Surd. *conſ.* 186. *num.* 13. *lib.* 2. Rolan.
à Valle *conſ.* 57. *num.* 17. *lib.* 1. & hæc eſt magis vera
opinio ſecundum Nattam *conſ.* 360. *in princip.*

Ampliatur primò hæc concluſio, ut talis exceptio 28
nullo unquam tempore ſublata cenſeatur: Paul. de Ca-
ſtro *conſ.* 70. *lib.* 1. Alexand. *conſ.* 233. *ad fin. lib.* 6.
Cravet. *conſ.* 192. *n.* 16. Burſat. *conſ.* 101. *num.* 15. *lib.* 1.
& regulariter in exceptionibus non ſolet præſcribi, cùm
non ſit in poteſtate rei quando velit excipere, *l. licet,
C. de except. l. pure,* §. *fin. ff. de doli except.* Natta *conſ.*
360. *num.* 12. in terminis locati & conducti. Goll. *ad
formam Cameral. oblig. q.* 1. *quart. quæſt. princip. num.* 7.
Mandoſ. ad Rom. *conſ.* 244. *num.* 4. Ancar. *q.* 68. *num.*
4. Urſillus ad Afflictum *deciſ.* 220. *num.* 3. *& deciſ.* 24.
Golleſius *ibidem ad form. Camer. oblig. q.* 17. *num.* 7. &
ibi Zachias ejus Additionator, *num.* 47. Stephanus Gra-
tian. *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 273.

Ampliatur 2. ut talis exceptio implementi non ſe- 29
quuti poſſit opponi etiam ſtante juramento: Jaſ. *conſil.*
216. *col.* 2. *lib.* 1. *per c. quemadmodum,* ubi Abb. *de jure-
jurand. & in cap. pervenit, & in cap. ſicut, eodem tit.* Ro-
land. *conſ.* 53. *n.* 3. *lib.* 1. Maſcard. *concluſ. prædict.* 1387.
num. 20. Menoch. *conſ.* 55. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 1. Caro-
lus de Graſſis *dict. cap.* 13. *n.* 40. Magon. *deciſ. Lucenſi*
11. *n.* 4. Jaſ. *in l. ſi duo,* §. *ſi quis juraverit, num.* 4. *ff. de
jurejurand.* Dec. *conſ.* 265. *num.* 3. *in fin.* Socin. *conſ.* 26.
col. 3. *lib.* 1. Rodoanus *de rebus Eccleſiæ non alienand. in
rub. de caducitate ob inobſervantiam, verſ.* (Colonus)
num. 14. Dec. *in l. cum proponas, num.* 5. *C. de tranſact.*
Alex. *conſ.* 105. *col.* 4. *lib.* 3. Auguſtin. Berojus *conſ.* 144.
col. 4. *lib.* 1.

Ultra quos omnes ſubampliatur, ſive ambæ promiſ- 30
ſiones ſint juratæ, ſive ille tantum juraverit, qui im-
plementi exceptionem opponit: Jaſon *in dict. l. ſi duo,* §.
ſi quis juraverit, ff. de jurejurand. Romanus *conſ.* 244.
Hippolyt. Marſilius *ſingulari* 42. *Frangenti.*

Ampliatur 3. etiamſi non fuerit impletum in modico, 31
Bald.

Bald. *in l. pacta conventa*, §. *juris gentium*, *num.* 1. *ff. de pactis*, *& in l. fin. C. commodati.* Jaſ. *in Auth. qui rem*, *num.* 16. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Angel. *in l. ſi ſervus*, §. *ſi plurium*, *colum.* 3. *ff. ſi quis caut.* Dec. Curt. & Claud. Seiſell. *in l. cum proponas*, *C. de pactis*, Menoch. *conſ.* 1. *n.* 368. *& conſ.* 55. *num.* 6. *lib.* 1. Roman. *d. conſ.* 244. *n.* 4. Jaſ. *conſ.* 216. *lib.* 2. Burſat. *conſ.* 144. Natta *conſ.* 679. *num.* 19. Vincent. Honded. *conſ.* 86. *num.* 16. *lib.* 1. Maſcard. *d. concl. num.* 25. Beccius *d. conſ.* 45. *num.* 10. Petrus Surdus *conſ.* 52. *num.* 35. *lib.* 1. *& conſ.* 101. *n.* 1. *lib.* 1. *& conſ.* 400. *lib.* 3. *num.* 28. Franciſ. Milan. *deciſ.* 4. *num.* 100. *lib.* 1. Puteus *deciſ.* 340. *num.* 2. *lib.* 1. *& deciſ.* 357. *circa fin. lib.* 3. Paul. Emil. Verall. *deciſ.* 316. *n.* 2. *part.* 3. Dec. Cameralis per Zachiam 145. *num.* 1. Et confirmatur ex regula in univerſum ſumpta, quod propoſitio in uno falſa, in omnibus redditur falſa, *l. is, qui ducenta*, §. *utrum*, *ff. de reb. dub.* & in terminis loc.iti, Beroius *conſ.* 144. *colum.* 2. *lib.* 1. Nevizan. *conſ.* 50. *num.* 9. Cravet. *conſ.* 151. *num.* 10. *& conſ.* 192. *numer.* 15.

32 Unde defectus in uno nummo ſufficit, Jaſ. *in dict. Auth. qui rem*, *num.* 16. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Roland. *conſ.* 53. *num.* 29. Dec. *in l. cum proponas*, *num.* 5. *C. de tranſ.* Bec. *d. conſ.* 45. *num.* 10. *&* 15. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 45. Nec enim partis ſolutionem creditor cogitur admittere, *l. qui pignori*, *ff. de pig. l. ſi pignori*, *ff. famil. erciſc.* Julius Cæſar Cluſianus *de pretio, & aſtimatione*, *lib.* 1. *c.* 4. *verſ.* (quamvis) fol. 16. Hercules Mareſcotus *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 88. *n.* 4. minimum enim conſideratur in fide ſervanda, Alea. *conſ.* 29. *in fin. lib.* 1. Caſtrenſ. *conſ.* 170. *lib.* 2. Cravet. *conſ.* 246. *num.* 3. Simon. de Prætia *conſ.* 46. *num.* 3. Magonius *deciſ. Lucenſi* 21. *num.* 17. *& num.* 18. *& deciſ.* 69. *n.* 8.

33 Ampliatur 4. concluſio etiamſi in contractu locationis appoſita ſit clauſula, quod pœna ſoluta, vel commiſſa, contractus firmus maneat, Bart. *in l. cum pater*, §. *libertis*, *ff. de legat.* 2. *in l. qui fidem*, *C. de tranſactionib.* Alexand. *conſ.* 142. *colum.* 1. *lib.* 4. Corn. *conſ.* 40. *col.* 2. *lib.* 2. Gozadin. *conſ.* 31. *col.* 1. Natt. *conſ.* 676. *num.* 15. Beccius *dict. conſ.* 45. *num.* 11. Barbatia *conſ.* 75. *nu.* 14. *&* 15. *lib.* 3. Felin. *in cap. pervenit*, *col.* 2. verſ. (*quintus caſus*,) *de jurejurando.*

34 Ampliatur 5. etiamſi non implens fuerit impeditus neceſſitate, vel legitimo impedimento, Abbas *in cap. ſicut*, *colum. ultim. de jurejurando*, Dec. *in l. cum proponas*, *in* 4. *notab. C. de tranſact.* Menoch. *conſ.* 55. *n.* 5. *lib.* 2. Carroz. *dict.* §. *de evictione.*

35 Impedimentum excuſat à pœna, & mora, non tamen operatur, ut impedito actio currat; & ita poſt alios declarat Decius *in dict. l. cum proponas*, & ſic impedimentum defendit, ſed non offendit, nec eſt aptum producere actionem, Carrozius *dict. loco*, *n.* 39.

36 Ampliatur 6. ut opponi poſſit exceptio implementi non ſequuti, etiam contra inſtrumentum guarentigiatum, etiam ſtante lege quod nulla opponi poſſit exceptio, quia hæc exceptio naſcitur ex ventre inſtrumenti, Bart. *in l.* 1. §. *parvi*. *ff. quod vi, aut clam.* Bal. *in l. ſi ex prædiis*, *C. de evict.* Rom. *conſ.* 244. *col.* 2. Corneus *conſ.* 245. *col.* 2. *lib.* 4. Dec. *in cap. ex parte*, *col.* 2. *de officio delegat.* Cravet. *conſ.* 127. *n.* 18. Roland. *conſ.* 53. *num.* 32. *lib.* 1. *& conſ.* 69. *num.* 14. *volum.* 4. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 366. *lib.* 1. Bec. *dict. conſ.* 45. *n.* 13. Carolus de Graſſis *dict. cap.* 13. *num.* 37. Maſcard. *dict. concluſ.* 1387. *nu.* 21. *lib.* 3. Oſaſcus *deciſ.* 55. *num.* 10. Caſſiadorus *deciſ.* 10. *de reſcript.* Seraphin. Olivar. *deciſ.* 430. *num.* 5. Dec. Cameralis 42. *n.* 7. *& deciſ.* 142. Surdus *conſ.* 142. *num.* 24. *lib.* 1. Coſta *in prax. conventionali*, *clauſula* 102. *num.* 6. Hieronymus Cevallos *tom.* 3. *comm. opp. quæſt.* 756. *num.* 81. *&* 82. Parlador. *lib.* 2. *rer. quot. cap. fin. part.* 5. §. 11. *n.* 26. Stephanus Gratianus *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 45. *num.* 3. *&* 4. *& cap.* 301. *num.* 8. *&* 15. Ubi reſolutum dicit per Rotam Romanam, quòd exceptio non implementi eſt fundata, non tam in intereſſe, quàm in violatione fidei, Bar. *in l. cum proponas*, *la* 2. *C. de pactis*, quamvis in minimo pactio non fuerit adimpleta, Gratianus *in cap.* 411. *à numer.* 10. *tom.* 3.

Ampliatur 7. ut iſta exceptio poſſit opponi contra 37
executionem ſententiæ, Bald. *in l. peremptorias*, *col.* 3. *C. ſententiam reſcindi non poſſe*, *in l. ſi traditio*, *C. de action. empt.* Imola, & Butri. *in cap. cum Joannes*, *de fide inſtrumentorum*, Cravetta *conſ.* 151. *n.* 10. Menoch. *conſ.* 55. *num.* 4. *conſ.* 1. *n.* 367. *lib.* 1. Geminian. *conſ.* 149. Decius *conſ.* 119. Caſtr. *conſ.* 166. *Viſis actis*: *col.* 3. *lib.* 2. *idem* Caſtrenſis *in l. ſi pater*, *C. de except.* *& dict. l. Julianus*, 9. *offerri*: Julius Cæſar Cluſianus *de pretio, & aſtimat.* Hercules Mareſcot. *dict. lib.* 1. *var. reſolut.* 88. *n.* 13. ibi: Ut agens teneatur de obſervantia contractus, quandocumque etiam in ſecunda, & tertia inſtantia, cùm exceptio implementi opponi poſſit etiam poſt ſententiam, & in illius executione; Aymon. *d. conſil.* 151. *n.* 10. Menoch. *d. conſ.* 1. *n.* 367. *& conſ.* 6. *n.* 4. *lib.* 1. & fuit dictum in *dicta Romana pretii Fondaci.* ea ratione potiſſimum,
quia hæc exceptio non impugnat ſententiam, ſed mo- 38
dificat, *l. Neſennius*, ubi Gloſſa *in fin. ff. de re judicat.* Gloſ. *in l.... C. de juris & facti ignorant.* Avendan. *in l.* 4. *&* 5. (de las exceptiones,) *num.* 37. Seraphin. *de juramens. privilegio* 89. *num.* 87. Nicolaus Calvolus *in prax. concluſ.* 1. *de except. n.* 75. Alea. Trentacinq. *lib.* 2. *var. reſol. reſolut.* 1. *de exceptionibus*, *n.* 7. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 28. *n.* 6. Stephanus Gratianus, *tom.* 3. *diſcept. forenſi* 411. *num.* 22. ibi: Pro deciſione tamen prædictorum diſtinguendum eſt, quod ſi nihil fuit diſceptatum in judicio de hac exceptio rei non traditæ, aut pretii non ſoluti, tunc poterit opponi, ex quo illa non impugnat ſententiam, quia fatetur emptor ſe habere pretium, ſed dicit rem ſibi tradi, argum. *l. Neſennius*, *ff. de re jud.* Secus ſi fuiſſet in judicio dicta exceptio oppoſita, & illa non obſtante lata ſententia, quia tunc videtur rejecta, & non poterit opponi in executione illius, juxta rationem *l. quod in diem*, *ff. de compenſationibus*, licet ſalva maneat actio emptori, ut poſſit petere rem ſibi tradi; vel venditori, ut pretium ſolvatur, ita diſtinguit Butri. *in cap. cum Joannes*, *num.* 7. ubi Felin. *n.* 34. Imol. *num.* 12. *de fide inſtrum.* Canar. *de execut. inſtrum. q.* 27. *in fin. num.* 61. Maſtrillus *deciſ. Regni Siciliæ*, 24. *num.* 2. *&* 4. Franciſ. Milanenſis *deciſ.* 4. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 2. Don Franciſcus Hieronym. Leo *deciſ. Valentina* 48. *n.* 7. *&* 8.

Ampliatur 8. quòd talis exceptio impediat litis ingreſ- 39
ſum & ſit litis finitæ, Paul. de Caſtro *in dict. l. Julianus*, §. *offerri*, per illum text. *verſ.* (nondum ex empto,) *ff. de act. empti* Jaſ. *in* § *actionum*, *col.* 18. *Inſtit. de actionib.* Cravet. *conſ.* 127. *n.* 14. *& conſ.* 247. *colum. penul. in fin.* Roland. à Valle *conſ.* 69. *n.* 3. *lib.* 4. Menochius *conſ.* 1. *n.* 365. *& conſ.* 55. *n.* 2. Maſcard. *dict. concl.* 1388. *n.* 42. Carroz. *d.* §. *de evictione*, *n.* 43. Joan. Zangerus *part.* 3. *cap.* 22. *num.* 2 *de exceptione implementi*, Franciſcus *dict. conſ.* 45. *num.* 12. Sylvet. *in l.* 2. *num.* 3. *C. de condict. ob cauſam*: Hercules Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 88. *num.* 1. Joſephus de Seſſe *deciſ.* 188. *Senatus Cæſarauguſtani*, *n.* 49. *lib.* 2.

Additur unum ſatis utile in practica ultra Doctores 40
in ſuprà nominatis locis, quod ſi dicta exceptio implementi non ſequuti, fuerit oppoſita ad impediendum litis ingreſſum, & factis probationibus oppoſita non fuerit, quòd poterit iterum opponi, & plenè probari in vim peremptorii; ita notabiliter Bar. *in extravagan. ad reprimendum*, *in verbo* (ſummaria,) *num.* 4. commendat admodum in practica Angel. in §. *actionum*, *num.* 14. ubi etiam Jaſ. *n.* 132. *Inſtit. de actionib.* Carroz. *d.* §. *de evictione*, *n.* 43. Et ratio eſt, quia in primo caſu opponitur ad impediendum proceſſum, & ſic ad unum finem: in ſecundo opponitur ad alium finem, videlicet, ut abſolvatur: ar-

gument. *cap. veniens, de teſtibus*: ita Surdus *in addit. ad*
Jaſonem, dicto n.132. litera D. la 2.

41 Communis obſervantia eſt, ut talis exceptio non
impediat litis ingreſſum, & poſt litis conteſtationem
reſervetur: Alciatus atteſtans de communi practica,
conſ. 394. *num.* 9. Aſynius *in practica*, §. 13. *cap.* 9. *n.* 21.
Carroz. *dict. §. de evictione, n.* 44.

42 Ampliatur 9. ut ſi pars omittat opponere hanc exce-
ptionem implementi, Judex ex ſe ſupplere poteſt, etiam
parte non opponente, *l. lecta, verſ.* [etſi dicebam,] &
ibi Bart. *num.* 6. *ff. ſi certum pet. in l. ſi unus. §. pactum*
ne peteret, §. *de pactis, in l. eum qui, la 1. ff. de verb.*
obligat. in l. exceptionem, C. de probat. Bald. *in l. in bo-*
næ fidei, C. de pact. in Auth. præſente, C. de fidejuſſorib.
in l. peremptorias, colu. 6. *C. ſententiam reſcindi non poſ-*
ſe, in l. ordinarii, col. fin. C. de rei vendicat. Butr. *in cap.*
exceptionem, de except. Romanus *conſ.* 244. *num.* 5.
Cravetta *conſ.* 51. *ſub num.* 20. Cephal. *conſ.* 407. *n.* 20.
& 248. *num.* 144. *lib.* 1. Carrozius *dict.* §. *de evict. num.*
45. Dicitur hæc exceptio oppoſita ipſo jure, Bal. &
Dec. *in l. filia, C. de collat.* Riminald. Junior *conſ.* 52.
num. 11. *& ſeq. lib.* 1. Fabius Turr. *conſ.* 60. *num.* 15. *lib.* 1.
Joannes Baptiſta Marcian. *conſ.* 47. *num.* 7. Maſcard. *d.*
concluſ. 1388. *num.* 23. Magonius *deciſ. Lucenſi* 61.
num. 2. Barnabas Cornazanus *deciſ. Lucana* 160. *n.* 10.
Dec. Cameralis 145. *num.* 5. Cluſianus *ubi ſuprà, lib.* 1.
43 *cap.* 4. *de pretio, & aſtimatione, fol.* 16. Et hanc exceptio-
nem ſufficit allegari in allegationibus juris, Bar. *in l. eum*
qui, §. *qui ita*, ubi Jaſ. *num.* 12. *ff. de verb. obligat.* Felin.
in cap. cum ordinem, num. 16. *de reſcript.* Jaſon *in §. om-*
nium. Inſtitut. de actionibus, Paul. Pariſius *conſil.* 33. *n.* 57.
lib. 1. Graſſis *de except. dict. cap.* 13. *num.* 54. Hierony-
mus Magonius *deciſ. Lucenſi* 11. *n.* 12. Ex ſuprà dictis
conſtat, Judicem poſſe ex officio hanc exceptionem,
parte non opponente ſupplere, Cardinalis Tuſchus *in ver-*
bo (ſtatutum,) *concluſ.* 525 *n.* 37. ubi ait, hanc exceptio-
nem locum habere etiamſi defenſio prohibita ſit, Pro-
vinzal. *in add. ad Bertachin.* in verb. [*exceptio.*] Intri-
golus *in tractatu de caſibus conſcientiæ, centuria* 1. *caſu*
14. *n.* 117. Graſſis, *ubi ſupra, num.* 38. Hieronymus Leo,
dict. deciſ. Valentina 48. *n.* 9.

44 Neque obſtat ſi dicatur, nihil petenti nihil impar-
titur, *l.* 4. §. *hoc autem judicium, ff. de damno in-*
fecto.

Sed reſpondetur, quòd duplex eſt exceptio; quæ-
dam, quæ venit extrinſecùs, & iſta ſi à parte non op-
ponatur, non ſuppletur per Judicem. Quædam exceptio
oritur inſimul cum ipſa obligatione, & actione, cui
adeo infixa eſt, ut ſimul tempore, & natura naſcantur;
& iſta per Judicem ſuppleri poteſt: quia eo ipſo, quod
actor proponit actionem, cenſetur etiam proponere cum
tota cauſa, & ſic inſimul exceptionem ipſam: & iſta
opinio, quòd poſſit per judicem ſuppleri, eſt verior, &
communis; Joſephus Ludovicus *concluſ.* 14. *illat.* 94.
ampliat. 2. Tremolus *in addit. ad practic. Beneventi rub.* 1.
num. 25. *in fine*, Carrozin. *dict.* §. *de evictione*, *n.* 46. ubi
ponit cautelam, ibi: Cautius tamen agendo ſolet fieri
interpellatio, & quidem ut in ſpecie impleatur. Cor-
neus *conſ.* 408. *num.* 7. *lib.* 1. *& conſ.* 102. *lib.* 2. Aretin.
conſ. 149. *col.* 3. *verſ.* (his non obſtantibus,) Menoch.
conſ. 1. *num.* 171. *lib.* 1.

Neque impedit ſi dicatur, hoc procedere, quando
pars opponit hanc exceptionem, ſecus ſi non opponat,
& ſic procedere videtur text. in *dict.* §. *offerri*; nam
competit actio ſi exceptione non repellitur, ut exponit
ibi textus: [Offerri debet pretium ab emptore, ſed ſi
petatur,] v. *Alex.* concludit *ibi in apoſtilla*, lex enim
45 loquens per verbum præciſum, interpretatur ſi à par-
te fuerit petitum, ut Bald. concludit *in l.* 1. *col. ult. C.*
de uſur. & fruct. legat. & in l. ſi traditio, in 3. *q. C. de action.*
empt. & in l. 2. *C. de his, quæ ſub modo, & in l.* 1. *C. ne li-*
ceat tertiò provocare, & accedit bona litera *in l. univerſa,*
C. de precib. Imperat. offer. ubi reſcriptum principis cir-
ca præſtationem fidejuſſoris de ſolvendo in tempore à
debitore interpretatione præſtandum, interpretatur ſi fue-
rit à parte, & non à judice petita; ut concludit Jaſ. *in d.*
l. univerſa: *& in l. filia licet, C. de collat. & in l. admo-*
nendi, in fin. ff. de jurejur. & in l. juris gentium, col. 1. *ff.*
de pact.

Supradicta tamen opinio, quam retulimus, eſt com-
munis, & verior, quod licet pars non opponat, vel
opponere poſſit, debet judex ex ſe ipſo opponere, vel
rejicere: & ſupra id quod dictum eſt, moveor primò
per id quod tradit Bald. *in l.* 2. *C. de exequut. rei judic.* 46
quod ubi judici præſentatur inſtrumentum pro execu-
tione obtinenda, debet primò conſtare eſſe liquidum,
ut voluit idem Bal. *in l. cum teſtamento*, §. 1. *C. de teſtam.*
manum. & in l. ſiquidem, C. de except. ſi igitur inſtru-
mentum non eſt liquidum, ergo non poteſt ad execu-
tionem procedi.

Secundò inſtrumentum, & ejus præſentatio dirigitur 47
Curiæ, & judici, ut cognoſcat, & videat, ſi liquidari po-
teſt, ſecundum ea, quæ eleganter dixit Marinus Freccia
de præſentatione inſtrumentorum, part. 7. *quæſt.* 2. *n.* 6. &
comprobat per jura ſequentia, *in l. quinquaginta, ff. de*
probat. & in l. procurator, C. de edendo, & in l. doce ancil-
lam. C. de rei vendicat. in l. C. de rebus alien. non alie-
nand. in l. idcirco, C. ex quib. cau. mai. & in l. 1. *C. de cond.* 48
ob turp. cauſ. Ubi habetur, probationem judici, & non
parti fieri; ut in *l. ſi quando*, §. *ſed ſi cum, C. de teſtibus,*
in l. ſi de meis, aliàs incipit. *Idem Pomponius ſcribit, §. fin.*
in verb. [ſi juret ſibi de cauſa non liquere,] *ff. de arbi-*
tris, ſic probatio ex inſtrumento judicem reſpicit, & non
partem: ergo liquidationem fieri non patitur, ſi ſuffi-
ciens non eſt pro illa obtinenda.

Tertiò accedit, quod dicebat *Anton. Freccia Do-*
ctor, pater Marini Freccia, ut ipſe filius teſtatur *loco*
ubi ſuprà, num. 7. Quod interrogatio ſuper tenore in-
ſtrumenti, eſt inſtrumenti exequutio, ſuper qua ſeriatim
judex ſe habebit re clara & diſcuſſa procedendo, ut in
l. nimis properè, C. de execut. rei judicat. iſta enim exe-
cutio dum judicem reſpicit, fieri non poteſt debito non
liquidato, meritò inſtrumentum non merebitur ſuam
interrogationem. Et *in num.* 12. ipſe *Marin. Freccia* ad-
ducit textum quem appellat aureum *in l. mercale. C. de*
condictione ob cauſam, quod quis ſe ipſum excludit, dum
non exhibet ſuæ allegationis implementum: ergo non
curamus de rei exceptionis objecto. Nec incongruit,
quod judex ex ſe ipſo repellat; & ſuppleat, cum poſſit 49
ſupplere, ex quo eſt juris exceptio ex ſonte reſultans
actoris, ut tenet Gloſſa magiſtralis *in l. ſi unus*, §. *pa-*
ctus ne peteret, ff. de pactis, quia ex actis eſt ſibi noto-
rium, ut tradit ſingulariter Innocent. *in cap. inſinuante,*
extra de appellat. & in cap. per tuas, de teſtibus, & ſequi-
tur Angelus *in l.* 1. §. *ſi partes, ff. de inofficioſo teſtament.*
idem Innocent. *in cap.* 1. *de officio Vicarii*, quòd ubi ex
actis notoriè conſtat exceptionem non competere, debet
judex repellere partem, licet à parte repelli non poſſit.
Sequitur Romanus *conſ.* 42. *num.* 4. facit doctrina Bald. *in*
rubr. C. de vindict. libertate, & in rub. de manumiſſionibus,
allegans *l.* 1. *C. ut quæ deſunt advocatis*, Alexand. *conſ.* 77.
num. 20. *lib.* 3. Barbat. *conſ.* 52. *Viſo celeb. colum.* 4 *lib.* 4.
Thomas Gramm. *in add. ad Marantam conſ.* 95. *num.* 36.
Chaſſan. *conſ.* 68. *n.* 38. Gomeſ. *in reg. de annalis. quæſt.* 4.
num. 7. Mandoſ. *in add. ad Roman. dict. conſ. lit.* 1. verb.
[*officio*:] Butr. *in cap.* 1. *de litis conteſtat. & in cap. cum*
Joannes Eremita, de fide inſtrument. & Dominic. *in cap.*
indemnitatibus, §. *Sanè, de elect. lib.* 6. Obſerva hæc,
quia fortaſſis alibi non facilè reperies.

Ampliatur 10. quod dicta exceptio admittitur, etiam- 50
ſi ex verbis Notarii colligatur, & inſtrumento loca-
tionis locator dicat, quod dedit, tranſtulit, & aſſignavit
rem locatam, quæ tamen clauſula non importat ve-
ram, & actualem traditionem, ſed iſta verba important
ſimplicem

ſimplicem confeſſionem, quæ nihil habet commune cum vera traditione, quæ reſultat ex mero facto, Bal. *in l.ex prædiis,in fin.C.de evictionib.* Alexand. *conſ.* 119. *colum.*2. *lib.* 2. Natta *conſ.* 360. *num.* 6. Corneus *conſ.* 245. *lib.*4. Carrozius *dict.§.de evictione, num.*46. Intrigol. *dict. caſu* 14. *num.*119. Maſcard. *dict. concluſ.*1388. *num.* 63. Graſſis *dict. cap.* 13. *num.* 47. Magonius *dict. deciſ. Lucenſi* 11. *num.* 6. Ubi limitat, niſi conductor ſit eadem perſona, quæ vendidit, quia hanc exceptionem opponere non poterit, ex Joan. Ploto *in l.ſi quando*, §.4. *num.*57. *C.unde vi, in tract. de in litem juranda.*

51 Unde condemnatus ad ſolutionem pretii, & penſionis, poterit opponere in executione de re non tradita, nec hoc repugnat ſententiæ: Butrius *in cap. inter dilectos, colum.*1. *verſ.* [quæro, emptor,] *de fide inſtrumentorum,* Carrozius *dict.§.de evict.num.*47.

52 Ampliatur 11. ut procedat in omni contractu tam nominato, quàm innominato, Corneus *conſ.* 245. *num.* 2. *lib.* 4. Alexan. *conſ.* 212. *num.* 2. *lib.* 2. Franciſcus Bec. *dict.conſ.*45. *num.*12. Tiberius Decian. *reſponſo* 25.

53 Ampliatur 12. quòd contra agentem ex contractu, quem non implevit, competit actio doli, *l.* 2. §. *circa, ff. de doli except.* Corneus *conſ.* 291. *in fin. lib.* 3. Franciſcus Beccius *dicto conſ.*45. *num.*40. Carrozius *dict.* §. *de eviction. num.*48.

54 Ampliatur 13. quod poſt oppoſitionem in judicio non licet adimplere, cum jam res fuerit deducta in judicium, implemento non facto. Paul. de Caſtro *conſ.* 70. Quia fruſtra, *colum.*6. *lib.*1. Alex. *conſ.*237. *num.* 16. Marſil. *conſ.*489. *Quando à lege*: Aretin. *conſ.* 123. *num.* 6. Cravetta *conſ.* 192. *num.* 16. Nicol. Moronius *de treuga, & pace, quæſt.* 12. *num.* 17. *part.* 2. Hieronymus Magon. *deciſ.Lucenſi* 61. *num.* 10. Bec. *dict.conſ.* 45. *num.* 50. Graſſis *dict. cap.* 13. *num.*56. Ubi diſtinguit, quòd aut vult adimplere ante factum oppoſitionem per partem cui adimpleri debebatur, aut poſtea: primo caſu etiam cœpto judicio poteſt actor ex parte ſua implere Alexand. *conſ.*27. *colum.*1. *lib.*1. ubi dicit, quod licet venditor agens ad pretium teneatur rem offerre, & tradere, *l. Julianus §.offerri, ff.de act. empt.* attamen ſi contingat agere, non tradita, poterit pendente judicio rem tradere, & convalidare judicium, *Alexandrum* ſequuti ſunt Socin. Sen. *in l.*2. *ad fin. C.de pact.* Bellon. *conſ.*24 *num.*4. Andreas ab Exea *de pactis, num.*437. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitrariis, lib.* 1. *quæſt.* 16. *num.*6. Proſper. Paſſer. *conſ.* 169. Cephal. *conſ.*112. *num.*17. & 18. *lib.*2. Franciſ. Milanenſis *decis.* 4. *num.* 10. *lib.* 2. Secundo caſu dicit Graſſis *ubi ſuprà*, quod non poteſt: Cravetta *cons.* 192. *num.* 16. & *cons.*148. *num.*9. & *cons.*146. *num.*5. Surd. *cons.*158. *n.*30.

55 Quæritur etiam, an contractus reſcindatur ob implementum non factum ex parte unius ex contrahentibus? Pro cujus perfecta reſolutione diſtinguendum eſt, aut contractus eſt nominatus, qui habet proprium & ſpeciale nomen, de quo habetur in *l.juris gentium, ff.de pactis,* aut eſt innominatus, de quo habetur *in l. naturalis, ff. de præſcriptis verbis.* Nicolaus Mozius *de contractib. tit. de diviſ.contract.art.*4.*num.* 11. & 12. Si contractus eſt nominatus, tunc non reſcinditur, ſed debet peti adimplementum, vel intereſſe, *l.ſicut,C.de act. & obligat. l. in commodato*, §.*ſicut, ff. commodati*, *l.* 1. ubi notant DD. omnes; Paul. Bal. Salyc. *in l.incivile, C.de rei vendicat.* Bar. *in l.fin. num.* 13. ubi Jaſ. & alii, *ff. de condict.ob cauſam, & in l.*2. *C. eodem tit.* notant etiam *in l. ex placito, & l.cum precibus, C.de rerum permutat.* Mandellus Albenſis *cons.* 626. *num.* 4. *lib.* 4. Bec. *cons.* 45. *num.* 1. Surdus *cons.* 52. *num.* 36. *lib.* 1. in contractu enim nominato non eſt locus pœnitentiæ ob inobedientiam alterius partis, ſed agendum eſt ad implementum, & ad intereſſe, Proſper. Farinac. *conſ.* 176. *num.* 16. *tom.* 2. & *decis.* 148. *num.* 2. *tom.* 2. *crimin.* Stephanus Gratianus *deciſ.*159. *num.*2. Franciſcus Beccius *cons.* 45. *num.* 1. qui loquitur in terminis locationis, Afflictis *decis.* 280. *num.* 6. Joſephus Ludovicus *decis.* 56
Perusina 53. *num.* 4. Secus ſi contractus eſſet innominatus, quia talis reſcinditur ob non implementum, Natta *cons.*171. *num.* 2. *lib.*1. Ruin. *cons.* 131. *num.* 7. *lib.* 1. Roland. à Valle *conſ.* 8. *num.* 39. *lib.* 1. Magonius *deciſ. Lucenſi* 61. *num.* 12. *l. ſi pecuniam, ff. de condict. cauſ. data l.*1. *ff.de rerum permutat.*

Sed hoc intelligendum eſt, ut procedat, quando is, qui adimplere tenebatur, non adimplevit ex dolo, vel culpa: aliàs non reſcinditur, Alexand. *in l. fin. num.* 6. *ff. qui ſatiſd.* cogant Cravetta *conſ.*204. *n.* 25. Jaſ. *cons.*84. *lib.* 1. Cephalus *cons.* 24. *num.* 14. Alexand. *conſ.* 92. *colum. penul. lib.* 1. Et illud, quod dictum eſt, quod contractus nominatus non reſcinditur ob non implementum, intelligendum eſt, quod non reſcinditur agendo, non autem excipiendo, quia tunc poteſt reſ 57
cindi. Alexand. *cons.* 105. *num.* 17. *lib.* 3. Roland. *cons.* 69. *num.* 8. & *cons.* 53. *num.* 23. *lib.* 1. Surd. *cons.* 52. *num.*36. *lib.*1. Carolus de Graſſis *de exceptionibus, cap.* 13. *à num.* 57.

Hoc tamen quod dictum eſt, procedebat veteri ju- 58
re, hodie *per l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilat. hujus Regni*, dicendum exiſtimo non eſſe locum pœnitentiæ in contractibus innominatis, ſed ſi aliter ex contrahentibus paratus ſit ex parte ſua placitis parere, actionem habebit, ut adverſarius placitis ſtare omnino compellatur; hodierno jure Regio pactum nudum non minus valet, quàm olim ſtipulatio; quæ faciebat contractum innominatum obſervari, ut ſcribunt Anton. Gomez *tom.*2. *var. cap.*8. *num.* 4. & 5. & *in l.*40. *Tauri*, *num.* 32. Greg. Lop. *in l.* 3. *tit.* 6. *part.* 5. Fortunius Garcia *in cap.* 1. *de pactis*, *num.*30. Didacus Perez *in l.* 3. *tit.*8. *lib.* 3. *Ordinamenti.* Joannes Parladorius *lib.* 5. *rer. qq. cap.*3. *num.*32.

Ampliatur 14. noſtra concluſio, ut dicta exceptio 59
adimplementi poſſit opponi tam circa ſubſtantialia, quàm circa accidentalia, Bart. *in dict. l.quæro*, §.*inter locatorem*, *num.* 3. *ff. locati*, Bec. *conſ.* 45. *numero* 6. Roland. *conſ.*6. *num.* 19. *lib.* 1. & *cons.* 69. *num.* 10. *lib.* 4. Alex. *cons.*49. *num.*4. *lib.*2. Corneus *conſ.* 208. *num.* 33. *lib.*1. Surdus *cons.* 52. *num.* 33. *lib.*1. Hieronymus Magonius *decis. Lucenſi* 11. *num.* 8. Olaſcus *deciſ.* 50. *num.* 10.

Ampliatur 15. quod implemento contractus non ſe 60
quuto, poteſt pars ad primævam actionem redire: Nevizan. *cons.*40. *in princip.* Burſatus *cons.* 101. *num.* 16. *lib.*1. Carroz. *dict.§ de evictione, num.*52.

Ampliatur 16. ut ſi quis medio juramento promiſe- 61
rit aliquid, & contravenerit pacto jurato, non poterit agere ad obſervantiam contractus, *l ſi quis major, C. de tranſact.* quæ habet locum in omni, & quocumque contractu, ut *ibi* Bart. & cæteri ſentiunt, Corn. *conſ.* 40. *col. pen. lib.* 4. Alex. *cons.* 76. *col. penul. lib.* 5. & ita aliàs Rota, ut per *Caſſadorum deciſ.* 2. *de jurejurando*, latè Anton. Gabriel. *de tranſactionibus, concl.*1. *ampliatione* 4. *num.* 5. Brunus *cons.* 48. *col.* 2. Franciſcus Beccius *cons.* 45. *num.* 14. & *num.* 15. dicit, quod juramentum eſt individuum, & non poteſt contravenire 62
in uno, quin contraveniat in totum, Bart. *in l.ex falſis, C.de tranſactionibus*: & ſic in contractu locationis habet locum, *dict.l.ſi quis major,* Carrozius *dict.* §. *de* 63
*evictione, num.*54.

Ampliatur 17. quod non implens ex parte ſua, vi- 64
detur renunciare beneficio dicti contractus, nec cogere poteſt adverſarium ad obſervantiam contractus: Tiberius Decianus *cons.* 60. *num.* 44. *lib.* 2. Carroz. *dict.* §. *de evictione*, *n.* 55.

Ampliatur 18. quod talis exceptio tranſit, & oppo- 65
ni poſſit per ſingularem ſucceſſorem, Aretin. *cons.*70. *col.*1. Carroz. *ubi ſup. num.* 56.

Ampliatur 19. in materia moræ, quando ab altera 66

par-

parte non fuerit impletum, quia ſtante maximè juramento prima mora nocet: Alexand. *conſ.* 101. *ſub num.* 7. *lib.* 2. Cravetta *conſ.* 1. *num.* 10. *& conſ.* 293. *num.* 15. *& conſ.* 248. verſ. [*Onus autem*;] & juramentum non ligat jurantem, cum jurans impleverit ex parte ſua: Menochius *cons.* 8. *num.* 10. *lib.* 1. Unde in mora conſtitui non poteſt ab eo, qui non implevit. *cap. non eſt in mora, de regul. jur. lib.* 6. *l. lecta, verſ.* (non eſt in mora,) §. 1. *ſi vert. petat. l. ſi pactus* ubi Bart. *ff. de pact. l. nulla, ff. de reg. jur.* Cephal. *conſ.* 307. *num.* 6. *lib.* 3. Burſatus *cons.* 101. *num.* 16. *lib.* 1. Tiberius Decian. *conſ.* 102. *num.* 9. *lib.* 3.

67 Illud verum eſt in materia juramenti, quod jurans non locare, ſi locat, locatio tenet; ex notatis per Anton. Gab. *de jurejurando. concluſ.* 1. *n.* 15. & notat Innoc. *in cap. cum dilecto, de prabendis*, Abb. *in cap. dilecto, de jurejurand.* Chaſſanæus *cons.* 55. Caſtr. *cons.* 339. *lib.* 1. Oldradus *cons.* 127. Abb. *cons.* 41. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 206. *lib.* 1. Grammat. *cons. civili* 31.

68 Ampliatur vigeſimò, & in terminis locati & conducti, quod ſi locator ad penſionem offerat implementum ex parte ſua, utique repellitur, ſi elapſo termino offerat: ſive promiſerit cum juramento, ſive non; *l. ſi in lege*, §. *ſi colonus*, *ff. locat.* ita Ancaranus, *quæſt.* 51. *numero* 27. *&* 28. *part.* 3. Brunus *conſ.* 47. *colum. fin.* Felin. *cons.* 25. *num.* 20. Roland. *cons.* 31. *num.* 4. *lib.* 1. Alexand. *conſ.* 49. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Crotus *cons.* 114. *num.* 20. *lib.* 1. Rodericus Suarez *allegat.* 19. *num.* 22. Borgninus Cavalcanus *de sutore*, *num.* 118. *& deciſ.* 13. *num.* 66. Purpuratus *cons.* 484. *num.* 21. *&* 22. *lib.* 2.

69 Subampliatur diſpoſitio §. *ſi colonus*, ut procedat tam ante executionem contractus, quàm poſt: Ruin. *cons.* 65. *lib.* 1. Carrozius *in dict.* §. *de evictione*, *num.* 64. & nihil conductoris intereſſit: Paul. de Caſtro *in dict.* §. *ſi colonus.*

70 Declaratur diſpoſitio § *ſi colonus*, ut procedat duobus concurrentibus: *primò*, quòd res ſit integra: *ſecundò* quod pauci dies ſint tranſacti; ut ibi Fulgoſius animadvertit: Joann. Andr. *in cap. ſi propter ſterilitatem*, *n.* 1. ubi Imol. *n.* 31. *de locato.*

71 Et ſic in locati & conducti materia, modica mora non attenditur, ut I.C. declarat *Paucos dies*; Judex tamen arbitrabitur ex præjudicio conductoris, ſi quod eſt, & integritate rei, ut *ibi* innuitur.

72 Ampliatur vigeſimo primò, ut talis exceptio implementi non ſit aliter interpretanda per excipientem, licèt onus probandi ſuſceperit, & non probaverit, quia ſufficit eam allegare in allegationibus juris: Magonius *decis. Lucenſi* 11. *num.* 12. voluit Bart. *in l. eum qui ita*, *el* 1. & *ibi* Jaſ. *num.* 12. *ff. de verb. oblig.* Felin. *in cap. ordinem*, *num.* 16. *de reſcriptis.* Paul. Pariſius *cons.* 33. *num.* 57. *lib.* 1.

73 Limitatur primò hæc utilis concluſio, niſi quis poſt contraventionem incurſam petierit ſibi impleri, quia iſto caſu ſibi præjudicat, & tacitè remittere videtur contraventionem incurſam Salycet. *in l. commiſſaria*, *C. de pact. inter emps.* Roman. *cons.* 27. *num.* 4. Alexand. *cons.* 196. *lib.* 7. Corneus *cons.* 110. *in fin. & in cons.* 208. *in fin. lib.* 1. *conſ.* 40. *colum.* 1. *lib.* 4. Franciſcus Beccius *conſil.* 45. *n.* 50.

74 Subampliatur iſta limitatio, ut cenſeatur remiſiſſe iſto caſu etiam perjurium, Socin. *in l.* 1. *colum. penult. vers.* (ſed à præmiſſo fundamento,) *ff. ſolut. matrimonio*, Gozadin. *cons.* 24. *colum.* 4. verſ. [*imò fortius.*]

75 Subampliatur etiam, ut cenſeatur remittere perjurium quoad pœnam parti debitam, & quatenus concernit ejus favorem; ita declarat Cravetta *cons.* 151. *num.* 8. Ubi circa prædicta miratur de *Philippo Corneo*, qui contrarium conſuluit circa præſentem limitationem, ut per eum *cons.* 179. *lib.* 2, *& cons.* 40. *colu. penul. lib.* 3.

Limitatur ſecundò, ut iſta exceptio non poſſit op- 76
poni niſi ab eo, cui implendum eſt, Alexand. *cons.* 127. *n.* 5. *lib.* 7. Dec. *conſ.* 452. *n.* 10. Menoch. *cons.* 1. *n.* 370. *lib.* 1. unde per Tertium opponi non poteſt, Gloſ. *in l.* 2. *ff. ſi ager vectigalis*, & Bart. *in l.* 2. *ff. de except.* dum agit de exceptione de jure Tertii, Bal. ad Speculat. *tit. de location. col.* 3.

Limitatur tertiò, quando intereſſe venit ex conven- 77
tione, nam tunc regulæ locus eſt, ſecus ſi veniat ab extra: Alexand. *in l. filiæ licet*, *num.* 3. *C. de collat.* Pariſ. *cons.* 33. *num.* 64. *lib.* 1.

Limitatur quartò, quando non ſtetit per implere 78
debentem; nam excuſatur: Simon de Prætis *conſ.* 28. *num.* 6. per regulam *in l. in jure civili*, *ff. de condit. & demonſtrat. & in l. qui operas*, *ff. locati.*

Limitatur quintò, ut exceptio implementi non ſe- 79
quuti, reſpectu unius obligationis, non excludat petentem ex alia obligatione pro parte impleta: Cephalus *conſil.* 48. *n.* 41. *lib.* 1. Burſatus *conſ.* 191. n. 5. *lib.* 2.

Prænotandum eſt, quòd in contractibus correſpecti- 80
vis, ultrò citroque obligatoriis, is qui ad pretium agere vult, probare debet, prius ex ſua parte ſe adimpleviſſe, ad quod erat obligatus: ex Gloſſa celebri *in l. Iulianus*, § *offerri*, *ff. de actionib. empti*, & Gloſſa ſingularis *in l. ædiles*, §. *fin. ff. de ædilitio edicto*: nam qui debet dare, & 81
recipere, ipſe tenetur primò adimplere, Bald. *in l. cum proponas*, *C. de pact. num.* 11. & *ibi* Dec. *num.* 9. *&* 10. Jaſ. *cons.* 16. *num.* 13. *lib.* 1. Aretin. *conſ.* 7. *n.* 1. Cravetta *cons.* 151. *n.* 10. *& conſ.* 192. *n.* 15. Magonius *deciſ. Lucenſi* 29. *n.* 1. Momer. *decis.* 19. à n. 1. Barnabas Cornazanus *decis. Lucenſi* 160. n. 11. Cardinalis Mantic. *deciſ.* 1. *n.* 8. *lib.* 1. Cævallos *tom.* 3. *comm. quæſt.* 756. n. 8.

Controvertitur tamen, uter teneatur priùs adimplere, 82
venditor an emptor? & ſiquidem emptor inops eſt, & ſuſpectus, debet priùs ipſe offerre: ſed ſi idoneus, venditor tenetur prius dimittere rem, *l. videamus*, *ff. de ædilit. edicto*: de quo ſi dubitetur, ad cautionem recurritur: *l. quamvis*, *ff. de pignorat. act.* Sentiunt tamen aliqui, quòd pretium debet præire; ea ratione quoque pretium videri appellatum à præeundo, nempe quaſi præitium: Julius Cæſar Cluſianus *lib.* 1. *cap.* 4. *fol.* 17. de pretio, & æſtimatione. Alii exiſtimant, omnia unico contextu deberi fieri, rem ſcilicèt dimitti, & pretium numerari; Gloſ. *in l. traditio*, *C de action empt.* Joſephus Ludovicus *deciſ. Lucenſi* 38. *num.* 17. Borgninus Cavalcanus *deciſ.* 4. *part.* 1. à *num.* 4.

QUÆSTIO XXV.

An in donatione debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1 *In facto evenit rem donatã evinci, & ideo quæſtio oritur, an donator teneatur de evictione? & ſunt duo caſus conſiderandi, & num.* 2.

3 *Primus eſt, quando donatio incipit à promiſſione, de evictione tenetur donator.*

4 *De dote ad donationem valet argumentum.*

5 *Dos continet cauſam oneroſam: donatio continet cauſam lucrativam.*

6 *In dubio non præſumitur cauſa lucrativa.*

7 *Sicut in venditione veniunt acceſſiones, ita in donatione*, num. 8.

9 *Donator, qui incipit à promiſſione, habet animum ſe obligandi.*

10 *Refertur ſententia ſuperiori contraria.*

11 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur, num.* 12. 13. 14. *&* 15.

16 *Utraque ſententia diſputando defendi poteſt. n.* 17. 18.

19 *Prima ſententia eſt verior, & ab ea non eſt recedendum.*

20 *Evi-*

20 *Evictio non debetur ex donatione inter patrem, & filium in poteſtate conſtitutum.*
21 *Et etiam de donatione facta per libertum in fraudem patroni.*
22 *Et etiam ratione hypothecæ ignoratæ per anteceſſorem donantis.*
23 *Et etiam quando donator promiſit tradere, & non dare.*
24 *Donans incipiens à traditione, de evictione non tenetur, num. 25.*
26 *Et quando aliquid Eccleſiæ donatur pro dote ipſius, non eſt locus evictioni.*
27 *Promittens rem aliquam dare ex cauſa donationis, quæ non erat ſua, & eam tradidit, non eſt liberatus.*
28 *Qui tradit, magis diſtrahit.*
29 *In donatione facta filio per patrem morte confirmata, ea evicta, an de evictione agere poſſit.*
30 *In quocumque titulo gratuito non habet locum evictio.*
31 *Nec in ceſſione, vel contractu gratuito, facto titulo lucrativo.*
32 *Rex non tenetur de evictione, cum donatarius prætendit cauſam lucrativam.*
33 *Speciale eſt in Rege, & fiſco, ut de evictione non teneantur.*
34 *Donatio, quæ incipit à traditione, non eſt contractus.*
35 *Donatarius ſi expenſas fecerit in re donata, & evicta fuerit, donans tenetur ad expenſas, & damna, & intereſſe inde ſequuta.*
36 *Donatio quando dicatur incipere à traditione.*
37 *Donator non tenetur de evictione in donatione remuneratoria.*
38 *Explicantur tex.* in l. idemque, §. fin. *cum* l. ſeq. ff. mandati.
39 *Mentio donationis ſimpliciter factæ non extenditur ad donationem remuneratoriam, num.* 40.
41 *Donatio remuneratoria dicitur quædam permutatio, & titulus oneroſus.*
42 *In donatione remuneratoria pro ſervitiis, quæ ex neceſſitate officii erant facienda, evictio non debetur.*
43 *Rex donans propter benemerita de evictione tenetur.*
44 *Donans rem alienam aſſerens eſſe ſuam, tenetur de evictione, num.* 45.
46 *Donans rem alienam, tenetur actione de dolo, & declaratur num.* 47.
48 *Si donatarii culpa evictio proceſſerit, non habet locum evictio, num.* 49 *declaratur.*
50 *Donatarius probans rem fuiſſe evincentis debet illi res reſtitui.*
51 *Si compromiſſum factum eſt in donatorem, & ipſe determinet contra donatarium de evictione agere poteſt donatarius.*
52 *Donator promittens donatario rem donatam authorizare, de evictione tenetur.*
53 *A venditione ad donationem non valet argumentum, Declaratur ibid.*
54 *Donatarius in quibuſcumque caſibus, qui de evictione teneatur, debet nunciare litem donatori, & numero* 55.
56 *Si rem quam emi, tibi donavi, & à te evincitur, donatarius non poteſt agere de evictione.*
57 *Alienãs omne jus ſuum, quod habet in aliqua re, ſi nullum jus in ea habeat de evictione non tenetur.*
58 *Rem ſimpliciter donans, an videatur rem totam donare? num.* 59. *&* 60.
61 *Ponitur differentia inter donationem, & legatum.*
62 *Teſtator ignorans, ſive incipiat à traditione, ſive à promiſſione, non debetur æſtimatio.*
63 *Si liceat alicui contractum reſcindere, id licebit facere abſq; eo quod committatur ſtipulatio evictionis.*
64 *In donatione etiam reciproca venit evictio.*
65 *In donatione reciproca ſi quid evincatur an ceſſet reciprocatio.*
66 *Edictum ædilium curulium non habet locum in favorem donatarii, ſi res donata eſt vitioſa.*

EGregia quidem eſt quæſtio, & in judiciis frequens ejus diſputatio, & quamvis à multis variis in locis tractata, à nullo ex profeſſo declarata, ut vel omnia ad ejus abſolutam explicationem neceſſaria ſcribere, aut ſaltem aliorum traditionem in unum recenſere, & cæteros quærendi, & congerendi labore excuſari ſtuduerim. Quapropter non abſque maxima utilitate futurum 1 ego judicavi, ſi multis Authoribus perlectis, & quamplurimis ſtudio, & diligentia adnotatis, rem hanc ex profeſſo tractarem.

In facto aliquando evênit, rem donatam evinci; 2 ideò altercatio oritur, An donator teneatur de evictione?

Pro reſolutione hujus quæſtionis de mente Doctorum 3 duo caſus ſunt conſiderandi.

Primus, quando donatio incipit à promiſſione. Secundus, quando incipit à traditione. Et primo caſu, quando donatio incipit à promiſſione duæ ſunt Doctorum ſententiæ.

Prima ſententia eſt eorum, qui dicunt, quod quando donatio incipit à promiſſione, donator de evictione teneatur, Gloſ. & Bart. & cæteri Doctores communiter *in l. Ariſto*, §. *fin. ff. de donation.* Joan. de Imola, Alexand. & Franciſcus de Aretino *in l. Julianus*, §. *qui fundum ff. de verborum obligation.* Bart. & Salycet. *in l.* 1. *C. de jure dotium*, Gloſ. & Bart. & Doctores, *in l.* 2. *C. de eviction.* Ancaran. & Abbas Sicul. & And. *in cap. fin. de emption. & vendit.* Alvarot. Bald. & Cardin. *in cap.* 1. *de inveſtitura de re aliena facta*, Natta *conſ.* 674. *num.* 14. *lib.* 4. Joannes Ferrar. *in practica Papienſ. in titul. de forma libelli, in quo agitur ad revocationem feudi.* Gloſ. *antepenult.* verſicul. (*Quid ergo ſi res feudi*) Abbas *conſilio* 30. *lib.* 2. Nicolaus Boerius *deciſion.* 67. *ſub num.* 1. Gaſpar Caballinus *de evictionibus*, §. 4. *à num.* 2. Cardinalis Mantica *de tacitis, & ambiguis convention. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 4. *de donation. à num.* 18. Gozadinus *conſ.* 9. Philippus Corneus *conſ.* 141. *lib.* 2. Alciatus *conſil.* 340. *num.* 6. Cardinalis Tuſchus *tom.* 3. *verbo*, (evictio,) *concluſion.* 363. *num.* 6. *& tomo* 2. *verbo*, (donatio,) *concl.* 625. Anton. Gom. *tom.* 2. *variarum reſolut. C.* 2. *num.* 35. Pater Molina *tom.* 2. *de juſtit. & jur. diſp.* 380. *num.* 9. Fontanella *tom.* 2. *de pactis nuptial. clauſula* 5. *gloſ.* 8. *part.* 14. *à num.* 34. Ariſminus Tepat. *tom.* 2. *variarum ſentent. titul.* 423. *cap.* 7. Marc. Anton. Peregrinus *deciſ. Patavina* 93. *num.* 5. Alexan. Trentacinq. *lib.* 3. *reſol. variar. de donat. reſolut.* 2. Decius *conſ.* 322. *num.* 3. Stephanus Gratianus *tom.* 4. *diſceptatione forenſi* 657. *num.* 47. 48. 49. *&* 50. & eſt communis Scribentium ſententiàque recepta, & moventur præfati Doctores ex pluribus.

Primò, arguendo de dote ad donationem, per textum *in l.* 1. *C. de jure dotium*, juxta intellectum primum gloſſæ ſecundæ, quem *Cynus*, *Bartolus* ibi ſequuntur, Monter. *deciſion.* 13. *num.* 27. Si enim quando dos à promiſſione incipit, venit evictio, igitur & in donatione. Huic textui ſic inducto reſponderi ſolet, quòd loquitur de dote, quæ continet cauſam oneroſam, *l. pro oneribus, C. de jure dotiũ, l. ex promiſſione ff. de actionibus, & obligationibus*: nos autem loquimur de donatione, quæ continet cauſam lucrativã, §. *res aliena, Inſtitut. de legatis*; igitur de uno ad aliud non valet argumentum: ita Salycet. & Fulgoſius *in l. ad rec donatas, ff. de ædilitio edicto.* Prætereà ſecundùm intellectum ultimum Gloſſæ, textus ille loquitur, quando promiſſio illa interpoſita fuit ſuper evictione, non autem ſuper dote: & hunc intellectum ibi *Jacobus de Aretio*, *& Salycet.* ſequuntur. Secundò moventur per textum *in l. ubi autem non apparet*,

in

Digitized by Google

in fine, *ff. de verborum obligationibus*, ubi ſtipulatio de
donando fundum, continet ut dominium fiat ſtipulantis,
& ſic, quòd promiſſor teneatur de evictione, argu-
mento textus *in l. qui concubinam*, §. *ſi hæres*, *ff. de le-
gatis* 3. & cum hic textus generaliter loquatur, poteſt
intelligi etiam de promiſſione à ſciente facta ſine cauſa,
quæ donatio dicitur, *l. Campanus*, *ff. de operis liberto-
rum*, Gloſſa *in l. qui cum alio*, *ff. de regulis juris*, An-
gelus, Imola, Alexand. *in l. à Titio*, *columna* 1. *ff. de
verborum obligationibus*. Huic textui de mente *Ioannis
Fabric.* reſpondetur, *in* §. 1. *Inſtitut. de donation.* quod
procedit in ſtipulatione ex cauſa oneroſa, ſecus in lucra-
6 tiva, ut hic eſt ſermo: nam licèt ſimpliciter loquatur,
non debet præſumi in dubio cauſa lucrativa, *l. cum de
indebito*, §. *final. de probationibus*. Prætereà ille text. in-
telligitur, quod omnino res fieri debet ſtipulantis, ideſt,
quod promiſſor tenetur præcisè, nec liberatur præſ-
tando intereſſe, prout ſic Gloſ. & *Bartol.* omnes intel-
ligunt: an autem de evictione teneatur, hoc ille text.
non determinat.

7 Tertiò moventur, nam ſicut in venditione veniunt
acceſſiones, *l. emptorem*, §. *ſi quis rem*, *ff. de action.
empt. l. evicta*, *ff. de evictian.* ita in donatione, *l. Ne-
ſennius*, §. 1. *ff. de re judicat.* ſicut ergo in primo caſu
datur actio de evictione, *l. 1. ff. de eviction.* ita & in ſe-
cundo dari debet. Huic rationi reſpondetur, non valere
8 argumentum à venditione ad donationem: nam primo
caſu veniunt acceſſiones paſſim, licèt res non ſit tradi-
ta, *l. id quod*, *ff. de peric. & comm. rei vend.* §. *cum au-
tem*, *Inſtit. de empt. & vend.* Secundo caſu ſecus, niſi
poſt litis conteſtationem, *l. in ædibus*, §. 1. *ubi* Gloſ.
Bart. Angelus Imol. & Romanus, *ff. de donation.* Ale-
xand. *in l. Neſennius*, §. 1. *ff. de re iudicat.* Hierony-
mus Gratus, qui dicit communem *in reſponſo 94. num.*
8. *lib.* 1.

9 Quartò & ultimò moventur; quia quando donatio
incipit à promiſſione, tunc donator habet animum ſe
obligandi, meritò ſi non fecit accipientis, tenetur,
quaſi nec datum ſit; *l. qui concubinam*, §. *ſi hæres*, *ff.
de legatis* 3. Huic tamen rationi reſpondetur; quia cum
ille animus obligandi ad traditionem ſit ordinatus, du-
rat uſque ad traditionem excluſivè, & per eam tollitur
illa obligatio, ex text. *in* §. 1. *Inſtitut. 1. quibus modis tolli-
tur obligat.* & licet tradens ex cauſa donationis perſeve-
raret in eadem voluntate, *c. majores*, *de Baptiſm.* hæc
tamen voluntas non eſt ordinata ad hoc, ut teneatur
de evictione, ſed ut perfecta, & irrevocabilis ſit do-
natio.

10 Secunda ſententia ſuperiori contraria, ſcilicet quod
quando donatio incipit à promiſſione, donator non tenea-
tur de evictione: quam ſententiam tenent Gloſ. final. *in l.
Julianus*, §. *qui fundum ff. de verborum obligat.* Jacobus
de Aretio, & Alberic. *in l. 1. C. de jure dotium*, Cu-
man. *in d. l. Ariſto*, *in fin.* Fulgo. *in l. ad res donatas*, *ff.
de ædilit. edict.* & *in l. ſi id, quod aurum*, *in 1. opp. ff.
de verb. obli.* Maſuer. *in pract. tit. de donat. num.* 7. Ripa
lib. 3. *reſp. c.* 18. *n.* 2. Joan. Faber, & Hippolyt. Rimin.
in 1. *Judic. de donat.*

Moventur præfati Doctores. Primò, per text. *in d.
l. Ariſto*, & per text. *in d. l. ad res donatas*, in quibus
diſponitur, donatores non teneri de evictione, nec ſi-
ne divinatione reſtringi poſſunt ad donationem, quæ à
traditione cæperit. His legibus reſpondetur, quod lo-
quuntur quando donatio incipit à traditione, cum lo-
quantur de re mihi donata, in quam ſumptus magnos
feci, utique facere non potuiſſem, aut veriſimiliter non
feciſſem, ſi res mihi tradita non fuiſſet.

Secundò moventur per tex. *in d.* §. *qui fundum*, ubi
donatio incœpit à præcedenti conventione, & tamen
ſubdit traditione protinus reum liberari, ſicquè de evi-
ctione non teneri. Hic text. non obſtat; quia de reo
loquitur, hoc eſt promiſſore, qui tradendo Titio adje-
cto liberatur, ſed ille promiſſor Titio non donabat,
ſed qui ab eo fuerat ſtipulatus; ſed numquid de evictio-
ne teneatur, *text.* non dicit, nec declarat.

Tertiò moventur in donatione, quæ à traditione ini-
tium ſumit & ſecundum ordinem intellectus præcedit
conventio, aliàs eſſet nuda traditio, quæ dominium non
transfert, *l. numquam nuda*, *ff. de acquirendo rerum
domin.* ſicut ergo eo caſu donator de evictione non te-
netur; ita nec iſto caſu teneri debet. Hæc ratio nõ obſtat;
quia licet, qui in donatione cœperit à traditione antea
propoſuerit donare, tamen cum ſuum propoſitum non
fuerit cum donatario communicatum, ſed in mente ſua
dumtaxat retentum, nihil operatur, *l. ſi repetenti*, *C.* 11
de condictione ob cauſam, & non ſit conventio, quæ ſi-
multaneum conſenſum plurium deſiderat, *l.* 1. §. *con-
ventionis*, *ff. de pactis*, & ſic præfata ratio corruit.

Quartò moventur Doctores per textum in *l. qua de le-* 12
gata, juncta *l. 45. præcedent. in fine*, *ff. de legatis primo*, ubi
dicta de legato in ſpecie relicto, quod non debeatur evi-
ctio, locũ habẽt in eo, qui Stichum dare promiſerit, quæ
verba ſic indiſtinctè prolata poſſunt intelligi etiam ex
cauſa donationis. Huic diſtinctioni reſpondetur, nã *dict.
l. 45.* quæ de legato loquitur, *Pomponius* non diſputat, an
hæres de evictione teneatur, ſed an promittere debeat
ſervum legatum, furtis, & noxiis ſolutum eſſe, quod
vitium in ſervo quoque proprio adeſſe poteſt, conclu-
dens in legato generis hæredem ad id teneri, ſecus in
legato ſpeciei: quando igitur ſubdit, quæ de legato di-
cta ſunt, eadem repetenda in eo, qui Stichum, vel
hominem dare promiſerit, ſenſus eſt, ut idem in hoc
caſu ſervari debeat, id eſt, ſi promiſerit in genere, te-
neatur promittere dare Stichum, vel hominem furtis,
& noxiis ſolutum eſſe; ſecus, ſi in ſpecie, & non de
promiſſione evictionis, cum hoc text. noluerit dicere,
& ſic ad rem iſtam non facit.

Quintò moventur, ubi quod ordinatur ad aliquem 13
finem, debet regulari ſecundum naturam ipſius finis,
Cravet. *conſ. 137. in fin.* ſed promiſſio ex cauſa dona-
tionis ordinatur ad finem traditionis: ergo debet regu-
lari ſecundum naturam traditionis, quæ eſt, ut donator
non teneatur de evictione, ut infra videbitur. Minimè
tamen hæc ratio obſtat; quia eſt diverſa ratio, quando
donatio incipit à promiſſione, & quando incipit à tra- 14
ditione. Nam quando donatio incipit à traditione, do-
nans non habet propoſitum ſe obligandi, & ideo non
tenetur de evictione. Cynus & Azo, *in l. 1. C. de jure
dotium*, Cumanus *in l. Ariſto* §. *final. colum. 2. ff. de do-
nationibus*, & eſt de mente Bartol. & Imolæ *in l. 1. ad
finem*, *ff. de donation. cauſa mortis*. Sed quando incipit
à promiſſione, tunc promiſit dare dono, *l. Senatus*, §.
1. *ff. de donation. cauſa mortis*. Vnde ſi non facit rem
accipientis, vel facta datio non durat, non fuit libera-
tus, & ſic agitur actione prima, quaſi non dederit:
ita ſentit Gloſ. 1. *in l. C. de evictionibus*, & ſic licet pro-
miſſio ex cauſa donationis ordinetur ad finem traditio-
nis; tamen habet propoſitum ſe obligandi, ut res ſic
fiat accipientis, quod duret: quod ſecus eſt, quando
incipit à traditione, ut ſuprà dictum fuit, & per hanc
reſponſionem removetur etiam ſextum & ultimum fun-
damentum, quod eſt: In quæſtione noſtra duo concur-
runt, principium, quod eſt promiſſio ex cauſa dona-
tionis; & finis, qui eſt traditio: ſed attento ſecundo, 15
donator non tenetur de evictione: Ergo nec attento
primo, quia idem judicatur de principio, quod de deſ-
cendentibus ab eo, ut in noſtra quæſtione tradit poſt
Paulum de Caſtro, Alexand. & Jaſon *in l. maritus*, *co-
lumna* 1. *in fine*, *C. de procuratoribus*. Hæc enim ratio
non obſtat, cum ſit differentia, uti dictum eſt, quan-
do donatio incipit à promiſſione, & quando incipit à
traditione, & ſic non eſt idem de utroque judican-
dum.

Ex prædictis conſtat, utramque ſententiam diſpu- 16
tando

tando defend poſſe; tamen non eſt recedendum à ſecunda ſententia, quæ in puncto juris verior videtur Alexandro Trentacinquio *dicto lib. 3. reſolutione, 2. de donationibus* ſub *n. primo*, & movetur per textũ *in l. ad res donatas. ff. de adilitio edicto*, inducendo eum in ratione ipſius legis, dum ait in illis verbis: [*Quod minimè dicendum eſt, ne eo caſu liberalitatis ſuæ donator pœnam patiatur.*] Ex hoc text. colligitur, quod donator de evictione non tenetur: & ratio non eſt; quia ibi donatio incœperit à traditione, & non à promiſſione: nam in utroque caſu, ſi teneretur de evictione ſemper donator ſuæ liberalitatis pœnam pateretur: unde cum in utroque caſu eadem ratio militet, concludendum eſt, eandem diſpoſitionem locum habere; argumento *l. à Titio, ff. de verborum obli-*
17 *gationibus*, *l. illud*, *ff. ad l. Aquiliam*. Et confirmatur hæc ſententia; quia donans videtur in dubio donare tantum jus, quod habet in re, ut notant Bart. Angel. & Imol. *in l. ſi domus*, *§. fin. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. prædia*, per illum tex. *C. de collat. fund. fiſc. lib. 11.* & Alex.
18 *conſ. 47. col. 2. lib. 3.* Igitur re evicta donator non tenetur: licet enim donans velit, ut res donata efficiatur donatarii, & quod penes ipſum duret: tamen hoc intelligitur quoad ipſum, & non eſt veriſimile velle de evictione teneri, quia cum uſus fuerit liberalitate, non eſt præſumendum voluiſſe teneri ad evictionem, cum in dubio, ut dictum eſt, præſumatur donaſſe tantum jus, quod habet.

19 His tamen minimè obſtantibus, à prima ſententia non eſt recedendum, quæ magis communis eſt, ut ſi donatio incipiat à promiſſione, tunc donator teneatur de evictione, ſive promiſſio fiat per ſtipulationem, ſivè nudo pacto hodie: *l. ſi quis argentum*, *C. de dona.* ita ſentiunt Bart. *in d. l. Ariſto*, *§. fin.* Bald. & Salycet. *in l. 2. D. de eviction.* Jaſon *in l. ſi domus*, *§. de evictione*, *n. 10. ff. de legat. 1.* Azo, *in ſum. C. de eviction.* Odofred. *in Rubric. ff. de evict.* Abb. Ancar. Anton. *in c. fin. de empt. & vend.* Corn. *conſ. 141. lib. 2.* Gozad. *conſ. 60.* Alciat. *conſ. 340.* Greg. Lop. *in l. 22. gloſ. 2. tit. 11. p. 4.* Anton. Gom. *tom. 2. c. 2. num. 35. de empt. & vend.* Caballin. *§. 4. de evict. ſub num. 2.* Petrus Nicol. Mozius *de contract. tit. de donat. §. de rebus, quæ donari poſſunt, vel non*, *ſub n. 2.* Cardinal. Tuſchus *tom. 3. practicarum, concluſion. 363. num. 6.* verb. (*evictio.*)

20 Primò declaratur, non procedere in donatione facta inter patrem, & filium in poteſtate conſtitutum: nam cum promiſſio non fuerit obligatoria, & de jure valida, non debetur evictio: Bald. *in l. 2. C. de inofficioſ. donation. & in authent. ex teſtamento*, *col. 2. C. de collat.* Romanus *in dict. l. Ariſto*, *§. fin.* & Alexand. *ibi in add. ad Bartolum*, & Andreas Siculus *in l. 1. C. de jure dotium*, *in add. ad Baldum*. Hæc concluſio non procedit, quando pater in donatione juramentum apponit: nam tunc promiſſio eſt obligatoria, & de jure valida, ut eſt communis concluſio: Bartol. *in l. final. num. 8. de uſucapione pro donato* dicit eſſe communem Alexand. *conſ. 8. lib. 2.* Ruin. *conſ. 121. num. 1. lib. 1.* Julius Clar. *lib. 3. ſententiarum*, *§. donatio*, *q. 8. num. 8.* Gutierrez *de jurament. 1. part. cap. 4. num. 4.* Seraphin. *de privil. juramens. privil. 40. num. 9.* & *ibi* Benendorfius *num. 6. & privileg. 72. num. 2.* & *ibi* Abb. *num. 2.* Guid. Papa *deciſ. 146.* An. Gomez *lib. 2. variar. cap. de reſtit. minor. n. 26.* Covar. *in c. quamvis pactum, p. 3. §. 1. num. 5. de pactis, lib. 6.* Dueñas *regula 219. ampliat. 2.* Joan. Lup. *in Rubric. §. 51. num. 6. de donat. inter vir. & uxor.* Didac. Per. *in add. ad Segur. in l. coheredi*, *§. cum filia, num. 131. ff. de vulg. & pupil.* Ferdinan. Vazquez *lib. 3. de ſucceſ. creat. §. 29. limit. 32. num. 14.* Anton. Theſaur. *deciſ. 32. num. 1.* Vincent. Mancin. *de juramen. p. 4. effectu 41.* Philippus Paſchal. *de virib. patriæ poteſtatis*, *par. 1. cap. 4. num. 63.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. reſolu. 2. de donat. num. 2.*

21 Secundò declaratur in donatione facta per libertum in patroni fraudem, licèt enim patronus eam revocet, tamen donatarius non habet actionem de evictione contra libertum, poſito quod donatio non incœperit à promiſſione: caſus eſt ſecundum unum intellectũ *Gloſ.* quem Bart. Angel. Paul. de Caſtro, Imola, & cæteri ſequuntur *in l. qui res*, *§. 1. ff. de ſolut.* Roman. *in d. l. Ariſto*, *§. fin.* inferens, quòd idem eſt in patre revocante alienata titulo donationis per filium in ejus fraudem.

Tertiò declaratur, non procedere virtute hypothecæ ignoratæ, ut quia res fuerat obligata per anteceſſorem donantis. Ita Paul. de Caſtro *in l. ſi rem meam*, *ad fin. ff. de ſolut.* ſequitur Afflictis *in cap. 1. in princ. num. 8. de lege Conradi*, Alex. Trentacinq. *ubi ſupr. num. 4.* 22

Quartò declaratur non procedere, quando donator promiſit tradere, & non dare, ut notant Bartol. Paulus de Caſtro, Alexand. Aretin. & Jaſon *in l. à ſubſtituto*, *§. fin.* cum *l. ſequenti*, *ff. de legat. 1.* 23

In ſecundo caſu, in principio quæſtionis poſito, quando donatio incipit à traditione, ſeu datione, tunc concluditur, donatorem non teneri de evictione, Gloſ. & 24
Doctores *in §. 1. Inſtitut. de donation.* Gloſ. *in l. ad res donatas. ff. de adilitio edicto*, Bartol. & Doctores *in d. l. Ariſto*, *§. fin.* Gloſ. & Doctores *in l. Julianus*, *§. qui fundum*, *ff. de verborum obligation.* Imol. *in cap. fin. de emption. & vendit.* Corn. *conſilio 141. lib. 2.* Jaſon *conſilio 34. colum. 2. & conſ. 73. col. 1. lib. 1.* Ruin. *conſ. 184. lib. 1.* Rolan. à Valle *conſ. 50. num. 26. lib. 3.* Auguſtinus Beroius *conſ. 103. num. 21. lib. 1.* Boërius *deciſion. 67. num. 1.* Stephanus Gratianus *tomo 4. diſceptat. forenſi 667. num. 50.* Bertrandus *conſ. 317. lib. 2. par. 1.* Alciatus *conſilio 340.* Riminaldus *conſ. 409. num. 21. lib. 3.* & hæc eſt communis, & recepta Scribentium ſententia, quam ſequuntur Caballin. *in dict. §. 4. ſub num. 2.* Cardinalis Tuſchus *n. 1.* allegatus, Alexand. Trentacinquius *ubi ſupra, num. 6.* Caldas Pereira *de emptione, & venditione*, *c. 32. num. 41. & 42.* Aretinus *in §. 1. Inſtitut. de donat.* Cœpola *in dict. l. ad res donatas, ff. de adilitio edicto.* Petrus Surdus *deciſ. 290. num. 3.* & hæc communis concluſio probatur *ex d. l. Ariſto, §. fin. & in d. l. ad res donatas, & in d. l. 1. C. de jure dotium.* Petrus Ferrat. *in praxi in forma libelli, quo agitur pro donato, verbo*, (ad dimittendum,) *n. 1.* Joannes Garcia *de donat. remuneratoria, n. 24.* Probatur etiam; quia donans jus tantum ſuum donavit, *l. qui tabernam. ff. de contrahenda emptione*, *l. ſi domus*, *§. 1. ff. de legat. 1.* Re igitur evicta donata, donator teneri non debet. Decius *conſ. 492. num. 10.* Gozadinus *conſ. 6. n. 2.* Pacianus *conſ. 52. num. 20.*

Ampliatur hæc concluſio, ut procedat non ſolum in donatione, quæ incipiat à vera traditione, ſed etiam à ficta, ut quia donator conſtituit ſe donatarii nomine poſſidere; eſt enim conſtitutum hoc, ficta traditio, ut notant Gl. & Doctor. *in l. ab emptione ff. de pact.* & Bar. *in l. ſi is, qui pro emptore, col. penult. ff. de uſucapion.* nam donans in tali caſu de evictione non tenetur, Joſephus Cuman. *conſ. 173. col. 3.* verſic. (*Quin etiam dici poteſt,*) Riminaldus *in dicto §. 1. Inſtitut. de donationibus.* 25

Ampliatur etiam, quando aliquid Eccleſiæ donatur pro dote ipſius, Paulus de Citadinis *in tractatu de jure patronatus, in ſecunda cauſa, num. 20.* Alexand. Trentacinquius *d. lib. 3. reſolut. 2. n. 7. de donat.* Supra dicta concluſio multis modis limitatur, & declaratur. 26

Primò limitatur, ſecundum Paulum de Caſtro *in dicta l. Ariſto, §. final.* ubi quando promiſiſti dare rem aliquam ex cauſa donationis, quæ non erat tua, & tradidiſti, non fuiſti liberatus à promiſſione; quia promiſiſti dare, id eſt, dominium transferre, *§. ſic itaque diſcretis*, *Inſtitut. de actionibus*, & hoc non feciſti, & ideo re evicta, poſſum agere actione prima, *l. cum quis*, *§. qui hominem. ff. de ſolution.* Quæ ratio differentiæ conſideratur à Caballino *ubi ſupra. n. 2.* quare habeat locũ evictio in donatione, quãdo incipit à promiſſione, ſecus quãdo incipit à traditione: & dicit *ibi* ego didici à Bald. *in l. 1. columna 1. verſic.* (Tertiã 27

tii dicunt, &c.) C. de jure dotium, inquit enim, quod
28 ideo hoc contingit in donatione, quando incipit à tra-
ditione; quia qui tradidit, magis diſtrahit quàm con-
trahit; §. 1. Inſtitut. quibus modis re contrahit. obligatio:
ille verò, qui promittit contrahit, & ſic obligatur, ut
donatario habere liceat; quia donatio dicitur doni da-
tio, & dare eſt dominium transferre, l. final. ubi nota-
tur, ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſequut. l. ubi au-
tem, §. final. ff. de verb. oblig. Bart. in l. juris gent. in fin.
princ. ff. de pact. Jacob. Cancer. tom. 3. var. ſent. c. 4.
n. 22. Bartholom. Bertazol. de clauſul. clauſ. 16. gloſſa
1. num. 3.

29 Secundò limitatur, ut non procedat in donatione fa-
cta filio per patrem morte confirmata, ea enim evicta,
poteſt agere de evictione filius contra patris hæredes.
Romanus in dict. l. Ariſto. §. final. & Jaſon in l. ſcimus,
in 4. notabil. C. de inofficioſo teſtamento. Et ratio eſt ſecun-
dum Romanum; quia talis donatio imputatur in legiti-
mam, Azo, in l. filium quem habentem, C. familiæ erciſ-
cundæ. Ut igitur filius legitima privari non poteſt,
authen. ut cum de appellatione cognoſcitur, §. aliud quoq;
capitulum, nec in ea gravari, l. quoniam in prioribus, C.
de inofficioſo teſtamento: Ita in tali donatione, quæ legi-
timæ loco ſuccedit, cum ſubrogatũ ſapiat naturam ejus,
in cujus locum ſubrogatur, l. ſi eum §. qui injuriarum, ff.
de injur. §. fuerat, Inſtitut. de action. l. tam. anguſti, ff. de
ſervitu. l. Parabolani, C. de Epiſc. & Cleric.

30 Tertiò limitatur, ut evictio non habeat locum, in
quocumque titulo gratuito, ſecundum Cardin. Tuſc. ubi
ſup. Joan. Garc. ubi ſup. n. 24.

31 Extenditur etiam in quacumque ceſſione, vel con-
tractu gratuito ſeu facto titulo gratuito in quo nullum
periculum ſpectat ad cedentem; idem Tuſch. ubi ſup.
quia quis non cenſetur ceſſiſſe niſi jus, quod habet, qui
tabernas, ff. de contrahenda emption. Alexan. conſ. 63. n.
10. lib. 6. & cum jus non habeat cedens, non eſt locus
evictioni, l. quod ſi in venditione, cum ſeqq. ff. hæredit. vel
actione vendita, Alexan. conſ. 93. num. 2. & conſ. 84. n. 5.
lib. 4. Seraphinus Olivarius deciſion. 723. num. 1. & ex
notatis in cap. inter cætera, de præbend. l. ultima, C. de præ-
poſitis agentibus in rebus, l. 1. C. de privileg. eorum, qui
in ſacr. Palat. militant. lib. 12. & in l. cum navarchorum,
C. de navicular. lib. 12. cap. 1. ſi feud. vaſſallus &c.
32 cap. 1. de inveſtitura de re alien. facta, Gloſſa in cap. 1. de
allodiis. Nec tenetur Rex de evictione cum donatarius
prætendat cauſam lucrativam, quod in Rege, & in fiſ-
co ſpeciale eſt, etiam in contractibus oneroſis, ut de
33 evictione non teneantur, l. ſi procurator, ff. de jure
fiſci, Gloſ. in l. ſi dictum, ff. de eviction. Paulus Pariſius
conſil. 101. num. 14. lib. 1. Marc. Anton. Peregrin. de jure
fiſci, lib. 6. tit. 4. num. 37. Georg. Cabedo deciſ. Luſi-
tana 36. num. 1. p. 1. latè Caballinus in §. 5. de eviction.
num. 88.

34 Extendenda eſt concluſio principalis, quod donatio
in hac acceptione, quando incipit à traditione rei, quæ
donatur, non eſt contractus; quoniam eo ipſo, quod
res traditur, neque ex parte donatarii, qui illam acce-
ptat, neque ex parte donantis, qui ad nihil aliud tene-
tur ulla remanet obligatio, ex dict. l. Ariſto, §. fin. Gloſ.
in §. aliæ. verbo, [venditionis,] Inſtitut. de donat. An-
tón. Gomez. tom. 2. variarum, cap. 2. num. 3. & cap. 4.
n. 1. Pater Molina tom. 2. de juſt. & jure, diſput. 380. n. 7.

35 Si tamen donatarius expenſas fecerit in re donata,
& evicta fuerit res, donans tenetur ad expenſas, &
damna, & intereſſe, inde ſequuta; non verò ad valorem
rei; & ſic limitatur principalis concluſio per Cappellam
Toloſ. deciſ. 17. ita etiam tenet Decius conſ. 95. & 492.
Ariſmin. Tepat. tom. 2. variarum ſentent. tit. 423. cap. 6.
Aloyſius Riccius collectan. 1030. limitat. 3. Cynus in
l. 2. C. de eviction. Ferrar. in pract. in forma libelli, quo
agitur pro donatione, verbo (ad dimittendum, & relaxan-
dum,) num. 2. in fine, Molina ubi ſupra, num. 7.

Et quia multoties peritos errare vidi quando dona- 36
tio à traditione intelligatur incipere: quando in effectu
res traditur tempore quo fit donatio: tunc dicitur dona-
tio incipere a traditione. Ne tamen intelligas, quòd li-
cèt in inſtrumento donationis adſint verba, offert, donat,
& tradit, quod tunc donatio dicatur incipere à tradi-
tione; quia opus eſt rei præſentia, ut ex illis inducatur
traditio, ut not. Bart. in dict. l. prædia, ff. de acquirenda
poſſeſ. Rebuf. in tract. de poſſeſſoriis, in præfat. num. 50.
tom. 3. ad ll. Gallic. ubi dicit, illa verba poſita in inſtru-
mentis donationis, venditionis, & ſimilibus, vendidit,
donavit, tradidit, non probare veram traditionem, ſi
res non erat in præſentia: operari tamen ad ingredien-
dam poſſeſſionem propria authoritate: idem notat Celſus
Hugo conſ. 53. num. 4. multos laudans Monter. deciſion.
23. n. 25. & 35. Cardinalis Tuſchus tom. 3. concl. 366.
num. 7. verbo [Evictio,] ubi dicit: Tunc autem dicitur
à traditione incipere, quando ſimul, & ſemel promit-
tit donare, & donat: ſecus, ſi ſolum promittit donare:
Abbas in c. fin. de emp. & vendit. num. 10.

Principalis concluſio declaratur non procedere in do- 37
natione remuneratoria: nam in ea donator tenetur de
evictione, licèt à traditione cœperit, Ruyn. Jacobus
de Aren. Bart. Aretin. Alexand. & Jaſon in l. Julianus,
§. qui fundum, ff. de verborum oblig. Jaſon in l. ex hoc jure,
num. 68. ff. de juſtitia, & jur. & in l. ſi non ſortem, §. li-
bertus, ff. de condict. indeb. colum. 7. effectu 17. & conſ.
34. col. fin. lib. 1. Alexand. conſ. 47. colum. fin. lib. 3. Cor-
neus conſil. 194. volum. 3. Rubeus conſ. 95. col. fin. Tiraq.
in l. ſi unquam, verbo, (donatione) num. 51. C. de revo-
cand. donat. Cravetta conſ. 64. num. 2. Natta conſil. 674.
n. 14. & 15. lib. 4. Boër. deciſ. 67. colum. fin. Hippolyt.
Riminald. in d. §. 1. Inſtit. de donat. Cardin. Tuſch. tom.
3. practic. concluſion. 366. num. 4. verbo, (Evictio,] Ber-
tazolus conſ. civil. 47. num. 24. Caldas de emption. & ven-
dition. cap. 31. num. 44. Anton. Gom. tom. 2. variarum,
cap. 2. num. 35. Joannes Garcia de donat. remuneratoria,
n. 24. Alexand. Trentacinq. lib. 3. reſolut. 2. de donat. n. 9.
quod procedit etiamſi incipiat donatio remuneratoria à
traditione; quia intereſt donatoris ſuam rem donatam
evictam non fuiſſe, ut ſit liberatus ab obligatione an-
tidotali; Caballin. d. §. 3. num. 4. per textum in l. idem-
que, §. fin. cum ll. ſeqq. ff. mandati, ubi datur actio man-
dati fidejuſſori liberato ex cauſa donationis remunerato-
riæ contra principalem debitorem ad totam quantita- 38
tem, in qua fuit liberatus fidejuſſor, perinde ac ſi pe-
cuniam debitam actualiter ſolviſſet; & tamen actio man-
dati non debet dari, niſi quatenus intereſſet agentis, l. ſi
procuratorem, §. mandati, ff. mandati, Caballinus ubi
ſup. ſub num. 4. Joannes Garc. de donat. remuner. n. 17.

Quæ tamen limitatio principalis quæſtionis intelligen- 39
da etiam eſt, ut jura loquentia de donatione ſimpliciter
non extendantur ad donationem remuneratoriam: Bartol.
in l. juris gentium, § quin imò, n. 2. ff. de pact. Ruſſus in
illa non requiritur inſinuatio, nec revocatur propter in- 40
gratitudinem, l. ſi pater, §. fin. ff. de donat. Gloſ. in l.
fin. in verb. [inveniatur] C. de revocand. donat. Romanus
conſ. 36. & in conſ. 298. & in col. 436. & ſingulari 514.
Alex. conſ. 101. lib. 1. & in conſ. 341. lib. 2. Capicius
deciſ. Neapolitana 121. Palat. Rub. in repetit. Rubrica de
donat. inter vir. & uxor. §. 50. n. 6. etiamſi inſinuata non
fuerit, Attilius Regulus, ubi Gloſſa & Bart. Angel. Imol.
& Doctores notant, ff. de donat. & in l. fin. ubi Angel. C.
de jure dot. Oldrad. conſ. 5. & in conſilio 139. pene innu-
merabiles Anthores allegat Fernandinus Loazes ſuper
conſilio oppidi de Mula, tertio fundamento, num. 21.
Joannes Garcia ubi ſuprà; num. 7.

Et probatur hæc concluſio; quia donatio remunera- 41
toria dicitur quædam permutatio, & ſimilis dationi in
ſolutum, eſtque titulus merè oneroſus, & non lucra-
tivus, nihil igitur mirum ſi detur evictio, juxta notata
in l. eleganter, in princip. ff. de pignorat. action. in l.
libera

libera, C. de ſenent. & interlocu. omnium jud c. notat
Bald. *in l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæredit.*
Barbat. *conſ. 42. num. 11. lib. 3.* Bertrandus *conſ. 196.*
num. 14. lib. 6. Jacobus Cancer. *tom. 3. variarum reſolut.*
Cathaloniæ, cap. 4. de ſervitut. num. 21. Joannes Garcia
de remunerator. num. 24. Franciſcus Beccius *conſ. 55. n.*
14. Caballin. *ubi ſupra, num. 5.* Fernandinus Loazes *in*
d. conſ. ſup. oppido de Mula, 3. fundamento, num. 1.
& 2. Camillus Borrellus ad Bellug. *in ſpecul. Princip.*
Rubric. 9. lit. P.

42 Ampliatur hæc concluſio, ut evictio non debeatur in
donatione remuneratoria pro ſervitiis, quæ ex neceſſita-
te officii erant facienda: ita fuit deciſum in cauſa Ducis
Sueſſæ in Senatu Neapolitano cum Regio fiſco, teſtan-
te Franciſco de Ponte *conſ. 59.* Et ratio eſt; quia, ut
evictio debeatur in donatione remuneratoria, requiri-
tur, quod ſervitia fuiſſent talia, quod pro eis fuiſſet
actio data adverſus donantem, nec ſufficit antidotalis
donatio, ſed requiritur etiam actio civilis, vel ſaltem
judicis officium, de quo meminit Fabius de Anna *conſ.*
93. num. 29. Joan. Baptiſta Toro *in compendio. dec. Nea-*
43 *polit.* verbo [*evictio.*] Et ideo Princeps donans propter
benemerita, tenetur de evictione, in rebus enim jure
donatis Rex ſuſcipit defenſionem, licet aliàs donans de
evictione non teneatur, ex *d. l. Aristo, §. fin. & ex d. l.*
ad res donatas, ſed voluntariè Rex ſuſcepit defenſio-
nem, niſi donatio facta ſit propter benemerita: nam
tunc defenſionem ſuſcipere tenetur: quia non eſt ſim-
plex donatio, ſed genus quoddam permutationis, ut *in*
d. l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæredit. & ita
refert judicatum in Curia Rebuff. *tom. 2. ad ll. Gallicas,*
art. 2. gloſ. ultima, ut beneficia ante vacationem non
debeant concedi: Bart. *in l. Julianus, §. qui fundum, ff.*
de verborum obligat. & in conſ. 160. nu. 8. Burſatus *conſ.*
31. num. 5. lib. 1. Decianus *in tractat. de donat. remunera-*
tor. num. 139. Rolandus *conſ. 13. num. 21. lib. 3.* Tho-
mas Grammat. *deciſion. 156. num. 8.* Mieres *de majora-*
tib. 4. p. q. 1. limit. 3. num. 12.

44 Limitanda eſt concluſio principalis in donante rem
alienam, aſſerente eſſe ſuam, nam propter temerariam
aſſertionem, per quam dixit eſſe ſuam, & ratione men-
dacii obligatur de evictione, ſive inceperit à traditio-
ne, ſive à promiſſione: Ita Paulus de Caſtro *in l. ſi rem*
meam, in fine, ff. de ſolution. Jaſon *conſ. 73. lib. 1. num.*
3. Hippolyt. Riminald. *in dict. §. 1. Inſtit. de donation.*
num. 98. Cardinalis Tuſch. *tom. 3. practicar. concl. 366.*
num. 23. verbo, [*evictio,*] Alexand. Trentacinq. *lib. 3.*
reſolut. 2. de donat. num. 11. Jacobus Cancer. *d. tom. 3.*
45 *cap. 4. num. 20. & 25.* ubi declarat, quod ſi res donata
non evincatur ratione dominii, ſed ratione alicujus hy-
pothecæ, & donans probabiliter ignorabat, ut quia ſui
anteceſſores eam obligaſſent: tunc licèt donatio à pro-
miſſione incepiſſet, donans non tenetur de evictione:
notat Paulus de Caſtro *in d. l. ſi rem meam, n. 20.* plures
refert Franciſcus Vivius *in ſuis communibus opinionibus,*
46 verbo, (*donatio ubicumq; incipit à promiſſione.*) Et ideo
donans rem alienam, nulla actione tenetur donatario,
niſi actione de dolo, *d. l. Aristo, §. fin. & in d. l. 2. C.*
de evict. Sempron. Acius *deciſ. 2. Archiepiſcopat. Ba-*
renſis, num. 2.

47 Declaratur etiam non procedere quando promiſſa
fuit evictio per ſtipulationem, vel pacto nudo, Bart.
in d. l. Aristo, §. fin. Aretin. *in §. 1. Inſtitut. de donat.* &
ibi Riminald. *n. 88.* Boër. *deciſ. 67.* Procedit hæc declara-
tio, etiamſi verbis generalibus promiſſa fuerit evictio,
ut quia donator promiſit rem donatam bonam facere
donatario, Corneus *conſ. 141. num. 10. lib. 2.* Item ſi
donator promiſit pro ſuo facto, & dato, Gozadinus
conſ. 60. num. 16. & Riminald. *in d. §. 1. Inſtit. de dona-*
48 *tion. num. 90. & 91.* Subdeclaratur, quod omnes ſupra-
dictæ ampliationes, & declarationes, non procedunt,
quando culpa donatarii proceſſerit evictio, velut ſpon-
te compromittendo, prout in emptore dicitur *in l. ſi di-*
ctum, §. ſi compromiſero, ff. de evíction. vel deferendo ju-
ramentum alteri, ut tradit Cremenſis *ſingulari 114.* ſic
declarat Bald. *in l. ſcimus q. 6.* & Jaſon *n. 6. C. de inofficioſo*
teſtamento, ſequitur Riminald. *in d. §. 1. Inſtitut. de dona-*
tion. num. 100.

Hæc tamen declaratio univerſalis multis modis ſub- 49
declaratur.

Primò declaratur, non procedere quando promiſſio
de evictione facta fuiſſet, *quomodocumque, & qualiter-*
cumque res evinceretur, prout in venditione concludunt
Bald. Alexand. & Imola *in l. ſi domus, §. de evictione. ff.*
de legat. 1. Alexan. *conſ. 4. col. lib. 3.* Gozadinus *conſ. 14.*
n. 22. & conſ. 63. n. 9. Barbat. *in c. n. fin. 9. de empt. & vẽdit.*

Secundò declaratur, non procedere quando donata- 50
rius probaret rem fuiſſe evincentis, & ideò agnoſcendo
bonam fidem, liceret illi reſtituere prout in venditore
tenent Cumanus, Angel. Chriſtophor. de Caſtel. &
Jaſ. *in d. §. de evictione*, Riminald. *conſ. 204. num. 2.* Ale-
xand. Trentacinq. *ubi ſup. num. 15.*

Tertiò declaratur, non procedere quando compro- 51
miſſum factum fuiſſet in donatorem, & ipſe determi-
naret contra donatarium: nam tunc donatarius agere
poſſet de evictione contra donantem, ex quo ejus facto
rem perdidit; ut in venditore concludit Speculator *tit.*
de arbitris, §. poteſt, verſ. [*Sed pone,*] quem ſequuntur
Angel. *in dict. §. ſi compromiſero.* Alexan. *in d. §. de evi-*
ctione, Cremenſ. *ſingulari 30.*

Quartò declaratur, non procedere quando donator 52
promiſit donatario rem donatam authorizare in judicio,
vel extra, & coram quocumque; prout in venditore
concludit Rimin. *conſ. 372. n. 8.* Alexan. Trentacin. *ubi*
ſupra, num. 17. Hippolytus Rimin. tenet contra has
declarationes *in §. 1. Inſtitut. de action.* & dicit, non va- 53
lere argumentum à venditione ad donationem propter
regulas contrarias, quæ fiunt in donatione, & venditio-
ne, nam in venditione ſit regula, quòd detur actio de
evictione, *l. 1. ff. de evict. at.* ſecus in donatione, *d. l. Aristo,*
§. fin. ex ſeparatis, & contrariis non debet argumentum,
& illatio tolerari, *l. Papinianus exuli. ff. de minoribus.*

Tamen non eſt à ſupra dictis declarationibus receden-
dum, ex quo loquimur in caſibus, in quibus donans
de evictione tenetur uti venditor: & ideò uti venditor
in aliquibus, ſeu in præfatis caſibus de evictione tenetur,
ita & donans teneri debet; maximè cum eadem ratio in
utroque caſu militet, & argumentum, ſeu illatio non ſit
à diverſis in prædictis caſibus, cum tam venditor, quàm
donans de evictione teneantur.

Animadverte in hac materia, quod donatarius in ca- 54
ſibus, in quibus donans tenetur de evictione tenetur de-
nunciare, aliàs repelletur exceptione doli, *l. qui concubi-*
nam, §. ſi hæres, ff. de legat. 3. tradit Bart. *in dict. l. Aristo, §.*
fin. Et hæc denunciatio operatur, ut ſententia lata con- 55
tra donatarium, faciat fidem contra donatorem, quod res
fuerit aliena ſine alia probatione, ſed ſi non denunciaret,
re evicta, ſi donatarius vellet probare rem eſſe alienam,
& ſic primam obligationem durare, audietur, & excep-
tio doli tolerabitur hac replicatione: Bart. *in d. l. Aristo,*
§. fin. Alex. Trentac. *d. lib. 3. reſol. 2 de donat. num. 18.*

Animadverte etiam, quod ſi rem, quam emi, tibi dona- 56
vi, & à te evincitur, donatarius non poteſt agere de evi-
ctione, nec author meus in aliquo tenetur: quæ concluſio
non procedit ſi in inſtrumento donationis fuerint ceſſæ
omnes actiones cõpetentes, & competituræ donatori oc-
caſione ipſius rei, quod donatarium fecerit procuratorẽ
in rem ſuam, *l. ſi res. ff. de evíction.* tradit Bart. *in l. ſi pro re,*
§. ſi pro evictione, n. 2 ff. de evictionibus, Bald. *in l. 1. in fine,*
C. de jure dotium, & in l. per diverſas, C. mandati.

Alienans omne ſuum jus, quod habet in re aliqua, ſi 57
nullum in ea habeat, nihil videtur alienaſſe, nec de evi-
ctione tenetur: poteſt tamen teneri actione de dolo
ad intereſſe, ſi primò alienavit, Bart. *in l. ſi ſic, §. ubi,*

*ad finem, ff. de legat.*3. per textum *in l. quod ſi in venditione*, cum ſeqq. *ff. de hæreditate, vel act. vend.* & per Speculat. *in tit. de locato, §. nunc aliqua, verſ.*76. & Angelum *in l. locus ff. de acquiren. poſſeſ.* per hoc etiam non tenebitur de evictione, per textum in *d. l. quod in venditione*, ſed tenebitur actione de dolo ad intereſſe, ex quo alienaverat: per Angelum *in l.*1. *ff. de evict.* & per Imola *in dict. l. ſi ſic.* ſi verò donaſſet quis jus quod non habebat, licet non teneatur de evictione, ſaltem actione de dolo teneretur, ſecundum ea, quæ notat Bart. *in l. Ariſto, §. fin. & in l. Julianus, ff. de verborum obligationib. & in l.*2. *C. de eviction.* Joan. Mar. Jacobus Riminaldus *conſ.*409. *num.*17. *& ſeqq.*

58 Quæritur, utrùm quis ſimpliciter rem donans, videatur rem totam donare, an ſolū jus, quod in ea habet? Reſpondetur, quòd ſi non eſt pleno jure donatoris, ſed tantum jus aliquod in ea habeat, cenſetur tantum illud jus, quod in ea habet donare, argument. *l. ſi domus, §. fin. ff. de legat.* 1. *l. quod in rerum, §.*1. *l. ſervi electione, §. ff. de legat.*1. *cap. quod autem, de jure patronatus, cap. paſtoralis, de notar.* idem eſt in legatis quibus additur *l. uxor patrui, C. de legat.* Quod verum eſt etiam ſi jus, quod teſtator habet in re, quam legat, eſſet ejus morte periturum; quia ſic legatum eſſet nullum, *d. l. quod in rerum, §.*1.

59 Prædicta jura intelligenda ſunt in titulis lucrativis, ut eſt donationis, vel legati; ſecus in venditione, vel in alio contractu oneroſo, ubi non fit reſtrictio ad jus concedentis, niſi emptor de eo ſcientiam haberet, vel quantitas pretii aliud ſuaderet, *l. ſi quis domum, §. hinc ſubjungi, ff. locati l. fin. verb.* (neſcienti,) à contrario ſenſu, *C. de commu. rer. alienat.* & ita intelligitur tex. *in l. qui tabernas ff. de contrahen. emp.* & ſic concludit Jaſo *in d. l. ſi domus, §. fin. ff. de leg.*1. cum multis ab eo allegatis, Jacob. Cancer. *lib.*1. *c.*8. *de donat. n.*72.

60 Si verò res, quam quis donat, eſt penitus aliena, & donator nullum jus in ea habeat; tunc ſi donans incipit à traditione, ſivè fuerit ſciens, ſive ignorans, cenſetur tantùm donare uſum ejus rei, ſive detentationem, ſive donatio fiat conſanguineo, ſive extraneo: ſi verò incipiat à promiſſione donans tenetur indiſtinctè de evictione, ſivè ipſe fuerit ſciens, ſive ignorans, *d. l. Ariſto, §. fin. l.*1. *C. de jure dotium, l. ad res donatas ff. de ædilitio edicto.*

61 Qua in re differt legatum à donatione: nam ſi quis ſciens legat rem penitus alienam, debetur legatario æſtimatio per hæredem, ſivè incipiat teſtator à traditione,

62 ſivè non, *§. non ſolum autem, in Inſtitut. de legatis.* Si verò teſtator fuerit ignorans, ſive incipiat à traditione, ſive à promiſſione, non debetur æſtimatio, *dicto §. non ſolum. l. unum ex familia, §. ſi rem, ff. de legatis* 2. *l. cum alienam, C. de legat.* niſi ſiat legatum conjunctæ perſonæ, & tali, cui teſtator veriſimiliter legaſſet, etiamſi ſciviſſet alienam, *d. l. cum alienam*, in verbo, (*vel uxori*) & *ibi* Bartol. Paul. de Caſtro, Angelus, & Mynſingerus *in d. §. non ſolum.*

63 Et quoties alicui licet contractum aliquem reſcindere, id ei licet abſque eo, quod committatur ſtipulatio evictionis, juxta Glo. & notata *in cap. Imperialem, verbo,* (ex empto,) *de prohibita feud. alienat. per Fede.* & *ibi* Andreas de Iſernis, Gloſ. *in l. ſi patronus, §. patronum, in verb.* (Fabiana,) *ff. ſi quid in fraud. patron.* quæ expreſsè firmat, reſciſſo principali contractu, reſcindi pactum evictionis, & pœnæ, & cætera acceſſoria: quam Gloſ. notabilem, ſingularem, & auream appellarunt multi, quos recenſet Tiraq. *de jur. conſang. part.*3. *limitat.*7. *num.*28. *& ſeqq.* Cumanus *conſ.* 29. *in fin.* ubi dicit, quod quando in ſolutum datio vitiatur ratione erroris, vel falſæ æſtimationis, & cauſæ, tunc neque ipſe, qui in ſolutum dedit, neque hæres ejus tenetur de evictione, vel ad rem defendendam; per notata *in d. l. cum alienam, C. de legatis, & in l. ſi domus, §.*1. *ff. de legat.*1. id ipſum firmat Petrus de Ancarano *conſ.* 292. *num.*7. Fabianus *in tractat. de emption. & vend.*12. *memb.* 6. *partis*, ubi vitiato principali vitiari ſtipulationem evictionis, uti acceſſoriam, per *l. cum principalis, ff. de regul. jur. l. non dubium, C. de legibus.* Et ita, ſi reſolvatur donatio, quæ incipit à promiſſione diſſolvuntur ſtipulatio evictionis, & omnia pacta & clauſulæ in eo poſitæ, ex quo ſunt acceſſoriæ ad contractum principalem: Ita Bald. *in l. ex teſtamento*, circa finem, *C. de fideicommiſ.* Tiraquel. *in l. ſi unquam, verb.* [revertatur,] *C. de revocand. donat. num.*117. Cravetta *conſ.*299. Carol. de Graſſis *de exceptionibus, except.* 31. *de reſolutione contractus*, Felician. *de cenſibus, lib.*1. *cap.*10. *num.*1. Rodericus *de reddit. lib.*2. *quæſt.*8. *num.*3. Jaſon *conſ.* 133. *lib.*4. Surdus *conſ.*60. *num.*29. *& deciſion.* 289. *num.* 9. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 11. *tom.*1. Galganetus *de condition. part.* 2. *quæſt.* 25. *n.* 2. *&* 3. Alvarus Valaſcus *conſult.*85. *num.*4. *&* 5. Joan. Vincentius de Anna *allegat.*114. *num.* 10. Fontanella *de pact. nup. clauſula* 1. *num.*5. Jacobus Cancer. *lib.* 2. *variarum, cap.*14. *num.*72. *de empt. & vend.* Hieronymus Magonius *deciſion. Florentin.* 137. *num.* 1. qui loquitur in terminis: Ariſminius Tep. *tom.*2. *variarum ſentent. tit.*423. *cap.*11. *in princ.*

In donatione autem reciproca venit evictio, etiamſi 64
cœptum à traditione ſit, cum fiat ob cauſam; Alexan. *conſ.*45. *num.*8. *lib.*3. Jaſo, *in l. ex hoc jure, num.* 68. *ff. de juſtit. & jure*, Aym. Cravetta *conſ.* 64. *num.* 3. Seraphinus Olivarius *deciſion.* 534. *num.* 3. Ariſminius Tepat. *ubi ſupra, cap.*9. *col.*1. *fol.*862. *in fine.*

In donatione reciproca, ſi quid evincatur, an reſpe- 65
ctu ejus quod fuit evictum, ceſſet reciprocatio? latè tradit Seraphinus Olivar. *deciſ.*523. *& deciſ.*534. *num.* 3.

Tandem principalis concluſio ampliatur, quod edi- 66
ctum ædilium curulium non habet locum in favorem donatarii contra donantem, ſi res donata eſt vitioſa, nec tenetur ad aliquid. Roland. à Valle *conſ.*37. *num.*16. Tuſchus *tom.*1. *pract. concl.*625. *n.*2. verbo [*donatis.*]

QUÆSTIO XXVI.

An in dote debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1 *In contractu dotis debetur evictio; & hæc quæſtio recipit illam diſtinctionem, quam in donatione poſuimus, ſi dos incipit à promiſſione, vel à traditione, n.* 2.

3 *Limitatur in extraneo dotante; quia donare videtur.*

4 *Parentes, & alii qui tenentur dotare, in omni caſu tenentur de evictione, ſaltem intra legitimam pro re quam filiæ in dotem dederunt, n.*5.

6 *Maritus in dote habet titulum oneroſum, mulier lucrativum.*

Textus in l. 1. C. de jure dotium, *procedit tam in ſocero, quàm in extraneo, ſub n.*6.

7 *Res in dotem data æſtimata, ſi fuerit evicta, agitur actione ex empto, ſi fuerit æſtimata tempore dotis data, n.* 8.

9 *In dote æſtimata dotator non ſimpliciter donat, ex quo dotem æſtimatam tradit.*

10 *Donans, vel dotans, de evictione non tenebitur, quando dos traditur æſtimata ad ſciendum ejus valorem tantùm.*

11 *In vera dote æſtimata, tranſit dominium in maritum.*

*Confeſſio dotis conſtante matrimonio, ſi ejus promiſſio præceſſerit matrimonium, creditoribus præjudicat; ſub num.*11.

12 *Res empta per mulierem, ſi evincatur à marito, committitur actio de dupla contra autorem mulieris.*

13 *Mulier naturalis domina eſt rei dotalis.*

14 *Tradè,*

14 *Traditur intellectus ad textum in* l. ſi pro re, §. ſi pro evictione, ff. de evict.
15 *Uxor ipſo jure agit de evictione, & non maritus.*
16 *Sententia lata contra uxorem non nocet marito.*
17 *Sententia lata contra maritum, qui habet jus vindicandi, nocet uxori ſoluto matrimonio; ſicut lata contra procuratorem, nocet domino, num.* 18.
19 *Declaratur text.* in l. doce ancillam, C. de rei vendicatione, *& num.* 20. 21. *&* 22.
23 *Ponitur quædam illatio.*
24 *Quando maritus & uxor vendunt, & promittunt de evictione ambo tenentur.*
25 *Ille intelligitur contrahere, cujus res erat, & ad quem pertinebat, & ad eum pretium perveniſſe præſumitur, num.* 26. 27. 28. 29. *&* 30.
31 *Hypotheca competit mulieri pro dote data etiamſi res dotalis ſit evicta.*
32 *Maritus pro dote evicta habet bona mulieris tacitè obligata.*
33 *Et dotalis fundus ſi evincatur debet defendi ab herede.*
34 *Id, quod per actionem ex empto conſequitur maritus, re evicta, ſive ſimplum, ſive duplum, convertitur in dotem.*
35 *Mulier donataria, à qua per conſortes ſuperſtites res indiviſa in dotem donata, & evicta fuit, adverſus heredes donantis de evictione agere poteſt. n.* 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. *&* 46.
47 *Sicut venditione venditor tenetur de evictione ſi de ea nihil dictum ſit, ita mulier de evictione rerum dotalium æſtimatarum.*
48 *Infertur explicatio text.* in l. Mævia, 50. §. fin. ff. ſoluto matrimon. 49.
50 *Diſputatur, an maritus teneatur cedere actionem mulieri, quæ ſibi competebat adverſus heredes ſoceri, & num.* 51.
52 *Actio alicui competens extinguitur, ſi ex poſt facto ceſſet intereſſe, n.* 53. *&* 54.
55 *Quid habet maritus ratione evictionis, tenetur uxori reſtituere, num,* 56. 57. *&* 58.
59 *Quod maritus recipit ab uxore non tenebitur reſtituere, niſi illud, quod habet tamquam lucrum deductis oneribus matrimonii.*
60 *Ponitur ſecunda differentia.*
61 *Declaratur tex.* in l. ſed & ſi 23. ff. de evict.
62 *Dotans Eccleſiam tenetur de evictione, num.* 63. 64 *&* 65.
66 *Mulier non tenetur de evictione, ſi non præceſſit promiſſio, & pollicitatio dotis.*
67 *In dote data Eccleſiæ ſemper præſumitur promiſſionem & pollicitationem præceſſiſſe.*
68 *Actio de dolo non datur contra mulierem in honorem matrimonii; quia eſt infamatoria.*
69 *Diſputatur an maritus vendens rem dotalem, ipſemet eam vendicare poſſit?*
70 *Quem de evictione tenet actio, ipſum agentem repellit exceptio.*
71 *In contractu à lege prohibito, ſi evictio eſt ſtipulata, evictio debetur.*
72 *Nemo contra factum ſuum juratum venire poteſt, num.* 73. 74. *&* 75.
76 *Reſpondetur ad text.* in l. ſi poſt mortem, ff. de adopt.
77 *An evictio promiſſa pro redditibus in dotem datis, extendatur ad alios redditus ſubrogatos? num.* 78. 79. 80. 81. 82. 83. *&* 84. *Ubi contractus non habent interpretationem ampliativam, ſed reſtrictivam, & num.* 85.
86 *Dictio,* Dictorum, *eſt ſtrictiſſima.*
87 *Promiſſio evictionis, vel indemnitatis, oculis corporeis legi debet.*
88 *In contractu dotali non venit promiſſio defenſionis, & evictionis.*
89 *Subrogatum ſapit ejus naturam, in quo ſubrogatur, & ejus ſumit qualitates.*
90 *Refertur reſolutio Senatus Siciliæ.*
91 *Dote evicta; maritus non tenetur uxorem alere.*

SIngularis extat in jure conſtitutio *l.* 1. *C. de jur. do-*
tium, quæ ad noſtram quæſtionem pertinet, & præ-
ter ordinarios ibi, eam variis numeris exornarunt Con-
ſtantius Rogerius *de dote, inſpect.* 2. Bald. Novel. *de do-*
te, 7. parte, privilegio 42. Petrus Barboſa *in l. æſtimatis,*
ff. ſoluto matrimon. à num. 16. Pater Molina *tom.* 2. *de*
juſtit. & jure, diſputat. 380. *num.* 2. *& diſputat.* 354.
num. 9. Surdus *de aliment. tit.* 7. *q.* 20. *à num.* 25. Gaſ-
par Caballin. *de evict.* §. 4. *num.* 7. D. Gracia Maſtril.
deciſion. 36. *Regni Siciliæ,* Jacobus Cancer. *tom.* 3. *va-*
riarum reſolut. c. 4. *num.* 29. Hieronymus Portolis *de*
conſortibus, cap. 11. *à num.* 10. Sempronius Aſcius *de-*
ciſion. 135. Monter. *deciſ.* 13. Et pro perfecta hujus 1
quæſtionis intelligentia habemus textum expreſſum,
qui dicit, quod debeatur in dote evictio. *l.* 1. §. 1. *C. de*
rei uxor. action. l. 1. *C. de jure dotium;* quæ concluſio
probatur ex eo, quod frequenti calculo itum eſt, quem-
libet donatorem de evictione non teneri, ubi donatio ipſa
non à promiſſione, ſed à traditione incepit, & ſic hæc
quæſtio recipit illam diſtinctionem, quam in ſuperiori 2
quæſtione fecimus: & poſt antiquos docent Bald. &
Salicet. *in l.* 2. *C. de eviction. & in d. l.* 1. Anton. de
Burg. *in cap. fin. num.* 23. *de emption. & vendition.* Jaſ.
in §. *fuerat, Inſtit. de act. num.* 33. Hippolyt. Riminald.
in §. 1. *Inſtitut. de donat. num.* 69. Tiraq. *in l ſi unquam,*
in verbo, (donatione largitus,) *num.* 59. *C. de revo-*
cand. donation. Boërius *deciſion.* 67. *num.* 1. Covar. *lib.*
2. *variar. cap.* 15. *num.* 1. Capello Toloſana *deciſ.* 171.
Franciſ. Viv. *libro commun. opinion. verbo,* (donator,)
num. 4. Caballinus *ubi ſupra, num.* 7. Hieronymus Por-
tol. *de conſortibus, cap.* 11. *num.* 19. Monter. *dict. de-*
ciſion. 13. *num.* 27. Barboſa *in d. l. æſtimatis, num.* 17.
& 18. *ff. ſoluto matrim.*
Quam tamen concluſionem limita in extraneo dotan- 3
te, quia tunc cùm videatur donare, ſibi non eſt ſtipula-
tus in caſu dotis reddendæ, *in d. l.* 1. §. *accedit C. de rei*
uxor. action. ſicut ex cauſa donationis, quando incipit à
traditione qui non tenetur de evictione: ita etiam non
tenebitur in iſta dote: At in patre, & aliis, qui tenen-
tur dotare, in omni caſu tenentur de evictione, *l. ſi* 4
pro re, §. 1. cum *ibi* notatis, *ff. de eviction.* Angel. in
§. *fuerat, Inſtit. de action. n.* 12. Neguſant. *de pignor.* 4.
memb. 2. *part. num.* 27. *&* 28. Compegini *de dote part.*
2. *q.* 85. Riminal. *in d.* §. 1. *num.* 78. *cum ſeqq.* Caballin.
in d. §. 4. *num.* 7. & videtur textus *in l. mater, ff. de jure*
dotium, ex quo Jacobin. in *ſummario* colligit, maritum,
re dotali evicta, de evictione contra ſocerum agere poſ-
ſe: Monter. *d. deciſ.* 13, *num.* 21. Et in tantum procedit,
quòd parentes indiſtinctè tenentur de evictione intra
legitimam pro re, quam filiæ in dotem dederunt, *l. pater,*
ff. de eviction. & d. l. mater, ut poſt Aretin. Campeg. 5
Neguſant. in ſpecie, Jacobus Cancerius *tom.* 3. *variar.*
reſolut. cap. 4. *num.* 19.
Et maximè hoc eſt verum, cùm maritus in dote dica- 6
tur habere titulum oneroſum *l. ex promiſſione, ff. de*
action. & obligation. Jaſon, *in l. de diviſione n.* 13. *ff. ſoluto*
matrimon. Surd. *de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 121. Bar-
tol. *in l. fin.* §. 1. *ff. quæ in fraud. credit.* Paulus in l. *Mævia,*
§. 1 *ff. ſol. matrimon.* Jaſon, *in* §. *ſi quis in fraudem, n.* 30.
Inſtitut. de action, & in conſ. 171. *n.* 1. 12 *lib.* 4. *l pro oneri-*
bus, C. de jure dotium, Pinel. *in l.* 1. *par.* 3. *n.* 62. *verſ.* (In-
fertur 31.) *C. de bonis matern.* Matien. *in l.* 1. *titul.* 6. *glo.* 11.
n. 13. *lib.* 3. *Recopilatio.* Monter. *d. deciſ. n.* 9. Portoles *de*
cap. 11. *n.* 25. Capicius *deciſion.* 128. *n.* 10. Fab. de Anna
conſ. 90. *n.* 22. cui ſententiæ nos quoque libenter ſub-
ſcribimus, licèt contradicat Caballin. *in d.* §. 4. *n.* 7. ubi
N 2 dicit,

Digitized by Google

dicit, quod ſi rectè ponderetur text. in *dict. l. 1. C. de jure dotium*, loquitur de ſocero dotante; & tamen vult text. quòd ſi dos incipiat à traditione nulla marito competit actio pro evictione: & reſtrictio, quam facit *Aretinus* in extraneo videtur contra verba text. aperta *in d. l. 1.* Unde tenendum cenſeo, quòd diſtinctio illa in *d. l. 1.* ſervanda ſit, ut loquator tam in ſocero, quàm in extraneo dotante, Fontanel. *tom. 2. de pactis nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. p. 14. n. 17.* Cujus *Caballini* authoritas, licèt magna ſit, tamen non tantum, quantum *Aretino, & Neguſantio* tribuendum eſſe cenſemus: præſertim quod ipſe *Caballinus* non ſatis fundatè prædictam *Aretini, & Neguſantii* opinionem rejicit: & dum ille textus loquitur, quod ſi res in dotem data fuerit æſtimata, quod tunc ſi fuerit evicta, agatur actione ex empto, non procedit
7 quando ipſa dos non ſimpliciter data, ſed æſtimata fuit: nam æſtimatio in dote facit emptionem, quando pretium eſt æquivalens rei, *l. quoties, C. de jure dotium,* Bald. Jaſo. *in l. ex conventione, C. de pact.* Robertus Maranta *conſ. 49. num. 3. & in tractatu de multiplici alienatione prohibita, à num. 68.* Natta *conſ. 650. lib. 4.* Franciſcus Bec. *conſ. 12. à num. 1.* Petrus Surdus *conſ. 368. & 338. & conſ. 392. n. 1. & 2. lib. 3.* Afflictis *deciſ. 270.* Maſtrillus *deciſ. 144. num. 4. & 5. & deciſ. 194. part. 2.* Covarruv. *practic. q. 28. per totam.* Anton. Gomez *in l. 53. Taur. num. 42. & 22.* Aiora *de partitionib. 1. par. cap. 3. à num. 10. & ſeqq.* Morquec. *lib. 1. de diviſ. bonor. c. 9. n. 5.* Barboſa *in l. æſtimatis, ff. ſoluto mat. nu. 4. & 21.* Felician. *de cenſ. tom. 1. lib. 1. c. 3. num. 12.* Avendañ. *eod. tract. cap. 79. num. 1. & 2.* Mier. *de majorat. 4. part. q. 19. num. 14. & 15.* Maſcard. *tom. 2. de probat. concl. 663.* Guttier. *de juramen. 1. p. c. 1. num. 8. & in conſ. 22. à n. 1,*
8 Caſtil. Sotomaior *de uſufruct. cap. 4. à num. 7.* Et talis æſtimatio fieri debet ſecundum quod res valet tempore dotis datæ: Novel. *in l. æſtimatis, ff. ſoluto matrimonio.* Socinus *conſil. 60. col. lib. 3.* Marc. Mantua *conſ. 44. num. 6. tom. 2.* Queſada *cap. 14. num. 25. diverſ. qq. juris.*

9 In dote autem æſtimata dotator non ſimpliciter donat, ex quo dotem æſtimatam tradit, & cùm donatio iſta veluti quidam emptionis contractus reputetur, ſanè æquum eſt hujuſmodi dotantem, ſicuti in contracto emptionis, re evicta, teneri: ut in ſpecie ita tradit text. *in l. 1.* ubi Gloſ. & Odofred. *num. 1. 4. & 8.* Cyn. *num. 5.* Bald. *num. 1. & 9.* Angel. & Salyc. *num. 1. C. de jure dot.* hoc ipſum affirmat Caballin. §. 4. *num. 7.* Anton. Gomez *tom.*
10 *2. de contractib. cap. 2. num. 37.* Gregor. Lopez *in l. 22. tit. 11. p. 4.* Ubi autem prædicta æſtimatio non ob eam cauſam facta fuerit, ut dos poſt mortem donatarii ad dotantem revertatur, ſed ea intentione facta extiterit, ut ſciatur, quantum res ipſa valeat, & quantum conſtante matrimonio deteriorabitur, dotans ipſe de evictione non tenebitur, licet res in dotem data æſtimata evicta fuerit; quia eo caſu æſtimatio illa emptionis vicem non ſapit, ac proinde nec dotans de evictione tenebitur: ita in ſpecie Odofred. *in d. l. 1. n. 6. & num. 8.* & Cyn. *num. 5.* & Angel. & Salycet. *num. 4.* Bald. *num. 9.* Hieron. Port. *de conſort. d. c. 11. num. 22.* & ideo in vera dotis æſtimatione tranſit dominium ejus in maritum, *d. l. plerumque, §. ſed ſi ante, ff. de jure dot.* Bald. Novel. *de dote, p. 7. privileg. 39. ſeq.* Socin. *conſ. 55. lib. 1.* Anton. Rub. *conſ. 5. Caballin. d. §. 4. num. 7. in fin.* ubi dicit: quòd dominium dotis tranſit in virum incommutabiliter, & in reſtitutione non venit res dotalis, ſed æſtimatio ejus.
11 Quod procedit in dote verè æſtimata: nam ſi dotis confeſſio emanaverit conſtante matrimonio, & ejus promiſſio præceſſerit matrimonium per publicum inſtrumentum, talis confeſſio eſt firma, & creditoribus præjudicabit habitis ante dictam confeſſionem, Roman. *ſingul. 445.* Afflict. *deciſ. 402. num. 2.* ubi Cæſar Urſil. *num. 6.* Alciat. in *l. 1. ff. ſolut. matr. num. 16.* Alvar. Val ſ. *conſult. 6. n. 11. & 15. l. in contractibus, §. 1.* ubi Gl. *C. de non n. pec.* Paul. de Caſt. *conſ. 383. num. 1.* Alciat. *conſ. 332. n. 1.* Cravet. *conſ. 40. num. 1.* Socin. *in l. 1. n. 78. ff. ſolut. mat.* Petr. Sur. *conſ. 117. num. 23.* Fab. Tim. *in addit. ad Magon. deciſ. Lucenſ. 55. lit. C.* Covar. *lib. 1. var. c. 7. num. 5. verſ.* (*Primum.*)

Nota diligenter caſum ſingularem, quòd ſi res emp- 12
ta per mulierem evincatur à marito, cui eam dedit in dotem, committitur actio de dupla contra authorem mulieris, *d. l. ſi pro re, §. 1. cum ll. ſeqq. ff. de evict.* & ibi Bar. notat, Caballin. *d. §. 4. n. 8.* & mirum non eſt, quo- 13
niam mulier naturalis eſt domina rei dotalis, *l. in rebus, C. de jur. dot.* imaginarium dumtaxat dominium maritus habet, *l. doce ancillam, C. de rei vendicatione*, & propterea cùm jus dotis, quod mulieri reſervatum erat, per talem evictionem perimebatur, & ſic mulier efficiebatur indotata: ideò ſtipulatio duplæ committitur propter evictionem factam marito: Jaſ. *in l. Julianus, §. 1. in fine, ff. de verb. oblig.* Alex. *conſ. 67. lib. 2.* Neguſant. *de pig. p. 2. memb. 4. numero 28.* Caballin. *d. §. 4. num. 8.*

Ex ſuperioribus evincitur intellectus ad text. *in dict. l.* 14
ſi pro re pupilli, §. ſi pro evictione, verſic. [*Poteſt mulier ſtatim agere de evictione,*] ubi ſicut in ſpecie text. *in l. quamvis, ff. de jure dotium*, mulier poteſt agere de evictio- 15
ne, conſtante matrimonio pro re inæſtimata: ita ſimiliter probat § *ſi pro evictione*, poſſe agere pro re æſtimata, cùm ut utroque loco notatur, mulieris intereſt dotem non evinci, nec expenſis mariti fieri debet defenſio: de exercitio autem actionis nullum ibi verbum adeſt, quam ſuſcipere poteſt maritus invita etiam uxore, Paulus de Caſtro *in l. doce ancillam, num. 3. C. de rei vendicatione*, ubi dicit: Quòd ipſo jure uxor agit de evictione, non maritus: quia incipit eſſe indotata, & ſua intereſt eſſe dotatam; & quia melius tractatur à marito: & ille eſt caſus, *l. quamvis, ff. de jure dotium.* & dicit effectum *dict. l. doce ancillam* eſſe, ſi uxor vindicavit rem à poſſeſſore, & ſuccubuit, ſententia lata contra eam non 16
præjudicabit marito, qui citatus non fuit, nec ſcivit litem motam, *l. ſæpè, ff. de re judicata*, cum *ſimilibus*, ſed 17
ſententia lata contra maritum, qui habet jus vindicandi, benè noceret uxori ſoluto matrimonio; ſicut ſententia lata contra procuratorem, nocet domino; quia cenſe- 18
tur conſtitutus procurator in rem ſuam, & hoc, niſi culpa ſua maritus ſuccubuerit, ut probatur *in l. Titio centum, §. fin.* ſecundum Petr. & Cyn. *ff. de evictionib.* facit *d. l. ſi pro re, §. ſi de evictione.*

Ex hoc tamen redditur difficilis text. in *dict. l. doce* 19
ancillam, ubi apertiſſimè oſtenditur, non competere rei vendicationem mulieri agenti pro re dotali: & ita videntur ſuperiora corruere; cùm etiam in ſpecie *illius text.* agat mulier de re dotali non amittenda, ſed conſervanda: quare exiſtimatur conſiderandum illo caſu maritum paratum eſſe recuperare, & evincere ancillam occupatam ab illo poſſeſſore: & ita in hac ratione inhoneſtum, & injurioſum videri, ſi ignorante marito litigaret, & vi- 20
rile officium uſurparet mulier, & ita actionem vindicationis inſtitueret, cum per viros fœminæ, non è converſo per mulieres viri ſint defendendi, textus in *§. patitur, Inſtit. de injuriis*, ut cum judicio advertit Egregius Arias Pinellus *in l. 1. part. 3. n. 14. C. de bonis maternis.* Quòd 21
ſi maritus non extaret, vel ea ratione, quòd abeſſet, vel quod deſidioſus eſſet, & rei familiaris gubernandæ ineptus, dubium non eſſet, quin mulier admitti poſſet, cum rem maritus non recuperaret, & ageretur de uxoris præjudicio, quo caſu non ſolum in cauſa dotis, quæ præcipua ſemper eſt, & privilegiata habetur, verum etiam in alia, tanquam comparens pro ſuo intereſſe audienda fo- 22
ret, ex textu cum materia *l. ſi ſuſpecta, ff. de inofficioſ. teſtamento, & in l. ſi perluſorio, §. fin.* ubi notat Bart. *ff. de appellat.* etiam cœpto judicio per maritum, qui tamen ab eo deſtitiſſet: ſic colligitur ex notatis per Aym. Cravet. *conſ. 14. n. 4.* Covar. *pract. 13. n. 1.* Menoch. *l. 2. de arbit. caſ.*

ſ8, cen-

18. *centur.* 1. Anton. Queſada *diverſarum qq. jur. c.* 14. *num.* 14.

23 Ex his infertur, quod ſi mulier habens alia bona un-
de ſe dotaret, dedit in dotem marito rem reſtitutioni
ſubjectam, mortua uxore abſque liberis, maritus vigo-
re ſtatuti lucratur partem dotis, res illa in dotem data
eſt in caſu evictionis; quia evenit caſus fideicommiſſi.
Reſpondet Bald. *in conſ.* 468. Quidam babens, *lib.* 4.
quod maritus habet actionem pro evictione pro parte
ab ipſo lucrata in aliis bonis mulieris, allegat tex. *in d. l.*
1. *C. de jur. dot.* quem ſimpliciter refert Aym. Cravet.
conſ. 186. *num.* 17. Caballin. *d.* §. 4. *n.* 8. *verſ.* (Multer.)

24 Quando maritus vendit fuodum dotalem, an tenetur
de evictione? ponit Specul. *in tit. de emp. & vend.* §. *ter-
tio*, verſ. [*Item pone* :] & quando ſimul maritus, &
uxor vendunt, & ambo promittunt de evictione, am-
bo tenentur: & quando uxor vendit, & promittit de
evictione cum conſenſu viri, ipſa ſolum tenetur: Ale-
25 xan. *conſ.* 38. *lib.* 2. Natta *conſ.* 552. *num.* 2. Quia ille
intelligitur contrahere, cujus res erat, & ad quem per-
tinebat, textus eſt notabilis *in l. ſi liqueat*, ubi Baldus,
& Salycetus, *C. de officioſ. donation.* Unde ſi maritus,
qui dominus erat fundi intelligitur contraxiſſe, præſu-
26 mitur ad eum pretium perveniſſe: & *Natta* concludit
contra Alexand. *d. conſ.* 38. *lib.* 2. ubi dicit, quod licèt
res immobilis inæſtimata data à muliere viro in dotem,
venditur conſtante matrimonio per virum, & uxorem,
& ambo promittunt de evictione, præſumatur pretium
ad maritum perveniſſe, ut voluit Speculator *in tit. de
obligat. & ſolut.* §. *ante omnia*, verſ. (*Sed pone*,) Bald.
Paul. Salyc. *in auth. ſi qua mulier*, *C. ad Vellejanum*,
Alberic. & Bal. *in l. mater*, *C. de reiven.* Imol. *in l. ſi
cum dotem*, §. *transgrediamur*, *ff. ſolut. matri.* & *in l.
Modeſtinus, in fine*, *ff. de ſolut.* & *in l. cum vir. verſ.*
[Item adverte,] *ff. de uſucap.* & *in c. cum contingat*,
col. 15. *verſ.* [Quid autem ſi mulier,] *de jurejur.* Are-
tin. §. *eſt aliud*, *Inſtit. de donat.* & *in* §. *ſi judicio*, *col.* 14.
Inſtit. de except. Tamen prædicta Alex. *in d. conſ.* 38.
27 intelligit, ubi maritus, & uxor ſimul vendidiſſent, &
ſe obligaſſent: ſin autem mulier vendidiſſet cum conſenſu
viri, & inſtrumenta dicant, quòd ipſa recepit pretium,
& ſe ipſam obligavit de evictione, quæ ſequeretur, non
autem maritus, tunc ſtatur inſtrumento, adeo quod
mulier non poteſt petere aliquod pretium adverſus
maritum, ſeu ejus hæredes, præſertim ſtante juramento
appoſito in contractu prædicto: allegat *Imol.* qui hoc
dicit *in d. c. cum contingat*, & *in d. l. cum vir*, ſed in
caſu propoſito non maritus, & uxor ſimul vendiderunt,
ſed uxor cum conſenſu viri, & de obligatione ſe obli-
gavit: ergo cum non poſſit repetere pretium dotis, quod
recepit, ceſſat dotis hypotheca, quæ ut acceſſorium ſtare
28 non poteſt ſine principali, *l. item liberatur*, *ff. quib. mod. pig.
vel. hypoth. ſol. l. cum principalis*, *ff. de reg. jur.* Natta ta-
men *in d. conſ.* 552. *num.* 4. Reſpondet præmiſſis, quod
mulier vendens cum conſenſu viri, non ſola obligat ſe
de evictione, ſed etiam obligavit ſe vir cum ea; quo
29 caſu etiam Imola *in locis præallegatis* fatetur; quod pre-
tium præſumitur ad manus mariti perveniſſe, niſi
probetur in ejus uxoris utilitatem verſum fuiſſe.
30 *Natta* tamen loquitur in muliere, quæ vendit rem pro-
priam viri, cum viri conſenſu, unde non poteſt dici,
quòd pretium ad eam pervenerit, cum præſumatur ipſe
vir vendidiſſe, non autem mulier, cujus res non erat,
dict. l. ſi liqueat, *C. de inofficioſ. donation.* mulier autem
videtur appoſita venditioni ad cautelam emptoris, ne
poſſit vexare illum ratione hypothecæ dotis ſuæ.

31 Unde infertur, quod mulier competit pro dote data,
hypotheca, etiamſi res dotalis ſit evicta, *l.* 1. §. *ut ple-
nius*, *C. de rei uxor. act.* Rebuf. *to.* 1. *ad ll. Gallic. tit. de
conſtit. reddit. ar.* 1. *gl.* 14. *num.* 40. Caballin. *ubi ſup.
num.* 8. *in fine.*

32 Item etiam maritus pro dote evicta habet bona mu-
lieris tacitè obligata, ex Gloſſa celebri dicta *in* §. *fuerat*,
in verb. (hypothecaria,) *in fin.* *Inſtit. de act.* de cujus
ornatu videndus eſt Campeg. *de dot. p.* 2. *q.* 85. ubi eam
declarat, & *ibi* Jaſ. Monter. *d. deciſ.* 13. *num.* 2.

Si dotalis fundus in dotem filiæ datus, evincatur, 33
debet defendi ab hærede; ſi uxor eademque filia abſti-
nuit hæreditate paterna, *l. creditor*, §. *prædium*, ubi
Bart. *ff. de act. empt.* Caballinus *d.* §. 4. *num.* 6. *in fin.*

Advertendum tamen eſt; quod id quod per actionem 34
ex empto cõſequitur maritus re evicta, ſive ſit ſimplum,
ſive duplum convertitur in dotem: quia & ſi dos ſit æſti-
mata, & vera ſit etiam venditio, non tamen eſt ſim-
plex, imo dotis cauſa: caſus eſt notandus in *d. l. quoties*,
ff. de jure dotium, Conſtantius Rogerius *de dote*, *argu-
ment.* 12. *num.* 3.

Sed hîc quæritur: num mulier dotis donataria, à qua 35
per conſortes ſuperſtites res indiviſa in dotem donata,
vendicata, & evicta fuit, adverſus hæredes conſortis do-
nantis de evictione agere poſſit. In qua re ut perfecta
reſolutio habeatur, duæ concluſiones cum ſuis limitatio-
nibus obſervandæ erunt.

Quarum prima ſit, quod ubicumque res aliena, ve- 36
luti res fideicommiſſo, vel conſortio ſuppoſita, in do-
tem ab extraneo puellæ donata ſit, ſi hujuſmodi dona-
tio dotis à traditione incepit, & non à promiſſione, &
donans prædictus bonam fidem habuit, & rem dona-
tam alienam eſſe ignoravit, quod licet poſtea res illa in
dotem donata, evicta fuerit, donator ipſe de evictione
non tenetur: quoniam non debet quis ex ſua liberalita-
te præter ſuam intentionem damnum pati, & bona fides
quam donator tempore donationis habebat, donantem
ipſum immunem ab evictione reddit: ita in terminis *d.
l.* 1. ubi hanc ſententiam docent Gloſſa, & Odofred.
n. 6. in fine, & *n.* 8. Cynus, Bartol. Bald. Salycet. *C. de
jure dotium*, Aretinus *in* §. *fuerat. num.* 33. *Inſtitut. de
actionibus*, Bald. Novel. *de dote, parte* 7. *privilegio* 41.
& Neguſant. *de pignor.* 2. *part. membro* 4. *num.* 27. Imola
in c. fin. n. 18. Burg. *num.* 23. *de emption. & vendi.*
Campeg. *de dote*, 1. *par. q.* 80. *num.* 1. *privil.* 13. &
p. 2. *q.* 85. Anton. Gom. *tom.* 2. *c.* 2. *num.* 27. Greg.
Lop. *in l.* 22. *tit.* 11. *p.* 4.

Quæ quidem concluſio comprobatur ex eo, quod *ſu-
prà* retulimus in *antecedenti quæſt.* & *in iſta*, quod do-
nator de evictione non tenetur, quando donatio ince-
pit à traditione, & non à promiſſione.

Sed hæc concluſio limitanda eſt, ut minimè proce- 37
dat, quando ipſe qui dotem dedit, in dolo fuit, putà,
quod rem alienam ſcienter in dotem donavit, nec hujus
rei matrimonium contrahere volentes admonuit: nam
hoc caſu etiamſi hæc rei alienæ in dotem donatio à tra-
ditione inceperit, donator ipſe de dolo tenebitur pro-
pterea quod matrimonium contrahere volentes ſcienter
deceperit, ex *d. l.* 1. ibi: (*Dolo autem donatoris inter-
poſito*:) ubi Odof. *num.* 1. & 2. Cynus, *num.* 2. & 4.
Bald. Bart. Salyc. & hanc ſententiam uti juſtam, & ra-
tioni conſentaneam amplectuntur Imol. *in c. fin. num.*
18. Ant. de Burg. *num.* 23. *de empt. & vend.* Alex.
conſ. 176. *num.* 9. *lib.* 7. Ant. Gomez *d. c.* 2. *n.* 37. *l.* 22.
tit. 11. *p.* 4. *in medio*, & *ibi* Greg. Lop. (& *in glo.* 1. 38
Quærit, an viro petente, quod uxor ſibi ca-
veat de evictione rei dotalis, teneatur mulier? ad
quod vide Bar. *in l.* 2. *in fin. princ. ff. ſolut. matr.* & eſt
tex. cum Gl. *in l. non ſolum*, *ff. de jure dotium.*) Phanu-
tius *in tract. de lucro dotis gloſ.* 10. *n.* 70. *fol. mihi* 478. Sa-
lycet. *in l.* 2. *num.* 4. *C. de eviction.* Maſuer. *in ſua pract.
tit. de donation. n.* 7. Joan. Ferrar. *in forma libel. pro donat.
glo. fin. num.* 1. Gozadin. *conſ.* 60. *num.* 1. Rimin. *in* §.
1. *num.* 70. 72. & 108. *de donat.* Bernardin. Alfanius
in collectan. 838.

Secundò limitatur ſupra dicta concluſio, quando mu-
lier donataria ſibi cavit de evictione; quoniam tunc, 39
etiam ſi donatio dotis à traditione inceperit, dona-

Digitized by Google

tor ipſe ratione conventionis de evictione tenebitur; Od. f. *in d. l.* 1. *nu.* 6. & Bart. *in ſummario*, Salycet. *num.* 1. & 4. *C. de jure dot.* Imol. *in c. final. num.* 18. & Anton. de Burg. *num.* 23. *de empt. & vend.* Bar. *in l. ſi à matre, nu.* 1. *C. de jure dot.* Salyc. *in d. l.* 2. *C. de evict. num.* 4. Gozadin. *in d. conſ.* 60. *num.* 13. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 15. *num.* 1. Hippolyt. Rimin. *in* §. 1. *num.* 88. *Inſtit. de donation.*

40 Tertiò limitatur concluſio, ut minimè procedat, quando extraneus, qui dotem donavit, eam ſoluto matrimonio ſibi reddi ſtipulatus fuerit: quoniam ex quo hoc caſu donator non ſimpliciter donavit, cùm rem ipſam ſoluto matrimonio ſibi reddi ſtipulatus fuerit, ſanè de evictione teneri debet, *l. ſi pro re*, §. 1. *ff. de evict.* Aretin. *in* §. *fuerat, num.* 12. *Inſtit. de act.* Neguſan. *in tract. de pignor.* 2. *p. memb.* 4. *num.* 27. & 28. Bortol. *de conſor. c.* 11. *num.* 24.

41 Quartò limitatur prædicta concluſio, quando pater, & non extraneus dotem donaret; quoniam hoc caſu, ex quo officium paternum eſt filiam cum effectu dotare, *l. fin. C. de dotis promiſſ.* ubi Doctores, Alſan. *collectan.* 218. Ricc. *collect.* 164. *par.* 1. Maſcar. *de probat. tom.* 1. *conclu.* 156. Menoch. *lib.* 3. *de præſumpt. præſ.* 15. & 16. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gl.* 5. *num.* 13. Carrot. *in tract. de patre filiam ſimpliciter dotante*, ſi res ipſa à patre in dotem donata evincatur, ſanè juſtum erit, patrem ipſum de evictione teneri; in ſpecie tradit Aretin. *in* §. *fuerat, num.* 12. *Inſtit. de act.* quem ſequitur Neguſ. *de pig.* 2. *p. memb.* 4. *num.* 27. & 28. Campeg. *de dote*, 2. *p. q.* 85. Non enim rationabile eſt, patrem, qui filiam ex lege naturæ dotare tenetur, ex inutili donatione, rem alienam ei præſtando, ab hujuſmodi obligatione filiam ipſam cum effectu dotandi, liberatum fore. Quocirca securè reſolvi poterit, patrem ipſum dotantem, ſaltem intra legitimam, de evictione rei in dotem donatæ teneri, licèt donatio ipſa à traditione inceperit, ut ita cenſuit Hippolyt. Rim. *num. in* §. 1. *num.* 78. 79. & 80. quibus conferunt ea, quæ Tiraq. adducit *in l. ſi unquam, in verbo* (donatione largitus) *num.* 122. & 126. *C. de revoc. donat.*

42 Quintò limitatur dicta concluſio, ut non procedat, quando is, qui rem alienam in dotem donavit, temerariè aſſeruit, rem ipſam propriam ſuam eſſe: quoniam hoc caſu propter temerariam aſſertionem, ut qui temerariè rem ſuam eſſe aſſeruit puniatur; & ut alii à talibus aſſertionibus contineantur; receptum eſt, rei alienæ donatorem de evictione teneri, licet donatio à traditione inceperit, ut docet Paul. de Caſtr. *in l. ſi rem meam, ad fin. ff. de ſolut.* Jaſ. *conſ.* 73. *num.* 3. *lib.* 1. Hippolyt. Rimin. *in* §. 1. *num.* 98. *Inſtit. de donat.*

43 Huic autem concluſioni licet prima fronte adverſari videatur id, quod ſuprà retolimus, tamen revera ei illud non repugnat, quoniam inter has concluſiones longa differentiæ ratio aſſignari poteſt; nempè quod, ideò dotem donans, ſi à traditione incepit, de evictione non tenetur: ſi autem à promiſſione incipiat, de evictione tenetur; quoniam ille, qui à traditione incipit, potiùs diſtrahendi, quàm ſe obligandi, & contrahendi animum habet, ut probat text. *in* §. *ſed hæc ſpecies, Inſtitut. quib. mod. re contrah. obligat.* & text. *in l. in numerationibus*, & in *l. qui hominem ff. de ſolution.* & in *l. ſed ſi ego*, quem *ibi* advertit Aretin. *ff. ad Vellei.* Et æquiſſimum eſt, neminem præter intentionem obligari, ut probat

44 text. in *l. qui in aliena, in princ. ff. de acquir. hæred.* ergo meritò hic dotem donans, & à traditione incipiens, præter intentionem ad evictionem obligari non debuit. Quod ſecus eſt in eo, qui dotem donavit, & à promiſſione incepit, quoniam ex quo dotem promiſit, magis animum contrahendi, & ſe obligandi, quàm diſtrahendi habuit: & ideò non præter intentionem, ſed voluntariè ſe obligare voluiſſe jura præſumunt, & ipſum non inutilem promiſſionem, ſed efficacem efficere intendiſſe jura exiſtimant. Unde ſi rem ipſam in eum, cui promiſit cum effectu, & irrevocabiliter non tranſtulerit, obligationi, & promiſſioni ſuæ non plenè ſatisfeciſſe putatur, *l. ubi autem*, § *fin. ff. de verb. oblig. l. item, eorum*, §. *ſi decreverit, ff. quod cujuſque univer. num.* & ideò re illa promiſſa evicta, de evictione tenetur: & hanc differentiam inter hos caſus nominatim aſſignat Odoſ. *in d. l.* 1. *num.* 3. & 8. Bal. *num.* 9. Salyc. *num.* 4. *C. de jure dot.* Hippoly. Rim. *in d.* §. 1. *num.* 74. *de dona.* Cuman. *in l. Ariſto*, §. *fin ff. de donat.*

Quod tamen limitandum eſt, ut minimè procedat, 45 quando maritus ſciens rem ipſam in dotem promiſſam alienam eſſe, & illam in dotem acceptavit, quoniam tunc etiam ſi hæc donatio à promiſſione inceperit, maritus de evictione agere nequibit, ut poſt Bald. *in l. ſi à matre, C. de jure dot.* aſſerit Jaſ. *in* §. *fuerat, num.* 34. *Inſtit. de action.* & Rip. *reſp.* 140. *num.* 10.

Iterum enim limitandum eſt, quando evictio proceſ- 46 ſit virtute hypothecæ ignoratæ, ut quia res per anteceſſores donatis obligata extiterat. Nam hoc caſu donans de evictione non tenetur, licet donatio ipſa à promiſſione inceperit, uti cenſuit Paul. de Caſtro *in l. ſi rem meam, in fin. ff. de ſolu.* quem refert & ſequitur Afflict. *in c.* 1. *nu.* 8. *de capit.* Conrad. Vivius *in lib. commun. opin.* Verb. (*donatio* ubicumque incipit à promiſſione) *num.* 3. Portol. *de conſortib. d. c.* 11. *num.* 23.

Advertendum tamen eſt in hac quæſtione, quod ſi- 47 cut in vera venditione venditor tenetur de evictione, etiamſi de ea nihil cautum ſit, *l. in vendendo, ff. de contrahen. empt. l. quod ſi nolit*, §. *qui aſſidua, ff. de ædil. edict. l.* 60. *ff. de evict. l. non dubitatur, C. eod.* Ita etiam mulier tenebitur de evictione rerum æſtimatarum *l. quoties* 17. *ff. de jur. dot.* ſimiliter & ſocer, qui res æſtimatas dedit in dotem, quæ poſteà evictæ ſunt, de evictione tenebitur, ex *d. l.* 1. *C. de jure dot.* ubi notat Bald. *nu.* 4. Barboſa *in l. æſtimatis* 51. *ff. ſolut. matrim. num.* 13. *in fine.*

Ex quibus infertur explicatio ad text. *in l. Mævia* 50. 48 §. *fin. ſolut. mat.* ibi enim eſt caſus, quod fundus æſtimatus datus eſt in dotem, & creditor ratione hypothecæ illum evicit à genero: Quæritur utrum ſoluto matrimonio mulier, quæ patris hæres non extitit, poſſit æſtimationem fundi à marito repetere? & reſpondet *Juriſconſul.* non poſſe, ſed mulieri petenti obſtare doli exceptionem. Ratio eſt; quia mulier in dote videtur habere cauſam lucrativam, ut *ſup. num.* 6. diximus, & autho- 49 ris dolus ſolet nocere particulari ſucceſſori ex cauſa lucrativa, *l. apud Celſum*, §. *ſi quis autem ff. de doli excep.* Ex qua colligitur, idem eſſe recipiendum, etiam ceſſante dolo patris. Satis eſt enim agere quem ratione contractus celebrati per authorem, ut ei obſtet exceptio, quæ authori obſtaret: ita in ſpecie Cuman. *in d. l. Mævia*, §. *fin. ad fin.* & *ibi* Paul. *num.* 4. reſolvit receptum Alex. *in l. ſi cum dotem*, §. *ſi patri, num.* 5. *ff. ſolut. matr.* Barboſ. *ubi ſup. num.* 14.

Sed dubitatur, Utrum maritus teneatur cedere actio- 50 nem mulieri, quæ ſibi competebat adverſus hæredes ſoceri? & dicendum videbatur teneri, ex text. *in l. ſi ſocer* 44. §. *Lucius, in fin. ff. ſolu. mat.* & ex regula *l. in creditore* 38. *ff. de evictio.* ita Gloſ. *in d. l. Mævia*, §. *fin.* verbo, (*obeſſe*:) quam ſequitur *Bal.* Contrarium tamen, imo nec actionem debere cedere, tenent Jacobus de Aretio *in d. l. Mævia*, §. *fin.* & Bart. *ibi num.* 1. Roman. *num.* 16. Qui aſſerit receptum ea ratione; quia maritus poſt ſolutum matrimonium non poteſt agere de evictione; quia ſua non intereſt, cum evictum apud eum remanere non poſſit: & ideo actionem quam non habet cedere non poteſt, *l. ſi procuratorem* 8. §. *ſi liber homo, ff. mandat.* Circa concordiam harum opinionum inſiſtit Campegius *in tract. de dote, par.* 2. *q.* 86. Sed inſignis Barboſ. *in d. l. æſtimatis, numero* 14. concordat has opiniones, quod aut maritus vult ſolvere æſtimationem fundi mulieri; & tunc ipſe 51

agere

agere poteſt de evictione propter propium inte-
reſſe, *l. ſed & ſi*, 23. *ff. de evict.* Et tunc ceſſat du-
bitatio, utrum teneatur cedere actionem mulieri? cum
ei jam ſatisfactum ſit per ſolutionem æſtimationis: Aut
non vult æſtimationem ſolvere oppoſita exceptione do-
li; juxtà terminos *d. l. Mævia*, §. *fin.* Et cum tunc nullum
poſſit prætendere intereſſe, nec actionem, quam
non videtur habere, poteſt cedere, ut ſup. dictum
52 eſt. Et generale eſt ut actio alicui competens extinguatur,
tur, ſi ex poſtfacto ceſſet intereſſe, *l. fin.* §. 1. *ff. ad l.
Rod. de jactu*, Bar. *in l. ſi quis quemquam*, §. *fin.* & ibi
Jaſon, *num.* 3. *ff. ſi quis caution.* Ex quibus colligitur,
quod licet maritus conſtante matrimonio poſſit agere de
evictione, vel etiam uti remedio l. *creditor*, 54. §. *præ-
dium, ff. de actio. empt.* ubi notat Paul. de Caſtr. *in fin.*
tamen poſt ſolutum matrimonium agere non poterit
de evictione.

53 Nec eſt omittendum, quod cùm hæc venditio, quæ
videtur induci per æſtimationem, non ſit ſimpliciter ven-
54 ditio, ſed reſtricta ad cauſam dotis; in aliquibus vide-
tur differre à ſimplici venditione, maximè quoad ma-
55 teriam evictionis: Primum ponitur *in d. l. quoties*, 17.
ff. de jur. dot. quod licet emptor id, quod habet ex cau-
ſa evictionis efficaciter penes ſe retineat, juxta tit. *ff.
& C. de evict.* tamen id, quod maritus habuit ratione
evictionis, tenebitur uxori reſtituere ob rationem in
eo tex. expreſſam, cùm qua concordat *l. jure ſuccur-
ſum*, 7. §. *fin. ff. de jur. dot. & l. penult.* §. *fin. in fin. eod.
tit.* Cujac. *lib.* 17. *obſervat. cap.* 1. Barboſa *ubi ſup. num.*
55. Ex quo tamen colligitur illud tantum procedere,
56 quando id quod datur nomine evictionis, maritus ab
ipſa muliere recuperat, agendo adverſus eam de evictio-
ne: ita ut videatur eſſe in damno. Aliud igitur erit di-
57 cendum, ſi intereſſe evictionis ſolvatur per extraneum,
vel etiam per patrem mulieris, quia ceſſat illius textus
ratio: ita Bald. Novel. *de dot. p.* 7. *privileg.* 40. cui ſe
ſubſcripſit Gregor. Lopez *in l.* 18. *tit.* 11. *p.* 4. *gloſ.* 3.
In quo cavendum eſt ab Angelo *in l. in ubi*, *ff. de pet.
58 heredit.* & Cremenſi *ſingulari* 68. dum ſecurè dicunt,
quod intereſſe exactum à patre uxoris, mulieri eſt reſti-
tuendum. Item & juxta prædicta eſt explicandus Bart.
in d. l. Mævia, §. *fin. num.* 3. Campeg. *de dote*, 2. *p. q.* 87.

59 Quin imò & quod maritus recepit ab uxore non te-
nebitur reſtituere, niſi illud, quod habet tamquam lu-
crum, ſcilicet, deductis oneribus matrimonii, ut colli-
gitur ex ratione *d. l. quoties*, adjuncta *l. non amplius*, in
principio, *ff. de legat.* 1.

60 Eſt & ſecunda differentia, quod in ſimplici vendi-
tione, ſi res vendita pretioſa ſit, cogitur venditor du-
plam promittere in cauſa evictionis, *l. emptori duplam*,
37. *ff. de evict.* Tamen mulier, quæ fundum æſtimatum
tradidit, regulariter duplam repromittere non tenetur,
ut videtur probare text. *in l. non ſolum*, *ff. de jure dot.* per
quem, hanc differentiam conſtituit Bald. Novel. *de do-
te*, 7. *p. privileg.* 23. & Gregor. Lopez *in l.* 18. *tit.* 11.
p. 4. *gloſ.* 3. quæ tamen differentia ex ſententia Barboſæ
ubi ſup. num. 16. non videtur probabilis, & dicit non
obſtare *d. l. non ſolum*, *ff. de jure dot.* quia ultra Gl. *ibi*,
quam *Bal. & Jacob.* probant; imo advertit *Barboſa*, tex.
illum bene expenſum ſtare adverſus *Bald. Novellam*:
ſentit enim, quod ſi fundus fuerit æſtimatus; quia
tunc celebrata cenſetur venditio, mulier tenetur du-
plam promittere; ubi autem fundus eſt inæſtimatus,
tunc generaliter mulier non tenetur duplam promit-
tere: ſi tamen eam nihilominus promiſerit, id quod
ab uxore acceperit maritus, tenebitur illi reſtituere
61 poſt ſolutum matrimonium. Et ad hunc modum de-
bet declarari *l. ſed & ſi*, 23. *ff. de evictionibus.* Sed
quid ſi dos non ſit æſtimata, & tamen res aliqua do-
talis evincatur, utrum maritus poſſit agere de evictio-
ne? & text. *in dict. l.* 1. *C. de jure dotium*, videtur
probare, quod ſæpè diximus, ſi dos incipit à datione,
ſeu traditione, non poteſt agere de evictione, ſi verò
à promiſſione, & res poſteà tradita evincatur, tunc
maritus poſſit agere de evictione: ita Gloſ. Bartol.
Bald. Salycet. Novel. *d.* 7. *parte, de dot. privileg.* 42.
Jaſon *in* §. *fuerat*, *inſtitut. de actionibus*, *num.* 33.
Anton. de Burgos *in cap. fin. num.* 24. *de empt. & vend.*
Ruin. *conſ.* 121. *num.* 8. *ad finem*, *lib.* 5. quam probat
l. 22. *tit.* 11. *p.* 4.

Notandum tamen eſt, quod ſicut pro dote danda, vel 62
reſtituenda, inducitur marito, & uxori, tacita hy-
potheca bonorum, ut *in l. unic.* §. *& ut plenius*, *C. de
rei uxor. act.* & hoc privilegium datur actioni de dote,
ſecundum Bart. *in l.* 1. *col.* 1. *ff. ſoluto matri.* competit
etiam pro dote evicta, ſive ipſi conjuges fuerint vel
promiſerint dotes, aut receperint, ſive alii pro ip-
ſis promiſerint, dederint, vel eorum conjugum nomi-
ne receperint, hoc poteſt convenire doti Eccleſiæ ex
parte dotantis tantum; quia teneri debet de evictione
dotans Eccleſiam, ne alias Eccleſia remaneat indotata,
& ſpeciali favore Eccleſiæ: ita Paul. de Citadinis *in tract.
de jurepatron. p.* 3. *in* 12. *q. ſecunda cauſa*, *num.* 45.
Cæſar Lambertin. *eod. tract.* 8. *ar.* 5. *q.* 1. *p.* 1. *lib.* 1.
fol. mihi 82. *num.* 7.

Et confirmatur, quod ſicut bona dotantis mulierē ſunt 63
hypothecata viro pro evictione, caſu quo contingat
perire, cum illa diſtinctione dicta, an dos ſit pro-
miſſa æſtimata, ut puta tales fundos pro mille, ut ſi
fundi fuerint evicti ante dationem, poterit agi actione
ex empto: quia ſi maritus recepiſſet illos æſtimatos, ef-
ficeretur debitor pretii, & non rei, quaſi res ibi ſit ven-
dita, *d. l. quoties*, ubi dicitur, quod ſi duplum conſe-
quutus fuerit, reſultabit in utilitatem mulieris, quando
extraneus dederit, vel promiſerit dotem, qui de evictio-
ne tenetur ad duplum ſi intervenit ſtipulatio. *l. ſi dupla*,
l. evicta re, §. *dupla*, cũ ibi notatis, *ff. de evict.* Eodem mo-
do, ſi evinceretur, vel periret res promiſſa nomine dotis
Eccleſiæ antequam Eccleſia ædificaretur, vel antequam
cogeretur promiſſor dare dotem, tunc periculo promiſſo-
ris, & hæredum periret, ſicut quando evincitur, vel pe-
rit res nomine dotis mulieris promiſſa ante matrimo-
nium. Cæſar Lamb. *ubi ſup. num.* 8. dicit. Tunc circa
hoc, ſi bene fundus evinceretur in caſu ſup. dicto, quam-
vis promiſſor de evictione teneatur, tamen non tenebi-
tur ad duplum, ſi intervenit ſtipulatio, ut de dote mu-
lieris eſt dictum: quia illud duplum veniret loco pœ-
næ, ut ibi, & pœna de jure Canonico dupli, tripli, &
ſimilis non habet locum, nec procedit, ut eſt Gl. ſin-
gularis *in c. finita, in verb.* [cum augmento,] *in ſi.* 12.
q. 2. ubi vult in hujuſmodi caſu non habere locum pœ-
nam: Abb. *in c. ſuam*, *in* 2. *notab. de pœn.* DD. *in c.
commiſſa, de election. lib.* 6. Felin. *in c.* 1. *col.* 11.

Proceditur ulterius Paul. de Citadin. *ubi ſup.* quod ſi 64
dos ſit in re inæſtimata, ſicut ſi talis dos evincitur, &
promiſſio, ſeu pollicitatio præceſſit dationem, datur con-
tra ſocerum pro dote evictio ex ſtipulatu, vel pollicita- 65
tione, *d. l.* 1. *C. de jur. dot.* quia non datum eſt, quod dari
debuit, ex quo datum fuerit evictum, *l. ubi*, §. *fin. ff. de
verb. obliga.* ubi ſi quis ſtipulatur rem dari, intelligitur,
ut dominium quoquo modo fiat accipientis, *l. ratio*, *in
princip. ff. de action. empti*, ubi non videtur venditor poſ-
ſeſſionem tradidiſſe, quæ jure avocata eſt ab emptore,
& tenetur venditor occaſione illius poſſeſſionis; ubi
Gloſſa ponit concordantes. Eodem modo ſi dos data Ec-
cleſiæ conſiſtat in re æſtimata, præcedente promiſſione,
vel pollicitatione, ea evicta aget Prælatus Eccleſiæ con-
tra dotantem actione ex ſtipulatu, vel pollicitatione:
ſi autem ulla præceſſerit pollicitatio, ſeu promiſſio in
dote mulieris, ſicut tunc non tenetur mulier de evi-
ctione, niſi doloſè in dotem dediſſet rem alienam, ita
nec dans dotem Eccleſiæ tenebitur de evictione, etiam
dote data evicta, ſi non præceſſit ſtipulatio, vel polli-
citatio.

67 Circa tamen hoc erit animadvertendum; quia ſumus
in dote data Eccleſiæ per fundantem, & conſtruentem
illam, & ideò ſemper intelligitur præceſſiſſe ſtipulatio,
vel ſaltem pollicitatio: quia aliàs non habuiſſet licentiam
fundandi Eccleſiam à Diœceſano, *cap. nemo, de con-
ſecrat. diſtin.* 1.*cap.pia mentis*, 16.*q.* 7. *cap. placuit*, 1.
q. 2. & *ibi* Doctores, Et ſi fuiſſet caſus, quod quidam
Tertius dotaret habendo conſenſum Epiſcopi, qui re-
quiritur ad effectum ut ſit patronus, ut *in c. nobis*, *de
jurepatronatus*: dicitur etiam præcedere pollicitatio,
quia impetrando conſenſum pollicetur dotare: ſic in
dote Eccleſiæ non poterit dari caſus quin ſaltem præ-
ceſſerit pollicitatio, & ſic ſemper patronus tenebitur
de evictione pro dote Eccleſiæ. Quod tamen ſi non
68 præceſſerit nec promiſſio, nec ſtipulatio, & mulier
dediſſet doloſè rem alienam; tunc in honorem ma-
trimonii non detur contra uxorem actio de dolo,
quia eſt infamatoria, *l.* 1. *ff. quib. ex cau. infam. irro-
get. l.* 1. *ff. rer. amo.* ſed dabitur actio in factum ge-
neralis, *l.* 1. *C. de jure dot.* tamen in hoc non vult *Paul.
de Citad.* eſſe ſimilitudinem inter dotem mulieris, &
Eccleſiæ, ſed vult contra dotantem Eccleſiam, & do-
loſè dantem res alienas poſſe agi etiam actione de do-
lo, quia dotans Eccleſiam dicitur extraneus quoad Ec-
cleſiam, ex quo illam non habet in poteſtate, *l.* 1. §.
extraneum, *C. de jur. dot.*

69 Ulterius quæritur, an maritus vendens rem dota-
lem, ipſemet eam vendicare poſſit offerendo pretium,
& intereſſe? Ex parte mariti dicebatur, quod ille cum
juramento vendidit, & ſic ſequitur, quod teneatur de
evictione, *l. non dubitatur*, *C. de evictionibus*, & cum
70 teneatur de evictione, exceptione repellitur: quia quem
tenet evictio, repellit exceptio, *l. cum à matre*, *C. de
rei vendicatione*, *l. vendicantem*, *ff. de evictionibus* cum
ſimilibus; imo hæc eſt communis opinio Doctorum *in
l. cum vir*, *ff. de uſucapio.* Cynus *in l.* & *ſi is*. *C. de præd.
min. num.* 2. Canoniſtæ in *cap. cum contingat*, & maxi-
mè Imola *de jurejurando*, *num.* 10. Speculator *in tit. de
empt.* & *vendit.*

71 Tanto magis in contractu emptionis, ubi maritus
promiſit evictionem: & regula eſt clara, quod in con-
tractu quantumcunque à lege prohibito, ſi evictio eſt
ſtipulata, debetur: ita Bar. *in l. quemadmodum*, *num.* 7.
C. de agric. & *cenſit. lib.* 10. Joan. de Fermo *in reperto-
rio*, *verb.* (maritus alienans) *num.* 98. Et in iſto caſu non
ſolum tenetur ad evictionem promiſſam, ſed etiam ad
pœnam inſtrumento ſtipulatam, præſertim ipſo emptore
ignorante. Ita *Specul.* quem defendit Alexand. *in conſ.*
109. *lib* 4. *per totum*, contra *Joannem de Imola* tenentem
contrarium *in d. l. cum vir.*

72 Dicitur etiam, quod iſte maritus vendidit, & iſto
caſu geſſit factum proprium cum Juramento, & nemo
contra factum proprium juratum venire poteſt, *l. ſi
poſt mortem*, *ff. de adoptioni. l. ſi quis major*, *C. de tranſ-
action.* cum ſimilibus; Vincent. Carrot. *deciſio* 71. *n.* 4.
Seraphin. Olivar. *deciſ.* 324. *nu.* 1. & 6. *Gloſ. in l. quem-
admodum*, *C. de agricol.* & *cenſit. lib.* 11. *l.* 1. *C. de li-
berali cauſa*, *l. murileguli*, *C. de murilegulis*, *lib.* 11.

73 Et etiam dicitur, quod quatenus maritus audiri de-
buiſſet, à principio offerre debebat omnia damna, atque
jure empti tenebatur, *l. emptori*, 67. *ff. de evict. in l.
fidejuſſor*, *ff. de doli except.* ubi DD.

74 Sed dicendum videtur, quod maritus alienans rem
dotalem, ipſemet revendicare poteſt. Ita Gloſ. *in verbo*,
(interdicta, *Inſtit. quib. alienare lic. vel non*: & in
verb. (*cum enim lex*) Bartol. Imola, & DD. *in l. cum
vir*, *ff. de uſucapio.* Imol. *in d. c. cum contingat. de jure-
jurando*, Salycet. *in l. unica*, §. & *cum*, *C. de rei uxor.
actio.* & *ibi Gl.* verb. (alienare,) Specul. hoc idem fir-
mavit titulo *de empt.* & *vendit.* §. 2. *num.* 7. hæc opinio
eſt communis prout *Aretinus* refert in *princ. Inſtit. qui-
bus alienare*, &c. & declarat Franciſc. Turzanus *in tract.
commun. opinion. opin.* 4. *in regula* 115. Baldus Novellus
in tractatu de dote, 7. *part. in primo privilegio, limitatio-
ne* 12. Joannes Campegius *in tractat. de dote*, *q.* 220.
incipit, *An maritus vendens?* Sempronius Accius *deciſ.*
135. *Archiepiſcopatus Bareſit. num.* 7.

Nec movere debent adducta in contrarium: nam li- 75
cet maritus teneatur de evictione in *locis ſup. citatis*,
non excluditur à rei vendicatione ſolvendo omnia, quæ
veniunt nomine evictionis: Sempron. Accius *in d. de-
ciſion.* 135. *num.* 8.

Minus videtur facere text. in *d. l. ſi poſt mortem*; quia 76
facilis eſt reſponſio: nam multum refert an quid fiat,
an verò ſit prohibitum? ut ait Gloſſa *in dict. l. ſi poſt
mortem*, & Bartol. declarat in *dict. l. quemadmodum*, *n.* 1.
C. de agric. & *cenſit. lib.* 10. & Salycet. *in dict. l. cum lex*,
n. 11. quod in iſto caſu poteſt contra factum proprium
venire, & voluit Alexand. *conſil.* 93. *in fine*, *lib.* 2.
Bartol. *in l. jubemus*, *la* 2. *C. de ſacroſanctis Eccleſ. d.* 10.
Grammaticus *deciſione* 12. *n.* 14. Laurentius Calcaneus
conſ. 125. *n.* 6. Natta *conſ.* 198. *n.* 24. *lib.* 1. Boeza *in tra-
ctatu de non meliorand. rat. dot. filiabus*, *c.* 35. Guttier-
rez *libro* 3. *practicarum quæſtionum*, *quæſtion.* 41. Alvarus
Valaſcus *conſultat.* 69. *num.* 14. Surd. *conſ.* 23. *num.* 97.
lib. 1.

Tandem quærendum eſt, an evictio promiſſa pro 77
redditibus dotis, extendatur ad alios redditus in locum
primorum ſubrogatos, ſi fuerint evicti? Nam inter
alias dotes conſtitutas quæ fieri ſolent in contractibus 78
matrimonialibus, fuerunt aliquando aſſignatæ certæ
quantitates redditus per quoſdam cum promiſſione de-
fenſionis, & evictionis in forma, & cum pacto, quod
in caſu reluitionis dictorum redditum, deberet capitale
de novo converti in emptionem aliorum redditum, cum
interventu dotantium: evenit, quod facta reluitione di-
ctorum redditum, & de novo facta emptione aliorum
cum dicto interventu iſti redditus fuerunt evicti: directa
eſt actio contra dotantem, & pro defenſione ejus in
cujus favorem ſunt redditus aſſignati, facit, quod ne-
dum pater dotans, ſed ejus hæres, tam ex pacto nu-
ptiali, quàm de jure tenetur non ſolum ad liberandum
rem dotalem filiæ repertam obnoxiam, & conſequen-
ter ad eius defenſionem, ſed etiam ad evictionem, ad
textum in *l. creditor*, §. *prædium*, *ff. de actionibus
empti.*

Neque obſtat, quod redditus de quibus agebatur,
non erant ipſi aſſignati in contractu matrimoniali: &
quod res empta ex pecunia dotali, non efficitur dota- 79
lis, *l. ex pecunia*, *C. de jure dotium*, quia *dict. l.* limita-
tur, quando redditus eſſent empti ex pecunia proventa
de redditibus dotalibus per virum cum conſenſu uxoris,
ad utilitatem matrimonii, ut in caſu iſto: quia tunc
dotales dicuntur, ut dixit Gloſſa in *dicta l. ex pecunia*,
in Gloſſa magna, per textum *in l. res*, *quæ ex dotali*, &
in l. ita conſtante, *ff. de jure dotium*; Campegius *de dote*,
parte 4. *quæſt.* 8. Cravetta *conſ.* 304. *num.* 7. Aug. Beroi.
conſ. 165. *num.* 41. *lib.* 2. Maſtril. *deciſ.* 36. *num.* 3.

Item limitatur, quando pecunia dotalis deſcendit ex 80
pretio rei dotalis, & eſt deſtinata in emptionem alte-
rius rei ex cauſa neceſſaria; tunc enim res empta ex
illa pecunia efficitur dotalis, & cum eiſdem privilegiis:
& eſt ratio; quia pecunia dotalis deſtinata in emptio-
nem prædiorum, ſeu redditum, non cenſetur uti pe-
cunia, ſed uti prædium dotale, ſeu redditus: & ideò eſt,
ac ſi fieret permutatio, & ſubrogatio cum eiſdem privi-
legiis: ita Decianus *reſponſo* 59. *n.* 8. & 13. & res per-
mutata cum re dotali efficitur dotalis, ut poſt alios dixit
Decian. *reſp.* 27. *n.* 5. & *reſponſo* 52. *num.* 35. *lib.* 1. &
reſpon. 43. *n.* 15. 21. & 22. Maſtril. *d. deciſ.* 36. *n.* 5.

Præterea, licèt promiſſio evictionis, & defenſio- 81
nis, quamvis fuerit facta pro illis redditibus aſſigna-
tis in contractu matrimoniali, tamen extenditur ad
iſtos redditus evictos ex eorum pretio emptos in

conſe-

conſequentiam neceſſariam, cum non ſimus in caſu
omiſſo, ſed comprehenſo, maximè dotis ſavore; quia
in ea vertitur publica utilitas, cum Reipublicæ interſit
mulieres non eſſe indotatas, *l.* 1. ubi omnes DD. *ff. ſo-*
82 *luto matrimonio*; & ideo fit extenſio in pœnalibus: Nat-
ta *conſ.*346. *num.*4. & 9. Fortius in re ſubrogata ha-
bente ſimilem qualitatem, ſive ejuſdem ſpeciei; ut poſt
Albericum, & Jacob. concludit Everardus *in locis legali-*
bus, in loco, *à vi ſubrogationis*, *n.*14. Boërius *deciſ.*212.
*n.*14. Anton. Gabr. *de regulis jur. conclu.*2. *n.* 27. De-
cian. *reſpon.*27. *n.*2. *lib.*1. & *reſponſa* 43. *num.*17. *lib.*3.
imò in re habente ortum à prima, Neguſant. *de pignor.*
2. *membro*, *parte* 2. *num.*25. Ruinus *conſ.*160. *colum.*3.
*lib.*1. Gabr. *dict. concl.*2. *num.*54. Carrot. *de locat. &*
*conduct. tit. de ſublocat. q.*36. Accedebat ulterius, quod
iſti redditus fuerunt empti de novo cum interventu, &
conſenſu dotantium pro cautela dotium, & ſic eve-
niente evictione dotans non erat liberatus, ex traditis
per Cravet. *conſ.* 304. *num.* 1. & 7. verſ. [*Secundo reſ-*
pondeo.]

83 In contrarium tamen extitit, quod cum evictio fue-
rit promiſſa pro redditibus in contractu aſſignatis, quod
utique non extenditur ad alios redditus de novo ex eo-
rum pretio emptos; & cùm hoc fuerit omiſſum, ha-
betur pro omiſſo, ut in terminis evictionis determinat
poſt alios Anguiſſol. *conſ.*273. *n.*5. & 6. optimè Socinus
Senior *conſil.*70. *n.*5. *lib.*3.

84 Contractus enim non recipiunt interpretationem
ampliativam, ſed tantum arctativam, etiamſi ſine ea pro-
miſſio ſtare nequeat, ut pulchrè expendit Bald. *conſ.*145.
*lib.*3. Burſatus *conſ.*449. *n. ultima*, *lib.* 4. Roland. *conſ.*
58. *num.*64. *lib.* 6. & in terminis Rumus *conſ.* 392. *n.*
18. *lib.*4. Et cum non fuerit facta mentio de evictio-
ne, & defenſione iſtorum redditıuum in caſu reluitionis
de novo emendorum, ſed tantum de defenſione reddi-
85 tuum in contractu matrimoniali aſſignatorum, utique
cenſentur partes non voluiſſe, Beccius *conſil.*1. *num.*14.
Cephalus *conſil.* 144. *lib.* 2. in terminis Petrus Surdus
conſilio 150. *num.*33. ubi etiam ait, quod ſi partes vo-
luiſſent, utique expreſſiſſent, *cap. inter corporalia*, *de*
tranſlatione Epiſcopi, *cap. ad audientiam*, *de decimis*,
Gloſſa *in cap. ad audientiam*, *in verſiculo*, (Obventiones)
in fine, *de Eccleſiis ædificandis*, *l.* 1. §. *ſin autem deficientis*,
C. de caducis tollendis. Maximè ſtante dictione (*dictorum*
86 *redditum*,) quæ dictio (*dictorum*) eſt perſonaliſſima,
& non extenditur de re ad rem; ſed tantum illa res, vel
perſona comprehenditur, quæ oculis corporeis legi
poteſt; ut poſt alios dixit Burſatus *conſ.* 64. *num.* 21. &
magis in terminis *in conſ.*13. *num.*33. *lib.* 1. & poſt Rip.
& Pancirol. Riminald. *in dict. conſ.*191. *num.* 34. *lib.* 4.
qui redditus in caſu iſto non ſolum non fuerunt evicti,
ſed eorum capitale pervenit in poteſtatem mariti, ſtante
reluitione facta pro certa cauſa, nec extenditur ad
87 aliam: Surdus *d. conſ.*150. *num.* 69. & 93. Oſaſchus
conſilia 33. *à num.*14. Adeò quod oculis corporis legi
debet promiſſio evictionis, vel indemnitatis, ut quis
poſſit condemnari, ut dixit Paulus Pariſius *conſilia* 109.
& *ſequenti*, *lib.* 1. Simon de Prætis *conſilia* 71. *num.*
41. & 45. Maſtrillus *dicta deciſion.*36. *num.*13. ubi di-
cit, quod tanto magis hæc omnia procedere videban-
tur in contractu dotali, prout erat iſte caſus, ubi de
natura ipſius contractus regulariter non venit promiſſio
aliqua defenſionis, & evictionis, niſi ſpecialiter, &
88 expreſſè promittatur, ut dixit Albericus *in l. evicta*,
*num.*1. *C. de jure dotium*, *num.* 6. Aſſignat rationem;
quia in empt. & venditione intervenit pretium: &
juſtum non eſt, quod emptor careat re, & pretio; at
marito re evicta in bis abeſt, ex quo matrimonium po-
teſt eſſe ſine dote, quod non eſt in caſu iſto; quia mari-
tus habuit capitale dictorum redditıuum in contractu ma-
trimoniali aſſignatorum, licet de eis emerit alios reddi-
tus, de quibus agitur, qui dotales non ſunt, *d. l. ex pe-*
cunia, *C. de jure dot.* & in terminis decidit Molin. *lib.*4.
*de primog. c.*4. Quærit enim ipſe *n.*1. & 2. an res majo- 89
ratui ſubjecta poſſit alienari, ut ex pretio alia res uti-
lior ematur, & in locum ejus ſubrogetur? & concludit,
quod ſic multis rationibus, præſertim; quia etiam res
dotalis poteſt alienari vel permutari, ſi hoc ſit utile mu-
lieri: & *n.*24. *cum ſeq.* determinat talem rem ſubroga-
tam & emptam ex pretio rei majoratus ſubjectæ, effici
etiam ſubjectam majoratui, ac in ipſo ſuccedere cum om-
nibus qualitatibus primævis, adeò quòd nihil differat à
prima re vendita. *Et n.*47. & 49. Quærit, an ipſa res ven-
dita ex pretio rei majoratui ſubjectæ, & ſubrogata loco
prioris, ſi evincatur, ex eo quod non eſſet venditoris,
vel ex alia cauſa, majoratus ſucceſſor debeat utraque ca-
rere, vel potius alienatam revocare? & diſtinguit, quod
alienatio, aut ſubrogatio fuit facta ex cauſa permutatio-
nis: & tunc eo ipſo, quod res permutata atque ſubroga-
ta evicta fuerit, eo ipſo majoratus ſucceſſor poterit rem
antiquam recuperare, aut enim res majoratus alienatur
eo pacto, ut pretium deponatur, & ex eodem pretio
res alia comparetur, quæ in locum ejus ſubroganda eſt,
& in iſto caſu ſufficit emptorem obſervare contractum;
pretium deponendo; quia ſi poſtea ematur res, quæ evin-
catur, emptor eſt ſecurus, neque ad id reſarciendum te-
nebitur. Ita videtur dicendum in caſu noſtro, quòd ſuf-
ficit dotantibus in cauſa reluitionis fuiſſe pretium, ſeu
capitale depoſitatum in tabula liberum, atque nulli obli-
gationi obnoxium, per cujus depoſitionem, & ſolutio-
nem fuerunt ipſo jure liberati dotantes: unde ſi poſteà
res empta ex tali pretio evincatur, dotantes ad nihilum
tenentur, ex *d. reſolutione*, Molinæ.

Maſtrill. *in d. deciſ.*36. *num.* 17. in ſimili cauſa dicit, 90
Conſiſtorium Senatus Siciliæ die 15. menſis Maii 1604.
abſolviſſe dotantes: & dicit, non obſtare text. *in d. l. ex*
pecunia; quia illa procedit, quando quæſtio eſſet inter
virum, & uxorem, ut in caſu reſtitutionis dotis uxor
poſſit petere rem emptam ex pecunia dotali, vel pecu-
niam; non autem locum ſibi vendicabit: quod ſi res
empta ex tali pecunia evincatur, tenetur de evictione
dotans, ad tex. *in l. ſi permutationis*, ubi Bald. & alii
notant, *C. de evict.* poſt alios Franc. Bec. *conſ.* 83. *per*
totum. Item non obſtat *d. l. ex pecunia*, cum ſua materia,
C. de jure dot. quo loco habetur, quod fundus ex pecu-
nia dotali à marito emptus non efficitur dotalis ea ratio-
ne: quia maritus uxori actionem empti acquirere non
poteſt: quæ actio ex empto competit, quando res
empta evincitur, *l. ex empto*, *ff. de action. empt.* & *tot.*
tit. ff. & *C. de evict.* Et ſic regulariter res empta ex pe-
cunia dotali non efficitur dotalis, ex quo vir non po-
teſt acquirere actionem ex empto, hoc eſt evictionis,
vel dicta actione ex empto agere ad rem tradendam
contra venditorem, ut *ibi* exemplificat Bald. & alii DD.
limitant text. illum non procedere, quando cum conſen-
ſu uxoris res empta ſit; quia in tali caſu res efficitur do-
talis, & acquirit actionem ex empto, quam experitur
contra ipſum venditorem; ut *ibi* docet *Bald.* non autem
contra dotantem.

Tandem notandum eſt, quod dote evicta, maritus 91
non tenetur alere uxorem, tenent Bald. Novel. *de dote*,
*p.*7. *privil.* 8. & 42. Gratian. *tom.* 1. *diſcept. forenſ.* 65.
*num.*21.

QUÆSTIO XXVII.

An in legatis debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1 *In legatis an debeatur evictio?*
2 *Heres tenetur de evictione pro portione hæreditaria.*
3 *Quando legatur aliquid in genere, tunc debetur evi-*
ctio tam ex qualitate obligationis, quàm titulo
legati,

4 Ubi

4 *Ubi quis tenetur in genere rem facere accipientis, per conſequens de evictione tenetur.*
5 *Legati titulus eſt lucrativus, cujus natura eſt ut quis non teneatur de evictione, niſi promittatur.*
6 *Hæres regulariter tenetur de evictione; quia adeundo hæreditatem dicitur quaſi contrahere cum legatariis.*
7 *Caballini opinio refertur.*
8 *Ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum probare debet.*
9 *Quod debetur in genere nunquam perire poteſt.*
10 *Limitatur regula, quando legatur incertum de certis, ut declaratur ibid.*
11 *Limitatur etiam, quando legatur quid univerſale.*
12 *In legato facto de re certa propria teſtatoris non debetur evictio.*
13 *Quando res eſt propria teſtatoris, non poteſt evinci, niſi per injuriam judicis, & tunc hæres non tenetur de evictione; & n. 14.*
15 *Hæres in plus non obligatur, quàm tradere rem qualis eſt.*
16 *Hæres tenetur de evictione, quando res legata evincitur ratione pignoris & hypothecæ.*
17 *Dum dicitur, quòd ſufficit rem præſtari qualis eſt, intelligitur dummodo illa qualitas, non ſit cauſa evictionis.*
18 *In legato rei alienæ ſcienter facto debetur evictio.*
19 *Hæres tenetur ſemel tantum de evictione.*
20 *Hæres, quando non eſt in culpa, tenetur cedere actionem legatario, quam habet contra venditorem.*
21 *Si res aliena legatur ignoranter extraneo non valet, & ceſſat evictio.*
22 *Si legatur conjunctæ perſonæ valet, & debetur evictio.*
23 *Refertur intellectus* l. cum pater, §. evictis, ff. de legat. 2.
24 *Quando conjuncta perſona eſt hæres inſtituta cum aliis, & ei eſt factum prælegatum rei alienæ teſtatore ignorante, licet prælegatum evincatur, tamen cohæres non tenetur de evictione.*
25 *Inter filios nulla habita ratione ſanguinis & æqualitatis ſervandæ pro eorum portione defuncti voluntatem adimplere debent.*
26 *Lex multum laborat, ut ſervetur æqualitas inter filios.*
27 *Pro legato rei alienæ hæres de jure Canonico non moleſtatur.*
28 *Teſtator videtur legaſſe omnem actionem ſibi competentem occaſione rei.*
29 *Quilibet tenetur facere, quod ſibi non nocet, & alii prodeſt.*
30 *Dictum Doctoris intelligitur ſecundum legem, quam allegat.*
31 *Quod eſt inutile mihi, & alii utile, concedi ſolet.*
32 *Pro legato rei alienæ datur evictio in caſu ſpeciali, qui refertur.*
33 *Hæres tenetur de evictione, quando teſtator legat libertatem ſervo alieno putans eſſe ſuum.*
34 *Idem procedit in legato ad pias cauſas; quia cauſa, & libertas æquiparantur.*
35 *Si legantur duæ res alternativè, debetur evictio.*
36 *Quando evictio provenit ex facto legatarii, hæres non tenetur.*
37 *Ponuntur quatuor differentiæ inter legatarium, & emptorem.*
38 *Legatarius agens de evictione contra hæredem petit rem legatam, ac ſi numquam fuiſſet ſoluta.*
39 *Venditor regulariter non tenetur niſi ad tradendum, non ad dandum.*
40 *Facta traditione actio ex empto eſt ſublata, etiamſi res tradita fuiſſet aliena.*
41 *Re evicta, emptor non poteſt agere contra venditorem ad rem, ſed ad intereſſe.*
42 *Hæres in caſibus, in quibus de evictione tenetur, non liberatur per rei traditionem ab actione ex teſtamento, ſed tenetur facere irrevocabiliter accipientis.*
43 *Venditor facta traditione rei, & re non evicta, poteſt directè conveniri actione ex empto, ut caveat, quia jure actionis venit evictio.*
44 *Hæres non poteſt directò conveniri ut caveat; quia hoc evenit officio judicis mercenario.*
45 *Legatarius poterit petere rem legatam actione ex teſtamento, non ut eam conſequatur, quam habuit, ſed ut hæres caveat.*
46 *Actio ex empto eſt bonæ fidei.*
47 *Actio ex teſtamento eſt ſtricti juris, licet habeat naturam bonæ fidei.*
48 *Emptor non agit de evictione antequam res evincatur.*
49 *Legatarius poteſt agere antequam res evincatur, ſi conſtaret rem eſſe alienam.*
50 *Legatarius ante litis conteſtationem denunciat emptori quocumque tempore.*
51 *Teſtator non præſtat evictionem pro inſtitutione.*

QUoniam frequenter in teſtamentis, & ultimis voluntatibus valde aſſidua eſt quæſtio, an in legatis debeatur evictio? & Bartolus *in l. ſi domus*, §. *de evictione*, poſt Gl. *ibi ff. de legat.* 1. quatuor axiomatia declarat hunc articulum, & ſequendo eum plures Doctores Menchac. *in l. ſcimus antea, n. 4. C. de inoffi. teſtam.* ubi agit, an debeatur evictio pro rebus legatis, & latius *de ſucceſ. creat. lib. 3. §. 22.* Aldobrandinus *conſ. 23. n. 49.* Hippolyt. Rimin. *in conſ.* 823. *lib. 7.* Caballin. *in tractat. de evict. §. 4. à nu. 9.* Menoch. *lib. 4. de præſumpt. præſ.* 118. Cardin. Tuſc. *tom. 3. conc.* 366. *num.* 24. Azeved. *in l. 3. tit. 6. lib. 5. Recop. n. 7.* Angelo *de meliorat. in l. 3. gloſ. 1. n. 8.* Morquec. *lib. 1. cap. 8. à n. 17. de diviſion. bonor.* Monteslegre *in praxi, cap. 2. §. 3. n. 75.* Joannes Caſtillus Sotomajor *lib. 4. controverſiarum, cap. 59. n. 20. 21. 22. & 56.* Alvar. Valaſ. *de partitio. cap. 37.* 1

Illud in primis adnotandum eſt, hæredem teneri de evictione pro portione hæreditaria; *l. quidam ex parte, ff. de eviction. l. 2. C. eodem*, Stephan. Bertrandus *conſil. 235. num. 8. lib. 4.* Salycetus *in l. cum rem alienam, C. de legat.* Caldas *de renovation. emphyt. q. 16. num. 49.* Mendoz. *in diſput. lib. 3. c. 9. num. 50.* 2

Illud primum axioma, quod *Bart.* tradit, *in dict. loco* eſt, quòd quando legatur aliquid in genere, tunc evictio debetur magis ex qualitate obligationis, quàm titulo legati; text. *in l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de legat. 3.* quem text. *ibi* Bart. ſummat, quod in legato generis ab hæréde evictio debetur, *l. ſi res quam ff. de evict.* Ioannes Parlador. *lib. 3. different. 17. §. unic. num.* 2. Pro regula traditur, quod ubi quis tenetur in genere rem facere accipientis, tenetur per conſequens de evictione; niſi promittatur ad inſtar donationis, *l. Ariſto, §. fin. ff. de donat. l. 2. C. de evict.* Caballin. *ubi ſup. n. 9.* & dum dicitur, *quàm titulo legati*, ideò eſt; quis legati titulus lucrativus eſt; *principio Inſtit. de leg.* cujus natura eſt, ut quis non teneatur de evictione, niſi promittatur: Jaſ. *in d. l. domus. §. de evictione, notabili. 3.* Quod ideò hæres regulariter teneatur de evictione, quia hæres adeundo hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum legatariis *l. apud Julianum, a. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. §. hæres, Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delicto naſcuntur*; ac per conſequens efficitur poſtea debitor neceſſarius; & ideo tenetur de evictione, licet ex titulo lucrativo. Hæc tamen ratio non multum placet *Caballino*, ut ipſe dicit, quia non eſt generalis omnibus caſibus relatis à *Bartol.* ſed ſolum in his, in quibus de jure obligatur hæres ad evictionem: & ſic ille quaſi contractus, qui cauſatur ab aditione facta per hæredem non cauſat novam obligationem cum legatariis præter id, quod eſt in teſtamento expreſſum, & à jure inductum, ut hæres in certis caſibus teneatur de evictione.

Ulteriùs

Digitized by Google

8 Ulteriùs conſiderandum eſt, quod regula juris eſt
lex qua perſona quis lucrum capit, ejus facta approbare
debet, *l. ex qua perſona, ff. de regulis juris*, quæ intelli-
genda eſt pro portione ſua, in qua eſt hæres, *dict. l. 2.*
C. de eviction. l. cum à matre, C. de rei vendication. & *ibi*
Bartol. & Baldus, Salycetus, Oſaſchus *deciſion.* 180. Vin-
centius de Franchis *deciſ.* 153. *n.* 16. Alvarus Valaſcus
conſultatione 69. Anton. Gabriel. *lib. 6. communium opi-*
nion. de regulis jur. conc. 11. Pinel. *in l.* 1. 3. *p. num.* 79. *C.*
de bon. matern. Riccius *collect.* 469. *p.* 1. Cum igitur te-
ſtator legaverit, hæres, qui ejuſdem juris, & poteſta-
tis eſt, *l. hæredem, ff. de reg. jur.* mentem defuncti exe-
9 qui debet; & hoc probatur in *dict. l. qui concubinam, §.*
ſi hæres, ff. de leg. 3. Confirmatur hoc tali ſimili; quod
in genere debetur, numquam perire poteſt; *l. incen-*
dium, cum Gloſ. *C. ſi certum petat.* Similiter ſi evinci-
tur à manu legatarii res legata, cum in genere debea-
tur, numquam per evictionem perit, vel diminuitur:
igitur hæres numquam liberatur, niſi effectualiter rem
accipientis fecerit, Bertrand. *conſ.* 31. *lib.* 8. ubi idem
dicit, in venditione in genere facta, Caballin. *ubi ſup.*
num. 13.

10 Limitatur hæc regula duobus modis. Primo, ut non
procedat, quando legatur incertum de certis, ut lego
unum ex ſervis meis, quia tunc æquiparatur legato
ſpeciei, *l. in ratione, la* 2. *§. qui diligenter, ff. ad l.*
Falc. l. qui decem, §. Stichum, ff. de ſolut. Hoc tamen
intelligendum eſt ſano modo ſecundum terminos ju-
rium allegatorum, maximè *in d. §. Stichum*, qui loqui-
tur in terminis exempli per *Bart.* poſiti, ut ita demum
procedat, & ſic liberatur hæres, quando omnes illi
ſervi, qui erant teſtatoris, deſierint eſſe in poteſtate
hæredis abſque ejus culpa, & non aliter: quandoqui-
dem ſemper vivit obligatio uſque ad unum ſervum, qui
ſupervixit.

11 Limitatur ſecundò, ut non procedat quando legare-
tur quid univerſale, non autem unum de genere inde-
terminatè: veluti ſi legaretur peculium, vel hæredi-
tas, quo caſu ſi evinceretur, eſſet legatarii damnum,
l. 1. *C. de eviction.* & ibi *Baldus*, & *Salycet*, & intellige
ſecundum Bald. *ibi*, etiamſi nihil in hæreditate remaneat,
quoniam cum hæreditas conſiſtat in jure, ſemper dicitur
hæreditas etiamſi nihil remaneat in hæreditate, *l. hære-*
ditas 50. *ff. de hæreditatis petitione*; benè facit ad limita-
tionem *l.* 34. *titul.* 5. *part.* 5. ubi Gregorius *gloſ.* 1. & 4.
Alvarus Valaſcus *de partition. c.* 1. *n.* 17.

12 Secundum axioma eſt, quando legatur certa ſpe-
cies, quæ eſt ipſius teſtatoris, quo caſu ſi evincatur,
hæres non tenetur, quoniam ſufficit dari rem qualis eſt,
l. ſi à ſubſtituto, §. 1. *ff. de legat.* 1. ibi: *Si verò certus*
homo legatus eſt talis dari debet, qualis eſt, Gregor. Lopez
in l. 2. *tit.* 15. *p.* 6. *gl.* 11. *in med.* Anton. de Burgos *in cap.*
fin. de empt. & vend. num. 24. Abbas *conſ.* 45. *lib.* 2. Ca-
13 ballinus *d. §.* 4. *num.* 16. Quando tamen res eſt propria
teſtatoris, non poteſt evinci; niſi per injuriam judi-
cis, quo caſu hæres non obligatur, *l. ſi per impru-*
dentiam, ff. de evictionibus, niſi hæres fuerit in culpa,
ut quia noluit exhibere inſtrumenta legatario, *l. ex-*
ceptione, cum *ibi* not. *ff. de fidejuſſoribus*, *l. inſtrumen-*
ta, C. de fideicommiſ. Item niſi fuerit ipſe hæres citatus:
tunc enim tenetur, quia videtur contra ipſum lata ſen-
tentia; Paulus de Caſtro *in d. l. domus, §. de evictione,*
& *in l. ſervus plurium, §.* 1. *ff. de legatis* 1. Cujus dictum
non putat eſſe verum Caballin. *dict. num.* 16. quia hæ-
14 res in plus non obligatur, quàm tradere rem qualis eſt,
ut ſupra eſt dictum: niſi forſan hæredis culpa, & ne-
gligentia legatarius legatum amiſerit: illo enim caſu te-
15 nebitur, ut eſt dictum. Tamen hæres de evictione te-
nebitur, ſi res illa evincatur reſpectu alterius juris, pu-
tà pignoris, vel hypothecæ (forte per hypothecariam,
16 vel per Salvianum interdictum) & tunc hæres tenetur
juxtà diſtinctionem *l. ſi res, ff. de legat.* 1. *l.* 11. *tit.* 9.
p. 6. ubi Gregor. *gl.* 4. Anton. Gom. *tom.* 1. *variar. c.* 12.
num. 39. Joan. Garc. *de expenſ. c.* 17. *num.* 23. & 24.
quia licet jus hypothecæ non ſit jus dominii; eſt tamen
tale jus, propter quod avocatur res legata in totum, Ja-
ſon, *in d. §. de evictione, num.* 27. Et dum dicitur; quod 17
ſufficit, rem præſtari qualis eſt, intelligitur dummodo
illa qualitas non ſit cauſa evictionis, ut ſi hæres in fun-
do legato cadaver humanum ſepelierit, quo caſu fundus
ille in parte ſepulturæ ſit religioſus, & ſic diminuitur
legatum: unde cum illa qualitas ſit cauſa evictionis, te-
netur hæres, *l. Mævius, §. in fundo, ff. de legat.* 2. Bald. *in*
l. prædia, colum. 2. *verſic.* (contra oppono,) *C. de fidei-*
com. Ripa *in l.* 1. *n.* 8. *ff. de interdict.* vel niſi adſint verba
talia, per quæ qualitas illa alteretur; quod contingere
poteſt, ſi fundus, qui legatus eſt, ſervitutem impoſitam
habeat, tunc qualis eſt, dari debet, niſi legatus ſit uti
optimus maximus: quia tunc liber præſtandus eſt; *l.*
ſervo legato, §. ſi fundus, ff. de legatis 1. *l. non tantum,*
ff. de verborum ſignificat. l. ſi eum venderes, ff. de contrah.
emp. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 12. Caballin.
ubi ſup. num. 19.

Tertium axioma eſt, quando res aliena legatur ali- 18
cui à ſciente, tunc hæres tenetur de evictione; *l. cum*
alienam, C. de legat. l. 10. *tit.* 9. *p.* 6. *gl.* 3. & *gl.* 7.
ibi, & *glo.* 2. *juxta fin. l.* 9. *tit.* 15. *p.* 6. & *glo. in ſumma,*
tit. 27. *p.* 4. Bart. *in l. cum te, num.* 3. *ff. de pact.* & *in l.*
1. *num.* 12. *ad med. ff. de leg.* 1. & *l. demonſtratio, §.* 1.
num. 13. *ff. de condition. & demonſtration.* Anton. Gomez
tom. 1. *var. c.* 12. *num.* 13. 14. & 15. Covar. *in cap. fi-*
lius noſter, de teſtament. in princ. Spin. *in Specul. teſtam.*
gl. 8. *princ. num.* 42. & 56. Quod intelligendum eſt,
quando ſcivit alienam ſimpliciter, ſecus ſi reſpectu ali-
cujus juris, quia tunc videtur legare jus quod habet:
veluti eſt, ſi legetur ab altero dominorum res commu-
nis ſimpliciter, cenſetur relinquere tantum portionem
ſuam, *l. ſervi electione, §. fin. ff. de legat.* 1. Anton. Gom.
tom. 1. *variarum, cap.* 12. *n.* 15. Ayora *de partit.* 2. *par.*
quæſt. 34. *n.* 31. & 32. Covar. *pract.* 2. *num.* 6. Spino *ubi*
ſupra, n. 47. Bertrand. *conſ.* 56. *lib.* 3. *par.* 1. Petrus Sanz
Morquech. *de diviſione bon. lib.* 1. *cap.* 8. *à num.* 18. licèt
aliud ſit in vendente rei qualitatem ignorante, illo caſu
tota vendita cenſetur, Bald. *in l.* 1. *C. ſi pign. pign. dat.*
ſit, & *in l. ex iis, C. de evictionib.* Alexand. *in dict. l. ſi*
domus §. fin de leg. 1. Jaſ. *in l.* 1. *num.* 21. *C. qui teſtamenta*
facere poſſ. Roman. diſtinguens *conſ.* 396. Item ſi lega-
tur fundus vectigalis ſimpliciter, videtur ſolum legaſſe,
quod in vectigalibus fundis habuit, non proprietatem,
dict. l. ſi domus, §. fin. ff. de leg. 1. bonus tex. *in l. Sti-*
chus teſtamento, ff. de uſufructu legato. Eſt bene verum 19
quod ſi hæres ſemel illam rem redemerit à domino, ſi
evincatur, non tenetur ulterius illam luere, arg. tex. *l.*
fideicommiſſa, § ſi quis decem, ff. de legat. 3. & *l.* 1. *§ ſi*
cui, ff. ut legat. nomin. caveat. Tiraq. *in l. boves, §. hoc*
ſermone, num. 37. *limit.* 1. *ff. de verb. ſignif.* niſi hæres fue-
rit in culpa redimendi, *l. cum res, §. fin. quid ergo, la* 1.
§. ſi hæres, ff. de legat. 1. Tenebitur tamen hæres illo 20
caſu, quando non eſt in culpa, cedere legatario actio-
nem de evictione, quam habet contra venditorem,
argu. *l. in creditore, ff. de evict.* Alex. poſt alios per eum
relatos in *d. l. ſi domus, §. de evictione, num.* 4. Jaſ. *n.* 28.

Quartum axioma eſt, quando legatur res aliena ig- 21
noranter, & tunc ſi legatur extraneo, non valet, &
ceſſat evictio: ſi verò conjunctæ perſonæ, valet, & de-
betur evictio, *d. l. cum alienam, C. de legatis*, declarat
Cuman. *in conſ.* 29. *dub.* 2. Dec. *conſ.* 349. *num.* 8. Guill. de
Cun. & Alex. *in dict. l. cum alienam*: Gregorius Lopez
in l. 10. *tit.* 9. *part.* 6. in verb. (*de la comprar*) Petrus Sanz
Morquechus *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 19. & 20. *de diviſ. bonor.* ubi
dicit, niſi rem alienam eſſe ignorans, & eam non poſſi-
dens, conjunctæ perſonæ vel piæ cauſæ legavit: nam
tunc ejus æſtimatio debetur, & de evictione agi poteſt:
idem erit ſi amico, quem diligebat, legaverit; ſi verò

rem legatam poſſidebat, & ignorans alienam eſſe, legavit conjunctæ perſonæ, evictioni non eſt locus, nec ejus æſtimatio debetur, nam jus poſſeſſionis, & quod habebat, legare cenſetur, *dict. §. de evictione*, & ſentit Bart. *in l. cum pater, §. evictis, ff. de leg.* 2. Mantica *de conjectur. ultim. vol. lib. 9. tit. 9. num.* 4. Ex quo dicit *Marquech.* reprobari Ayoram *de part. 3. part. quaſt. 9. num. 4.* ubi tenet in prædicto caſu æſtimationem deberi, & de evictione agi poſſe.

23 Fallit hoc in caſu *l. cum pater*, *§. evictis, ff. de leg.* 2. cujus caſus rationes plures afferuntur: Gloſ. *ibi*, inquit, quod ideo illud eſt, ne creſcat invidia inter fratres; hanc rationem reprobat *ibi* Bart. Jaſ. *in dict. §. de evictione, num.* 32. duas alias refert, poſt Salycet. *in dict. l. cum alienam, num.* 10. & tertiam probat, quam communem aſſerit, quæ eſt, quod *ibi* conjuncta perſona erat
24 inſtituta hæres ſimul cum aliis, & ei erat factum prælegatum rei alienæ à teſtatore ignorante, tunc licèt ei prælegatum evincatur, tamen cohæres non tenetur de evictione, quia ei remanet emolumentum de parte hæreditatis: hoc ponit Bart. *in d. §. evictis*, Cyn. *in d. l. cum alienam*, Ruinus *in conſ. 212. num. 14. lib.* 1. Petrus Sanz Morquechus *dict. lib. 1. cap. 8. num.* 17.

25 Ex quo infertur ad quæſt. utrum ſi res aſſignata pro melioratione, evincatur à filio, poſſit agere de evictione. Ciſuentes *in l. 18. Tau. num.* 7. exiſtimat, non poſſe agere, per text. quem putat expreſſum, *in l. cum pater*, *§. evictis, ff. de leg.* 2. ubi prælegatarius evicta re prælegata non agit de evictione, per quem tex. idem tradit Rodericus Suarez *in l. quoniam in prioribus, in declarat. ad l. Regni, quaſt. 3. folio* (in novis) 542. *col.* 1. ubi limitat illum tex. quatuor modis in propoſito: ſed ille text. loquitur in prælegato rei certæ, prout etiam loquitur *Rodericus Suarez*. Quando autem prælegatum continuit quotam bonorum, & res certa fuit aſſignata ad executionem, non poteſt applicari deciſio illius text. ſed quod debeatur evictio; quia ſubſtantia legati tertii, & quinti, non conſiſtit in re aſſignata, & ſic evicta re non videtur legato ſatisfactum prout ſatisfieri teſtator voluit, non tam ex re aſſignata (quam ad commodiorem executionem augendi potiùs, quàm diminuendi legati gratia deſignavit) quam ex aliis ſuis bonis, ſi res aſſignata non ſufficeret, quod probant illa jura, *l. quidam teſtamento, ff. de leg.* 1. *l. Paulo Callinico*, *§. Julius Severus, ff. de leg.* 3. *l. Lucius, ff. de adim. legat.* quibus probatur, quod ſi cui ſit certa ſumma legata, deſignatis certis locis, aut debitoribus, unde exigatur, qui non ſufficiant, vel non debeant, non ideo deſinit legatum deberi ex aliis bonis: Andreas Angulo *in tract. de meliorat. in l. 3. gloſ. 1. n. 8. tit. 6. lib.* 5. Recop. Caballinus *in dict. §. 4. num.* 23. dicit, quod parentes ſalva legitima poſſunt de rebus ſuis diſponere quomodò voluerint, *Auth. ut liceat matri, & avia, in princ.* unde nulla habita ratione ſanguinis, & qualitatis ſervandæ inter
26 filios hæredes, adimplere debent pro eorum portione defuncti voluntatem, *l. cum à matre, C. de rei vendicat.* cum ſimilibus ſup. allegatis. Et quamvis remaneat emolumentum de portione ſua, cui factum eſt prælegatum, non tamen pro hoc adimpletur voluntas teſtatoris, imò potiùs deſtruitur, quia illud præcipuum ante partem haberi voluit à filio ſibi prælegatum, quo caſu melior ratio dicit quærendam eſſe: & dicit eſſe iſtius opinionis, quod caſus *d. §. evictis*, habet hanc ſpecialitatis rationem, nam lex laborat quantum poteſt, ut
27 ſervetur æqualitas inter filios, *l. ut liberis, C. de collat. l. fin. C. commun. utriuſ. jud.* & lex hortatur patrem quantum poteſt ad ſervandam æqualitatem in filiis *§. illud quoque, in Auth. de nupt. coll.* 8. inquiens Imperator: Omnes ſunt filii, ſi enim inteſtatis eis mortuis lex omnes ex æquo vocat, competens quoque eſt eos imitari legem, ut in illo §. probatur. Illud vulgare ſecundum Angel. *ibi*, quòd pater non debet facere unum filium baſtardum, & alium legitimum, & hoc ne inter fratres naſcatur invidia, quæ evitari debet, *l. cum oportet, §. 1. C. de bonis qua liber.* & tacitè videtur conſentire, Dec. *in l. 2. notab. 2. C. unde liberi.* Mirum igitur non eſt, ut ait *Caballinus*, ſi in illo caſu non habeat locum evictio, quia, illa ceſſante, filii reducuntur ad æqualitatem, quam lex ubique prædicat, & hortatur fieri debere. Unde bene dicebat Alex. *in dict. l. cum alienam*, quod non concurrentibus illis qualitatibus in *dict. §. evictis*, expreſſis, non habebit locum ejus deciſio, quaſi ſentiat, quòd ille caſus non ſit extendendus, ſed intra ſuos limites conſervandus, ut etiam annuit Joann. Faber. *in §. quod autem, Inſtit. de leg.* reprehendens illos, qui contrarium ſentiunt, ut in extraneis quoque illa deciſio procederet.

At unum eſt advertendum diligenter, quod dictum 28
eſt de legato rei alienæ, cum de jure Canonico videatur diſpoſitum, ut hæres non poſſit pro tali legato moleſtari; *cap. filius noſter, de teſtament.* latè Doctores & Covar. *gloſ. 3. l. 10. tit. 9. part.* 6. Antonius Pichardus *in §. non ſolum, num. 4. & 36. & ſeqq. Inſtit. de legat.* Spino *in ſpecul. teſtam. gloſ. 8. princ. num. 44. & 45.* Videtur inferendum, quod in terris ſubjectis in temporalibus Eccleſiæ Romanæ, in quibus jus Canonicum ſervatur, inquit Caballin. *dict. §. 4. num.* 24. quòd hæc duo poſtrema axiomata *Bart.* non ſervantur, tamquam illa procedant de jure Civili, ita tenet Jaſ. *in dict. l. cum alienam*, & circa iſta eſt videndus Covar. *in d. cap. filius noſter*, qui ſolerter omnia expendit.

Stante, quòd hæres non teneatur de evictione, an 29
ſi teſtator aliquam actionem de evictione habuiſſet contra venditorem rei alienæ; teneatur hæres illam cedere legatario; Paul. de Caſtr. *in dict. §. de evictione, column. fin.* refert Gloſſam *in l. ſi res quam, ff. de evict.* ex qua colligit, hæredem non teneri cedere actionem legatario; poteſt tamen, ſi vult. Contrarium verius eſſe teſtatur *Caballin. ubi ſuprà, num.* 26. quia teſtator videtur legaſſe omnem actionem ſibi occaſione rei competentem, argum. *l. apud Julianum, §. idem Julianus, ff. de leg.* 1. & facit *l. in creditore, ff. de eviction.* Imola tamen *in dict. §. de evictione*, reſpondit *ad §. idem Julianus*, ſuſtinendo *Gloſ.* opinionem, quod teſtator videtur legare actionem, quæ directò competit pro ipſa re, ut ibi: ſed in caſu noſtro actio cedenda non datur pro re, ſeu ad rem, ſed pro intereſſe ratione evictionis. Hoc non obſtante Scribentes ſtant pro opinione contra *Paul. de Caſtr.* quia per hoc, non gravatur hæres in plus ultra mentem teſtatoris, quin imo utcumque poteſt, ejus voluntatem adimplet: & in id ſtudere debet, ut voluntas teſtatoris exitum habeat; & ita reſidet Alexand. *in dict. § de evictione, num.* 7. quæ opinio optimè probatur in *dict. l. in creditore, gloſ. 4. l. 50. tit. 13. part. 5. & in gloſ.* 5. ubi notat *Bald.* quòd quis tenetur facere, quod ſibi non nocet, & alii prodeſt: & ſic illud, quod pro- 30
deſt mihi, & venditiori non nocet, facilè impetratur: & iſta eſt ratio, quare beneficium cedendarum eſt introductum, facit text. *in l. mulier, ff. qui potiores in pignor. habeans*, & propterea Gloſ. allegata *in dict. l. ſi res quam*, non probat illud ad quod *Paul. de Caſtr. & Alexand.* illam ponderabant. Quin imò probat contrarium, cum alleget *dict. l. in creditore*, & dictum Doctoris intelligitur ſecundum legem, quam allegat: Bart. *in* 31
l. non ſolum, §. liberationis verba, ff. de liberatione legata. Subdens rationem, quod eſt inutile mihi, & aliis utile, concedi ſolet: allegat not. *in l. fin. in princ. verb.* [per ceſſionem,] *C. de jure dotium*, & ſic Gloſ. allegata ſtat pro opinione Doctoris, ut hæres debeat cedere legatario actionem, & omne jus, quod defunctus habebat occaſione rei legatæ.

Caſus tamen ſingularis eſt, in quo habet locum evi- 32
ctio, non obſtante quòd res aliena ignoranter extraneo legata ſit, ut probatur *in l. bàtas præcepto, ff. ad Trebellian.*

lum. & ratio eſt ſecundum Paul. de Caſtro *ibi*, quia hæres habebat retinere pro quarta, quæ ſibi debebatur ex diſpoſitione legis, & ſic pro debito neceſſario. Unde inferebat *Paul. de Caſtro*, quod ſi teſtator legat rem alienam ignoranter, quam putabat eſſe ſuam, animo compenſandi cum debitore naturali tantum, cenſetur velle illi deberi æſtimationem, ſi res evincatur: quod notat, & aſſerit.

33 Alius eſt notandus caſus, ut hæres teneatur de evictione, quando teſtator legat libertatem ſervo alieno, putans eſſe ſuum, *l. Paulus in princip. ff. de fideicom. libertat. l. 10. tit. 9. part. 6. in fin. & gloſ. fin.* Nec enim ignotum eſt, quod multa contra juris regulas pro libertate ſunt conſtituta, *l. generaliter, §. ſi quis tutorem, ff. de fideic. libert.* ex quo Alex. *in dict. §. de evictione, num. 8.*
34 infert à legato libertatis ad pias cauſas, quia pia cauſa, & libertas æquiparantur, ut probatur *in l. 1. §. fin. verſ.* (ad rationem pietatis,) *C. de ſervo comm. manum.* Bart. *in l. ſi unus, num. 2. C. de teſt.* Nicolaus Everardus *in topicis, loca* 68. (à libertate ad piam cauſam,) *per totum*, & ſpecialiter *numero* 24. Alexand. *ubi ſuprà*, in legato facto rei alienæ piæ cauſæ an valeat? ſe remittit ad Bald. *in leg.... num.* 44. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* ubi *Baldus* firmat, quod non teneat, quia vetuit jus Canonicum, *cap. filius noſter de teſtam.* & propterea Abbas in *cap. cum eſſes, quæſtion. 1. in fine, de teſtament.* colligit, quod legatum rei alienæ ignoranter, ſive ſcienter factum, de jure Canonico non debetur, nec ejus æſtimatio: & illud procedit de æquitate Canonica, quæ in foro Eccleſiaſtico ſervari debet: Hippolytus de Bonacoſa *in tract. de æquitate Canonica, concl.* 119.

35 Quid ſi legatum non eſt factum in genere, ſed duæ res alternativè legantur, quarum una præſtatur, & evincitur, an debeatur evictio indiſtinctè, ſicut quando legatur aliquid in genere? & dicendum eſt quod ita ſentit Gloſ. in *leg. hæres, ff. de evictionibus*: allegat *legem, qua de legato, ff. de legat. 1.* quæ optimè ſuam ſententiam probat; & hoc etiam probat Alexander *in dict. §. de evictione, n. 8.* Caballin. *dict. §. 4. num.* 32.

36 Advertendum tamen eſt ad intellectum ſupra dictorum, quod quando evictio provenit ex facto legatarii, hæres non tenetur; Imola *conſil.* 82. quod poteſt exemplificari in caſu, in quo conſuluit Socin. *conſil.* 52. *in 2. quæſt. lib.* 4. quando teſtator legavit, putà Sempronio, ut teneatur de evictione ſi Titius moleſtetur ſuper re à teſtatore ei vendita.

37 Inter venditorem, & legatarium, Scribentes quatuor differentias ponunt, quæ in practica ſunt notandæ.

38 Prima igitur differentia eſt, quod legatarius, quando agit de evictione contra hæredem, petit rem legatam, ac ſi numquam fuiſſet ſoluta, *leg. qui concubinam, §. ſi hæres ff. de leg. 3.* emptor agit actione ex empto ad intereſſe, *leg. venditor hominis, leg. ſi in venditione, ff. de evictionibus, leg. non dubitatur, C. eo-*
39 *dem.* Ratio differentiæ eſt, quia venditor regulariter non tenetur, niſi ad tradendum, non ad dandum, *leg. 1. ff. de rerum permutatione, leg. ex empto, in princip. ff. de evict.* & ideo facta traditione, ſublata eſt actio ex em-
40 pto, etiamſi res tradita ſit aliena, ut eſt Gloſ. *in leg. ab emptore, ff. de pactis*: præterea, re evicta, non po-
41 teſt amplius agere contra venditorem ad ipſam rem, ſed ad intereſſe: Hæres verò in caſibus, in quibus tenetur
42 de evictione, non liberatur ab actione ex teſtamento per traditionem rei legatæ, cum teneatur facere irrevocabiliter accipientis; quod non facit, ex quo poteſt evinci, ut dicit text. *in dicto §. ſi hæres*, ideo poteſt agi actione ex teſtamento ad ipſam rem, ac ſi tradita non fuiſſet.

43 Secunda differentia eſt, quia venditor facta traditione rei, & re nondum evicta, poteſt directò conveniri actione ex empto, ut caveat, abſque eo quod eadem res petatur, *leg. 2.* cum Gloſſa, *ff. de evict.* quia jure actionis venit cautio in contractu emptionis, *dict. leg. ex empto, in principio*: Hæres non poteſt directò conveniri, 44 ut caveat, hoc venit officio judicis mercenario, ut in *dict. §. de evictione, in fin.* ergo legatarius poterit petere rem legatam actione ex teſtamento, non ut eam 45 conſequatur, quam habuit, ſed ut hæres caveat: *l. Julianus, §. 1. ff. de verb. obligat. l. etiam, ff. de ſolut.* Ratio diverſitatis eſt: quia actio ex empto eſt bonæ 46 fidei, *§. actionum, Inſtitut. de actionibus*: ideo in eam veniunt omnia, quæ æquum eſt venire, & conſequenter venit ut caveat de evictione; *dict. leg. ex empto in princ.* ſed actio ex teſtamento eſt ſtricti juris, *leg. aliàs*, 47 & *ibi* Bartol. *ff. de in litem jurand.* licet habeat naturam bonæ fidei quoad fructus, & acceſſiones propter moram, *leg. in minorum, C. in quibus cau. in integ. reſtit. non eſt neceſ.* id propter in eam non veniunt, niſi illa, quæ teſtator diſpoſuit: alia verò veniunt officio judicis mercenario ex diſpoſitione legis.

Tertia differentia eſt, quia emptor non agit de 48 evictione antequam res evincatur, ut ſuprà diximus, *quæſt. 15. per totam*: cui addimus, quod ſententia non inducit evictionem, niſi facta effectiva, & reali executione & traditione, *leg. habere licere, ff. de evict.* ubi *Bald.* Fabius Anna *conſil. 15. à numer. 1. & numero 2.* dicit ex *Baldo*, quod ut res evicta dicatur, oportet, quod per ſententiam res ſit ablata emptori. Inde in ſecundo reſponſo ejuſdem textus diſponitur: quod ſi adverſario remiſſum, ſive donatum ſit id, quod in ſententia dictum eſt, agi de evictione non poteſt: quod expreſsè notat Bald. *in 2. notab.* etenim, ut res dicatur evicta, eſſe debet à manibus emptoris abdicata, ad idem text. *in leg. evicta, §. duplex, ff. de evict.* ubi diſponitur, quod tunc committitur ſtipulatio duplæ, cum eſt reſtituta res petitori, ſicque conſideratur realis, & effectiva rei reſtitutio, nec ſufficit ſententia; *dict. l. habere, licere*: cum qua opinione concordant Fulgoſ. Gloſſa, & Bart. in *fin. in leg. at quin natura, §. cum me abſente, ff. de neg. geſt.* Alexand. *conſil. 4. col. 1. lib. 2.* Jaſon, *in l. quoties, numer. 48. C. de rei vendication.* Cœpol. *caut.* 71. Benintend. *deciſion. 25. numero 2.* Anton. Gomez *tomo 2. var. cap. 2. num. 39.* verſ. (*imo quod magis*,) Franciſcus Beccius *conſil. 106. numer. 44. libro 2.* Vincent. de Franchis *deciſion. 200. numer. 8.* Vincent. de Anna *ſingulari* 471. Sed legata- 49 rius etiam poteſt agere antequam evincatur, ſi conſtaret eſſe alienam, & eſſet caſus in quo hæres teneatur redimere à domino, quia non eſt liberatus ſola traditione, cùm teneatur ad dandum, *leg. cùm quis, §. qui hominem, ff. de ſolut. leg. ſi à ſubſtituto, §. hæres, ff. de leg. 1.* Caballin. *dicto §. 4. num.* 37.

Quarta differentia eſt, cùm habeat rem titulo lucrativo, 50 debet denunciare ante litem conteſtatam: emptor verò, qui habet titulum oneroſum, poteſt denunciare quandocumque ante ſententiam, dummodo defenſiones ſint ſalvæ: Bart. poſt Gloſ. *ibi*, & *in leg. rem quam, §. fin. ff. de eviction. in leg. qui concubinam, §. ſi hæres, de leg. 3.*

Ad finem hujus quæſtionis eſt animadvertendum, 51 quòd teſtator pro inſtitutione non tenetur de evictione, Socinus *conſil. 74. num. 25. lib. 1.* Petrus Surdus *conſil. 354. num. 36. lib. 3.*

QUÆSTIO XXVIII.

An in datione in ſolutum evictio debeatur?

SUMMARIUM.

1 *Author refert omnes Doctores, qui hanc quæſtionem tractavere.*

O *2 Quando*

2 *Quando aliquid datur in ſolutum pro aliquo debito, perinde eſt ac ſi res ipſa debita ſolveretur.*

3 *Datio in ſolutum facta de nomine debitoris liberat dantem totaliter.*

4 *Datio in ſolutum reputatur novus contractus, nempe venditionis, & per eum transfertur dominium.*

5 *Datio in ſolutum tenet incommutabiliter, etiam invito creditore, nec in ea habet locum pœnitentia.*

6 *Datio in ſolutum facta à debitore an liberet fidejuſſorem, ſi res poſtmodùm evincatur?*

7 *In datione in ſolutum an habeat locum evictio? refertur negativa ſententia.*

8 *Referuntur fundamenta negativæ ſententia.*

9 *Refertur cautela* Batt. *relata à* Cœpola *in datione in ſolutum.*

10 *Refertur ſententia affirmativa, quod in datione in ſolutum habeat locum evictio.*

11 *Datio in ſolutum dicitur venditio largo modo.*

12 *Datio in ſolutum ſimilis eſt venditioni.*

13 *In quovis contractu oneroſo, qui rem in alterum transfert, ut quando datur res in ſolutum, hoc eſt in debiti ſolutionem, debetur evictio.*

14 *Evicta re, quæ fuit data in ſolutum quando agi poſſit primæva actione.*

15 *Hypotheca perditur ex ſupervenientia dominii irrevocabiliter, ſecus ſi revocabiliter.*

16 *Evicta re, quæ prius erat mihi obligata, & poſtea ſit mea, prima hypotheca durat, & num. 17.*

18 *Evicta re in ſolutum data pro debito pecuniario, non agitur actione competente ex primo contractu, ſed actione utili ex empto, & n. 20. & 21.*

19 *Ampliatur, ut procedat tam in adjudicatione, ſeu in datione in ſolutum facta à parte, quàm in facta per judicem.*

22 *Fallit in dote, quia poteſt agi primæva actione.*

23 *Text. in* l. ex ſextante. §. Latinus, ff. de exceptione rei judicatæ, *non procedit in datione in ſolutum rei pro debito pecuniario; ut ibi declaratur.*

24 *Creditor vendens pignus, & ex pretio conſequutus eſt ſuum creditum, an debitor liberetur, & n. 25. & 26.*

27 *Specie data pro ſpecie ex cauſa tranſactionis, actio primæva eſt extincta, & n. 28.*

29 *Quando ſolvitur genus pro genere, ut pecunia pro pecunia, ſi non eſt promiſſa evictio, agitur actione primitiva.*

30 *Quando datur ſpecies pro genere, non datur prima actio.*

Ampliatur, ſi genus non conſiſtat in pecunia, convenitur debitor priſtina actione. ibid.

31 *Quando etiam datur genus pro ſpecie, tunc ſi evincatur non liberatur debitor, ſed datur prima actio.*

32 *Textus in* l. ſi rem, ff. de ſolut. *explicatur, & declaratur.*

33 *Recipiens in ſolutum tenetur nunciare ſicut emptor denunciat venditori.*

34 *Solvuntur argumenta in contrarium poſita.*

35 *Evictio procedit in datione in ſolutum, etiamſi nihil ſit dictum, nec conventum de evictione.*

1 PRo perfecta intelligentia hujus quæſtionis, opus eſt referre Authores, qui hanc quæſtionem tractaverunt, & inter alios copioſè Aſinius *de executionibus*, §. 4. *fol.* 88. ferè tractatum compoſuit de datione in ſolutum per centum & viginti octo quæſtiones, Caballinus, qui *in* §. 4. *de evict.* paululum differt, Cardinalis Mantica *de tac. & ambig. convent. libro* 8. *tit.* 23. Petrus Surdus *conſil.* 423. *num.* 33. *lib.* 1. *& deciſion.* 266. Cardinal. Tuſchus *pract. qq. litera D. tomo* .... *& concluſion.* Gaſpar ... Antonius Theſaurus *libro* 2. *qq. forenſium, quæſtione* 88. *& lib.* 3. *quæſt.* 73. Ariſm. Tepatus *var. ſentent. tomo* 2. *tit.* 416. Cardoſus *in praxi, verb.* (emptio:) *numero* 24. Surdus *deciſion.* 148. *numero* 3. Stephanus Gratianus *tomo* 1. *diſcep. forenſ.* 321. *& tomo* 3. *diſcept.* 544. *num.* 5. Anton. Monach. *deciſion. Bonon.* 1. *num.* 50. *& deciſion.* 35. Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſa* 14. *num.* 2. Fabius Anna *conſil.* 35. *&* 90. Julius Cæſar Cluſianus *de bonis in ſolutum dandis.*

Notandum tamen eſt ad hujus materiæ explicatio- 2
nem, quod quando aliquid datur in ſolutum pro aliquo debito, perinde eſt, ac ſi res ipſa debita ſolveretur; imò ſolvere dicitur debitor, qui nomen ſui debitoris in ſolutum creditori dat: *leg.* 1. *ff. pro ſoluto*, Francbis *deciſ.* 50. *num.* 2. Flaminius Cartar. *deciſion.* 19. *num.* 9. Joannes Baptiſta *de retrotract. fol.* 172. *numero* 2. ubi extendit tam dationem voluntariam, quàm neceſſariam, & *de port. & rata, quæſtione* 26. Horat. Viſcont. *concluſion. juris*, verb. (*datio in ſolutum*, & ita concludit Aretinua *in l. ſingularia, col. penult. circa finem, ff. ſi certum petatur*, ubi Jaſ. *numero* 37. & Cagnol. *numero* 168. & ideo ſicut ſolvendo id, quod debetur, tollitur obligatio, ita & quando aliud ſolvitur loco ejus quod debetur, ita ut datio in ſolu- 3
tum facta de nomine debitoris liberat dantem totaliter, *leg. inter cauſas*, §. *abeſſe*, *ff. mandati*, *leg. ſi rem in fine*, *ff. de novat.* Bald. *in conſil.* 115. *numero* 1. *lib.* 3. Fulgoſ. *in dict.* §. *abeſſe*, Petrus Surdus *deciſion.* 74. *à num.* 1. Datio etiam in ſolutum eſt ad inſtar ven- 4
ditionis, per quam dominium transfertur, & reputatur novus contractus, qui extinguit omnino actionem antiquam, *leg. ſi prædium*, *C. de evict.* ubi notarunt Cujac. & Aloyſius de Leo, *numero* 2. *&* 3. & cum multis Authoribus adnotarunt Fab. de Anna *conſil.* 35. *numero* 7. Surdus *conſil.* 45. *& deciſion.* 266. *ex numero* 5. melius *in conſil.* 145. *ex numero* 24. *lib.* 1. Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 3. *titulo de ſolut. reſolut.* 28. *numero* 4. qui antea dixerat, quòd 5
datio in ſolutum tenet incommutabiliter, & in ea non habet locum pœnitentia, *leg. cum dominam*, *C. de pignor.* ubi Baldus & Scribentes, *leg.* 1. *C. ſi antiquior creditor*, *leg. ſucceſſores*, & *ibi* Bald. *C. de ſolution.* Surdus *deciſion.* 113. *numero* 5. & *ibi* defendit, quod datio in ſolutum habet locum invito creditore, cui ſuit facta.

Si tamen res evincatur poſtmodum, an datione in 6
ſolutum liberetur fidejuſſor? Et dicendum eſt, quod ſic; cùm fidejuſſio ſtricti juris ſit, nec poſſit extendi; *leg. Blanditus*, *C. de fidejuſſoribus*, *leg. ſtipulationum*, §. *ſatis acceptio. ff. de verb. obligation. leg. fidejuſſores magiſtratuum*, §. *pro Aurelio*, *ff. de fidejuſſor. & leg. non à judice*, §. 1. *ff. de jud.* Baldus *conſil.* 106. *in fin. libro* 2. Roman. *conſil.* 210. Dec. *conſil.* 103. *numero* 3. Natta *conſil.* 202. *numero* 5. Rolandus *conſil.* 58. *numero* 20. *libro* 1. Petrus Surdus *deciſion.* 212. *à numero* 1. *& in conſil.* 145. *numero* 23. ſublata ſemel obligatione per dationem in ſolutum; aut variata re, judice, cauſa, & actione, perempta intelligitur fidejuſſio; probarunt Borgninus Cavalcan. *deciſ.* 10. *num.* 11. *par.* 4. Farinac. *conſ.* 59. *numero* 13. Anton. Faber *ad tit. C. de fidejuſſor. definit.* 5. Fulvius Pacianus *conſ.* 152. *à num.* 3. Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ.* 104. *num.* 25. *&* 130. *à num.* 10. Flaminius Cartarius *deciſ.* 126. *ex num.* 6. Sic ſanè quando principalis obligatio in aliqua ſui parte mutatur, vel alteratur, fidejuſſio perempta dicitur, Beroius *conſ.* 144. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 193. *num.* 7. *&* 49. Joan. Gutierr. *de juram.* 1. *par. cap.* 49. *num.* 12. Surdus *conſ.* 145. *n.* 23. *lib.* 1. Et ratio eſt, quia datio in ſolutum vim ſolutionis habet, ut ſu.ra diximus, & probatur *in l. fin. ff. quib. ex cau. in poſ. eatur*, *l.* 4. §. *authoris*, *ff. doli mal. except. l. ſi prædium*, *C. de evict. l. libera*, & ibi Gloſ. *C. de ſentent. & interlocut. omn. judic. l. ſi ſecundum*, *C.*

mandati,

mandati, Natta *conſ.*207. *num.*7. Cephal. *conſ.* 98. *lib.* 1. Aſinios *de execut.* Tiraq. *de retract. Lign.*§.1. *gloſ.*14. *à num.* 1. Vincent. Honded. *conſ.* 34. *à num.* 43. *lib.* 2. Anton. Gamma *deciſ.* 195. Pyrr. Maurus Aretin. *in tract. de fidejuſſorib. ſect.*10. §.6.

7 Quod in datione in ſolutum habeat locum evictio, eſt ſententia negativa Speculatoris, *tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum, el* 2. verſ. [*ſed pone ſtatutum*] quem ſequitur, & refert Alex. *conſ.* 76. *col.* 3. *lib.* 5. dicens, quod ſi ſtatutum concedit facultatem vicino, vel conſorti, ut poſſit rem venditam recuperare, non habebit locum in datione in ſolutum.

8 Et facit 2. quod notat Fulgoſ. *conſ.* 134. *col.* 3. ubi inquit, quod illud, quod dicitur, *in cap. illo vos, de pignorib.* de contractu venditionis, quod præſumatur ſimulatus in fraudem uſurarum ex modicitate pretii, & pacto de retrovendendo, *Caſſadorus dec.* 2. *tit. de uſuris*: tamen in datione in ſolutum non ita urget exceptio ſimulationis, propter pactum de retrovendendo, & modicitatem pretii, ſicut in contractu venditionis. Dec. *conſ.* 309. & quia datio in ſolutum non eſt vera, & recta venditio.

Facit 3. quod Dec. ponit *conſ.*18. *column.*2. quod in contractu venditionis pretii numeratio intervenit, & contractus voluntarius eſt. Datio in ſolutum videtur neceſſaria, nec pretii numeratio intervenit. Ergo de uno ad alterum non videtur poſſe inferri, quia ex diverſis non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minoribus.*

Facit etiam 4. quia ſi idem eſſet venditio, & datio in ſolutum, diverſo nomine non appellarentur, argom. *l. ſi idem C. de codicillis.*

9 Ultimò, ſi utraque idem eſſet, fruſtratoria eſſet cautio *Bartoli*, quam ponit *in l. ſi quis aliam, ff. de ſolut.* & ponit Cœpola *cautela* 168. Si aliquis, & Salyc. *in l. libera, C. de ſent. & interl. omn. jud.* dicens quando debitor tuus vult tibi dare aliquid in ſolutum, quod tu creditor recipias cum reſervatione, & proteſtatione, quod non intendis per illam dationem in ſolutum recedere ab hypotheca, neque ab obligatione fidejuſſorum, nam ſi tunc res evinceretur, duraret obligatio hypothecæ, & fidejuſſorum: alioquin non; *l. cum ea conditione, §. creditor, ff. de evict.* & tenebitur cedere actionem ex Gloſ. *in l. in creditore, ff. de evictionib.* quam cautelam firmarunt Fabius Anna *conſ.* 35. *num.* 12. Gaſpar Anton. Theſaur. *lib.* 2. *forenſ. qq. quæſt.*88. *n.*9. Ariſmin. Tepat. *tom.*2. *var. ſent. tit.*416. *cap.*6. *& cap.*9. Cibal. *de evict.* §.4. *num.*40. *& in milleloq.*653. Rebuf. *ad ll. Regias tom.* 1. *de literarum obligat. art.* 12. *gloſ.* 1. *num.*20. Marta *voto* 109. *num.* 1. *&* 3.

10 His tamen non obſtantibus contraria ſententia eſt vera, quòd imo evictio habeat locum in datione in ſolutum. *Primò*, quia datio in ſolutum dicitur venditio,

11 ſumendo venditionem largo modo, quia lex 12. tabul. emptionis, & venditionis verbo omnem alienationem contineri voluit, *l. ſtatu liberi à cæteris, §. Quintus Mutius, ff. de ſtatulib. l. ſicut, §. venditionis, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* idem erit dicendum ſi venditio in ſpecie accipiatur.

12 Et hoc probatur 2. quia datio in ſolutum eſt ſimilis venditioni, *l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 14. *num.* 2. Fabian. *de emp. & vendit. part.* 3. *quæſt.* 21. Afflictis *deciſ.* 35. *num.* 18. Menoch. *de arbitrar. caſu* 171. *num.* 51. Maſcard. *tom.* 1. *de probat. concluſ.* 114. *num.* 1... Surd. *deciſ.* 248. *num.* 3. Stephan. Gratian. *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 321. *num.* 8. *& tom.* 3. *cap.* 544. *num.* 15. Anton. Monac. *deciſ. Bonon. n.* 50. *deciſ.* 35. *num.* 2.

Tertiò, propiùs ad materiam, probat text. *in l. ſi prædium, C. de evictionib.* ubi dicitur, quod datio in ſolutum obtinet vicem venditionis, & *ibi* Bal. Ant. Cardoſo *in praxi Advocat. verb.* [emptio,] *num.* 24.

Extende, ut procedat in quovis contractu oneroſo, 13 qui rem in alterum transtulit, ut quando rem tibi do in ſolutum, hoc eſt, in debiti ſolutionem *ex l. libera, C. de ſent. & interl.* Pater Molina *tom.* 2. *de Juſt. & jure, diſp.*380. *num.*2.

Quartò probatur *in l. eleganter, ff. de pignorat. act.* Joan. de Amicis *conſ.* 120. *num.* 8. Cuman. *conſ.*29. Rub. *conſ.* 5. *num.* 7. Socin. Jun. *conſ.* 41. *lib.* 3. Natta *conſ.* 207. *num.* 3. Riminald. *conſ.* 586. *lib.* 3. Joan. Cephal. *conſ.* 98. *lib.* 1. *& conſ.* 9. *num.* 21. *lib.* 2. ubi reſolvunt, dationem in ſolutum venditioni ſimilem eſſe: & probatur ex Bart. *in l.* 1. *§. cum prædium, ff. de pign.* ubi dicit, quòd dare in ſolutum, eſt vendere, & allegat *l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l.* 3. *ff. pro emptore.*

Datio in ſolutum extinguit præcedentem obligatio- 14 nem, & eſt impeditiva obligationis præcedentis, niſi in caſu evictionis, vel impedimenti dati ad exigendum; ſiquidem evicta re data in ſolutum, non agitur primæva actione competente ex primo contractu, ſed agitur utili actione ex empto deſcendente ex evictione ſequuta, *l. eleganter*, ubi Bar. *ff. de pignorat. act. l. ſi prædium, C. de eviction.* Surdus *deciſ.*266. *num.*7. Avendan. *de cenſib. cap.*108. *n.*8. Quod ſecus eſt quando ſunt reſervata prima jura, ut declarat Franchis *deciſ.*50. *n.*6. Poſſunt ergo ſtare, ut per dationem in ſolutum prima jura ſint extincta, præterquam in caſu evictionis ſpecialiter reſervato, Marta *voto Piſano* 109. *num.*4. Propterea tranſlato dominio per dationem in ſolutum, non poteſt agere quis, niſi doceat de evictione ſubſequuta, nempe de impedimentis exactionis, neque de denunciatione facta debitori cedenti, & aſſignanti: & propterea obſtabunt *l.* 1. *C. de peric. & l. emptor, l. parentes, C. de evict.* Dec. *conſ.* 101. Covarr. *lib.* 3. *var. cap.*16. Marta *voto* 109. *num.*10.

Eſt què in hac quæſt. valde notandum, quod ſi quis 15 rem, ſuper qua hypothecam habebat, jure dominii quæſierit, ex dominii ſupervenientia hypothecam amittit, *l. neque pignus, ff. de reg. jur. l. ſi rem alienam, la* 2. *ff. de pignorat. act.* & eſt concluſio indubitabilis, quod dominio quæſito, hypotheca extinguitur, & hoc verbo *extinctionis* utitur Bar. *in l. eleganter, in princip. ff. de pignorat. act.* Et confirmatur, quia quando res non eſt effecta irrevocabiliter illius, qui ſuper ea habebat hypothecam, ſed revocabiliter; aut non fuit extincta, ſed manſit in ſuſpenſo, aut reviviſcit, ita probatur *in l. ex ſextante. §. Latinus, ff. de except. rei jud.* ubi cum deceſſiſſet Sempronius, eidem ſucceſſit Mævius filius, ſed nihilominus bona Sempronii quidam Titius poſſidebat, dicens ſe eſſe hæredem Sempronii, & dum Mævius filius à Titio hæc bona paterna petiiſſet, ad invicem tranſegerunt, & Titius tradidit Mævio quædam bona hæreditaria, & etiam quendam agrum proprium ipſius Titii, quem agrum reverà idem Titius obligaverat prius avo Mævii, & ſic patri Sempronii, qui eundem agrum obligaverat aliis: agunt illi creditores contra Mævium poſſeſſorem, & ad iſtum fundum, & obtinet: idem Mævius reperit illum fundum prius fuiſſe obligatum avo ſuo, & poſtmodùm illis creditoribus, vult agere hypothecaria ad illum fundum ſibi evictum contra illos creditores evincentes, qui opponunt exceptionem rei judicatæ: dicitur in text. exceptionem non obſtare, quodque Mævius agere poſſit: eidem tamen magis obſtat, quòd fuerit effectus dominus vigore tranſactionis illius fundi, ideòque videtur eſſe extincta ſua hypotheca; dicitur tamen quod poteſt experiri, quia non fuit effectus dominus irrevocabiliter, ſed revocabiliter, & ideo hypothecam habet. Ad idem text. *in l. debitor. ff. ad Trebell.*, & *ibi* notat Bar. *num.*2. verſ. (*oppono*,) idem Bar. & cæteri *in dict. §. Latinus*: Bart. & Doct. *in l. eleganter, ff. de pig. act.* Gloſ. *in l. ſi rem alienam, la* 2. *ff. de pig. act.* verſ. (*ſolo*)

Google

Dec. *in l. neque pignus*, *num.* 2. *ff. de reg. jur.* ubi Guil. Mainer. *col.* 1. latè Tiraq. plures allegans *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 70. Alex. *conſ.* 100. *num.* 6. *lib.* 7. Fabius Anna *conſ.* 35. *n.* 4. *& conſ.* 90. *n.* 2.

16 Et proptereà infertur, quòd ſi res mihi obligata, mea fiat, & demum evincatur, prima hypotheca durat, quia res irrevocabiliter mea effecta non fuit, dummodo evinci poteſt. Hinc ſi meus debitor vendit mihi rem, quam prius mihi obligaverat, & illa evincatur ab aliquo creditore; potero me tueri primæva hypotheca: hoc eſt clarum per tex. *in dict.* §. *Latinus*, *& in dict. l. debitor*, an agendo, vel tantùm retinendo? *ibi* præſupponitur utroque modo: Dec. *in dict. l. neque pignus*, utitur verbo (*retentionis*;) Angel. *in l. libera*; *C. de ſent. & interloc. om. jud.* Capicius *deciſ.* 43. Fabius Anna *dict. conſ.* 90. *num.* 3.

17 Infertur etiam, quod evicta re in ſolutum data pro debito pecuniario, non agitur primæva actione competente ex primo contractu illius debiti, ſed actione utili ex empto, deſcendente ex evictione demum ſecuta: etenim primæva actio eſt extincta, & hic contractus dationis in ſolutum pro debito pecuniæ, eſt ſimilis contractui emptionis, & quia evicta re empta datur actio ex empto, & ſic re evicta data in ſolutum pro debito pecuniario, datur actio utilis ex empto, ita probatur in *dict. l. eleganter*, *ff. de pign. act.* & ibi declarant Bart. & alii Doct. idem Bar. *in l. ſi quis aliam*, *ff. de ſolut.* text. *in l. prædium*, *C. de evict. l. libera*, *C. de ſent. & interloc. om. jud.* ubi Bart. Bald. & Salycet. Aretin. *conſ.* 160. *colu.* 6. *in* 4. *dub.* Paul. de Caſtro *in l. qui res*, §. *rem autem*, *ff. de ſolut.* Afflictis *deciſ.* 335. *in tertio dubio*, *ſub n.* 18. Fabius Anna *conſ.* 35. *n.* 5. *& conſ.* 90. *num.* 4. Franchus *deciſ.* 50. *n.* 6. Marta *vota* 109. *n.* 5.

18 Ex hac concluſione ſequitur, quod quando datur res in ſolutum pro debito pecuniario, non ſit diſtinctio, an revocabiliter, an irrevocabiliter, juxta text. *in dict.* §. *Latinus Largus*, quia jura, & Doct. dicunt, quod evicta re, & ſic revocabiliter data in ſolutum pro debito pecuniario, primæva obligatio funditus extinguitur: ergo de neceſſitate fatendum eſt, quod in datione in ſolutum non procedit illa diſtinctio, aliàs implicaretur contradictio; & expreſsè declarat Alber. *in dict. l. libera*, *num.* 2. verſ. [*fallit ubi res data eſt pro pecunia:*] & ratio eſt in promptu, quia non extinguitur primæva actio, ex eo, quòd creditor eſt effectus dominus, ſed quia à priore contractu eſt receſſum per dationem in ſolutum, quæ ſimilis eſt emptioni, *Bart.* ita declarat in *dict. l. eleganter*, *num.* 1. & *ibi* Bald. Caſtrenſis *num.* 6. verſ. (*eſt ergo alia ratio*,) quia, inquit, perinde eſt, ac ſi debitor ſolviſſet creditori debitum, & poſtea creditor reſtituiſſet eidem pro pretio rei pignoratæ, & in ſolutum datæ: conſtat autem, quòd cum debitum principale fuiſſet extinctum per ſolutionem, & extincto contractu principali, extinguitur hypotheca; nam ſolutione ejus, quod debetur, omnis tollitur obligatio, idem Caſtrenſis *in l. ſi quis aliam*, *num.* 3. *in fin. ff. de ſolut.* dicens, quòd primum debitum fuit converſum in cauſam ſecundam, & in pretium rei in ſolutum datæ, ideo re evicta, non eſt redeundum ad actionem primam, à qua eſt receſſum: idem expreſsè tradit Fulgoſ. *in dict. l. ſi quis*, *num.* 5. *& num.* 6.

19 Ampliatur, ut procedat, tàm in adjudicatione, ſeu datione in ſolutum facta à parte, quàm in facta per Judicem; ita declarant *Bar. Bald. Caſtr. Fulgoſ.* & cæteri dum ſummant text. in *dict. l. eleganter*, Bald. *in l. libera*, *col.* 2. *C. de ſent. & interloc. om. jud.* etenim factum Judicis, dicitur factum patris, *l. ſi ob cauſam C. de evict.* Surdus, *dict. dec.* 226. *num.* 13.

20 Advertendum tamen eſt, quòd licèt evicta re in ſolutum data à parte, vel à judice pro debito pecuniario, quia eſt contractus ſimilis emptioni, agatur actione utili ex empto, & primæva actio ſit funditus extincta, & amplius non reviviſcat; tamen quando ut ſuprà diximus, adeſt reſervatio primæ actionis in caſu evictionis, tunc agitur primæva actione, Gloſ. in *dict. l. eleganter*, verb. [*finita*:] quam ſequitur *Bart.* dicens, veram, & notandam; Caſtr. *ibi*. *num.* 8. docens cautelam Bal. *col.* 1. Fulg. *num.* 6. Gloſ. *in dict. l. libera*, in verſ. [*non prohibetis*,] & *ibi* Bart. *num.* 3. dicens eſſe veram opinionem in ſe, & quòd pluries ità conſuluit: Bal. *ibi*, Salycet. *num.* 1. dicens eſſe veram in ſe, & tale pactum erit utile propter fidejuſſores, qui forte eſſent in prima obligatione, & hypothecam antiquiorem tempore, Caſtrenſ. *num.* 3. Alber. *num.* 7. Fulgoſ. *num.* 2. dicens, quòd eſt cautela in perpetuum notanda, & à creditoribus diligentiſſimè obſervanda, Bald. *conſ.* 77. *volum.* 1. Franch. *deciſ.* 50. *num.* 7. *lib.* 7. *lib.* 1. Fabius Anna *conſ.* 90. *num.* 8.

Et quòd ſit utilis hæc clauſula, ſcilicèt, reſervatio 21
primæ actionis, & ſine ejus præjudicio, cum ſit præſervativa jurium, tradit Berojus *in cap.* 1. *num.* 32. *de reſcriptis*: Paul. de Caſtro *conſ.* 312. *n.* 4. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 13. *n.* 142. *lib.* 1. *& conſ.* 70. *n.* 18. *lib.* 4. Puteus *deciſ.* 197. *n.* 25. *lib.* 1. *& deciſ.* 32. *lib.* 2. Hercules Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſolut.* *cap.* 138. *n.* 1.

Limitatur concluſio principalis, quando datur in ſo- 22
lutum res pro debito dotis pecuniariæ, ut dicit text. *in l. qui res*, *ff. de ſolut.* ſecundum magis communem intellectum, nam evicta re illa in ſolutum data, poteſt agi actione primæva ob privilegium in dotis; & ita in ſpecie declarant Bart. & Imol. *in dict. l. qui res*, & optimè idem *Angel.* dicens, quod eſt caſus ſpecialis contra omnia jura mundi, quæ dicunt, quod ubi pro pecunia datur ſpecies in ſolutum, quia illa actio eſt emptioni ſimilis, primitiva obligatio funditus extinguitur, nec reſuſcitatur, licèt res evincatur, ſed agitur utili actione ex empto, *l. ſi prædium*, *C. de evict. l. libera*, *C. de ſent. l. eleganter*, *ff. de pig. act.* Bart. Bal. Salyc. & cæteri in *dict. l. libera*, & in *dict. l. ſi quis aliam*. Fabius Anna *dict. conſ.* 90. *num.* 11.

Quando tamen ſumus in datione in ſolutum pro de- 23
bito pecuniario, non procedit text. in *dict. l. ex ſextante*. §. *Latinius*, dum facit diſtinctionem in dominio quæſito revocabiliter, vel irrevocabiliter, ut poſt *Bart. Alb. Caſtren. Fulgoſ.* ſequitur Fab. Anna *in dict. conſ.* 90. *in ſecunda concluſione*.

Advertendum eſt, quòd quando creditor vendit pi- 24
gnus, & ea venditione conſequitur ſuum creditum, debitor an maneat liber? Doctores duos caſus diſtinguunt. Primus eſt, quando creditor promiſit evictionem emptori, & tunc quo uſquè poteſt eſſe locus evictioni, debitor non conſequitur plenam liberationem, ſed interim liberatio manet in ſuſpenſo: etenim ſi contingat rem evinci, & creditor cogatur pretium receptum reſtituere emptori, poterit tunc agere veteri pigneratitia contraria, à qua debitor non fuit liberatus, *l. reſcriptum*, §. 1. *in* 2. *reſponſo*; *ff. de diſtract. pignor. l. fin. tit.* 13. *part.* 5. ubi Greg. Lopez *gloſ.* 5. & qui text. in *dict.* §. 1. procedit quando eſt promiſſa evictio, ut *ibi* declaratur; Paul. Caſtren. *in l. ſi pignore*, §. *fin. ff. de pign. action. num.* 5. *& 6.* Neguſant. *de pign.* 1. *memb.* *in ſexta part. num.* 47. *in* 7. *quæſt.*

Secundus caſus eſt, quando creditor vendit taliter, 25
quòd ipſe de evictione non teneatur, tunc recepto pretio per creditorem ab emptore, debitor liberatur, *dict. l. reſcriptum*, *in* 1. *reſponſo*, Neguſant. *ubi ſup. n.* 40. *& 43.*

Benè verum eſt, quòd in primo caſu Dec. *conſ.* 449. 26
n. 37. *& ſeq. n.* 3. *volum.* tenet contrarium, quòd actio primæva ſit extincta per text. *in l. ſi plus*, §. 1. *ff. de evict.* & per notata in *dict. l. eleganter*, *& in dict. l. ſi prædium*; & reſpondet ad text. in *dict. l. reſcriptum*, §. 1. quod dum ibi dicitur, quòd liberatio eſt in ſuſpenſo, debet intelligi, quoad effectum; quia ſcilicèt revocari poterit

ſecuta

ſecuta evictione; ſed quatenus eſt de præſenti, debitor dicitur liberatus, & extincta eſt obligatio, licèt ſecuta evictione, dicta liberatio revocari poſſit ex eventu: & eandem opinionem tenet Ruin. *conſ.* 102. *col. fin. lib.* 5. dicens in ſpecie, quòd mulier quæ pro dotibus ſuis jure creditoris, authore Prætore vendiderat bona mariti, & promiſerat emptori de evictione, & poſtea ceſſerat jura ſuæ dotis alteri, qui emerat à primo emptore pro tuitione rerum venditarum, non bene ceſſerat, eò quia hæredes mariti erant liberati per receptionem pretii ſoluti ab emptore primo, uxori, & poſt liberationem dicta ceſſio fieri non potuit; per adnotata *in l. Modeſtinus, ff. de ſolut.* & licet *Neguſant.* pugnet adverſus Ruin. *in dict. num.* 43. verſ. [*& bene tamen,*] Dec. tenet opinionem Ruini *in dict. conſ.* 449. *numero* 37. *& ſeq.*

27 Notandum tamen eſt, quòd quando ſpecies eſt ſoluta pro ſpecie ex cauſa tranſactionis, etiam quòd aliàs regulariter data in ſolutum ſpecie pro ſpecie, & evicta, agatur actione primæva, ut declarant omnes Doctores *ſuprà* allegati, ponentes rationem diverſitatis; tamen non agitur actione primæva, evicta re, cauſa favoris minuendarum litium: ita egregiè Bart. *in dict. l. ſi quis aliam, num.* 2. & *ibi* Caſtren. & omnes Doct. per text. *in l. ſi pro fundo, C. de tranſact.* quanto magis quando ex cauſa tranſactionis datur ſpecies pro pecunia.

28 Præterea expenditur ſingularis diſtinctio *conſ.* 145. & reſolutio ibi, *ex num.* 34. uſque ad *num.* 39. *lib.* 1. ad explicationem quamplurimorum jurium, quæ antea adduxerat, *n.* 12. text. ſcilicèt *in l. deferre, & in l. ſed & revocata, ff. de jure fiſci, l. qui concubinam,* §. *ſi hæres, ff. de leg.* 3. *l. ſi quis aliam, & l. qui res, l. ſi rem, ff. de ſolut.* & probare videntur apertè non liberari debitorem, quando res tradita non remanet penès creditorem recipientem, ſive evicta re in ſolutum data, agi poſſe primæva actione; inquit diſtinguendos eſſe plures caſus: ex quibus dilucidè, & abſolutè apparet, evicta re, quæ fuit data in ſolutum, quando agi poſſit primæva actione.

29 Primus caſus eſt, quando ſolvitur genus pro genere, ut pecunia pro pecunia: & tunc ſi promiſſa non ſit evictio, agitur primitiva actione, ſive ab initio pecunia facta non fuerit accipientis, ſive deſinat ex poſtfacto eſſe apud eum, & ſive id contingat ex defectu dominii, ſive per hypothecariam, ut eſt textus in *dict. l. deferre,* §. *fin. l. & ſeq ff. de jure fiſci.*

Secundus caſus eſt, quando datur ſpecies pro ſpecie; & idem eſt: *l. ſi rem, ff. de ſolut. l. libera, C. de ſent. & interloc. omn. jud.*

30 Tertius eſt caſus, quando datur ſpecies pro genere; & tunc ſi genus non conſiſtat in pecunia, non datur prima actio, ita loquitur text. *in l. ſi prædium, C. de evict. & in l. eleganter, ff. de pignor. act.* ſi verò genus non conſiſtat in pecunia, tunc convenitur debitor priſtina actione, *dict. l. qui concubinam,* §. *ſi hæres.*

31 Quartus caſus eſt, quando datur genus pro ſpecie, & tunc ſi evincatur, non liberatur debitor, ſed datur prima actio, quia tenetur facere genus accipientis; *dict. l. qui concubinam,* §. *ſi hæres,* & ita ſanè præfatam diſtinctionem tradiderunt Gloſ. ordinaria, Bart. Bald. & communiter Scribentes in *dict. l. libera, & in d. l. ſi prædium, C. de evict.* ubi Cujacius *col. fin.* Bar. *in dict. l. ſi quis aliam, n.* 1. ubi Caſtrenſis, & reliqui, Fabius Anna *conſ.* 90. *n.* 10. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 3. *n.* 17. Petrus Surdus *dict. conſ.* 145. *n.* 34. Qui dicit, quòd ſecundum propoſitam diſtinctionem poſſunt intelligi textus illi, qui fuerunt *ſuprà* relati: & *primò*, ad *dict. l. deferre, in fin.* quod procedit, quando pecunia pro pecunia; & genus pro genere ſolutum ſit: *ſecundò*, ad text. in *dict. l. qui concubinam,* §. *ſi hæres,* quod loquitur, ubi genus ſolvitur pro ſpecie: *tertiò*, text. *in dict. l. quis aliam,* procedit, quando genus datum fuit pro genere: *quartò*, textus in *dict. l. qui res,* hoc eſt ſpeciale favore dotis, in qua ſubſiſtit prima actio, nec tollitur, ſive pro ſpecie, ſive aliter detur, ut ſuprà reſolutum fuit. Simili modo reſpondetur ad *l. Titius, ff. de jure fiſci,* quando genus ſolutum eſt pro genere, hoc eſt pecunia: & ad text. in *dict. l. ſi rem,* quando genus datum eſt pro genere: hac etiam reſponſione tollitur *l. ſed & revocata.* & ne verbalis videa- 32
tur hujuſmodi diſtinctio, & ratione deſtituta; ponderanda eſt inter prædictos caſus diverſitatis ratio, quando enim pecunia ſolvitur pro pecunia, requiritur, quòd in effectu pecunia efficiatur accipientis, & in eum transferatur dominium, aliàs non cauſatur liberatio, *l. Julianus,* §. *ex vendito, ff. de act. empti,* Petrus Surd. *dict. conſ.* 145. *num.* 3. 4. & 35. Jo. Caſtellus *lib.* 4 *ult. volum. cap.* 59. *n.* 56.

Animadvertendum eſt, quòd ſicut emptor debet 33
nunciare venditori litem eſſe motam, ita etiam ille qui recipit in ſolutum: notant *Bart. Bald. Salycet.* per illum text. in *dict. l. libera, C. de ſent. & interlocut. omn. jud.* & hoc modo de datione in ſolutum arguit. Bart. *in l. ſi pupillorum,* §. *ſi Prætor, ff. de reb. eor.* Fulgoſ. *conſ.* 137. *volum. penult. in fin. & in conſ.* 190. & hanc tenet Anton. de Burg. *in dict. cap. fin. de empt. & vendit.* Caballin. *in dict.* §. 4. *num.* 41. *de evict.*

Ad argumenta in contrarium in principio hujus 34
quæſtionis poſita reſpondetur, quia illa procedunt in materia odioſa, & pœnali, Abb. *in cap.* 1. *de his quæ fiunt à Prælatis,* Ant. Burg. *in rub. de emp. & vendit. n.* 20. & quod dictum fuit de cautione *Bart.* quando inſtruit creditorem, ut ſibi reſervet primævam actionem, ſemper ut lis eſt ex empto actio: *d. l. eleganter in princ. ff. de pignor. act.* ſed prior pinguior eſt, quàm ſecunda, cum per illam conſultum ſit creditori etiam contra tertios poſſeſſores, qui emerunt poſt creditoris obligationem; facit *l. Moſchis, ff. de jure fiſci.*

Vel reſpondetur, quòd licèt demus, quòd evictio habeat materiam odioſam, ut dictum eſt *in præfatione,* ex parte obligati; nihilominus cùm etiam expreſsè loquatur in datione ſolutum *l. ſi prædium, C. de eviction.* non eſt amplius ambigendum; Abbas *conſ.* 2. *num.* 12. idem eſt in datione in ſolutum facta authoritate judicis, Afflictis *decif.* 8. *num.* 4. Stephanus Bertrand. *conſ.* 298. *lib.* 3. *pars.* 1.

Tandem in datione in ſolutum evictio procedit etiam- 35
ſi non ſit conventum, neque aliquid dictum de evictione, *l. ſi quis dao,* §. *ſi quis juraverit,* & *ibi* Gloſſ. *ff. de jurejurand. l. ex empto in princip.* & *ibi* Bart. *ff. de act. empti.* Cardinalis Tuſch. *tom.* 3. *pract. concl. concluſ.* 354. *num.* 8. & *n.* 9. aſſerit, quòd habet locum, tam contra venditorem, quàm contra illius hæredem, & fidejuſſorem, *l. Sciafundos, ff. de evictionibus, l. exceptione doli, C. de eviction.*

QUÆSTIO XXIX.

An in contractu permutationis habeat locum evictio?

SUMMARIUM.

1 *Permutatio venit nomine alienationis.*
2 *Quid comprehendat alienatio largiſſimè ſumpta.*
3 *Caſus in quibus prohibita alienatione non eſt prohibita permutatio.*
4 *Venditionis appellatione venit permutatio, non in illis, quæ ſunt ſtricti juris, nec in ſtatutis diſponentibus contra jus commune.*
5 *Per permutationem transfertur dominium ſequuta traditione.*
6 *Evictio locum habet in contractu permutationis.*
7 *Permutatio vicem obtinet emptionis, & eſt emptioni ſimilis.*
8 *De jure communi condictio ob cauſam competit ad repetendum data in permutatione non obſervata.*

9 *Proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis.*
10 *Permutatio eſt contractus innominatus.*
11 *In contractibus innominatis de jure communi locus eſt pœnitentiæ, & datur ex capite cauſæ non ſequuta.*
12 *In permutatione debet transferri dominium; & ſi non transferatur, perinde eſt, atque ſi res non fuiſſet tradita.*
13 *In contractu permutationis de evictione agi poteſt etiã evictione nondum ſequuta.*
14 *In permutatione facta cum re venali expoſita, competit ſolùm actiò præſcriptis verbis ad intereſſe: ſi autem ſit facta cum re non venali, datur actio præſcriptis verbis, & condictio ob cauſam ad repetendum.*
15 *Evictio an detur in permutatione beneficiorum.*
16 *An in permutatione beneficiorum non ſortita effectum, liceat propria authoritate ad ſuum beneficium redire.*
17 *Renunciatione facta ex cauſa permutationis, & non ſortita effectum, non eſt novus titulus neceſſarius.*
18 *Beneficium permutatum vacat, ſi beneficiarius moriatur, antequam permutatio ſuum effectum ſortiatur.*
19 *Permutatio reſolvitur evicto beneficio alterius.*

PRo vera intelligentia hujus quæſtionis, referendi ſunt Authores, qui de illo tractaverunt, Redoanus *in tractatu de rebus Eccleſiæ non alienãdis, fol.* 7. Vincent. de Franchis *deciſ.* 34. *num.* 2. Franciſcus Vivius *dec.* 510. *num.* 7. Petrus Surdus *dec.* 290. Franciſcus de Claperiis, 1. *par. cauſa* 49. Franciſcus Beccius *conſ.* 83. *num.* 1. *lib*.... Ant. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 33. verſ. *ſecundò*, Caldas Pereyra *in tract. de empt. & vendit. à n.* 4. Gaſpar Caballinus, §. 4. *n.* 43. & 44. *de evictionibus*, & plures alii, quos ſciens omitto.

1 Venit etiam permutatio ſub vocabulo *alienationis*; textus *in cap. nulli, de rebus Eccleſ. alienand. vel non.* [Alienationis autem verbum continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuticum perpetuum contractum.] Allegatur ad hoc text. *in*
2 *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* ubi largiſſimè ſumitur ſignificatio dicti verbi, comprehendens etiam pignus, & hypothecam. Eſt quæſtio inquit Bald. *in Auth. res quæ C. comm. de legat. colum. fin.* verſ. (*quæro adeo*) utrum ille, qui non poteſt alienare, poſſit permutare? ubi adductis contrariis, uno videlicet ex voluntate teſtatoris,
3 per text. *in l. idem ſervandum*, & alio contrario in favorem dotis, *l. fin. ff. de jure dotium*, in quibus prohibita alienari poſſunt permutari; Tandem tenet negativam, videlicet, quod prohibitus alienare non poteſt permutare. Item dicit Specul. *in tit. de rerum permut. in princ.* verſ. (*item in hac forma*,) ibi, *quia permutatio eſt alienatio, ut de rebus Eccleſiæ non alienand. extra & per* Joan. Andream *in add. ad Speculat.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 16. Bertachinus *in tract. de Epiſcop.* 4. *part.* §. 4. verſ. [*nunquid prohibitus alienare, poteſt permutare*,) latè per Jaſon. *in l.* 1. *ff. de rer. permut. colum.* 4. ubi diſputat, & te-
4 net quòd appellatione *venditionis* veniat permutatio, & venditione promiſſa intelligitur permutatio, per text. *in l. ſtatu liber.* §. *Quintus, ff. de ſtatu liber.* ubi appellatione venditionis venit permutatio, Gloſ. *in l. cum hi*, 8. §. *ſi cui*, *ff. de tranſ.* in verb. diſceptatione: & hoc verum, dummodo non ſimus in illis, quæ ſunt ſtricti juris, & dummodo ſtatuta non loquantur contra jus
5 commune, quia per permutationem transfertur dominium ſecuta traditione, *l.* 1. *ff. de rerum permutatione, l. eum, qui*, §. *ſi permutatio ff. de publicanis.*

6 Dubitare non convenit, quin in contractu permutationis locum habeat evictio, dummodo interveniat denunciatio, nam de hoc eſt text. in *l. ſi permutationis*, ubi Bald. & alii notant. *C. de evict.* Dec. *conſ.* 281. *in princ.* Ruin. *conſ.* 94. *num.* 6. *lib.* 1. Gaſpar. Caballin *d.* §. 4. *num.* 43. *de evict.* Petr. Molina *tom.* 2. *de juſt. & jure, diſp.* 380. *n.* 2. Ludovicus Rodolfinus *voto unico, n.* 1. poſt tract. *de abſolut. poteſtate Principis.*

Sed dubium eſt, an cum res permutata fuerit evicta poſſit permutans agere ad intereſſe ad exemplum actionis ex empto, an verò ei detur regreſſus ad prædium traditum, per condictionem ob cauſam? Et prima fronte videtur dicendum ſolum dari actionem ad intereſſe, 7
nam permutatio vicem obtinet emptionis, *l.* 2. *C. de rer. permutat.* & eſt ſimilis emptioni, & venditioni, *l. ultima, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Afflictis *deciſ.* 339. *n.* 2. Caballin. *dict.* §. 4. *num.* 43. Dec. *conſ.* 555. *n.* 10. Franciſcus Beccius *conſ.* 83. *n.* 2. Sed in venditione ſi res evin- 8
catur datur emptori actio ad intereſſe, *l.* 1. *in princ. ff. de action. empt. cum ſimilibus*: ergo idem in permutatione dicendum, & eſt text. & ibi hoc dicit Bald. *in dict. l. ſi permutationis*: de jure tamen communi condictio ob cauſam competit ad repetendum data in permutatione, *l. ſi pecuniam, ff. de condict. ob cauſam*: niſi permutans in inſtrumento caveat expreſsè de evictione pro intereſ- 9
ſe, quia proviſio hominis, legis proviſionem tollit, *l. ultima, C. de pact. convent. l. & habet*, §. *cum quis*, & ibi Gloſ. *ff. de precar.*

Verùm re diligentiùs diſcuſſa, permutanti competere condictionem ob cauſam ad repetendum data, arbitror, 10
& ſequentibus rationibus probatur: in primis, quia permutatio eſt contractus innominatus, *l.* 1. verſ. (*& ſi ea res*,) ubi Caſtrenſ. *num.* 6. *ff. de rer. permut.* Gloſ. & DD. *in rubr. C. eodem titul.* Et in contractibus innominatis, hoc eſt, regulare de jure communi, ut & locus 11
ſit pœnitentiæ, *l. ſi pecuniam, ff. de condictione ob cauſam*, Bald. *in rub. C. de rer. permutat.* Imol. *in l. Ariſto, ff. de donat.* Jaſ. *in l. juris gentium, in princ. & in l. ab emptore, ff. de pactis.* Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. cap.* 3. *n.* 32. & datur condictio ob cauſam ex capite cauſæ non ſequutæ, *l. ult.* ubi Bart. Alexand. Jaſ. & cæteri, *ff. de condict. ob cauſ.* Doctores *in l.* 2. *&* 3. *& l. antepen. C. eod. titul.* Angel. *in l.* 2. *C. de rer. permut.* Imol. *in dict. l. Ariſto*, Alex. *in l. pro fundo, C. de tranſ.* verb. (inſtaurari:) ſi res permutata evincatur, poteſt is, cui fuit evicta, data repetere, quaſi cauſa non ſequuta; Salycetus tamen in *l.* 1. *n.* 2. *ff. de rer. permut.* dicit, quòd ſi is, qui recepit data ex cauſa permutationis, non implet conventa, poteſt conveniri ad reddendum data: & *ibidem* clariùs hoc explicat *Paul. de Caſtro*, dum perſequitur differentias inter contractum Emptionis, & Permutationis, *ſub num.* 7. concludens, quod ſi in contractu permutationis, alter contrahentium implevit pro parte ſua dando rem & alter non vult implere, poteſt qui implevit non ſolùm agere, ut ſibi impleatur, vel ad intereſſe, ſed etiam repetere quod dedit per condictionem ob cauſam, quæ habet locum in contractibus innominatis.

Nec movere debet, ſi quis dicat præmiſſa procedere, quando quis implevit contractum pro parte ſua, alter verò non vult implere: in quibus terminis loquuntur *Salycet. & Paul. Caſtrenſ.* Diverſum autem videtur, quando uterque implevit, ſed res poſtea fuit ab altero evicta, quia per implementum videtur ſublata actio, quæ competebat ad repetendum data; ſicuti dicimus in contractu emptionis, & venditionis, in quo non poteſt ille, qui adimplevit pro parte ſua, puta venditor, qui rem tradidit, illam repetere, ſi per emptorem ſibi promiſſa non obſervatur, ſed agere contra eum, ut adimpleat, & ad intereſſe, *l. incivile*, & *ibi* not. Bald. *C. de rei vendicat.* Matthæus de Afflict. *deciſ.* 280. *n.* 6. Joſephus Ludovicus *deciſ. Peruſina* 53. Jo. Crotus *conſ.* 75. *num.* 13. & 19. Proſper Farinac. *conſ.* 176. *num.* 16. *tom.* 2. *crim. & deciſ.* 148. *num.* 2. *tom.* 2. *crimin.* Stephanus Gratianus *deciſ.* 159. *num.* 1. Dec. *conſ.* 187. Franciſcus Beccius *conſ.* 83. *num.* 6. *lib.* 1. Dec. *in l. cum proponas* 2. *in* 4. *ampliat. & item* 3. *fallit. C. de pactis*, Ruin. *conſ.* 128. *lib.* 2. Sic dicendum in permutatione, ut facta executione contractus ceſſet condictio ob cauſam,

ſam, ſed ſequuta poſtmodum evictione datur actio præſcriptis verbis ad intereſſe, *dict.l. ſi permutatiauis*, cum Gloſ. ult. *C. de evict.* ſic videtur ſentire Caball. *in dict.§.4.num.44.*

12 Nihilominus tamen dicendum eſt, quòd in permutatione debet transferri dominium, ideo ſi contrahens tradidit, ſed dominium non tranſtulit, & ſic non fecit quod debebat, perinde agi poteſt, atque ſi non fuiſſet traditum: cum enim non fecerit rem accipientis, vel facta non duraverit, non fuit liberatus, quia quod evincitur habetur pro non tradito; *l. non quacumque, ff. de leg. 1.* Bald. *conſ.296.in princip. lib.* 2. quidquid aliter ſit in venditione, ut not. Bart. in *l. Ariſta*, *§.1.num.1. ff. de donat.* quem ſequitur Aretinus *in §. actionum, num.30. Inſtit. de actionib.* Convenit quod Alciatus ſcribit *in l. ſi pro fundo, verb.* (præſcriptis verbis,) *num.5. C. de tranſact.* dicens, quòd prétio tradito evicto, apparet reum non dediſſe, & ita non impleviſſe contractum; & in contractibus innominatis idem eſt omninò non implere, vel non perfectè, ut idem Alciat ait *in dict. l. pro fundo*, verb. (inſtaurari,) *ſub n. 4.* Ergo ſine dubio condictione ob cauſam agi poterit, ſequuta evictione, ad repetendum data, quaſi cauſa non ſequuta.

13 Illud obſervandum eſt, quòd licèt in contractu venditionis, de evictione ante agi non poſſit, quàm evictio ſit ſequuta; Tamen diverſum eſt, in permutatione, quia cum debeat transferri dominium, ante agi poteſt de evictione, quàm res evincatur, perinde ac ſi res non fuiſſet tradita; ita notat, & tradit Paul. de Caſtro *in l. 1. num. 11. ff. de rer. permutatione*, & hoc clarè ante Paul. de Caſtr. dixit Cyn. *in l. 1. C. de rer. permut.* ſequitur Caballin. *d. §.4. num* 44. Franc. Becc. *dict. conſ.* 83. n. 8.

14 Sed ne mendicatis ſuffragiis utamur, de hoc eſt caſus *l. 1. C. de rerum permut.* ubi habetur, quòd ſi permutatio fiat cum re, quæ erat expoſita venalis, agitur ſolum actione præſcriptis verbis ad intereſſe: ſed ſi fiat cum re non venali, agitur etiam condictione ob cauſam ad repetendum data, & ita debet intelligi illa lex ſecundum Gloſ. primam *ibi in fin.* clarè dicentem, quòd ſi premutatio fiat cum re non venali expoſita, ſequuta evictione datur actio præſcriptis verbis, & condictio etiam ob cauſam ad repetendum data. In qua opinione fuit prius Azo *in dict. l. 1. num.* 7. ubi ait, quòd re evicta non videtur tenuiſſe permutatio, & ideo poteſt agi condictione ob cauſam ad repetendum quod datum eſt, quaſi nihil ſit ab altera parte datum, vel etiam actione præſcriptis verbis ad intereſſe: & hic intellectus eſt communiter receptus, ut affirmat Sa ycet. *ibi*, quidquid dixerit ibi *Petrus & Cyn.* qui exiſtimarunt unum tantùm caſum poni, ſecundum quos etiam utraque actio, nempè condictio ob cauſam, & præſcriptis verbis re evicta daretur, ut *ibi* habetur; & videtur ſequi Guid. Papa *conſ.* 39. dicens, intellectum *Petri & Cyn.* eſſe rationi, & æquitati conſonum, & ſecundum intellectum *Gloſſæ* dicit *ibidem Angel.* quòd licèt in contractibus innominatis qualis eſt permutatio cauſa non impleta locum habeat condictio ob cauſam, tamen cum res permutatur cum re venali expoſita, non eſt locus condictioni ob cauſam, ſed agitur tantummodò actione præſcriptis verbis ad intereſſe, ut eſt ſecundum eum caſus ſingularis in *dict. l. 1.* quam ſingularem dicit Alexand. *in l. ult. num. 5.* Jaſ. *num. 8. de condict. ob cauſ.* Si autem non ſit res expoſita venalis, tunc non impleto eo quod in contractum devenit, ille qui implevit contra non implentem duplex habet remedium: nempè condictionem ob cauſam, ut reddatur quod ſolutum eſt; & actionem præſcriptis verbis, ut impleatur quod in pactum devenit, *dict. l. 1. & l. cum precibus, C. de rer. permut.* clarè hoc vult Odofred. *in dict. l. 1.* verſ. [*incipit ſecundus caſus*] dicens, quòd ſi permuto rem tecum, & eā à me evincatur, habeo electionem, vel poſſum repetere id quod dedi, condictione ob cauſam quaſi cauſa non ſequuta; ut colligitur ex *dict. l. 1.* vel agere præſcriptis verbis ad intereſſe, *l. 2. & l. in rebus, C. eod. tit.* Ab hac ſententia non diſcrepat Guid. Papa *dict. conſ.* 39. Nicolaus Boerius *deciſ.* 112. *num.* 13. dum præſupponit, quòd res data peti poſſit re permutata evicta. Cum ergo habeamus caſum legis, non convenit ambigere, ex Gloſ. *in l. civilia, C. de furtis, & l. illam, & ibi Dec. C. de collat.* & Dec. *conſ.* 484. & *conſ.* 658. *n.* 2. & *conſ.* 693. *in princ.*

15 Notandum tamen eſt, quòd pater tenetur de evictione Caſtri permutati, ſi filius de facto detinet Caſtrum, quia pater non excuſatur, ita Bald. *conſ.* 368. *lib.* 1. Cardinal. Tuſch. *tom. 3. var. concluſ.* 354. *n.* 19.

16 Sed an hoc procedat in permutatione beneficiorum: vide Canoniſtas *in cap. 1. de rerum permutatione in* 6. Socin. *conſ.* 168. *lib. 2. col. penul.* & quòd in beneficialibus 17 detur evictio, vide Rebuff. *in praxi benef. num.* 25. verſ. [*nono*,] ſi beneficium pacificum eſſe promiſiſti, moveaturque mihi poſtea lis ſuper eo, tu debes eam proſequi, & à me propellere moleſtiam omnem: alioqui, ſi evincatur, revertar ad meum beneficium: *cap. ſi beneficia, de præbendis, lib.* 6. vel debes erga me condemnari ad beneficium ſimilis valoris, &c. Zerola *in praxi Epiſcopali, part.* 1. verb. [*evictio*:] Bald. *in cap. 1. §. ad hæc*, *verb.* [non poteſt,] *de pace juram. firm.* Cabedo *deciſ. Luſuana* 36. *num. 2. par.* 2. Stephan. Aufrerius *in addit. ad deciſ. Capellæ Toloſanæ* 71. Caldas Pereira *in tract. de empt. & vendit. cap.* 31. *n.* 5.

18 In tantum hoc procedit, quod in permutatione non ſortita effectum, liceat propria authoritate ad ſuum beneficium redire: Felin. *in cap. cum venerabilis, de except. n.* 11. ubi Decius *num.* 18. Capella Toloſana *deciſ.* 260. Rebuf. *in praxi benef. de paeificis poſſeſſaribus, num.* 290. Caldas *ubi ſuprà, num.* 5. Rota *dec.* 1. *num.* 4. *de rer. in permut. in novis.* quæ etiam dicit, quod in permutatione invalida, quæ ſuum non ſortita eſt effectum, permutantes non poterunt redire ad beneficia abſque nova collatione: *dec. 1. in fin. de filiis presbyterorum, in noviſ. & deciſ.* 16. *de rerum permutatione, num. 6. in antiquis*, Flaminius Pariſius *de reſignat. benef. lib. 1. quæſt. 14. à num.* 1.

Sed his minimè obſtantibus, contrariam opinionem veram exiſtimo, ut permutans, ſi non eſt ſortita effectum permutatio, poſſit redire ad ſuum beneficium abſque nova collatione, tenet Rota *deciſ. 7. de reſtit. ſpoliat. in antiquis*, Marcell. Creſcent. *dec.* 228. *lib.* 2. Celſus Hugo *conſ.* 43. *num.* 5. Caputaquenſis *deciſ.* 79. *lib.* 1. Mohedanus *deciſ.* 323. Archidiaconus *in cap. ſi beneficia de præbendis, lib.* 6. Cardinalis Pariſius *conſ.* 5. *num.* 7. *lib.* 4. *Gabr. conſ.* 185. *num.* 2. *lib.* 1. Flamin. Pariſ. ubi *ſup. num* 6.

19 Ultimò eſt notandum, quod ſi beneficiarius moriatur, antequam permutatio ſuum effectum ſortiatur, & ſic evicto beneficio, reſolvitur permutatio, Rota *deciſ. 1. & 3. de rerum permut.* Gonzalez *in reg. 8. Cancellariæ gloſ. 15. §. 2. num.* 52.

QUÆSTIO XXX.

An in jurepatronatus ſeculari & Eccleſiaſtico debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1. *Si juſpatronatus ſeculare evincatur, datur actio pro evictione.*
2. *Dominus pretia manumittens ſervum, de evictione tenetur.*
3. *In jurepatronatus Eccleſiaſtico debetur evictio.*
4. *Prælatus conferens uni beneficium Eccleſiaſticum, quod erat alteri debitum, tenetur illo evicto providere de æquivalenti beneficio.*
5. *Ponitur exemplum quomodò contingere poſſit, ut juſpatronatus*

tronatus Eccleſiaſticum evincatur.

6 Juſpatronatus de per ſe vendi non poteſt.

7 Emptor juriſpatronatus ſcienter amittit pretium, & Eccleſiæ applicatur.

8 Evictio non conceditur pro donatione facta à liberto in fraudem patroni.

9 Caſus de facto refertur inter Principem de Melito Ducem de Paſtrana, & inter Eccleſiam Collegialem ejuſdem villæ.

10 Promiſſio facta Eccleſiæ Collegiali debet eſſe perpetua, ſicut eſt ipſa Eccleſia perpetua.

11 Annuus redditus datus Eccleſiæ eſt perpetuus.

12 Cenſus judicatur perpetuus ad rationem triginta.

13 Declaratur text. in Authent. de non alienandis rebus Eccleſiæ, §. quia verò Leonis, in fin.

14 Juſtum, & commune pretium cenſus aſſignatur.

15 Pactum redimendi minuit tertiam partem cenſus.

16 Argumentatur ex natura actus.

17 Conſtituens dotem inſufficientem magis dicitur benefactor, quàm donator.

18 Diſtributiones quotidianæ, & anniverſaria non computantur in dote Eccleſiæ, & n.22.

19 Patronus ſemper tenetur de evictione in dote data Eccleſiæ.

20 In dotante Eccleſiam ſemper intelligitur præceſſiſſe ſtipulatio, aut pollicitatio.

21 Conſenſus Epiſcopi requiritur ad fundandum juſpatronatus Eccleſiaſticum.

22 Damnum, & diminutionem, quæ contingunt Eccleſiæ in dote data, ſupplere debet patronus.

23 Aſſignatio redditus à patrono non eſt ad limitandam obligationem, ut ſi redditus deficeret, Eccleſia eum perderet.

24 Deſignatio certæ quantitatis fundi poſteà ſequuta non operatur taxationem in ipſa obligatione, ſed demonſtrationem ad effectum exactionis, n.25. & 26.

27 In alimentis, & in piis cauſis redditus ſemper debent eſſe perpetui.

28 Ita ut, ſi commodè ex re aſſignata præſtari non poſſunt, præſtari debeant ex aliis bonis conſtituentis penſionem.

29 Favor alimentorum, & pia cauſa exigit, ut in omni caſu penſio præſtanda ſit.

30 Explicatur textus in l. ſi quis argentum, §. ſi verò redditum, C. de donationibus, & n.31.

32 Ex quocumque eventu propter cauſam piam, ſi fructus, aut redditus deficiant, ſunt ſupplendi ex aliis bonis ejus qui promiſit, aut donavit.

33 Donator in jurepatronatus adſtringitur ad præſtanda tot bona, quæ ſubeant eandem æſtimationem, quam promiſit.

34 Proprium eſt cujuslibet alienationis dominium transferre.

35 Jus evincendi reſpicit omne tempus, ibidem.

36 Nullo eſt obligatio ad ſupplementum quando res perditur caſu fortuito, & ex facto Principis.

37 Patronus perfectè adimplet præſtando reditus ad ſummam currentem ex diſpoſitione legis, & judicantur perpetui.

Idem judicandum eſt de cenſibus perpetuis, ac redimibilibus, ibid.

Præſens ſtatus dubius cauſat exceptionem perpetuam, ibid.

Cenſus redimibilis perpetuus judicatur, eò quòd perpetuò durare poteſt, ibidem.

38 Cenſus redimibiles inter immobilia computantur, & eorum appellatione veniunt.

Quando fit executio in cenſu redimibili, prætizatur, ſicut res immobilis, ibid.

De jure communi, & Regio, hujuſmodi cenſus reputantur inter immobilia, & pro materia perpetua. ibid.

39 In dotatione Eccleſiæ ſufficit, ut dotatio conſtituatur in bonis immobilibus, & cenſibus redimibilibus.

40 Actus ſequens fit in executionem præcedentis obligationis, & ejus intelligentiam aperit.

41 Qualitas poſſeſſionis declarat animum contrahentium circa intelligentiam verborum contractus.

42 Quæſtio jam ſemel deciſa, & tranſacta in rem judicatam, iterum refricari non poteſt.

43 Cuilibet negotio ſufficit una determinatio.

44 Rei judicatæ parendum eſt.

45 Curſus longi temporis ſufficit in vim interpretationis, ut puta decem annorum, & minus.

46 In rebus, quæ immemorialem poſſeſſionem requirunt contra Eccleſiam ſufficit quadragenaria cum titulo, quæ cauſat bonam fidem.

47 Dotatio Eccleſiæ ſi ſemel facta ſit, & promiſſio adimpleta, ſufficit.

48 Dotans ſi ſemel dotavit, non tenetur iterum dotare, ſi caſu fortuito ceſſare contingat.

49 Eccleſia in totum remanens indotata, ſi requiſitus patronus eam non dotaſſet, privaretur jurepatronatus; & qui denuò dotaret, illud adquireret.

50 Limitatur quando ſolùm venit in diminutionem primæ dotationis.

51 Dos Eccleſiæ æquiparatur doti filiæ, & inter utramque adeſt ſimilitudo.

52 Pater ſemel dotans filiã, & fortè fortuna cõſumpſerit, aut dotem perdiderit, iterum pater tenetur dotare, ſecùs ſi dos diminuta ſit, & quomodo hoc procedat.

53 Cenſus minori pretio emitur.

54 Senatus Supremus Regius nunquam promiſit, quòd Patroni præſtarent majorem quantitatem in Capellaniis, quàm ad rationem ſummæ conſtitutæ tempore fundationis.

Adducuntur plura exempla Supremi Senatus, ibidem.

55 Reſolutio Supremi Senatus habet vim communis opinionis.

In favorem Ducis fuit ſententiatum, quòd non teneatur de evictione in hujuſmodi dotatione per accretionem pragmaticæ cenſus, ibidem.

56 Ponitur aliud exemplum Senatus Prætorii in Capellaniis, an hæres patronatus teneatur de evictione redditus à teſtatore aſſignati in favorem Capellanorum, ſi hujuſmodi redditus diminuantur per accretionem valoris cenſus.

57 Aſſignatus redditus ad rationem quatuordecim pro Capellania, non poteſt Capellanus, ſi cenſus decreſcat, facere, ut imponatur ad majorem ſummam, quæ vigebat tempore fundationis.

Quantitas redditus Capellaniæ debet habere æſtimationem ſecundum tempus, quo fundator eam conſignavit, & non ſecundum accretionem cenſus per pragmaticam, ibid.

58 Æſtimatio valoris legati debet attendi tempore diſpoſitionis, & non ſecundum conſignationem legis ſupervenientem.

59 Capellanus non poteſt petere æſtimationem majorem, quàm dicta Capellania habebat tempore fundationis.

60 Si inter fratres actum ſit, ut dotes filiarum ſolvantur ex bonis cõmunibus, intelligitur, ſi ſemel dotentur.

Semel facta redditus deſignatione à fundatore, ſi poſteà superveniat redditus diminutio, nec fundator, nec ejus hæres, nec patronus tenentur ſupplere, ibid.

Sufficit conditionis implementum per momentum durare, ut conditio perfectè adimpleta dicatur, ibid.

61 Obligatus ex contractu ad rem tradendam, ſemel eam tradendo liberatur.

62 Explicatur *Molina* de primog.

63 Capellania judicatur perpetua cũ prima dotatione, ſine eo quòd diminutio fiat ex caſibus poſteà cõtingẽtibus.

64 Mutat

64 *Mutatio, quæ ſupervenit ſine culpa Patroni, aut hæredis, non gravat eos.*
65 *Damnum debet eſſe æquale.*
66 *Laudatur Paulus de Caſtro, & ejus dictum refertur, & num. 67. 68. 69. 70.*
71 *In re donata non habet locum evictio.*
72 *In facto, quod evenit Principis reſcripto, ſua evictionis locum non habet.*
73 *Legatarius certæ rei demonſtrata, vel taxativè quando dicatur.*
74 *Teſtator gravans hæredem ad faciendam capellaniã, vel altare cum certa expenſa ſcutorum ſingulis annis, tunc augmentum & diminutio non ſpectat ad hæredem, ſed ad legatarium Capellanum.*
75 *Naturalis ratio ſuadet ad hoc, videlicet, quòd ſi cenſus traditi Capellano augerentur, talis accretio ei ceſſiſſet, ita & diminutio.*
76 *Explicatur text.* in l. Lucius, ff. de alimentis, *cum ſimilibus.*
77 *Proprietas quando legari videatur.*
78 *Quantitate perempta, genus perire non poteſt.*
79 *Explicatur text.* in l. Quintus Mutius, la 2. §. ſi autem, ff. de auro, & argento legato.
80 *In legato quantitatis annuæ cõprehenditur proprietas.*
81 *In præſenti diſputatione proprietas non recipit ſeparationem ab uſu, & num. 82.*
83 *Ceſſio, & mandatum in rem propriam in incorporalibus habetur pro vera, & reali traditione.*
84 *Aſſignatio ex natura dominii translationem complectitur, & num. 85.*
86 *Effectus dominii eſt, quòd damna patiatur dominus rei, ut potitur commodis.*
87 *Patronus adimplet ex ſua parte conſervando ſortem principalem indemnem.*
88 *Quando legatum eſt taxativum reſtringitur legatum loco deſignato, & quando dicatur taxativum, & demonſtrativum legatum.*
89 *Reſpondetur cuidam objectioni Capellani.*
90 *Legatum erit perpetuum dum conſignans durat.*
91 *Præſtatur reſponſio ad* Roman.
92 *Reſpondetur deciſione Rotæ Romanæ* 127. in 1. part. diverſ.
93 *Cuidam tacitæ objectioni reſpondetur cum remedis legali.*

1 PRæclara, utilis, & quotidiana eſt quæſtio quæ pro-
ponitur hic, & paſſim in foro; & Palatiis occurrit,
& de ea multoties fui interrogatus poſt promulgationem
pragmaticæ cenſuum, & eorum accretionem: Bald. *in*
l. fin. C. de peric. & commod. rei vendita, tenet, quòd ſi
evincatur juſpatronatus competit actio pro evictione, &
allegat textum notabilem *in l. Titius, la 1. ff. de action.*
empt. & illum notabilem appellat *Bart.* & admonet, *ibi*,
num. 2. Paul. de Caſtro; quòd licèt ille, qui habet juſpa-
tronatus, non dicatur ex hoc locupletior, ut in *l. na-*
turalis, in fin. ff. de præſcriptis verbis, & ſic propter hoc
non poſſit onere pecuniario gravari, ut in *l. planè, la*
2. §. *fin. ff. de legat.* 1. ſi tamen ſibi auferatur, cenſe-
tur fieri pauperior, ut ſic poſſit agere de evictione,
Decius *conſ.* 483. *num.* 15. Caballinus, §. 4. *num.* 47.
de evict. Cæſar Lambertinus *de jurepatronatus, par. 2. lib.*
2 1. *art.* 23. *quæſt. 5. principalis.* Ex his infertur, quod do-
minus pretio manumittens ſervum, de evictione tenetur;
ut in cæteris contractibus venditionis, *l. jurisgentium. in*
fine, ff. de pactis. Greg. *in l. 90. tit. 18. part. 3. gloſſa* ver-
bo, (*que los ampararia.*) Garcia Gironda *de gabellis*, 9.
part. §. *unic. num.* 2.
3 Quòd in jure patronatus Eccleſiaſtico debeatur evi-
ctio, etiam videtur dicendum, & facit argumentum,
quod ponit Jaſ. *in l. domus*, §. *de evictione*, *nu.* 11. *ff.*
4 *de leg.* 1. Quòd ſi Epiſcopus, vel alius Prælatus confe-
rat uni beneficium, quod erat alteri debitum, tenetur
illo evicto providere illi de æquivalenti beneficio; ut
eſt text. *in cap. inter cætera, in fin.* ubi Abbas *ultim. notab.*
de præbend. Rebuff. *tom. 3. ad l. Gallic. tit. de recuſat. tit. 2.*
art. 8. gloſ. 1. *num.* 3. Intellige hoc ſano modo, quando
collator eidem tenetur conferre, ut in vim mandati
Apoſtolici, aut nominationum, *d. cap. inter cætera*: Re-
buf. *in tract. nominat. tom. 3. de dilat. art. 2. gloſ. 1. n.* 34. Ze-
rola *in praxi, verb.* (evictio,) 1. *part.* & quomodo contin- 5
gere poſſit, ut juſpatronatus Eccleſiaſticum evincatur,
exemplificari poteſt in *l. in modicis, ff. de contr. emp. l. quæ-*
dam, ff. de acquir. rer. domin. cap. cum ſeculũ, cap. ex lite-
ris, de jurepatronat. ſicut enim dici poteſt, quòd vendita
univerſitate bonorum, ita & juſpatronatus venditur, &
hoc reſpectu contingere poteſt evictio in jurepatronatus
Eccleſiaſtico, Socin. Juni. *conſ.* 51. *& conſ.* 79. *lib.* 2.
Ferret. *conſ.* 134. *& conſ.* 179. Cæſar Lambertin. *de jure-*
patronat. ubi ſuprà; Paul. de Citadinis *eodem tract. part.* 9.
quæſt. 3. Caballin. 3. *dict.* §. 4. *nu.* 48. Tamen verum eſt,
quòd juſpatronatus de per ſe vendi non poteſt, *cap. quia* 6
clerici de jurepatronat. & conſequenter evictio locum
habere non poteſt, argument. *l. ſi fundum, C. de evict. l.*
quemadmodum, C. de Agricol. & cenſit. lib. 11. Quin imò
emptor ſcienter illud emens amittit pretium, & applica- 7
tur Eccleſiæ, Abbas *in cap. de jure, de jurepatronat.* Ro-
chus de Curte *in tract. de jurepatronat.* §. *fin. num.* 52.
ubi notat illum de ſimonia: Bart. *in* §. *& hanc, in Auth.*
quomodò oportet Epiſcop. Novel. 6.
Infertur ex his, quòd ſi libertus in fraudem Patroni 8
donaverit, ea donatione revocata à Patrono, non dabi-
tur donatario actio de evictione, *l. qui res*, §. 1. *ff. de*
ſolut. ubi Bartol. Angelus, Caſtr. Imola, & Roman. *in l.*
Ariſto, §. *fin. ff. de donat.* inferens, idem fore reſolvendum
in filio donante in fraudem patris, quod revocata dona-
tione, evictio non debeatur; Caldas Pereira *in tract. de*
empt. & vendit. cap. 31. *num.* 43.
Huic quæſtioni pulchrè annecti videtur elegans diſce-
ptatio, quæ his temporibus animosè agitata fuit in Su-
premo Senatu Regio, inter Decanum, & Capitulum
Eccleſiæ Collegialis villæ de Paſtrana, patria mea dul-
ciſſima, & inter excellentiſſimum Principem de Me-
lito, amantiſſimùmque Ducem de Paſtrana, cujus
ego ſum vaſallus, & non piget; & fuit quæſtio, 9
quòd dicta Eccleſia movit litem contra dictum Du-
cem, veluti Patronum perpetuum dictæ Eccleſiæ Col-
legialis, aſſerendo, quòd per accretionem cenſuum
ad viginti ipſa Eccleſia paſſa fuit maximam diminutio-
nem in ejus dotatione, videlicèt perdiderat plus ſex-
centos ducatos, quia in ejus erectione dotata fuit ab
excellentiſſimis Principibus Ruigomez de Sylva. &
Domina de Mendoza ejus uxore avunculis noſtri Du-
cis in quantitate redditus duorum millium ducatorum
perpetua, & duratura, quam quantitatem obtulerunt
Pio Quinto Pont. Max. pro ſubſtentatione Dignita-
tum, Canonicatuum, & aliarum præbendarum, de
ſuis bonis temporalibus, & perpetuis, ut in ipſa
Bulla continetur, & in ejus diverſis locis refertur,
quòd dictus redditus duorum millium ducatorum ſit
perpetuus, & in perpetuum; ita dicta Eccleſia dotata
fuit in dicto valore, cui dicti Principes tradiderunt
ſortem viginti, & octo millia ducatorum ad rationem
de à 14. in cenſu vulgò *juro*, ſuper vectigalibus villæ
de San Clemente, & uſquè ad dictam pragmaticam
accretionis dicta Eccleſia exegit dictos redditus, qua-
propter de dictis redditibus facta accretione ad ſexcen-
tos ducatos minus habuit, petiitque, quòd dictus
Dux tamquam Patronus, & poſſeſſor majoratus, quem
dicti dotatores fundarunt, teneatur de evictione, &
de ſecuritate dictæ diminutionis, ſupplendo de aliis
bonis majoratus: & quia nervosè hæc lis fuit diſpu-
tata pro utraque parte, & quoniam multum conducit
ad praxim quotidianam, lubet fundamenta utriuſ-
que partis referre, & ſuper hoc deciſionem Supremi
Senatus,

Sen tus , cum aliis occurrentibus deciſionibus.
10 Pro dicta Eccleſia faciunt multa: primò, quòd dicta
promiſſio duorum millium ducatorum fuit facta Collegio
perpetuo ad ſuſtinendos Capitulares, & alia Officia: de-
bet eſſe ergo perpetua. Probatur argumento ab onere
adjuncto, & ita ſicut onus præbendarum eſt perpetuum,
& non redimibile, ita redditus debet eſſe perpetuus, ex
l. Proculus, ff. de uſuſfruct. Anton. Natta *conſ.* 531. *num.*
28. *lib.* 3. ubi dicit: (Cùm ergo legatum illud ſit perpe-
tuum reſpectu pauperum, ita debet eſſe perpetuum reſ-
pectu illorum de progenie.) Matth. Grivald. *inter conſ.*
Portii, conſil. 40. *num.* 14. & 15. Riminaldus *conſil.* 279.
numero 15. 64. & 65. *lib.* 3. Ita annuus redditus
perpetuus eſſe debet, ut tradit Cæſar Lambertin. *in*
jurepatronat. lib. 1. *quæſt.* 5. *art.* 21. *n.* 18. *fol. in mag.* 40.
11 Secundò facit, quòd iſte annuus redditus debeat
eſſe perpetuus, ita ut ejus valor non minus videatur eſſe,
ut computetur ad triginta pro centum: quia in ſimilibus
cenſibus perpetuis non eſt taxatio legitima, ſicut in
cenſibus redimibilibus, & cenſus perpetuus ita debet
æſtimari in eo, quòd communiter æſtimatur, ut in *l.*
pretia rerum, l. cum Tirio, l. quantitas, ff. ad l. Falcidiam:
& communiter non reperitur cenſus conſtitutus, ut per-
petuus, quod non ſit ad rationem triginta pro centena-
rio; & ratio eſt clara, quia cùm in natura cenſus redi-
mibilis adſit pactum redimendi, & poſſit adiici pactum
in contrarium, ut non ſit redimibile, eſt neceſſarium,
quòd extraordinariè creetur cenſus, ut neque etiam poſ-
ſit conſtitui eodem pretio, quo ordinarius & redimibi-
lis, ſed multo majori valore ſit perpetuus, alioquin quis
facile poſſet facere ſuum cenſum irredimibilem, & per-
petuum; quod eſt abſurdum, & ita judicatur cenſus
perpetuus ad rationem triginta: & iſte valor conſidera-
12 tur juſtus in ſimilibus in favorem reipublicæ, *l.* 3. §. *item*
ſi reipublicæ, ff. ad l. Falcid. ita reſolvunt Covarr. *lib.* 3.
var. cap. 9. *num.* 5. *in fin.* Rodericus *lib.* 1. *de redd. quæſt.*
6. *num.* 3. & *in Auth. de Eccleſiaſticis tit.* §. *ſin autem*
hæres, in fin. collat. 9. Habetur pro juſto valore unius
annui redditus facti Eccleſiæ, qui decurrit pro ſpatio
viginti & quinque annorum: & Cynus *in l. ſi quis ar-*
gentum, num. 1. *C. de donat.* In Eccleſia Jeruſalem eſſe
juſtum valorem redditus quinquaginta annorum dicit
text. in *Authent. de non alienand. reb. Eccleſ.* §. *Sanctiſ-*
ſimas, verſ. (*hoc autem.*) *Novel.* 7.
13 Neque obſtat text. in *Authent. de non alienandis re-*
bus Eccleſiæ, §. *quia verò Leonis*, *ad fin.* ubi æſtimatur
redditus ad rationem viginti: nam reſpondetur, quòd
hoc eſt ſpeciale in alienatione dominii utilis ſine dire-
cto, quod hoc non eſt perpetuum, niſi per tres vitas,
& in re, quæ etſi pretioſior ſit in proprietate, erat
ſterilis; ex Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 9. *numero* 15.
Gaſpar Roderic. *lib.* 1. *de reddit. quæſt.* 6. *numero* 27.
& *num.* 28. reſpondet, *textum in l. ſi quis argentum*,
§. *ſin autem donator, C. de donat.* qui poſuit pretium ad
rationem quinque, procedere favore donatoris paupe-
ris, qui non habet unde ſolvat quod promiſit, ut refert
Covarr. *ſuprà*, *num.* 5. Arias Pinel. *in l.* 2. *de bonis ma-*
tern. 2. *part. cap. ultim, num.* 32. Petrus Surd. *de alimen-*
tis, tit. 9. *quæſt.* 41. *num.* 9. & *n.* 15. 25. & 26. reſolvit,
juſtum commune pretium, & medium annuorum horum
14 redituum eſſe ad rationem triginta, quod ſi judicis ar-
bitrio relinquendum ſit, is tamen ex patriæ conſuetu-
dine rem metiri tenetur. Et de hoc jam dubitari nequit,
cum in hoc Regno exiſtat lex, quæ decrevit juſtum pre-
tium cenſus redimibilis ad rationem unius pro viginti,
& pro certo conſtituitur, quod pactum redimendi mi-
nuit tertiam partem cenſus, & dicto cenſui ſi addatur
tertia pars cenſetur perpetuus ad rationem triginta: &
hoc experientia compertum eſt, quòd per hujuſmodi
accretionem tertia pars cenſus minorata fuit: itaque cùm
15 onus Eccleſiæ ſit perpetuum ſine diminutione redditus,
non eſt certus, ſed defectuoſus.

Tertiò facit in favorem Eccleſiæ per naturam actus, 16
in quo promiſſio facta fuit de dote elargita Eccleſiæ
Collegiali, quòd perpetua eſſe debet, ut in *cap. nemo,*
de conſecratione, diſtin. 2. & *in cap. placuit*, 1. *quæſt.* 2.
Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *quæſt.* 5. *artic.* 2. & 5. & de-
bet eſſe ſufficiens ad onera Eccleſiæ ſupportanda, ut in
cap. cum ſicut, de conſecrat. Eccleſia, cap. nobis, de jure-
patr. Gloſſ. *in cap. quicumque*, el 2. 16. *quæſt.* 7. Panor-
mit. *in cap.* 3. *de Eccleſ. ædifican.* Lambertin. *ubi ſuprà*,
art. 12. Joannes Nicolaus *in floribus juriſpatronatus*,
num. 10. Et qui conſtitueret dotem inſufficientem, ma-
gis dicitur benefactor, quàm dotator, & ei non acqui-
reretur juſpatronatus, ut tradit Lambertin. *art.* 3. *num.* 17
2. & *art.* 25. *num.* 2. & 13. In erectione hujuſmodi Ec-
cleſiæ fuit conventum, quòd in ea eſſent octo Digni-
tates, duodecim Canonici, & duodecim Præbendati,
& decem & ſex Capellani, cum multis ſervitoribus,
quibus redditus Eccleſiæ non ſufficiunt.

Neque obſtabit dicere, quòd dicta Eccleſia habet
præter dictam dotationem, oblationes; & diſtri-
butiones quotidianas, & anniverſaria: quia iſta non
computantur in dote Eccleſiæ, ut tradit Felin. *in cap.*
ad aures, de præbend. num. 14. Lambertin. *ſup.* 1. *part.*
artic. 21. *quæſt.* 5. *num.* 54. Quoniam iſta non ſunt par-
tes præbendarum, ſed dantur intereſſentibus propter 18
eorum aſſiſtentiam, & laborem, Rota *deciſ.* 8. *de præb.*
in noviſ. Ancarran. *in Clement.* 1. *de conceſſ. præbend. quæſt.*
5. Oldrad. *conſ.* 518. Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *num.*
1. Copioſè Alex. Moneta *in tract. de diſtribut. quotid.*
1. *part. quæſt.* 6. *a.* 8. & *ſeqq.* & *qu.* 7. & 8. Ex quo planè
conſtat, quòd dicti dotatores facere promiſerunt mul-
tas donationes duorum millium ducatorum in ſingulos
annos ex ſuis bonis. Ex quo etiam ceſſat difficultas, ſi
hujuſmodi redditus fuiſſent ad rationem unius pro vi-
ginti, & triginta, & quod petitur, eſt quòd quolibet
anno ſolvantur Eccleſiæ duo millia aureorum de ſuis bo-
nis propriis, quæ ſunt neceſſaria ad alimenta perpetua
præbendatorum. In tantum hoc eſt verum, quòd Patro-
nus ſemper tenetur conſervare dotem Eccleſiæ compe- 19
tentem, & ſecuram, certamque; ita Lambertin. *lib.* 1.
artic. 8. *in* 1. *par. num.* 12. *in magnis, fol.* 12. Ubi de-
ciditur hæc quæſtio per verba notabilia, ibi: Sed tu
circa hoc dictum adverte, quia ſi ſumus in dote data
Eccleſiæ per fundantem, & conſtituentem illam, ſem-
per intelligitur præceſſiſſe ſtipulatio, vel ſaltem pollici-
tatio, quia aliàs non habuiſſet licentiam fundandi Eccle-
ſiam à Diœceſano, per illa pulcra jura, *cap. nemo, de con-*
ſecrat. dist. 1. *cap. piæ mentis* 16. *quæſt.* 7. *cap. placuit,*
1. *quæſt.* 2. & per Gloſſ. & DD. ſuper illis: & ſi quidam
tertius dotaret (ut in noſtro caſu) habendo conſenſum
Epiſcopi, qui requiritur ad effectum, ut ſit Patronus,
in cap. nobis hoc tit. dicitur præcedere ſaltem pollicitatio,
quia impetrando conſenſum pollicetur dotare, ut latiùs 20
diximus *in quæſt. principali*, *in tertio articulo*, & ſic in
dote Eccleſiæ non poterit dari caſus, quin ſaltem præceſ-
ſerit pollicitatio, & ſic ſemper Patronus tenebitur de
evictione pro dote Eccleſiæ, quæ verba ſufficiunt ad
totam cauſam decidendam; quia in noſtro caſu non fuit
pollicitatio ex præſumptione legis, ſed per expreſſam
conventionem, & pactum clarum: & ut unico verbo 21
dicatur, uſquè adhuc non adimpletum eſt, quod Eccle-
ſiæ oblatum fuit, etiamſi dictus cenſus traditus fuerit pro
dote, cùm ſtipulatio, & pollicitatio tradendi duo
millia ducatos annuos, & perpetuos in ſingulos annos,
igitur damnum, quod contigit Eccleſiæ ex accretione
pragmaticæ, ſupplere debet Patronus, quia de evictione
tenetur.

Quartò urget quia neque obſtat, ſi dicatur ex parte
Ducis Patroni, quòd promiſſum adimpletum fuit aſſig-
nando dictum cenſum viginti & octo millium du-
catorum, ut ex eo exigeret Eccleſia in ſingulos an-
nos dicta duo millia. Cui facile reſpondetur, quòd

dicta

dicta aſſignatio redditus, non fuit ad limitandam obliga-
tionem redditus, ut ſi redditus deficerent, eos Eccleſia
perderet; ſed quod ei competeret jus exigendi redditus ex
quibuslibet bonis Patroni, cujus obligatio eſt perpetua,
per text. *in l. Lucius 12. ff. de aliment. legat.* Semel legata
annua certa quantitate ſimpliciter, deſignatio fundi poſteà
ſequuta non operatur taxationem ipſa obligatione, ſed de-
22 mõſtrationem ad effectum exactionis, ſalva generali obli-
gatione, ſi fructus deſignati non ſufficiant ad præſtatio-
nem illius certæ quantitatis: quod ſecure procedere tra-
23 dunt Scriptores, quando deſignatio fundi facta eſt in di-
verſa oratione ab ipſa obligatione certæ quantitatis an-
nuæ: & licèt ſint variæ opiniones, an ſufficiat, quòd
obligatio præſupponat generalem obligationem, etiam-
ſi ſit in unica oratione, ut tradunt Cuman. *in l. inter
ſtipulantem, §. Sacram, num.* 8. ubi Alberic. *num.* 15.
Imol. *num.* 14. *ff. de verborum obligationib.* Peralta *in l.
ſi quis ſervum, §. ſi quis ita, num.* 4. *ff. de leg.* 2. Guid.
Papa *deciſ.* 8. Sed nemo negavit, in diverſa oratione
24 jam ſemel oblatione generali conſtituta certæ quanti-
tatis, ſecuram fuiſſe deſignationem bonorum ad exa-
ctionem, nec dicitur ex ea, limitatio bonorum deſig-
natorum in fructibus; ut in terminis tradunt *Bart. in
dict. §. Sacram. num.* 6. *& in dict. § ſi quis ita*, ubi Ale-
xand. & Jaſ. Cyn. & Faber, *in dict. l. ſi quis argentum,
C. de donat.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 339. *num.* 3. *volum.* 1.
Decius *conſ.* 324. *num.* 1. Petrus Surd. *de aliment. tit.* 4.
quæſt. 26. *num.* 4. *&* 5. Felicianus *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 5.
n. 7. Joannes Garcia *de expenſis, cap.* 4. *num.* 34. qui
plures alios citant; & in caſu præſenti conſtat deſigna-
tionem redditus ſuper gabellis villæ de San Clemente
non ſolum non fuiſſe factam in eadem oratione, ſed in
diverſo tempore ab ipſa obligatione generali, quæ fuit
ante biennium ab ipſa deſignatione, ut conſtat ex Bulla.

25 Et quidquid ſit, opinio eſt certa, quòd ſive ſit ad
deſignationem, ſive ad taxationem, ſemper in alimen-
tis & piis cauſis redditus perpetui eſſe debent, & certi,
quolibet eventu, ut tradit Ferrerius *in addit. ad Guido-
nem Pap. deciſ.* 8. per verba notabilia, ibi: Si ob alimen-
ta relicta ſit penſio, vel ob cauſam piam, & ſit aſſig-
nata ſuper certo loco, & fundo, vel ſuper fructibus il-
lius, tunc omni modo præſtari debet ex aliis bonis ejus
26 qui penſionem conſtituit, ſi præſtari non poſſit ex re,
ſuper qua penſio aſſignata fuit, nulla facta diſtinctione,
an res ſuper qua penſio aſſignata fuit, ſit in diſpoſitione,
an verò in executione? nec facta etiam diſtinctione,
utrùm locus, vel res ſuper qua aſſignatio penſionis ſit,
taxationis, vel demonſtrationis gratia apponatur; nam
favor alimentorum, & piæ cauſæ exigit, ut omni caſu
27 penſio præſtanda ſit, vel ex rebus, vel ex fructibus,
ſuper quibus impoſita eſt, vel ex aliis bonis illius qui
penſionem impoſuit, *l.* 2. *l. ſolent l. pecuniæ, ff. de adim.
legatis*: & id maximè locum habet, quoties penſio eſt
conſtituta ob cauſam piam perpetuam: & ita fuit judi-
catum arreſto Parlamenti: & *infrà* dicit, quòd teſtator
legavit decem ſextarios frumenti quibuſdam presbyte-
ris ſuper molendino ſuo ſingulis annis, ita ut pro ani-
ma ſua, ac cognatorum ſuorum, illi Miſſam celebrarent
ſingulis menſibus: poſtea inundatum fuit molendinum,
& omninò perditum, hæredes tamen teſtatoris con-
demnati ſunt ex aliis bonis penſionem ſingulis annis
perſolvere, non facta diſtinctione, an molendinum ta-
xationis, an verò demonſtrationis cauſa appoſitum eſſet:
idquè propter privilegium piæ cauſæ, & quòd cau-
ſa legati, ut pro anima defuncti, & cognatorum, pres-
byteri celebrarent ſingulis menſibus Miſſam, perpetua
erat, ideo legatum perpetuum cenſetur, *l. annua. §.
Attia, ff. de annu. legat.* quæ verba decidunt quæſtio-
nem pro parte Eccleſiæ.

28 Quintò roboratur ex text. *in l. ſi quis argentum, §. Si
verò redditum, C. de donat.* ibi. (*Si verò redditũ certum ex
poſſeſſionibus donaverit, non tamen nomina poſſeſſionum
edixerit, neceſſe habere de ſua ſubſtantia fundos tradere,
tantum redditum inferre valentes, quantum in donatione
poſuerit.*] Et *ibi* Gloſ. *verb.* [fundus] *in fin.* item hoc,
quia non nominavit certum fundum. Ex quo ſequitur,
quod cum Principes dotatores tempore donationis ob-
tulerunt certos redditus duorum millium ducatorum per-
petuos quolibet anno, ex eorum omnibus bonis tempo-
ralibus & in perpetuum; tunc non conſignarunt certum
cenſum, ſemper enim manſit obligatio perpetua præſ-
tandi cenſum, aut bona, quæ facerent redditum perpe-
tuum duorum millium ducatorum, quoniam cenſus
villæ de San Clemente quem poſt duos annos à promiſ-
ſione donationis præſtiterunt, non datus fuit per eun-
dem redditum valentem quantum in donatione præſti-
terunt. Idem tradidit Petrus de Bellapertic. *in dict. l. ſi
quis argentum, §. ſi verò redditum.*

Itaque concluſio omnium Doctorum ex ſuprà colle-
ctis eſt, quòd quando in diverſis, & differentibus ora-
tionibus primi contractus conſignantur bona, ex qui-
bus redditus, aut alimenta exigantur; tunc in aſſignan-
da re, aut in re conſignata, ex qua fructus, aut redditus
exigantur, non reſtringitur, nec diminuitur redditus,
ſemper debet ſuppleri, & ſolvi ex aliis bonis promit-
tentis, aut ejus hæredis, maximè ubi intervenit favor
alimentorum, aut piæ cauſæ, ut in *dict. l. Lucius*, & ex
his, quæ tradit Ferrerius *ubi ſuprà.*

Quando verò fundus ponitur cauſa deſignationis, 29
vel taxationis, tunc ſecus judicandum dicunt aliqui ex
Doctoribus ſuprà relatis, per text. *in dict. §. Sacram*, &
ſic intelligi debet deciſio Rotæ *in antiq.* 889. *ſub tit. de
teſtam. deciſ.* 11. Sed communis, & crebrior opinio eſt,
quòd ex quocumque eventu ſemper propter piam cau-
ſam ſupplendi ſunt fructus, aut redditus ex aliis bonis
illius, qui promiſit, aut donavit, prout in *dict. deciſ.* 8.
Guid. & ibi Ferrerius; & in iſto caſu verificantur omnes
cauſæ, quæ de jure requiruntur; quia promiſſio dotan-
di, & ipſa dotatio duorum millium ducatorum annuà
fuit ſimpliciter, & generalis ſine limitatione, & ſpe-
cificatione rei, nec bonorum particularium, ex quibus
ſolvi debuerat; & ita quamvis poſt duos annos dotatio-
nis conſignatus fuit ille cenſus, & in diverſa oratione,
& differenti à prima, ut inducatur taxatio; nec limita-
tio, ut non poſſit exigi ex omnibus aliis bonis, quæ erant
obligata ad obligationem memoriæ; nec conſtat, quòd
non ſit poſitum verbum Limitativum, videlicèt, (*Los
quales ſe cobren de tal juro,*) ut per Petrum de Bellaper-
tica *in l. Stichum, ff. de leg.* 1., quem ſequitur deciſio
Rotæ *ubi ſuprà*, quia in præſenti non fuit ſimilis limi-
tatio, nec potuit eſſe; quia & ſi dictus cenſus fuit poſi-
tus in caput Eccleſiæ, non fuit ex ejus conſenſu, & ap-
probatione, & dicta Eccleſia ex dicto cenſu exigit di-
ctos redditus, ad quorum ſolutionem omnia bona tem-
poralia dictorum fundatorum erant obnoxia, quia uſquè
adeo dictus cenſus habuit dictum valorem duorum mil-
lium ducatorum: & ut dicit text. in *dict. l. ſi quis ar-
gentum, §. ſi verò redditum*, quamvis traditus fuit fundus, 30
tunc, quòd non redditavit, quantum fuit donatum, &
promiſſum, inibi dicit text. quòd donator adſtringitur 31
ad præſtanda tot bona, quæ ſubeant eandem æſtimatio-
nem. quam promiſit, ut notant ibi Petrus, & Cyn. 32
Tiraq. *de retract. Lignag. §.* 1. *gloſ.* 6. *num.* 21. Et ita ve-
rum dici non poteſt, quòd dicta Eccleſia habet dictos 33
redditus duorum millium ducatorum perpetuos, cum
per dictam accretionem pragmaticæ fuit facta diminu-
tio tertiæ partis redditus, quæ ideo debet ſuppleri ex
aliis bonis fundatorum, cum dictus cenſus non fuit pro-
miſſus, nec ex ejus reddito adimpletur eorum promiſ-
ſio, & obligatio, teneturque dictus Dux de evictio-
ne dictæ diminutionis, cum potiatur jurepatronatus di-
ctæ Eccleſiæ.

Pro

Pro parte dicti Ducis ſunt & alia fundamenta non minora primis, ſed fortiſſima, & pro eo faciunt ſequentia.

Primò, quod eſt omnino advertendum; quòd obligatio Principum dotantium non fuit ea conditione, ut dictus redditus fuiſſet perpetuus, ita ut omni tempore duraſſet, niſi de bonis temporalibus, & perpetuis ab eis dotata fuit Eccleſia in quantitate redditus duorum millium ducatorum, ut ex bulla patet, ibi: Qui ut tam pium opus debitum ſortiatur effectum, eidem Eccleſiæ Beatæ Mariæ redditus annuos uſque ad ſummam duorum millium ducatorum auri aſcendentes ex ſuis bonis temporalibus, & perpetuis pro dote beneficiorum Eccleſiaſticorum infrà ſcriptorum, in ea regendorum, ex nunc donare intendunt, & proponunt. Præterea data dicta ſumma in perpetuum, ex eo non inducitur magis quàm ſemper abdicare à ſemetipſis dotatoribus dictum cenſum, & eum in Eccleſiam relatam transferre ſine ullo miniſterio,
34 quod eſt proprium cujuslibet adminiſtrationis, quoniam transferre dominium, & evincere, reſpicit omne tempus, ut diſponit *l.* 56. *tit.* 18. *part.* 3. verſ.
35 [*è todas eſtas coſas*:] ſed cum non adfuit obligatio ad rei alienatæ conſervationem, quia accidere poterat ca-
36 ſu fortuito quòd res perderetur, & ita non fuit obligatio ad ſupplementum, quia cum taxatio cenſus dependeat à voluntate Principis, habetur pro caſu fortuito; ut in caſu evictionis probat text. *in l. Lucius, ff. de evict.* unde quæſtio conſiſtit in duobus. *Primò*, utrùm dicti Principes adimpleverunt ex parte ſua perfectè tempore evictionis dictæ Eccleſiæ, ut caſus diminutionis cenſus currat contra Eccleſiam, & non contra Ducem, & eorum ſucceſſorem. *Secundò*, ſi adhuc ſuperveniat diminutio dicti redditus, currat obligatio ſupplendi diminutionem per patronum, aut fiat diminutio onerum.

37 In primis, Principes perfectè adimpleverunt præſtando redditus duorum millium ducatorum, in cenſu temporali, & perpetuo ad rationem unius pro quatuordecim, quia hujuſmodi cenſus ad ſummam quatuordecim pro uno, habentur pro perpetuis, *authent. ut iis, qui obligatas ſe habere, &c. §. quoniam autem, circa finem, collat.6. Clemem. exivi de paradiſo, §. cumque annui reddiius, de verbor. ſignif.* Quamvis aliqui DD. intellexerunt dicta jura procedere in cenſibus perpetuis; certum tamen eſt, quod idem intelligendum eſt in cenſibus redimibilibus, quia cum dubium ſit, an redimatur, vel non, præſens ſtatus dubius cauſat perpetuam exceptionem, *l. ſufficit, ff. de condict. indebiti*: & ſic conſiderat in terminis Roderic. *de annuis reddit. lib.*1. *quæſt.* 3. *num.*8. *& quæſt.* 6. *num.* 18. Felician. *de cenſib. lib.*1. *cap.*4. *num. fin.* Avendan. *eod. tract. cap.*18. *num. fin.* Laſarte *de gabell. cap.* 10. *num. fin.* ubi quinimò, & ille quidem, qui redimi poteſt, perpetuus dicetur, eò quod perpetuò durare poteſt.

Secundò, quia negari non poteſt, quòd cenſus ad rationem unius pro quatuordecim, ſecundum magis communem, veramque reſolutionem, reputantur inter bona immobilia, & eorum appellatione veniunt per *dicta jura*, & poſt antiquiores obſervant Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 17. *part.*2. verb. (*raizes*,) Caſtellus *in l.*70. *Tau. num.*25. Matienzo *in l.* 2. *gloſ.* 1. *num.* 82. & 83. *tit.*9. *lib.* 5. *Recopil.* Mieres *de majoratib.* 1. *part. quæſt.*40. *numer.*6. Covar. *lib.*3. *var. cap.* 7. *num.* 2. Jo. Guttierr. *lib.*2. *pract. quæſt.* 146. *num.* 3. & *lib.* 3. *quæſt.* 83. *num.* 7. & 14. & *de matrim. cap.* 130. *num.* 5. Tiraq. *de retract.* §. 1. *gloſ.*6. *nu.* 14. Vincent. de Franchis *deciſ.*262. *num.*7. Anton. de Amatis *deciſ.*6. *n.*1. Petrus Surdus *deciſ.*204. *num.* 2. Farinac. *deciſ.* 294. *in antiquis*, Oſaſchus *dec.* 99. Seſſe *deciſ.* 122. *à num.* 13. Seraphinus Olivarius *deciſ.* 224. *num.* 24. Andr. Gail. *lib.*2. *obſervat.* 10. *n.*1. Marius Gi rba *in conſuet. Meſſanenſ. cap.*12. *gloſ.*5. *n.*9. & *deciſ.*87. *n.*9. Avendannus *conſ.*23. *num.*2. Stephanus Gratianus *diſceptat.*43. *n.*22. *tom.*1. & *diſcept.* 420. *n.*2. & *diſcept.* 585. *n.*6. *tom.* 3.

Præterea ex eodem reſultat, quòd quando fit executio in aliquo cenſu, præconizatur per novem dies, ex *l.* 19. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopil.* & ſic minor non poteſt ſine decreto, & aliis ſolemnitatibus neceſſariis cenſum vendere, nec imponere ſuper ſuis bonis, ut cum Surd. *dict. deciſ.* 204. *num.*4. Rodoano, & aliis reſolvit Rodericus *lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 2. *de reddit.* & ejuſdem qualitatis ſunt cenſus, [vulgò *juros*,] ſuper vectigalibus, & redditibus Regalibus, ut erat dictus cenſus. Et hinc ſequitur, quòd ſi dicti Principes conſignarunt dictos redditus duorum millium ducatorum in bonis immobilibus, non poterat dubitari de perpetuitate redditus eadem ratione.

Tertiò, quidquid ſit de jure communi, & Hiſpa- 38
no, ſemper hujuſmodi cenſus reputantur inter bona immobilia in materia perpetua: & ita ſi quis inſtituat majoratum in omnibus ſuis bonis immobilibus, cenſetur facere illum de hujuſmodi cenſibus, juxta notata à Mieres *de majorat.* 1. *part. quæſt.* 59. *num.* 3. Caſtro *de annonis civilibus in princ. num.* 35. & in terminis dotationis Eccleſiæ, quòd ſufficiat dotatio in bonis im-
mobilibus, aut cenſibus, Lambertin. *lib.* 1. *quæſt.* 22. 39
*artic.*5. *num.*8. *de jure patronatus*, ibi: Amplia ſecundò dictam concluſionem in tantum procedere, & dotem debere eſſe perpetuam in Eccleſia, quòd conſiſtere debeat in immobilibus, & juribus annuorum redditumm.

Quartò, quia quando ſupereſſet aliqua dubitatio in intelligentia verborum dotationis, fuit declarata actu ſequenti, quia dicta Eccleſia fuit contenta dicto cenſu, & Dominus Tellus Giron, qui tunc erat adminiſtrator Archiepiſcopatus Toletani, cui commiſſa fuit bullæ erectionis executio, declaravit dictos Principes adimpleviſſe obligationem, qua erant obſtricti, ut patet, ibi: (*Nos igitur viſo proceſſu deſuper noſtra commiſſione facto, & quod claré apparet dotem præfatorum duorum millium ducatoram ſufficientem eſſe pro dicta Collegiata.*) Ex quo patet dictum judicem declaraſſe dictam obligationem adimpletam fuiſſe: ex quo etiam in favorem Ducis reſultant duo ſpecialia, unum
interpretatio, qui reſultat ex actu ſequenti, *l. ſed ſi* 40
Julianus, §. proinde, ff. ad Macedon. ibi: (Sed ſi in rem patris poſtea vertit, videri ab initio ſic accepiſſe,) *l. Seia, §. Tirana, ff. de fundo inſtructo, l. legatum, ff. de leg.* 3. & generale eſt, quòd qualitas ſequentis 41
poſſeſſionis declarat animum contrahentium circa interpretationem, & intelligentiam verborum contractus; ut obſervant Bald. *conſ.*245. *n.*2. *in fin. volum.* 3. Decius *conſ.*366. *num.* 1. & 4. Romanus *conſ.* 247. *num.* 3. & *conſ.*328. *num.* 5. Cravetta *conſ.* 1000. *n.* 317. *volum.* 6. Alterum ſpeciale eſt, & fortius, quòd iſta quæſtio jam fuit deciſa à dicto Ordinario, cum declaraverit dictos Principes Patronos adimpleviſſe ex parte ſua, & in conſequentiam erexit Collegialem dictam Eccleſiam, &
jam non poteſt refricare dictam quæſtionem ſemel de- 42
ciſam, & tranſactam in rem judicatam, juxta *l. nemo, C. de ſumma Trinit.* ibi: (*Nam & injuriam facit judicio reverendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel judicata & rectè diſ-
poſita revolvere contenderit,*) & cuilibet negotio ſuffi- 43
cit una determinatio, *l. ſingulis, ff. de except. rei judicat. l. terminato, C. de fruct. & litium expenſis*, & noſter Dux jam habet rem deciſam, & in rem judicatam
tranſactam, cui ſtandum eſt, *l. filius, ff. ad l. Cornel. de* 44
falſis. l. ſervo invito 65. *§. cum prætor, ff. ad Trebellian. l. an in totam, C. de ædific. privat. verb.* [Præſens,] *l. Imperator, ff. de legib.* Gamma *deciſ.* 34. *n.* 2. & *deciſ.* 228. Laurentius Sylvanus *conſ.* 88. *lib.* 2. *n.* 27. §. *penult. Inſtit. de ſatiſd. l. Labeo, ff. de ſtatutib.* Arias Pinellus *in l.* 2. *part.* 2. *cap.*4. *n.*2. *C. de reſcind. vendit.* cum *ſimilibus*. Tum quia ſi non fuiſſet adimpleta obligatio per dotatores in ea quantitate, quam promiſerunt, tunc neceſſarium erat

conſiteri

confiteri, quòd dicta Eccleſia non eſſet erecta in Collegialem, nec nunc eſt; quod eſt abſurdum dicere in tam grave præjudicium Collegialis.

45 Quintò, quando adeſſet aliqua dubitatio, jam ceſſaret curſu tanti temporis, eo quo Eccleſia jam fuit erecta; quòd in vim interpretationis ſufficit tempus decem annorum: & minus ſufficiebat, ut tenet Abb. *in cap. cum dilectus, de conſuetud. numero* 7. ubi Butr. & alii, quos refert Molina *lib. 2. de primog. cap. 6. num.* 58. Gutierr. *conſ.* 2. *num.* 10. Barboſa *in l. poſt dotem, n.* 48. *ff. ſolut. matr.* & in vim præſcriptionis jam ſunt tranſacti quadraginta anni, & iſti ſubſequuti ex vi dictæ ſententiæ Ordinarii; quia dicta erectio fuit anno milleſimo, quingenteſimò ſexageſimo nono menſis Julii, & iſta quæſtio fuit cœpta anno 1610. & in rebus quæ imme-
46 morialem requirunt, contra Eccleſiam ſufficit quadragenaria cum titulo, quæ bonam fidem cauſat: Gloſſ. *in cap. ſi diligenti, verb.* (juſtus,) *de præſcript. cap. cum perſonæ, §. quod ſi tale, de privileg. in* 6. & ex pluribus obſervat Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 7. Molina *ubi ſupra cap.* 6. *num.* 53. Avendan. *in l.* 41. *Tau. gloſ.* 6. *num.* 6. Mieres *in novis,* 4. *part. quæſt.* 20. *n.* 361. *de majorat.*

47 Igitur deveniendo ad quæſtionem, videtur tenendum, quòd cum ſemel dotatio promiſſa fuerit adimpleta à dotatoribus, Dux eorum ſucceſſor, & patronus, non tenetur dotem indemnem, & ſecuram conſervare in eodem ſtatu; & probatur pluribus fundamentis.

Primò, quia qui eſt obligatus ad faciendam aliquam dotationem, ſi ſemel dotavit, non tenetur iterum dotare, ſi dos caſu ſortuito ceſſare contingat, *l. ſocius pro filia, ff. pro ſocio,* quem text. ponderat *ibi* Fulg. *num.* 5.
48 & dicit, quòd ſi inter fratres actum ſit, ut dotes filiarum ſolvantur ex bonis communibus, intelligitur, ut ſemel tantum dotentur; quem text. in ea ſpecie expendit Lucas de Penna, *l. ſi quis decurio, colum.* 2. *C. de decurionibus, lib.* 10. Ancarranus *conſ.* 404. Jaſon *in l. in duobus, §. ſi ei qui, ff. de jurejurando,* verſ. [*tertio facit.*] & plures alii quos refert, & ſequitur Tiraq. *in l. boves, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.*

49 Secundò, quia licèt non poteſt negari, quòd ſi in totum dicta Eccleſia remaneret indotata, ſi requiſitus patronus eam non dotaſſet, privaretur jurepatronatus & qui denuo dotaſſet, illud acquireret, ut tradunt Hoſtienſis *in cap. novit, de jurepatronat.* per text. *in cap. quicumque,* 16. *quæſt.* 7. & proſequitur latè Lambertin. *de jurepatronat. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 6. *artic.* 3. *num.* 24. *& ſeqq.*

50 Sed diverſa ratio eſt, quando venit in diminutionem primæ dotationis, quia hoc caſu non tenetur ſupplere dotationem: nec ſi Tertius ſuppleat, adquirit juſpatronatus junctim cum primo patrono; Gloſ. *in cap. quoniam, de jurepatronatus,* & *ibi* Cardinalis *in* 1. *quæſt.* & Calderinus *in cap. ſignificaſti, de jurepatronat.* Lambertin. *eodem lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 6 *num.* 2. & 3.

51 Tertiò, quia dos Eccleſiæ æquiparatur doti filiæ, & inter unam, & alteram dotem, datur omnimoda ſimilitudo, ut tradit Rofredus *de jurepatronat.* verſic. [*Sequitur ſecunda cauſa,*] & ex eo Paulus de Citadinis *eodem,* 3. *part. in ſecunda cauſa adquirendi juſpatronatus, n.* 17. & 29. Cum ita ſit legalis obligatio dotandi Eccleſiam, ita dotandi filiam, cum procedat ex jure naturali obligatio eam alendi, ut ſunt jura vulgaria. Etſi pater
52 ſemel dotaverit filiam, & forte fortuna ipſa conſumpſerit dotem, aut eam perdiderit, iterum pater tenetur filiam dotare, quando tota dos eſt deperdita, ita quòd non illi remaneant alimenta neceſſaria, ut tradit Bart. *in l. ſi cum dotem, §.* 1. *n.* 12. *ff. ſoluto matrimonio,* & *ibi* Alexand. *n.* 6. Bald. *in Authent. quod locum, n.* 4. *C. de collationib.* Molin. *lib.* 2. *de primog. cap.* 16. *n.* 23. Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem judex, n.* 23. *ff. de liber. agnoſcen.* Baeza *de non melior. cap.* 16. *n.* 20. *cum ſeqq.* Secus ſi diminuit aliquid de dote, & ſufficienter dotata remaneret quoad alimenta neceſſaria, ut ſatis inſinuant DD. citati. Et in his terminis eſt noſter ſermo duplici ratione. *Primò,* quia quoad ſortem cenſus eadem remanet, & ità reperiri poſſunt cenſus ad rationem viginti minori pretio, ut experientia conſtat, quòd cenſus impoſiti ad rationem unius pro viginti, minori pretio emuntur: & ſic patet quòd diminutio prætenſa eſt parva. 53
Secundò, quia dicti dotatores erant grati ſereniſſimo Philippo Secundo Hiſpaniarum Regi, quo mediante S. D. Pius Quintus Summus Pontifex univit dictæ Eccleſiæ beneficium curatum ejus, & alia plura beneficia, ex quibus dicta Collegialis habet congruam ſuſtentationem.

Quartò, quando adhuc ſupereſſet aliqua dubitatio, Senatus Supremus Regius amovit omnimodam difficultatem, quia in dotationibus factis ante pragmaticam accretionis cenſus, & in legatis factis ante ejuſdem promulgationem, & non adimpletis, ſeu re integra, nunquam permiſit, quòd obligati ad dotandum præſtarent majorem quantitatem, quam ad rationem 54
unius pro quatuordecim, quæ fuit tempore promiſſionis, ut judicatum fuit in lite, quæ ventilata fuit in Supremo Senatu inter Ludovicum de Ocampo, Franciſcumque Zorilla, & inter Syndicum monaſterii Sancti Franciſci villæ de Medina de Pumar, ſuper Capellaniæ fundatione, per Dominum Joannem Arce Manrique. Idem Senatus cenſuit in lite, quæ agitabatur inter Monaſterium de la Victoria hujus ingentis Curiæ, & inter Sanctum Petrum Pharmacopolam, ſuper altera Capellania ab ejus uxore fundata: quæ determinationes fuerunt notæ Senatoribus: ut jam deinceps non ſit hæſitandum, quorum judiciorum exempla ſequuti fuerunt Supremi Judices; & ſequi nos debemus in ſimilibus cauſarum deciſionibus propter authoritatem rei judicatæ, ut dixit *I.C. in dict. l. filius, ff. ad l. Corneliam de falſis,* ibi: *Sic inveni Senatum cenſuiſſe:* & per plura, quæ notavimus *ſuprà, n.* 43. & 44. & de his ſententiis idem dicendum ſit, quòd 55
da *Rota Romana* dicitur, quòd ejus reſolutiones habent vim communis opinionis, ut pulchrè traditur in procemio Regularum Cancellariæ, *numer.* 20. Afflict. *deciſ.* 383.

In noſtra quæſt. Senatus Supremus Regius judicavit anno 1615. in favorem noſtri Ducis Patroni, qui declaravit dictum Ducem non teneri ſupplere diminutionem dicti cenſus ex accretione pragmaticæ, cum à principio fundationis Collegialis conſignata ei fuit quantitas reddituus duorum millium ducatorum, & in ſortem principalem fuerunt conſignati viginti & octo mille ducati ad rationem unius pro quatuordecim ſuper gabellis villæ de S. Clemente. Ex qua ſententia deducitur, quod Patronus non tenetur de evictione reddituus Capellaniæ conſignati à fundatore, ſi diminutio contingat vel ex adverſa fortuna, vel alio caſu ſine culpa Patroni.

Sententia ſupremi Senatus corroborari poteſt alia ſententia *Prætorii Granatenſis* lata in favorem Patroni, quæ ibi magis viribus ventilata fuit in cauſa Capellaniæ Conchenſis fundatæ à Martino Ruiz de Santo Domingo, cive villæ de Potoſi, in ſuo teſtamento, inter Licentiatum Joſephum Belloſo civem Conchenſem, Capellanum dictæ Capellaniæ minoris actorem 56
ex una parte, & inter Joannem Uribe de Teruel Decurionem dictæ civitatis Conchenſis patronum ex altera parte, quæ la maximè conducit ad noſtram quæſtionem, & ad hodiernam praxim placet eam inſcribere, & ad ejus intelligentiam præmittitur clauſula fundationis quæ ſubſequitur.

[*Item digo, que aura ocho años, poco, mas ò menos, que èmbie deſde eſta villa à los Reinos de Eſpaña diez mil y quatro cientos y treinta peſos de plata enſayada, y marcada, de valor cada un peſo de quatrocien-*

P tos

tos y cincuenta maravedis, *y conſignados à Hernando de Santo Domingo, mi hermano, vezino de la ciudall de Cuẽdo, en los Reinos de Eſpanna; el qual por muchas cartas, que me ha eſcrito, me ha compra lo ochocientos ducados de renta en cada un anno, poco mas ò menos. Mando, que de la renta que pareciere auer comprado el dicho mi hermano con la dicha moneda, ſe tomen los quatrocientos y cincuenta ducados de ellos de renta en cada un anno, lo mejor parado de todos ellos; con los quales deſde luego inſtituyo, y fundo dos Capellanias perpetuas para ſiempre jamas, ſervideras, en el Monaſterio de Santo Domingo de la dicha ciudad, en el Capilla que alli eſtà de mis abuelòs, padres, antepaſſados, adonde los ſuſodichos eſtan enterrados.*

Item mando, que los dichos mis patronos, para ſiempre jamas gaſtẽ el remmente de la renta de los dichos ochociẽtos ducados, mas ò menos, los que ſon, que el dichò Hernãdo Ruiz de Santo Domingo, mi hermano, compro de los dichos diez mil y quatrocientos y treinta peſos de ſuſo referidos, que ambiẽ, ſacados, los dichos quatrocientos y cincuenta ducados, los gaſten en caſar mis ſobrinas, hyas de mis hermanos Hernando Ruiz de Santo Domingo, vezinos de la dicha ciudad; y deſto han de gozar todo el tiempo que huviere hijas de los dichos mis hermanos, porque deſpues de caſadas las dichas mis ſobrinas con la dicha renta, la candidad de ella quiero que ſe le dè à cada una de las dichas mis ſobrinas, ſon ſeiſcientos ducados de moneda de Caſtilla, è para eſte efecto ſe ha de tomar la renta que baſtare y de los annos que huviere meneſter para que ſe cumpla lo ſuſodicho, tomando en cuenta lo que ha corrido: e fecho lo ſuſo dicho, ha de quedar todo lo mas para los dichos mis herederos.]

Et in execucione hujus clauſulæ Fernandus Ruiz de Santo Domingo teſtamentorius dicti teſtatoris per inſtrumentum publicum conſignavit quatuorcentum & quinquaginta ducatos dictis Capellaniis, ſuper vectigolibus civitatis de Huete trecentos ex his, & cæteros centum & quinquaginta ſuper Concilio, & vicinis oppidi de Honrubio cum privilegio Regio, quæ conſignatio dictæ quantitatis annuæ Capellanis dictis relicto fuit, ut quotannis veluti rem propriam ipſi exigerent, quam conſignationem acceptaverũt Capellani prædicti, & multo tempore exegerunt redditus dictorum cẽſuum.

Quo ſuppoſito dictus Licentiatus Joſephus Belloſo Capellanus minor movit litem contra patronum aſſerendo, quòd dicta ſua Capellania minor in redditu exiſtit diminuta in tertia parte propter reductionem pragmaticæ cenſus, quæ crevit quantitatem cenſuum de quantitate quatuordecim uſque ad rationem viginti, & quòd dictus patronus tenetur de evictione, & ſupplere quantitatem diminutam: & quòd nullatenus teneatur ſunt ſequentia obſervanda.

Primò, quia dictus fundator in ſua dicta clauſula non dixit, quòd ex quantitate decem millium ponderum ducatorum emerentur dicti quatuorcentum & quinquaginta ducati, qui eſt caſus in quo poterat diſputari, an ſemel facta conſignatione, debuerat ſuppleri diminutio, quæ poſteà ſupervenit ea quantitate decem millium ducatorum, veluti onus univerſale omnibus illis, niſi ex reditu jam ſituato, & empto, cujus ſors erat octingentorum ducatorum plus, minuſve, ad rationem unius pro quatuordecim, ex quibus ſumerentur quatuorcentum & quinquaginta ducati, quibus protinus fecit conſignationem. Unde provenit, quòd jam adjudicato redditu in relata conſignatione ad dictam rationem dictus Capellanus non poteſt petere, ut redditus imponatur ad rationem viginti; quia legatum fuit factum relatione
57 redditus jam empti tempore teſtamenti, ut conſtat ea dicta clauſula, & ex neceſſaria conſequentia dicti centum & quinquaginta ducati debent habere æſtimationem ſecundum tempus, quo teſtator eos conſignavit, & non ſecundùm accretionem pragmaticæ, quæ poſteà ſupervenit, *l. ſi ita ſcripſerit*, *ff. de legatis 2. l. Julianus*, *§. ultimo*, *l. uxorem*, *§. teſtamento*, *et l. ff. de legat. 3.* ubi cùm teſtator legaſſet pueros ætatis ſeptem annorum, & vixiſſet teſtator poſt conditum teſtamentum multos annos, & tempore mortis habuiſſet alios ejuſdem ætatis pueros, & dubitatum eſſet, an hi poſtremi pueri legato illo continerentur? reſpondit *Scævola*, deberi ſolùm pueros, qui extabant tempore teſtamenti *l. ſi ita*, *ff. de aur. & argent. legat. l. Aurelius*, *§. 1. ff. de liberat. legat.* quibus juribus probatur, quòd æſtimatio valoris legati de- 58
beat attendi tempore diſpoſitionis: igitur ſi reditus teſtatoris erat ad rationem unius pro quatuordecim, legatum factum de eo, aut parte ipſius, debet conſiderari ſecundùm conſignationem, quæ tunc temporis habebat, & non ſecundùm reductionem pragmaticæ, quæ poſteà ſupervenit poſt conditum teſtamentum: Paulus Caſtrenſis *in l. cùm ſtipulamur*, *ff. de verborum obligationib.* ubi probat, quòd ſi teſtator quidam reliquerit opus pium, ſcilicèt quidquid reſtaret de pecuniis ſuis in monte Florentiæ, jus operis pii ſolummodo erit ad reſiduum, quod tempore teſtamenti exiſtere poterat, & non ad id, quod supervenit poſt teſtamentum, & ante mortem teſtatoris: & ita judicatum ſcribit: quæ doctrina adaptatur noſtræ quæſtioni: quia fundator reliquit redditus effectivè, quos obtinuerat ex quatuorcentum & quinquaginta ducatis, illis Capellaniis; qui cum fuiſſent ad rationem unius pro quatuordecim impoſiti, quorum ſors conſiſtebat in ſexcentum mille & trecentis ducatis, cum iſte valor ſit certus tempore teſtamenti, non ſubeſt cauſa, nec fundamentum, ut dictus Capellanus prætendat reductionem, & æſti- 59
mationem majorem, quã dicta Capellania habebat tempore fundationis: ſequitur Fulgoſius *conſ. 37.* Curtius Junior *conſ. 277. num. 13.* Menochius *conſ. 97. num. 71. & lib. 4. præſumpt. 127. num. 1. cum ſequentibus*, Felinus *in cap. ad hæc*, *de reſcript. el 1.* Caſtillo Sotomaior *lib. 1. de uſufructu*, *cap. 44. à num. 1. & ſequentibus*, Fontanella *tom. 1. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 4. num. 6.*

Secundò, quia ſi attenditur tempus mortis, & 60
ſcripturæ, quo fuit aſſignata dicta quantitas, negari non poteſt, quòd voluntas fundatoris non ſit adimpleta; quia quod continet teſtamentum fuit in ſcriptura conſignationis executioni mandatum, & iſte actus eſt ſufficiens, ut ſit omni ex parte fundatoris voluntas adimpleta, ſine eo, quòd futuri eventus proſpiciantur, ut animadvertit Fulgoſius *in l. ſocius pro filia*, *in principio, ff. pro ſocio*, *notabil. 5.* ubi dicit, quòd ſi inter fratres actum ſit, ut dotes filiarum ſolvantur ex bonis communibus, intelligitur, ut ſemel tantùm dotentur, ut diximus *ſupra n. 51*, ex Molina & aliis. Semel enim facta redditus deſignatione à fundatore, ſi poſteà ſuperveniat redditus diminutio, nec teſtator, nec ejus hæres, nec patronus tenentur ſupplere, & reducere redditum ad valorem, qui habebat tempore fundationis, quia regulare eſt, quòd conditionis implementum ſufficit durare per momentum, ut conditio perfectè adimpleta dicatur, *l. ſi quis hæredem*, *C. de inſtitution. & ſubſtitutionibus*, & ibi tradunt Doctores plura, & in propoſito Tiraquellus *in l. ſi unquam*, *num. 189. cum ſequentibus*, *C. de revocand. donation.* quem & alios allegat Molina *lib. 1. cap. 6. n. 17. de primogeniis*, Alvarus Valaſcus *conſultatione 222. numero 19.* Petrus Surdus *conſil. 36. numero 27. lib. 1.* Stephanus Gratianus *diſceptation. forenſi 68. numero 1.*

Et confirmatur, quia obligatus ex contractu, vel 61
alio modo ad rem tradendam, ſemel etiam tradendo liberatur, nec reviviſcit obligatio, etiamſi ad illum denuo revertatur, Gloſſa magna *in l. ab emptione*, *ff. de*

Digitized by Google

de pactis, & *ibi* Bartol. *colum*. 2. Gloſ. *in l. ſi cum fundum*
venderes, *verbo*. (tradat) *ff. de contrahenda emption.* &
in l. 3. §. *unde vi*, *verb*. (vindicare) *ff. de vi*, & *vi arma-*
ta, & aliis pluribus relatis à Tiraq. *verb*. (ſuſceperit li-
beros,) *num*. 191. *in d. l. ſi unquam*.
62 Cùi non obſtat limitatio, quam ponit Molina *in lib.*
1. *cap*. 6. *num*. 18. & 19. quia loquitur in conditione
ſi ſine liberis deceſſerit impoſita in majoratibus; cùm
enim eorum materia ſit perpetua, eſt neceſſarium quòd
implementum hujus conditionis habeat tractum ſucceſ-
ſivum, *l. ſi quis ita legaverit*, *ff. de condit.* & *demonſtrat.*
ubi DD. Sed in caſu noſtræ dubitationis debet judicari
63 Capellanias eſſe perpetuas cum prima dotatione, ſine eo,
quòd iterum dotentur in caſibus poſteà contingentibus;
quia cenſus, aut vulgò, *jures*, etſi diminutioni, & au-
gmento ſint obnoxii, perfecerunt conſignationem per-
petuam, & pro rebus perpetuis habentur, ut latè *ſup.*
diximus.
64 Cæterum ita executa diſpoſitione cum actu æquali
correſpondente ſtatui rerum tempore mortis teſtatoris,
mutatio, quæ ſupervenit ſine culpa hæredis, non gra-
vat eum, ut ſatisfaciat legato ſemel adimpleto, probat
Gloſſa *in l. ſi ſervus*, §. *quicumque*, *in fine*, *ff. de legatis* 1.
ubi cum textus dixiſſet, quòd ſi mortis tempore plena
ſumma fuerit, & poſteà aliquid ex ea deperierit, ſine
dubio ſoli hæredi perit: ubi Gloſ. dicit, quòd ſic eſt
intelligendum, ſi diminutio proveniat culpa hæredis:
idem probat *l.* 18. *tit*. 9. *part*. 6. ibi: *Et ſi los diez mara-*
vedis ſobredichos fueſſe en el area quãdo murie el teſtador,
e por culpa del heredero ſe menoſcabaren deſpues,
tenado es el heredero de dar faſta en aquella cantidad
ſobredicha.) Igitur à contrario ſenſu, ſi diminutio non
fuiſſet culpa hæredis, non tenetur ad ſupplemen-
tum.
Tertiò, quia dictum legatum 450. ducatorum non
fuit onus impoſitum omnibus octingentis aureis, reſi-
duumque non eſt relictum in ſecuritatem dicti legati, ſed
ad differentem effectum dotandi filias fratrum teſtatoris:
ex quo ſequitur, quòd dicta diminutio debet currere
65 contra Capellanias, & non contra habentes tale reſi-
duum; quia id fuit aliis perſonis aſſignatum, &
damnum reductionis debet eſſe æquale omnibus: & re-
portare illud non debent alii, quibus reſiduum adjudica-
tum fuit, *l. pœnales*, §. *ſi Titio*, *ff. ad legem Falcidiam*,
qui textus probat, quod quidam teſtator diſpoſuit, quòd
de triginta præſtarentur quindecim Seio, & de trigin-
ta diminuta fuerunt ſex, & inibi Iuriſconſul. interrogat,
ſi de hac diminutione debet eſſe particeps legatarius, aut
fideicommiſſarius de quindecim aut totum exigere debet
quindecim, cum extent bona? & reſpondet, quòd di-
minutio debet pro rata conſiderari habita ratione ad
triginta: & *ibi* Gloſſa, *verbo*, [*ſi Titio*,] oſtendit ra-
tionem, quia qui de triginta ſolvere mandavit quinde-
cim, voluit, ut alia quindecim relinquerentur in perſo-
na fideicommiſſarii, & una pars non eſſet obnoxia evi-
ctioni alterius, ſed quod damnum utriuſque ſit commu-
ne, ut fuiſſet communis utilitas, *l. facta*, 65. §. *ſi Ti-*
tius rogatus ſit, *ff. ad Tsebellianum*, *l. Plautius*, 43. *ff. de*
66 *condition.* & *demonſtration.* Et in ſimili conſiderat Guillel-
mus de Cuneo, & poſt eum Paulus Caſtrenſis *in l. ſi fa-*
milia, *num*. 1. *C. familiæ erciſcundæ*. ubi in ſimili caſu
habuit, quòd diminutio non debebat ſuppleri à colle-
gatario: & rationem reddidit; quia ſicut tibi ablata eſt
ſua dimidia: ita potuit auferri fratri tuo altera dimidia,
in qua evincens habet idem jus.
Et non obſtat, quòd teſtator non juſſit ſpecificè;
quòd tercentum & quinquaginta aurei reſtantes eſſent
pro dotibus ſuarum conſanguinearum, & poſteà ſuis
hæredibus, niſi quòd reſiduum extractis quadringentis
& quinquaginta aureis: quod fuit idem ac ſi dixiſſet,
priùs extrahantur dicti quadringenti & quinqua-
ginta aurei pro inſtitutione Capellaniarum, & re-
ſiduum plus minuſve deſerviat dotationi conſanguinea-
rum.
Et quia etiam objectio Capellani excludere conatur
clauſulam fundationis literaliter, eſt advertendum;
quòd in dicta clauſula continentur duo legata. Unum
de 450. ducat. Capellaniis, & dicit teſtator, quòd ſu-
mantur ex redditu octingentorum aureorum empto per
ſuum fratrem. Alterum eſt reſidui 800. ſumptis 450. pro
dotibus ſuarum conſanguinearum, & poſteà ſuis hære-
dibus: & hoc legatum reſidui eſt tàm ſpeciale, ſicut eſt
legatum Capellaniarum, quod reducitur ad ſummam
350. aureos, quæ erat quantitas reſidui tempore mor-
tis teſtatoris: & idem voluit exprimere teſtator, quòd
reſiduum converteretur in dotibus, & poſteà ſuis hæ-
redibus veniſſet, ac ſi expreſsè conſtituiſſet quantita-
tem, quæ tunc reſiduum importabat, ut probat Paulus
Caſtrenſis *in l. cùm ſtipulamur*, *num*. 3. *ff. de verborum*
obligationibus, cujus doctrina eſt anteà relata, ſed quia
eſt in terminis, eſt referenda, *ibi*: (Semel etiam con- 67
ſului per prædicta, cum quidam teſtator mandaſſet de-
bita ſua ſolvi de pecuniis, quas habebat in monte Flo-
rentiæ: & poſteà dixit, quòd illud, quod reſtaret ſo-
lutis debitis de dicta pecunia, relinquebat cuidam hoſ-
pitali. Pone ergo, quòd tempore teſtamenti ſolutis de-
bitis reſtaſſent mille, teſtator ſupervixit per plures an-
nos, & plures alias pecunias in monte adquiſivit: ità
quòd ſolutis debitis reſtabant tria millia, an totum de-
beatur hoſpitali? & videtur per prædicta dicendum;
quòd non, ſed mille tantùm, in quibus potuit operari
tempore teſtamenti propter verbum *reſtaret*, quod
eſt præteriti imperfecti ſubjunctivi, & præſentis tem-
poris optativi, per iſtam legem ſic intellectam per Do-
ctores.) Ecce ubi legatum reſidui fuit factum in favo-
rem operis pii: & ad ſciendum, quæ quantitas compre-
henditur in eo, concludit *Paulus Caſtrenſis*, eſſe atten-
dendum tempus mortis: igitur ſi reſiduum tunc erat
mille, ita idem importaret legare reſiduum, quàm ſi 68
legaſſet mille; quia verbum, *reſiduum*, eſt relativum, &
verbum præſentis temporis ſignificat. Sequitur & alios
referens Socinus Junior *conſ*. 99 *num* 9. *lib*. 3. *verſ*. (*Sex-*
tò facit pulcra deciſio, Pauli de Caſtro *in prædicta l. cùm* 69
ſtipulamur, ubi dicit: Quod ſi teſtator legat hoſpitali
quidquid reſtaret de ſuis pecuniis in monte Florentiæ
ſolutis priùs ex illis omnibus debitis, ſi tunc reſtarent
mille, & poſteà ſupervivente teſtatore fuerunt plures
pecuniæ adquiſitæ in dicto Monte, taliter quòd ſolutis
debitis reſtarent tria millia, hoſpitali mille ſolùm debe-
buntur inſpecto tempore teſtamenti: Et ita dicit Paulus
de Caſtro conſuluiſſe. Satis enim eſt, quòd legatum 70
aliquid operetur, & valeat, ſcilicèt in dictis mille, &
cum *Paulo* tranſit Alexand. *ibi* & refert, & ſequitur
Felin. *in cap. ad hæc*, 1. *colum*. *in fin*. *cum ſequentibus*, *ver-*
ſiculo, (Et iſta importat,) *de reſcriptis*, dicens, hoc
eſſe quotidianum: & ita fuit judicatum Florentiæ, ut
per eum. Sic igitur in noſtro caſu, quæ poſt teſtamen-
tum ſupervenerunt, legato non comprehenduntur, cum
legatum ſatis operetur in repertis tempore teſtamenti.
Quartò, quòd conſtanter eſt attendendum; quòd
dictus teſtamentarius adimplevit diſpoſitionem funda-
toris in præfata forma, nullo jure ſuſtineri poteſt, quòd
poſt impletam, & executioni mandatam fundatoris
voluntatem, prætendatur jus evictionis, ut hæres, vel
patronus ſemper ſecurum faciat redditum Cappellania-
rum; cum vulgare ſit, quòd in re donata alteri, eique tra- 71
dita, non habet locum evictio, ex *l. Ariſto*, §. *fin*. cum
ſimilibus, *ff. de donation.* & Anton. Gom. *lib*. 2. *va-*
riar. *cap*. 2. *num*. 3. & aliis plurimis reſolvimus *ſuprà*
quæſt. 25. latiſſimè. Et idem concludendum eſſe puto in
legatis, & prælegatis *ex l. cùm pater*, §. *evictis ff. de lega.*
2. de quo copiosè diximus *ſuprà*, *quæſt*. 27. quod ſine
dubio procedit in hoc caſu, quia legatum fuit factum à
fundatore cum deſignatione certi redditus, quod idem

reputatur ac ſi fuiſſet legatum factum in ſpecie.

72 Quibus accedit, quòd caſus, qui poſt promulgationem pragmaticæ venit, fuit per factum Principis, cui reſiſti non poteſt; & in his terminis ceſſat omnino & non habet locum jus evictionis, & defuncti hæres, aut patronus ex prædicto caſu non debet inquietari, nec moleſtari, ex *l. Lucius, ff. de evictionib.* & diximus *ſupr. num.* 33. & *ſupr. quæſt.* 52. Jo. Bapt. Coſt. *de facti ſcientia, inſpectione* 38. *per totam.* Gamma *deciſ.* 349. *num.* 8. Cui additur, quòd ex diſtributione facta à fundatore, reſultat excluſio Capellani; quia tunc particeps in dicta diſtributione non eſt obnoxius ad ſupplendam aliorum legatorum diminutionem, niſi adſit gravamen ſpeciale, ut in *l. cùm pater*, §. *evictis, ff. de legatis* 2. Gloſ. *in l. ſi cognitione*, 21. *verbo*, (voluntatem) *C. famil. erciſcund.* ibi: & nota, quòd de hujuſmodi diminutione, non agitur de evictione. *l.* 9. *tit.* 15. *part.* 6. ibi [*Pero ſi el padre, ò teſtador partiere la heredad en ſu vida entre los herederos, ò en ſu finamēto, ò deſpues que el finare venciesſe alguno de ellos en juizio alguna de las coſas que le vinieron en ſu parte: entonces los otros herederos non han el fazerle enmienda alguna.*] Obſervant. Ayora *de partition.* 3. *part. quæſt.* 9. *num.* 20. Morquech. *de diviſ. bonor. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Alvar. Valaſc. *de partit. quæſt.* 37. *num.* 17.

73 Quintò deducitur ex omnibus ſuprà dictis, quòd legatum 450. ducatorum fuit taxativum, & non demonſtrativum: igitur non fuit, quòd ex redditu octingentorum aureorum ſolvantur dicti 450. aurei Capellanis, ut tota quantitas dicatur obligata ad illorum ſolutionem, ut Capellanus prætendit, ſed ſolùm voluit fundator ſeparare, & dividere ſummam 450. aureorum, cum reſiduum remanebat liberum, & non ſubjectum oneri aliquo, fecit de eo diſpoſitionem aliam ſpecialem in diverſo legato, quo caſu dictum legatum præcisè eſt, ut ſit taxativum, taliter quod diminutio currere debet pro rata uniuſcujuſque legati, ut in individuo probat Cavalcanus *in indice ad* 1. *part. deciſionum, lit. V. verſ.* (Verba in dubio præſumuntur) *num.* 4. *verſ. Quartò præmitto*, ubi animadvertit, quòd in hac materia ſunt duo caſus conſiderandi, & diſtinguendi.

Primus, quando teſtator mandat Altare, vel Capellam fieri, aut Miſſam quotidianam, aut anniverſarium ſingulis annis celebrari ſine quantitate expreſſa mercedis, intelligitur teſtatorem voluiſſe fieri ſolutionem de tempore in tempus ſecundùm curſum, & valorem monetarum, & eleemoſynam ſolitam Miſſarum, habita ratione temporis, quo diſpoſitio teſtatoris adimpleretur, adeò quòd diminutio, & augmentum, commodum, & incommodum ſpectat ad hæredem.

74 Secundus caſus eſt; quando teſtator declarat quantitatem ſolvendam, ut gravo hæredes ad faciendam unam Capellam, aut Altare, aut ad faciendum celebrare Miſſam quotidianam, cum expenſa ſcutorum centum, vel per Capellanum, qui habeat ſcutos viginti ſingulis annis; tunc augmentum, & diminutio, commodum, & incommodum non ſpectat ad hæredem, ſed ad rem legatam, & ad eum cujus contemplatione fuit factum legatum. Cujus diſtinctio eſt deciſiva litis; quia fundator non dixit, quòd fundentur duæ Capellaniæ ſimpliciter, nec quòd tot Miſſæ celebrentur, qui eſt primus caſus, in quo non attenditur augmentum, & diminutio cenſuum, ſed omni tempore legatum debet adimpleri: ſed quòd fundator aſſignat pro dote Capellaniarum quatorcentum & quinquaginta aureos: tunc enim diminutio ſuperveniens non debet ſuppleri ab hæredibus, ut expreſsè tenet Cavalcanus, & ita conſuluiſſe fatetur. Atque inferiùs *num.* 7. ſubjungit, quòd teſtator dixerat: Habeat pro ſua mercede florenos quadringentos, hoc eſt, quòd hæredes ſolvant ſingulis annis florenos quadringentos: quod verbum *ſolvat*, *vel habeat pro mercede*, importat diſpoſitionem taxativam: & allegat Bartol. *in conſil.* 119. *num.* 16. & 17. *lib.* 2. *ultimarum voluntat. diverſ. pag.* 215.

Militat, etiam naturalis ratio, nempè, quòd ſi cenſus, 75
qui traditi fuerant Capellanis, habuiſſent aliquod augmentum in redditu, eis accreſceret: ita etiam diminutio contra Capellanos debet admitti, & non contra hæredem, in cujus utilitatem augmentum non cederet: ſic obſervat Joannes Baptiſta Coſta *de re integra, diſtinct.* 99. *numer.* 6. *verſ.* [*Sic qua ratione diffinitum eſt, quod hæres non tenetur ſupplere tenuitatem, vel deficientiam legati relicti ad uſum pium, ſicuti non potiretur lucro ſuperabundanti.*) Lara *lib.* 1. *de anniverſariis, cap.* 15. *num* 15. ubi reſolvit cum diſtinctione, quòd ſi fundatus ſit anniverſarius ſuper fructibus alicujus fundi, ſi fructus diminuantur ex poſt facto diſtinctio facienda eſt; aut diminutio eſt perpetua, & tunc currit periculo anniverſarii: aut temporalis, & hæc debet ſuppleri ab hærede, ad quem augmentum fructuum pertinet: & hinc oritur reſponſio 76
ad l. Lucius, ff. de alimen. & cibar. legatis, & ad l. Paulo Calimaco, §. *Julianus, ff. de legat.* 3. qui ſunt textus, qui ponderantur pro parte Capellani ad dicendum, quòd quando teſtator jubet dari centum aureos ex fructibus certi fundi, omnes fructus ſunt obligati ad ſolutionem eorum; quia conſignatus fuit fundus ſimpliciter, & omne gravamen reſpicit totum fundum, & ſit onus reale ipſius prædii: Alvarus Valaſcus *de jure emphyt. quæſt.* 4. *n.* 7. Joan. Garcia *de expenſis, cap.* 4. *num.* 30. ubi ideò obligationem contrahi concludunt dicti Authores; quia ſuppoſitio fundi nihil aliud videtur effeciſſe, quàm obligationem fundi. Sed in noſtra ſpecie, onus non reſpicit totam quantitatem octingentorum aureorum, ſed fundator ſeparavit quantitatem Capellaniarum à quantitate dotis: & etiam quia *dict. l. Lucius*, cum *aliis*, procedit, quando legatum eſt annuum ſine commixtione proprietatis: ſed hac ſpecie, non ſolùn 77
legatum fuit annuum, verùm etiam comprehendit proprietatem cenſuum, & abſque dubio diminutio debet eſſe periculo eorum, qui receperunt cenſus.

Reſtat ſatisfacere argumentis in contrarium adductis. Non itaque obſtat dicere, quòd teſtator non fundavit Capellanias in cenſibus, nec in fundo ſpeciali, nec legavit proprietatem aliquam: ſed quantitatem annuam monetarum: & cum ſit quantitas ſuffectura, niſi tota 78
quantitate perempta, genus non perit, *l. incendium; C. ſi certum petatur*, & conſequenter licèt dicta quantitas ex accidenti diminuta fuerit poſt mortem teſtatoris, debet legatum totum conſervari, & hæres ſupplere debet, *l. ſi ſervus*, §. *quicumque, ff. de legatis* 1. *l. in ratione*, §. *diligenter, ff. ad l. Falcidiam.*

Cui argumento facilè reſpondetur; quia procedit in 79
legato quantitatis generaliter relicto; tunc enim niſi tota quantitate perempta, genus non perit; itaque in hoc caſu non fuit legatum quantitatis ſimpliciter relictum, ſed in certa parte redditus, & determinata, nempè in cenſibus emptis à dicto commiſſario uſque ad quantitatem quadringentorum & quinquaginta ducatorum, in quo caſu magis cenſetur legatum in ſpecie, quàm in quantitate, ut in *l. Quintus Mutius*, la ſecunda, §. *ſi autem aurum, ff. de auro & argento legato.* ibi; *Id paterfamilias videtur teſtamento legaſſe, quod ejus aliqua forma eſt expreſſum, veluti, quæ Philippi ſunt, itemque numiſmata, & ſimilia.* Et comprobatur *ex l.* 18. *tit.* 9. *part.* 6. ubi quando legatum pecuniæ facit relationem ad locum certum, & terminatum, diminutio ſuperveniens non currit contra hæredem, niſi ipſius culpa fuiſſet cauſata, ut expreſsè probat text. *in dict. l. ſi ſervus*, §. *quicumque*, juncta Gloſ. verb. [depererit.]

Secundò, quia falſum eſt dicere, quòd teſtator non fundavit Capellanias in cenſibus, & quòd non reliquerat eorum proprietatem; quia certo certius eſt, quòd legatum non ſolùm fuit annale, verùm etiam comprehendit proprietatem cenſuum cor-

ref,

80 reſpondentium quantitati, quam teſtator reliquerat: & unum, & alterum fuit, quod teſtator applicavit Capellaniis, ibi: (*Mando, que de la renta que pareciere aver comprado el dico mi hermano con la dicha moneda ſe tomen los quatrocientos y cincuenta ducados dellos de renta en cada un anno, con los quales deſde luego ſundo dos Capellanias*;) Quæ verba non ſignificant redditum annalem in abſtracto, ſed redditum jam emptum, in quo comprehenditur præciſè proprietas; quia dicto (*dellos*) facit relationem ad totum præcedens in eodem ſenſu, & cum omnibus ſuis qualitatibus, ut poſt *Felinum, & Baldū.* & alios quamplures reſolvit Caſtillus Sotomajor *lib. 3. controverſiarum, cap. 15. n. 42.* & in ſimili conſiderat Petrus Surdus *conſ. 319. ex num. 7. cum ſequentib. lib. 1.* 81 ubi diſputat eandem quæſtionem: An in legato quantitatis annuæ comprehendatur proprietas bonorum? Et reſolvit cum pluribus fundamentis affirmativè, & ſubjungit rationem, quia ſecundùm loquendi uſum, nihil aliud eſt dare tercentum annuos aureos, quàm dare prædia, quæ tantum ferant introitum; & hunc eſſe communem uſum loquendi omnibus notorium, & ſecundùm illum verba teſtamenti ſunt interpretanda; & in *num. 9.* allegat *l. ſi quis argentum, §. ſi verò redditum, C. de donation.* ubi legatum certi annui redditus ex poſſeſſionibus, vel bonis teſtatoris, complectitur proprietatem ipſorum 82 bonorum, & debent bona præſtari legatario uſque ad concurrentem quantitatem, Gamma *deciſ. 92. ex n. 1.* Guido Papa *ſingular. 442.* Capicius *deciſion. 188.* Franc. Marc. *deciſ. 870. part. 1.* Rota Romana *deciſ. 121. num. 7. part. 2. in noviſ.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 133. num. 7. cum pluribus,* Molina *lib. 1. de primogen. cap. 19. num. 6.* ubi concludit, quòd in hoc caſu, & ſimilibus, proprietas non recipit ſeparationem ab uſu, ſed plenum rei dominium donatum cenſeri debet, *l. donationes, §. ſpecies, ff. de donation.* Mantica *de conject. lib. 9. tit. 2. num. 29.* Caſtel. Sotom. *de uſufruct. cap. 30. num. 40.* ubi latiſſimè.

Ulteriùs confirmatur, quia iſta proprietas non reſidebat in poteſtate hæredum, ſed tranſlata eſt in Capellanias, & teſtator non gravavit hæredes, niſi ut ſolverent redditum; quia verba quibus uſus fuit, (*tomenſe los quatrocientos y cincuenta ducados dellos,*) abſque eo, quòd diceret, quòd hæredes annuatim eos ſolverent: non ob aliam rationem poſuit, niſi quia proprietas fuit alienata, ut per Surdum *dict. conſ. 319. num. 15.* ubi opponit de *l. fundi Trebatiani, ff. de fundo legato,* ubi relicto reddito alicujus fundi, non eſt præſtandus fundus; & cum reſponſo probatur conſideratio ejuſdem *Surdi*, qui ſolvit difficultatem dicendo: quòd in *prædicta lege* conſtat teſtatorem voluiſſe, quòd legatarius perciperet redditus de manu hæredis, ut *ibi* exponit Gloſſa 1. & cùm proprietas comprehendatur in legato, tranſlatum fuit dominium miniſterio legis in Capellanos, tamquam legatarios, *l. à Titio, 66. ff. de furtis, l. 13. tit. 14. part. 7. l. 1. C. commun. de legat.* Anton. Gomez *tom. 1. variarum, cap. 12. num. 7.* Joan. Garc. *de expenſ. cap. 5. num. 24.* Hieron. de Ceval. *tom. 1. commun. contra commun. quæſt. 79. & tom. 2. quæſt. 635. num. 6.*

Et huic tranſlationi, & acquiſitioni legali ſubſequuta eſt traditio realis, & vera, per inſtrumentum facta per teſtamentarium in favorem primi Capellani acceptantis pro ſe, & aliis ſucceſſoribus, & ad transferendum dominium non fuit neceſſarius alius actus magis expreſſus 83 quàm ceſſio, & mandatum in rem propriam, quæ in incorporalibus habetur pro vera; & reali traditione, *l. 1. C. de donation.* Bald. *in l. ex legato, num. 2. C. de legatis, & in l. ultim. C. quando fiſ. vel privat.* Menoch. *conſ.* 84 *161. ex num. 38. lib. 4.* Stephanus Gratianus *tom. 2. diſcept. forenſ. 310. num. 2.* Et cum ceſſione concurrit, quod in dicto inſtrumento conſignantur dicti redditus Capellaniarum, quæ conſignatio ex natura ſua dominii tranſlationem complectitur. Ita Rebuffus *in l. aſſignare, 197. ff. de verborum ſignificat.* Bald. *in l. 2. tit. 7. Commun. de legat.* Gratianus *tom. 2. diſceptat. 342. num. 35.* Ex quo reſultat præciſè, quòd diminutio ſuperveniens curris contra Capellanos, quia effectus dominii eſt, quòd 85 damna patiatur dominus rei ſicuti commodis potitur, *l. ſi id quod, ff. de donation. inter: l. qua fortuitis, C. de pignoratitia action. l. hoc ita verum, ff. de pericul. & commod.* 86 *rei vend. l. quod in rerum, §. ſi quis poſt, ff. de legatis 1. l. 24. tit. 5. par. 5.* Petrus Surd. *conſ. 61. num. 19.* Cumque dicti cenſus ſunt applicati, & appropriati Capellaniis per inſtrumentum relatum à commiſſario, quæ verba, *applico, & approprio*, inducunt tranſlationem dominii; ut dicitur de verbo *concedo*, quod transfert dominium: ita Felinus *in cap. cum venerabilis, 6. num. 4. de except.* Bald. *in l. non ambigitur, in fin. ff. de legib.* juxta Gloſ. *in cap. 1. de uſur. lib. 6.* Angel. *in l. 1. in princ. ff. de conſtit. pecun.* Rebuffus *in l. princeps, 21. in fin. ff. de verb. ſignif.* Socin. *conſ. 93. num. 17. lib. 1.* Stephan. Gratianus *tom. 5. diſceptat. 838. n. 2.*

Tertiò, quando legatum non cauſaret tranſlationem 87 dominii, adhuc diminutio fuerat periculo Capellanorum, & hæres vel patronus adimplent, conſervando ſortem principalem indemnem, ſine eo, quòd dicta ſors augmentetur. Tum quia legatum fuit taxativum nempè de 450. aureis in proprietate cenſuum correſpondentium eis: & quando eſt taxativum, non eſt neceſſe quòd in hærede reſideat; quia reſtringitur legatum loco deſignato, & non recipit extenſionem ad aliud; & ut ſit taxativum adeſt alia conſideratio, nempè, quia legatum; & locus deſignatus fuerunt enunciata in unica oratione: & communis diſtinctio eſt Doctorum, ut ad concordiam reducantur textus, ſi aſſignatio, & legatum fuerunt enunciata in una oratione, 88 pro taxativo eſt tenendum legatum, ſed ſi in diverſis orationibus aſſignatio rei poſteà fiat, legatum dicitur factum demonſtrationis cauſa: & tunc cætera bona ſunt obnoxia, & obligata ad impediendum tale legatum, ut in *l. quidam in teſtamento, 96. ff. de legat. 1.* ubi teſtator dixit: (*Aureos quadringentos Pamphila dari volo, ita ut infra ſcriptum eſt à Julio actore aureos tot, & in caſtris quos habeo, tot, & in numerato quos habeo, tot.*) Et teſtator poſteà vixit multo tempore, & conſumpſit illos effectus quos ſignaverat: & dicit textus, quòd debetur legatum, quia deſignatio importavit demonſtrationem, & non conditionem, & tota virtus ſita fuit in eo, quòd deſignatio fuit in alia oratione poſita; quia ſi fuiſſet in eadem oratione in hunc modum aureos quatuorcentum, quos in arca habeo, Pamphilo dari volo, fuiſſet contrarium, ut in *l. ſi ſic legatum, §. 1. & in l. ſi ſervus, §. qui quinque, & in l. Lucius, §. civibus, ff. de legatis 2.* quam diſtinctionem probant Paulus Caſtrenſ. *conſ. 339. num. 1. lib. 1.* Felin. *in cap. ſuper literis, num. 4. de reſcrip.* Decius *conſ. 323. num. 1.* Gigas *de penſion. quæſt. 62. num. 3.* Gozadin. *conſ. 83. num. 7.* qui dicit communem, Tellus Hernandez *in l. 17. Taur. num. 127.* Menoch. *lib. 4. præſumption. 167. num. 48.* Petrus Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt. 26. num. 5.*

Quartò non obſtat objectio Capellani dicentis, quòd 89 teſtator præcepit fieri Capellaniam perpetuam, & ſemper, ibi: (*Perpetuamente, y para ſiempre:*) Ex quibus conſtat teſtatorem voluiſſe Capellanias eſſe perpetuas, & ita redditus eſſe perpetuos; quia reſpondetur, quòd redditus fuerat in cenſibus poſitus ad rationem unius pro quatuordecim poſt mortem teſtatoris; tunc enim temporis concedebatur redditus perpetuus, ut ſuprà latè dictum eſt, & ita hæres, vel teſtamentarius adimplevit aſſignando redditus Capellaniarum in hujuſmodi cenſibus, Cavalcanus *in indice ad primam partidec. lit. V. verſ.* (*Verba in dubio.*) Cæterum, quia verba *perpetuò, & ſemper*, ſignificant tempus infinitum, adhuc ſunt intelligenda juxta mentem expreſſam teſtatoris. Igitur ſi quis legaſſet ſemper 90

& perpetuò quadringentos aureos in cenſibus habitis ab eo ad rationem unius pro quatuordecim, legatum erit perpetuum, dum conſignatio durat, & ea deficiente expirabit legatum, & tamen dum advenerit ſucceſſus verificabitur legatum in verbo, *perpetuò, l. pater filium, §. fundum, ff. de leg. 3.* ibi: *Ita enim fiet, ut de nomine veſtro nunquam exiat*: reſtringitur juxtà ſubjectam materiam, in qua fuerunt poſita, ſine extenſione ad alios caſus & perſonas non expreſſas à teſtatore, ut idem demonſtrat text. *in authent. de reſtit. fideicommiſ. coll. 9.* Joannes Bolognetus *in l. filius famil. §. Divi, num. 269. & 270. ff. de legatis 1.* Petrus Surdus *conſ. 448. ex num. 21. uſque ad num. 37.* Baldus *in l. adverſus, in fine, C. de uſur.* Jaſon *in l. 1. num. 35. ff. ſoluto matrimon.*

91 Quintò impedit minimè *ſingulare Romani 435.* ubi dicit, quòd ſi legatum eſt pium, licèt teſtator alienet rem conſignatam ejus ſolutioni, non extinguitur legatum: Ripa *lib. 3. reſponſ. cap. 11.* Tiraquel. *de privileg. pia cauſ. privileg. 42.* Everard. *in topicis, loco, ab alimentis ad cauſam piam, num. 11.* Sed facilis eſt ſolutio: Tum quia *Romanus* loquitur in caſu dubio, nempè quando non conſtat, quòd teſtator voluit, quòd ex illa re deſignata legatum ſolvatur; tunc favore piæ cauſæ res potiùs cenſetur obligata, quàm taxativè poſita: at in noſtra ſpecie, conſtat enixè, quòd fuerunt aſſignati cenſus certi. Tum quia in illo caſu non fuit legatum proprietatis ſimul cum annua quantitate, ut diximus, ſed in quantitate tantùm. Cæterùm, quia non procedit, quando teſtator diſpoſuerit de cæteris bonis, ut in præſenti fecit: vel etiam quia eſt vera diſtinctio Cavalcani, & Laræ *in ſupradict. locis, num. 25. & 26.*

92 Sextò opponitur Deciſio Rotæ 127. *part. 1. diverſorum*, ubi determinatum fuit, quòd diminutio certæ quantitatis carnis aſſignata certis Canonicis, non debet currere contra Canonicos. Cui facilè reſpondetur, quia deciſio fundata fuit in duobus, Primò, quia Canonici præſtiterant ſua bona in adminiſtratione cum onere eos alimentandi, ut conſtat *ibi*; & moti fuerunt Domini ex eo quòd à principio conceſſa fuerunt bona Capituli in adminiſtrationem Dignitatibus ad hunc effectum, ut ex eorum redditibus darentur Canonicis neceſſaria ad victum. Secundò, quia obligatio, & promiſſio non fuit in quantitate pecuniaria, niſi præſtandi carnem ad alimenta, & dari debent ſecundùm varietatem temporum, ut *ibi* conſtat. Quia pro reſponſione fuit conſideratum, quòd à principio obligatio non fuit concepta in pecunia pro emendis tot libris carnium, ſed in quarta parte arietis pro binis Canonicis: at verò in noſtro caſu non adeſt expreſſa promiſſio alimentorum, & quod attenditur in legato fuit quantitas limitata in cenſibus, qui reddebant reditus quatuordecim centum, & quinquaginta ducatorum: & ita habita fuit promiſſio pro taxativa, ut ex *Cavalcano* fuit dictum.

93 Septimò objicitur, quòd ſi non admitteretur ſupplementum, ſequeretur inconveniens notabile, ſcilicèt quod in conſequentiam diminutionis onera in Capellanis deberent minorari. Cui objectioni ſatisfactum eſſe videtur, quod id quod inconveniens dicitur, non eſt, ſed remedium legale; quia quando bona anniverſarii, & Capellaniæ diminuuntur, jus diſponit quòd fiat diminutio oneris, vel Miſſarum, *text. in cap. nos quidem, de teſtamen.* ubi Abbas *num. 5. & 6.* Henric. Boc. *num. 4.* Imol. *num. 21. & 22.* Cæſar Lambertinus *de jurepatronat. lib. 3. art. 7. qu. 6. princip. num. 7. & ſeq.* Cavalcanus *in indice ad primam partem deciſ. verſ.* (Verba in dubio.) *n. 6.* Pet. de Lara *lib. 1. de anniverſar. cap. 15. num. 6.* Parlador. *lib. 3. quotidianarum, different. 17. num. 7.* ubi dicit: Sed illud non obliviſcaris, ſi legatum relictum cum onere non valeat in totum, ſed pars evincatur, onus quoque minui pro rata, *l. ei, qui ff. de donation. cauſa mort.* ubi Gloſ. & eodem pertinet *cap. quanto, de cenſib.* Fulvius Pacianus *conſ. 7. numero 135.* ubi concludit, quòd onus debet minui, & augeri ſecundum reditus diminutos, & auctos, ut ait Abb. *in cap. quanto, de cenſib. numero 6.* idem ſentit Socin. *in l. ſi ex toto, num. 6. ff. de legat. 1.* Romanus *conſ. 369. num. 32.* ibi: Superveniens enim deficientia facultatum juſtam inducit cauſam diminutionis onerum, ut dicit text, *in l. cura, §. deficientium ff. de jure immunitatis*, imò concludit Gloſ. ſingularis *in l. omnes, la 1. C. de annonis, & tribut. lib. 10.* hoc in caſu facultatem habere tributorum exactorem arbitrio boni viri remittere, vel diminuere tributum ei, cujus patrimonium adverſa fortuna collapſum ſit: & in bona ſpecie tenet Franciſcus de Ponte *de poteſtate Proregis, tit. 4. §. 1. n. 1.* ex Luc. de Penna *in Rubric. C. ſuper dicto lib. 10.* ibi: Quòd ſi contigerit terram eſſe incolarum numero diminutam, ita quòd ſolita onera functionum fiſcalium ferre nequeat, debet fieri allevatio. Et *ibi* Joannes Baptiſta Toro *in addition. num. 1.* ubi allegat Petr. Pevol. *in pragmat. 1. de appretio, num. 81. & 82.* & Cravet. *in rim 179. num. 9.*

Ulteriùs confirmatur principalis concluſio, quia diſpoſitio quælibet intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, quod procedit in omni diſpoſitione, ſivè in contractibus, ſivè in ultimis voluntatibus, ex text. *in l. quod Servius, ff. de condiction. ob cauſ.* & *ibi* Gloſ. & *DD. cap. cum inter, de renunt. cap. quemadmodum, de jurejuran.* Tiraquel. *in l. ſi unquam, C. de revocand. donat. num. 162.* Farinac. *tom. 1. crim. quæſt. 34. num. 42.* Boerius *deciſ. 204.* Cravet. *conſ. 95. num. 4.* Franchis *deciſ. 181. num. 21.* Caſtil. Sotomajor *lib. 4. de conject. cap. 59. num. 1. & num. 11. & ſeqq.*

Ex qua concluſione infertur, quòd evicta rebus hæreditariis extrà teſtatoris cogitatum, minuuntur legata ad relevamen hæredis, & fideicommiſſarii univerſalis, quod in terminis excitavit Peregrinus *de fideicommiſ. artic. 4. num. 58.* quod ſcilicet legata viderentur accipienda, rebus ſic ſtantibus, ex *l. Paulo Callimaco. §. 1. ff. de legat. 3. l. Mævia, §. fin. ff. d. ann. legat.* Sic in noſtro caſu Capellanus debet habere Capellaniam cum diminutione cauſata ex accretione pragmaticæ, minorato onere Miſſarum, prout generaliter in toto Regno fuit obſervatum in Anniverſariis, & Capellaniis, ut onera minuantur juxta proportionem bonorum, & in hoc Archiepiſcopatu Toletano pluries judicatum videmus, ita quod jam deinceps non erit hæſitandum, cum quotidie videamus quamplures deciſiones graviſſimorum Senatuum; quia licèt exemplis non ſit judicandum, *l. nemo, C. de ſent. & interlocut. om. jud.* ubi DD. *l. ult. C. quibus res judicat. non nocet*: Oſaſc. *deciſ. 1. num. 43.* Alvar. Valaſc. *conſult. 148. num. 27.* Theſaur. *deciſ. Pedemontan. in præfat. n. 32.*

At tamen communis concluſio eſt, quòd ſententiis Senatuum in deciſione ſimilium cauſarum ſtandum ſit, & veriuseſt dicere, prædictas ſententias ſemper reverenter eſſe obſervandas, ut inquit Matth. de Afflict. *deciſ. 45.* Cum optima ſit interpretatio, quæ ſumitur ex pluralitate ſententiarum, ut per Bald. & Angel. *in l. 1. §. eodem autem tecto, ff. ad Syllanian. & in l. filiusfamil. ff. de falſ. & in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo,* id obſervare debere inquit Imperator, quod in eodem genere cauſarum fuit ſemper obſervatum: facit *l. an in totum, C. de ædific. privat.* tradit Pinel. *in l. 2. cap. 4. num. 2.* ex text. *in l. Labeo, ff. de ſtatuliber.* ibi: *Morem gentium ſequi debemus*: Gamma *deciſ. 128.* optim. text. *in l. Titius rogatus, 54. ff. ad Trebel.* ibi: *Quod mihi videtur non tantùm æquitatis ratione, verùm exemplo quoque motus feciſſe*; & Gloſ. *ibi*, verbo, *exemplo*, notat.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XXXI.

An in tranſactione debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1 *Referuntur Authores, qui ſpecialiter hanc quæſtionem diſputarunt.*
2 *In tranſactione quando res traditur ut à lite diſcedat, ſi id quòd datur, evincatur à tertio, an de evictione teneatur.*
3 *Tranſigens non transfert dominium quando rem remittit, ſecùs ſi eam tradit.*
4 *Si quod datum eſt alicui, & id evincitur ab alio, tenetur ipſi, qui ei dedit.*
5 *Si litigantes in hunc modum componerentur, ut unus acciperet partem unam ejus, aut eorum de quibus eſſet controverſia, & alius aliam, tunc quæcumque evinceretur, non tenetur alter de evictione.*
6 *Aſſignatur ratio hujus concluſionis.*
7 *In illa re, quæ traditur tranſactionis nomine, in qua debetur evictio, prima actione agi non poteſt; ſed præſcriptis verbis.*
8 *Si res ex tranſactione data, obligata poſt, vel aliena pro parte fuerit probata, tranſactio ita valet, ut lis inſtaurari non poſſit.*
9 *Petitor fundi tranſigens cum poſſeſſore, ſi fundum litigioſum illi remiſerit, poſteà illud evicerit, non poterit de evictione agi contra illum, qui remiſit.*
10 *Refertur intellectus text.* in l. pupilli, §. ſoror, ff. de ſolution.
11 *Evictio non debetur in tranſactione facta non ſuper re, ſed ſuper lite, & inſtantia.*
12 *Remittens ex cauſa tranſactionis, etſi non teneatur de evictione, tenetur tamen ad pretii reſtitutionem.*
13 *Defenditur* Fabius de Anna, *inquiens, quòd quando res dimittitur poſſeſſori, quod non teneatur ad reſtitutionem pretii.*
14 *Similiter veniens contra tranſactionem ante omnia tenetur reſtituere quod ex tranſactione recepit.*
15 *Quod ampliatur, etiamſi impugnetur ex capite læſionis enormiſſimæ.*
16 *Procedit etiamſi minor, aut Eccleſia ſit, qui impugnet tranſactionem.*
17 *Antequam fiat reſtitutio pretii ſuperſedendum eſt in lite.*
18 *Quod procedit, parte opponente.*
19 *Limitatur prædicta concluſio primò, ut illa non habeat locum, quando impugnatur tranſactio ex capite nullitatis.*
20 *Secundò limitatur, quando illud quod datum eſt, fuit datum pro augmento cultus divini.*
21 *Sublimitatur etiamſi recepta pecunia in utilitatem minoris vel Eccleſiæ verſa probetur.*
22 *Tertiò limitatur, ut non procedat, quando tranſactio eſſet reſoluta culpa partis adverſæ non adimplentis ex parte ſua.*
23 *Quartò limitatur, quando ille, qui impugnat tranſactionem, habet aliam juſtam cauſam retinendi illud, quod recepit vigore tranſactionis.*
24 *Quintò limitatur, quando ille, qui impugnat tranſactionem, dolo fuit inductus ad tranſigendum.*
25 *Sextò limitatur, quando receptum fuit in tranſactione corpus aliquod, quod poſtea fuit evictum ſine culpa partis, tunc agi poteſt ad reſciſſionem tranſactionis illo corpore non reſtituto.*
26 *Declaratur concluſio, quod reſciſſionem ex cauſa læſionis in judicio proponere, nullitate omiſſa, variare poteſt, & ad nullitatis petitionem convolare.*
27 *Ampliatur concluſio, ut procedat in reſciſſione contractus cujuſvis generis: ſed tunc actor audiendus non eſt, niſi reſtituta prius pretia, quod tranſigendo accepit.*
28 *Quod etiam procedit in omni judicio reſciſſorio, in quo priùs debet actor reddere quod accepit.*
29 *Ampliatur etiam ad eum, qui renunciationem infringere intendit.*
30 *Ampliatur etiam, quoad impugnantem beneficii reſignationem.*
31 *Ampliatur etiam ad dationem in ſolutum.*
32 *Ampliatur tandem in contractu innominato, à quo ſi recedere vult contrahens, acceptum reſtituet.*
33 *Declaratur concluſio, ut vera ſit, quòd abſque interpellatione tenetur is cum effectu reſtituere quod accepit, nec verbalis oblatio ſatis eſt.*
34 *Exceptio reſtitutionis accepti pretii eſt dilatoria.*

FRequentiſſima eſt quæſtio iſta, & pluries in facto 1
contingit: multi Authores eam examinarunt, præcipuè omnes in *l. ſi pro fundo, C. de tranſactionib.* & ibi nominatim Anton. de Padilla, Caballin. *in §. 4. de evictionibus, num. 46.* ſub brevi compendio; Pater Molina *tom. 2. de juſtit. & jure, diſputat. 380.* Simon de Prætis *conſ. 71. n. 42. & 43. & conſ. 77. n. 32.* Antonius Gomez *tom. 2 variarum, cap. 2. n. 38.* Fab. de Anna *conſ. 51. à n. 29. & ſeqq.* Petrus Surd. *conſ. 418. à n. 37. lib. 3.* Joseph. Ludov. *deciſ. Peruſ. 101. part. 2.* Cæſar. Manent. *deciſ. Mantuana 13. n. 52.* Marius Muta *deciſ. 24. num. 18.* Andreas Beroi. *de tranſaction. tit. quæ ſint utiles, & quæ inutiles tranſactiones,* Molina *lib. 4. de primogen. cap. 9. n. 2.* Miet. *de majorat. lib. 4. part. quæſt. 22. à n. 8. in novis.*
In tranſactionis contractu, quando aliquid datur, ut 2
à lite diſcedat, concedatque alteri, ſi quid juris habet
comparatione rei, de qua lis erat; tunc ſi poſt eam tranſactionem, id à quodam tertio evincatur, de quo erat contentio, is qui cum eo ex cujus poteſtate evincitur, tranſegit, nec de evictione tenetur: cujus reſolutio habetur in *dict. l. ſi pro fundo, C. de tranſaction.* ubi concluditur, quòd pro re, quæ dimittitur ex cauſa tranſactionis, non debetur evictio; quia non id actum eſt, ut ejus fundi dominus fiat, ſed qualiſcumque dimitteretur: Socin. Jun. *conſ. 84. n. 26. & conſ. 98. n. 16.* Bertrand. *conſ. 55. part. 1.* Cremenſ. *ſingul. 131.* Surd. *conſ. 418. n. 17.* Fabius de Anna *conſ. 51. n. 29.* Bar. Bald. Caſtrenſ. *n. 7.* Alexand. *n. 4.* Anton. de Padilla *n. 10. in dict. l. ſi pro fundo,* Bald. *in cap. 1. n. 5. de controv. feud. inter vaſſal.* Jaſon, *in l. fin. n. 122. C. de jure emphyteut.* Grazadinus *conſ. 94 num. 39.* Auguſtinus Morla *in empor. part. 1. tit. 4. de tranſact. q. n. 8.*
Et ratio eſt, quia qui rem ex cauſa tranſactionis dimittit, 3
non transfert dominium rei, *l. ſi domus, §. de evictione, ff. de legat. 1. l. ſi ſuper poſſeſſione, l. ſive apud acta,* juncta Gloſſ. verb. (*pendente.*) probata per Padillam *ibi, n. 26. C. de tranſaction.* Alexand. *in d. l. ſi pro fundo, n. 5.* Anton. Rubeus *conſ. 152. num. 1.* Auguſtinus Morla *ubi ſupra, num. 1. & n. 8.* & quòd non tranſeat dominium, voluerunt Bart. Bald. Caſtr. Alexand. Jaſon, *in dict. l. ſi pro fundo,* dicentes, quòd & ſi quis renunciet liti, & cauſæ ſuper fundo, non tamen dominium transfert, comprobat multis Jaſon, *num. 9. ubi ſupr.* ubi *Bartol.* & alii dicunt, quòd nec tribuit titulum tranſactio, quando per eam dimittitur res: voluit etiam Doctores *in cap. Imperialem,* ubi Bal. *de prohib. feu. alienat.* Cœpola *cautel. 142.* Tuſchus *tom. 3. verb.* (evictio,) *concluſ. 367. n. 33.* Cumanus *conſ. 170.* Menoch. *lib. .. præſumpt. 118.* Carolus Ruin. *conſ. 7. num 19. lib. 3. & in conſ. 146. lib. 1.* Cravet. *conſ. 24. & conſ. 211.* Rolandus à Valle *conſ. 51. n. 9. lib. 4.* Hieronymus Graſſus *conſ. 22. lib. 1.* Simon de
Prætis *conſ. 71. n. 42. & 43.* Si quid eſt datum ipſi, evin- 4
catur ab alio, tenetur ipſi, qui ei dedit: utrumque habetur *in dict. l. ſi pro fundo,* Pater Molina *tom. 2. de juſt. & jur. diſput. 380. n. 3.* ubi tenet, quòd ſi litigantes in hunc
modum litem componant, ut unuſquiſque acciperet par- 5
tem unam ejus, aut eorũ, de quibus eſſet controverſia, &
alius aliam, tunc quæcumque evinceretur, non tenetur
alter de evictione. Et rationem reddit, quoniam pro jure 6

P 4 obſcuros

obſcuro, quòd unuſquiſque eorum credit ſe habere in
totum alter illi concedit jus, quod credit ſe habere in
partem, quam ei pleno jure relinquit eo modo quo cre-
dit, ſe id juris habere. Secùs tamen erit in illa re, quæ
7 traditur tranſactionis nomine, in qua habetur evictio,
non tamen prima actione agi poteſt (quod ſpeciale eſt in
tranſactione, ut ſit litium finis) tamen tranſigens actio-
8 ne præſcriptis verbis compelli poteſt ad promiſſorum
obſervantiam, text. & Gloſ. in *dict. l. ſi pro fundo*, & *ibi*
Doctor *C. de tranſact.* Ripa poſt alios in *l. naturaliter*, *§.*
nihil commune, *n.* 111. *ff. de acquirend. poſſeſ.* Anton. de
Burgos *in cap. fin. de emption. & vend. n.* 26. Gozadinus
conſ. 94. *n.* 40. Petrus Surdus *d. conſ.* 418. *nu.* 3. Fulgoſ. in
dict. l. ſi pro fundo, ubi quòd etiam re tradita non præſte-
tur evictio, quando illamet res traditur, ſuper qua lis
agebatur; & hunc intellectum tenet Alexand. *in fin.*
Jaſon *num.* 1. Surd. *num.* 19.

9 Item huic pertinere videtur, quòd etiamſi rès tranſa-
ctione data, obligata pòſt, vel aliena pro parte fuerit prò-
bata, tranſactio ita valet, ut lis inſtaurari non poſſit, *d. l.*
ſi pro fundo, quemadmodum ſi petitor fundi cum poſſeſ-
10 ſore tranſigens, fundum litigioſum illi remiſerit, &
eum poſteà aliquis evicerit, de evictione agere non pote-
rit contra illum, qui remiſit; ex *dict. l. ſi pro fundo*: &
tenet, & ſequitur Andr. Beroius *ubi ſup. num.* 6. eodem
ſpectat text. in *l. pupilli*, 96. *§. ſoror*, *ff. de ſolu.* ubi:
11 Soror cum fratre ita tranſegit, ut loco legati nomen
debitoris acciperet. *Papinian.* reſpondet periculum no-
minis ad eam pertinere, quamvis nulla delegatio, ne-
que liberatio ſequuta eſſet: nam cùm eſſet lis inſtituta,
videtur per tranſactionem ab ea receſſum, certo animi
judicio; & quomodocumque placuerit litem finire, ra-
tum habendum eſt, ita ut non debeat eſſe ſopitæ litis
reſtaurationi locus.

12 Rorſus, quando tranſactum eſt ſuper ipſa lite, vel in-
ſtantia, non debetur evictio; licèt ſecùs ſit, quando tran-
ſigitur ſuper ipſa re. Ita declarat Bald. *in l. inter nos*, *C.*
commun. utriuſque judicii, Jaſ. *in d. l. ſi pro fundo*, *n.* 9. *in*
fine, Rubeus *d. conſ.* 152 *n.* 3. Surd. *d. conſ* 418. *n.* 20.

Ex cauſa tranſactionis remittens, etſi ad evictionem
non teneatur, nihilo minus tenetur ad pretii reſtitutio-
nem; cùm in caſu fortiori etiam is, qui de evictione per
pactum teneri noluit, nihilominus tenetur ad pretium, *l.*
emptorem, *§. fin. ff. de action. empt. l. qui libertatis*, ubi
Gloſ. & communiter DD. tradunt, *ff. de eviction.* Anton.
Gomez *d. cap.* 2. *num.* 39. verſ. (*Primus, quando expreſſè*
conventum eſt.) Franchis *deciſ.* 239. n. 9. Gaſpàr Anton.
Theſaur. *lib.* 1. *quæſt. forenſ.* 77. à n. 3. Stephan. Grat. *tom.*
3. *diſcept.* 566. *n.* 3. Fab. de Anna *conſ.* 51. *n.* 32.

Item hoc non procedit in terminis text. *in l. fundum*
ſciens, *C. de evictron.* quando ſcilicet emptor ſciebat li-
tem, & rem alterius eſſe, quia tunc non tenetur ad
pretium venditor.

13 Item quando res dimittitur poſſeſſori, ſcilicèt credi-
tori, ad pretii reſtitutionem minimè tenetur, ut pro-
batur apertè in *d. l. ſi pro fundo*, in verſ. [*ſi tamen res ip-*
ſas apud te conſtitutas, ob quarū quæſtionem litis interceſ-
ſit deciſio, *fiſcus*, *vel alius à te vindicavit*, *nihil petere*
potes, quod verbum, *nihil*, eſt præciſivum, & generale,
& negativum, propterea tàm pretium quàm totam evi-
ctionem includit, quod ſequitur, & tenet Fabius de
Anna *dict. conſ.* 51. *n.* 33.

14 Similiter veniens contra tranſactionem, ante omnia
tenetur reſtituere pretium, quod ex tranſactione rece-
pit, *l. ſi diverſa*, *C. de tranſaction.* ubi notant Bald Paul.
Salycet. Padilla; Afflictis *deciſ.* 220. *num.* 4. Grammat.
deciſ. 66. *n.* 22. Pariſius *conſ.* 96. *n.* 112. *lib.* 1. Menoch.
conſ. 644. *n.* 1. *lib.* 7. & *conſ.* 1111. *num.* 63. *lib.* 12. Paul.
Æmilius Verallus *deciſ.* 317. *par.* 3. Joannes Vincent. de
Anna *ſingul.* 540. Molina *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 43. *de primogen.*
Peguera *deciſ.* 5. *tom.* 2. à n. 1. Joan. Andreas Georg. *alle-*
gat. 34. Aloiſius Riccius *collectan.* 117. *p.* 1. & *collectan.*
1822. *part.* 5. Marius Giurb. *deciſion.* 103. Craveta conſ.
7. *n.* 14. Manuel Mandez à Caſtro in *praxi Luſitana*, *lib.*
3. *cap.* 22. *n.* 30. *in med.* Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 354. *n.* 7.
Franciſc. Milanenſ. *deciſ.* 7. *lib.* 2. Olaſchus *deciſ.* 160. *in*
fin. Maſtril. *deciſ.* 13. & 14. Natta *conſ.* 38. *n.* 3. Gonza-
lez *in regula* 8. *Cancellar. gloſ.* 27. *n.* 22. & *gloſ.* 56. *n.*
104. & 150. Aldobrand. *conſ.* 70. *n.* 126.

Quod ampliatur etiamſi impugnetur ex capite læſio- 15
nis enormiſſimæ, Vincent. Hondedeus *conſ.* 34. *n.* 34. *lib.*
2. & aliis relatis dixit Rota *in Ariminenſ. bonorum*, 23.
Junii 1617. *coram R.P.D. Vbaldo.*

Quod etiam procedit, etiamſi minor, & Eccleſia ſint, 16
qui impugnent tranſactionem, *l. quod ſi minor*, *§. reſtitu-*
tio, *ff. de minor. l.* 1. *C. de repud.* Corneus *conſ.* 188. *n.* 12. *lib.*
2. Cravet. *conſ.* 329. *n.* 9. & *conſ.* 957. *n.* 25. Simoncellus
de decretis, *lib.* 3. *tit.* 7. n. 20. Cavalcanus *de tutore*, *n.* 150.
Joannes Baptiſta Coſta *de re integra*, *in prælud.* 3. *n.* 2. &
caſu 16. *cap.* 8. *n.* 4. Magonius *deciſ. Florent.* 119. *n.* 8. Pa-
ter Molina *diſputat.* 540. & 537. Diſpoſitio *d. l. ſi diver-*
ſa, procedit etiam in pio loco, ut dixit Rota *in Neapoli-*
tana reſciſſionis concordiæ, 13. *Aprilis*, *coram Cardinali*
Lancelloto. Et antequàm fiat reſtitutio eſt ſuperſeden- 17
dum in lite, & ulteriori proceſſu, Rota *deciſ.* 111. n. 7.
part. 1. *diverſorum*, Hondedeus *dict. conſ.* 34. *n.* 35. *lib.* 2.

Hujuſmodi autem legis diſpoſitio procedit parte op- 18
ponente, & non aliter; cum generale ſit, quemlibet
actum tendentem ad favorem alterius, intelligendum
eſſe parte petente: Rota *d. dec.* 111. n. 1. & *deciſ.* 805.
n. 1. & *deciſ.* 810. *per totam*, *part.* 1. *diverſorum*: atque ita
ſemper inſit conditio, ſi quis uti voluerit exceptione ſibi
competente, Gloſſa *in l. univerſa*, *verb.* [præbeatur,] *C.*
de precib. Imper. offer. Afflictis *deciſ.* 220. *n.* 4. Gonzalez
in dict. gloſſa 56. *n.* 104. Stephan. Gratian. *tom.* 2. *diſcept.*
301. *n.* 42. & 43. Surd. *deciſ.* 108. Bertazol. *conſ. civil.* 13.
n. 9. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 40. à *n.* 1. *uſque ad n.* 30.

Limitator primò ſopra dicta coocluſio, ut illa non ha- 19
beat locum, quando impugnatur tranſactio ex capite
nullitatis; qoia veniens contra tranſactionem audiendus
non eſt, niſi refuſo priùs pretio, Alexand. *conſ.* 4. *colum.*
2. *lib.* 3. Roland. *conſ.* 7. *n.* 3. & 30. *lib.* 3. Natta *conſ.* 631.
n. 4. & 5. Joan. Andreas Georgius *allegation.* 34. *n.* 17.
& 19. Franciſcus Milanenſ. *deciſ.* 7. *n.* 2. *lib.* 2. Cavalcan.
ubi ſup. n. 121. & 155. Maceratenſ. *lib.* 1. *reſolution.* 14.
n. 12. & *reſolut.* 38. *n.* 19. *lib.* 2. & firmavit Rota *in Ro-*
mana legat. 24. *Novembris* 1621. cotam *R.P.D. Coceino*
Decano, Oliverius Beltraminus *in addit. ad deciſionem*
271. Alexand. Ludoviſ. *n.* 28. dicit, hanc limitationem
eſſe ſano modo intelligendam, hoc eſt, quòd agi poſſit
ad nullitatem tranſactionis, priuſquam fiat reſtitutio ac-
cepti; ſed poſtquam eſt detecta nullitas, non poteſt agi
ad executionem, niſi priùs facta reſtitutione: & Do-
ctores tenentes contrarium ſunt intelligendi cum prædi-
cta diſtinctione, & plurimos cumulat Menoch. *conſ.* 644.
n. 14. & Rota ſic declaravit *in Mediolanen. legati* 15.
Decembris 1595. coram R. P. D. Gypſio.

Secundò limitatur; quando illud, quod eſt datum, 20
fuit datum pro augmento cultus divini, Gloſſa *in cap.*
pervenit, verbo, (*conſignet*,) ubi Præpoſitus *n.* 9. & 10.
de appellat. & dixit Rota *ubi ſupr. in Mediolanenſ. lega-*
ti, ubi illud, quod fuerat datum in tranſactione, fuerat
converſum in fabricam Eccleſiæ. Quod ſublimitatur, &
eſt tenendum contrarium, etiamſi recepta pecunia in 21
utilitatem minoris, vel Eccleſiæ, verſa probetur: Jaco-
bus Cancer. *tom.* 2. *reſolut. cap.* 1. à n. 150. Socin. *conſ.* 15.
n. 15. & *conſ.* 29. *n.* 14. *volum.* 1. Anton. Gabr. *tit. de pro-*
bat. concl. 7. *n.* 18. Surd. *conſ.* 156. *n.* 9. & *conſ.* 181. n. 11.
& 46. Maſcard. *de probat. concluſ.* 581. & *concluſ.* 728.
& *conc.* 1160. *num.* 3. & 19. Gabriel. *conſ.* 46. *lib.* 1. Me-
noch. *lib.* 3. *præſumpt.* 84 *num.* 2.

Tertiò limitatur, quando tranſactio eſſet reſoluta culpâ 22
partis adverſæ non adimplentis ex parte ſua; quia illi non
eſt ante omnia facienda reſtitutio: Paul. Æmilius Veral.

Capuaq.

Digitized by Google

Capntaq. deciſ. 317. *part.* 3. *n.* 1. & ſecuta fuit Rota *in dict. Mediolanen. legat, coram Gypſia.*

23 Quartò limitatur, quando ille, qui impugnat tranſactionem, habet aliquam aliam juſtam cauſam, & titulum retinendi illud, quod accepit vigore tranſactionis, ſcilicèt, ex cauſa ſibi debita: Rota *deciſ.* 111. *n.* 3. *parte* 1. *diverſarum*, Oliver. Beltram. *in dict. addition. ſub n.* 17. ubi inquit, quòd iſte titulus ſit clarus, & liquidus, & non dubius, ut per Rotam *dict. deciſ.* 111. *n.* 4.

24 Quintò limitatur, ut non procedat, quando ille, qui impugnat tranſactionem, dolo inductus fuit ad tranſigendum: Bald. *in l. unic. n.* 2. & *ibi* Salycet. *in* 3. *oppoſitian. C. de reputat.*

25 Limitatur ſextò, ut non procedat quando receptum fuit in tranſactione corpus aliquod, quod fuerit evictum ſine culpa partis; tunc enim agi poteſt ad reſciſſionem tranſactionis, etiam illo corpore non reſtituto, ut dixit Rota *in Lucana terrarum* 9. *Junii* 1614. coram *R. P. D. Cavaleria*, quem refert Oliverius Beltraminus, *ubi ſuprà.*

26 Declaratur hujuſmodi concluſio; ſi nullitatem tranſactionis quis petierit, & reſciſſionis cauſam propoſuerit lite pendente, variare non poteſt actor, & nullitatem proponere, Maceratenſ. *dict. reſolution.* 17. *num.* 8. *non* obſtantibus clauſulis libelli, (*jus, & juſtitiam peto,*) quæ variationem operari non poſſunt: Cravetta *conſil.* 151. *n.* 4. Fabr. *titul. de clauſul. concl.* 4. Marta *de clauſul. clauſ.* 65. *par.* 1. Hippolytus *conſ.* 75. *n.* 22. *lib.* 1. Bronor. à Sole *in locis communibus, clauſul.* 35. *num.* 49. Cardin. Tuſch. *lit. C. concl.* 359. *num.* 25. Auguſtin. Barboſa *de clauſul. clauſ.* 35. *num.* 10.

27 Ampliatur principalis concluſio ex *d. l. diverſa*, ut procedat in reſciſſione contractus, ſivè tranſactionis, aut alterius cujuſvis generis: tunc non eſt audiendus actor, niſi priùs reſtituto pretio, quod tranſigendo accepit, *l. ubi pactum, l. cùm te, C. de pact. inter empt.* Bart. Bald. Caſtr. Saly. et. & alii *in d. l. ſi diverſa*, Afflict. *deciſ.* 220. *num.* 4. Grammat. *deciſ.* 66. *n.* 22. Flaminius Rubeus *conſ.* 80. *n.* 1. *lib.* 2. Sfortia *conſ.* 41. *n.* 98. Antonius Gabriel. *tit. de tranſact. concluſ.* 1. *n.* 50. Stephan. Gratian. *tom.* 3. *diſceptat.* 555. *n.* 25. Aloiſius Riccius *deciſ.* 117. *n.* 2. *part.* 1. Tiraquel. *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gl.* 18. *n.* 1.

28 Quod etiam procedit in omni judicio reſciſſorio, in quo reddere priùs debet actor, quod accepit, *l. ex empto,*
29 *§. ſi quis virginem, ff. de act. emp.* Coſta *de re integr. prælud.* 3. *n.* 2. Menoch. *dict. conſ.* 111. *n.* 64. Ancaran. *conſ.*
30 13. (qui ad impugnantem beneficii reſignationem ampliat, & ad eum, qui renunciationem infringere con-
31 tendit, Cæſar. Barzius *deciſ. Bonon.* 10. *n.* 25. Et etiam ampliatur ad dationem in ſolutum, ut *ſupr.* Menoch. *n.*
32 71. Idem extendi, ſeu ampliari convenit in contractu compromiſſo, à quo ſi recedere vult contrahens, tenetur reſtituere quæ accepit: ut dixit Menochius relatus *n.* 65. Marius Giurba *deciſ.* 103. *n.* 1.

33 Quod uſque adeò verum eſt, ut etiam abſque interpellatione teneatur is cum eſſe tu reſtituere quod accepit, ut verbalis oblatio non ſufficiat: Menoch. *conſ.* 644. *n.* 4. & *conſ.* 1111. *n.* 66. & 71. Aldovin. *conſ.* 70. *n.* 117. Calcan. *conſ.* 26. *col. fin.* Stoſius Oddi *de reſtit. in integ. quæſt.* 47. *art.* 3. *num.* 14. Simon de Prætis *conſ.* 74. *n.* 18. Gratian. *tom.* 3. *diſcept.* 555. *n.* 26.

34 Cum reſtitutionis exceptio acceptorum ſit dilatoria, elapſo termino non poteſt opponi, *cap. exceptionem, de except.* Franchis *deciſ.* 263. & 190. At ſi eſſet peremptoria non impediret litis ingreſſum, ſed reſervaretur ad merita cauſæ, cùm altiorem indaginem requirat, *l. nam & poſteà. ff. de jurejur.* ubi Bart. & DD. communiter; Matanta *de ordine judic.* 6. *part. tit. de except. n.* 4. Cum diſtinctione tamen eſt loquendum, aut iſta exceptio eſt liquida, quæ altiorem indaginem non requirit, nec probationē, nec oppoſitionem, ſed in promptu inſtrumentis, aut aliter probatur, quæ non eſt multis ambagibus innodata, Beniutend. *deciſ.* 7. Muſcatell. *in praxi civil. part.* 5. *gloſ. reſervatus, n.* 21. Thom. Triviſan. *deciſ.* 2. *n.* 5. *lib.* 1. *l. fin. C. de compenſat.* Aut altiorem indaginem requirit, quæ intricata eſt, nec de facili poteſt liquidari cùm in facto, & in jure ſit dubia, *l.* 3. §. *ibidem, ff. ad exhibend.* ubi Gloſ. *verb.* [obſcurior,] *l. ille à quo,* §. 1. *ff. ad Trebel.* Capic. *deciſ.* 10. *à n.* 19. Surd. *conſ.* 252. *num.* 10. Puteus *deciſ.* 233. *lib.* 3. Cæſ. Argel. *de legit. contradictor. quæſt.* 2. *à n.* 187. Prima exceptio non poteſt reſervari ad cauſæ merita, ſed ante litis ingreſſum terminanda eſt: Felin. *in cap. cum contingat, de offic. deleg. n.* 18. & *in cap. ex parte, de teſtib. n.* 12. Afflict. *deciſ.* 63. *n.* 1. Capic. *deciſ.* 77. *n.* 5. & 6. Triviſ. *d. deciſ.* 2. *n.* 6. Muſcatel. *ſupr. n.* 21. & 25. aliàs proceſſus erit nullus text. *in cap. ad diſſolvendum, de deſponſat. impuber.* Felin. *in d. cap. cum contingat, n.* 18. Abb. *conſ.* 14. *n.* 3. *lib.* 1. Mar. Giurba *deciſ.* 11. *num.* 2. Secunda exceptio dubia in finem cauſæ rectè reſervari poteſt, ne retardetur proceſſus ſuper negotio principali, *d.* §. *ibidem, ff. ad exhibendum,* confert text. *in l. eleganter,* §. *ſi quis poſt, ff. d. condict. indeb.* Marſil. *ſingul.* 365. Afflict. *deciſ.* 52. *n.* 2. Andr. Georg. *allegat.* 13. *n.* 9. Cæſar. Contard. *in l.* 1. *limitat.* 12. *C. ſi de momentan. poſ. fue. appellat.* Tepat. *lib.* 1. *var. tit. de except. col.* 7. *in med* Barboſ. *in l. divortio,* §. *fin. n.* 54. *ff. ſolut. matr.* Stephan. Gratian. *diſcept.* 170. *n.* 1. Anna *ſingul.* 446. & *ſingul.* 65. communem dicit Intrigliolus *deciſ.* 17. *n.* 18. Grammat. *deciſ.* 65. *n.* 83. & 84. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 53. & *caſu* 20. *in fin.* Sed hæc exceptio receptorum aut opponitur proceſſui, & tunc eſt dilatoria; aut opponitur ſubſtantiæ negotii ſuper quo agitur, cumque ſic pendeat ex arbitrio judicis, ſi ſit dubia, ad merita cauſæ reſervatur: & ita tribunalia ſuperiora conſueverunt judicare, ut tradunt Georg. *allegat.* 34. *n.* 27. Giurba *deciſ.* 21. & *deciſ.* 103. *n.* 20.

QUÆSTIO XXXII.

An in feudis debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1 *In feuda non debetur evictio.*
2 *Alienatio feudi fit contra legis præceptum.*
3 *Emens contra legis prohibitionem, non poteſt agere de evictione, etſi promiſſa ſit.*
4 *Emens jure reſiſtente, non poteſt ſibi cavere de evictione, num.* 5. 6. 7.
8 *Fur contra furem non agit de evictione.*
9 *Ubi quis ex legis diſpoſitione de evictione non tenetur; tunc ea ſequuta non reſtituit pretium, & n.* 10.
11 *Pacta ſunt omnino ſervanda, & num.* 12.
13 *Si in contractu venditionis interveniat culpa, attenditur culpa venditoris.*
14 *Culpa in faciendo major eſt, quàm in omittendo.*
15 *Princeps concedens feudum ſalvis juribus alienis, de evictione non tenetur.*
16 *Quando venditur res ſalvis juribus alterius, vel alienis, non præſtatur evictio: nam qui dat ſalvis juribus alterius, nihil dare videtur niſi jus, quod habet in illa re, & num.* 17.
18 *Vendens cum dicta clauſula ſalvis juribus alienis, cū ſuis oneribus, & ſua cauſa, vēdidiſſe videtur, & n.* 19.
20 *Dicta clauſula nihil tribuit, ſed præſervat, & num.* 21.
22 *Emens rem feudalem ſcienter ut liberam, re & pretio carere debet.*
23 *Quid ſi emiſſet ita ſcienter ut feudalem? pretium debet habere.*
24 *Promiſſio evictionis non tenet, quando principalis contractus eſt contra legem.*
25 *Evictionis promiſſio eſt acceſſoria.*
26 *Inſtrumento annullato annullantur in eo pacta, & conditiones in eo inſerta.*
27 *Ex confeſſione in eo inſerta poteſt agi, & n.* 28.
28 *Explicatur* l. neceſſario, §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. ſi ſervus, ff. de evict.

30 *Re*

30 *Rei aliena alienatio ſubſiſtit.*
31 *Emens ſcienter rem alienam, mala fide emit, & fraudem committit.*
32 *Feudalia cum aſſenſu domini obligari poſſunt.*
33 *Limitatur in feudo debito propter ſervitium.*
34 *Evictione pendente vaſſallus tenetur praſtare ſervitium domino.*
35 *Si lis pendeat ſuper privatione directi dominii inter dominum, & vaſſallum, jus dominicale contra vaſſallum exerceri non poteſt.*
36 *Ceſſionarius pendente nullitate inſtrumenti petere non poteſt, num. 37. & 38.*
39 *Limitatur in nullitate evidenti, & notoria.*
40 *Pendente reſciſſione inſtrumenti creditor executionem petere poteſt: & num. 41. 42. 43. 44. 45. & 46.*
47 *In executivis non datur litis pendentia.*
48 *Nec in via executiva datur inſtantia.*
49 *Creditor poteſt variare, & facere tranſitum de principali ad fidejuſſorem, & de una re ad aliam.*
50 *Pendente nullitate emphyteuſis poſſeſſor tenetur ad fructus.*
51 *Exceptio implementi obſtat, quando res non eſt libera.*
52 *Implementa non ſequuto ope exceptionis contractus nominatus reſolvitur.*
53 *Pradio evicta ab emptore, poteſt retineri pretium, & ſolutum repeti.*
54 *Ante evictionem agi poteſt, ſi promiſſum ſit rem eſſe liberam.*
55 *Quod procedit, nedum pro toto pretio, ſed etiam quoad redditus.*
56 *Ad evictionem rei fructus ſunt hypothecati, & cenſus.*
57 *Quòd res ſit evicta, vel quòd immineat evictio, aquiparantur.*
58 *Si evictio fiat ex natura rei, venditor non tenetur.*
59 *Secùs ſi rei naturam ignoravit, ex multis authoribus relatis.*

HÆc quæſtio à plurimis Doctoribus notata reperitur, præcipuè in *cap. 1. de inveſtit. de re alien. fact.*
ubi omnes feudiſtæ; quorum anteſignanus eſt *ibi* Matth.
de Afflict. Caballin. *de evictio. §. 4. n. 49.* Camil. Borell.
ad Bellugã *in Spec. Princ. Rubric. 9. lit. P.* Marinus Frec.
de ſubfend. lib. 2. fol. 137. n. 11. verſ. (*A regnicolis*) Gaſpar. Theſ. *lib. 2. quaſt. forenſ. 23.* Jo. Petr. Surd. *conſ. 15. n.*
12, & 17. lib. 1. & in conſ. 423. n. 35. lib. 3. & deciſ. 290.
n. 15. Alexand. Trentacinq. *lib. 3. varia. reſol. 2. de donat.*
1 *n. 10.* Cæſar Manentius *deciſ. 17. n. 20.* Et quod in feudo
locum habeat evictio, tenuit Bald. *in l. ſi plures, n. 11. C.*
de condict. indeb. idem Bald. *in cap. 1. n. 21. de prohibita*
feud. alien. tenet contrarium, quòd non debeatur evictio;
quando feudum alienari non poteſt: quod etiam tenet
2 *in dict. cap. 1. n. 1.* Afflict. Quo caſu ſi feudum alienetur,
fit contra legem, ita, ut evictio non debeatur, *l. non dubium, C. de legibus*, fuit etiam Caballini ſententia *in dict.*
3 *§. 4. n. 49.* Emens enim contra legem rem feudalem ſine
aſſenſu domini, etiamſi ſibi caviſſet pacto, non agit de
evictione, Laudenſ. *num. 11.* & Præpoſitus *in dict. cap.*
1. Alvarotus *ibidem*, *num. 10.* Oddus *conſ. 41. num. 76.*
& 108. Rip. *conſil. 8. num. 22. & 23. in 2. diverſ. feud.*
Surd. *deciſ. 290. ſub num. 16.* Oſaſch. *deciſ. 67. num. 4.*
Gaſpar Theſaur. *lib. 2. quaſt. 23.* Menoch. *conſ. 559. ſub*
num. 10. & 12. late A Ponte *de poteſtate Proregis, tit. de*
aſſenſu. § 2. num. 4. cum ſeqq. Cæſar Manent. *in deciſ.*
4 *ubi ſup.* Nam emens contra legis prohibitionem, non
poteſt agere de evictione quantumcunque promiſſa ſit
evictio, Gloſ. *in dict. cap. 1.* verbo, [*ex empta,*] ubi
omnes notant Tiraq. *de retract. conſang. §. 12. gloſ. 1.*
num. 12. Barboſ. *in l. 1. par. 5. num. 21. verſ.* [Contrarium,] *ff. ſoluto matrim.* & *ſub num. 23.* inquit,
quòd ubi evictio ſequitur non ex defectu dominii alienantis, ſed propter legis prohibitionem, indiſtinctè
emptor non agit de evictione; quia emens jure reſi-
ſtente, non poteſt ſibi cavere de evictione, nec etiam 5
pro reſtitutione pretii; quia talis acquirens adverſus
legum interdicta, in amiſſione pretii puniri debet;
quia non eſt in ſua poteſtate legem eludere; ita refert 6
fuiſſe judicatum in Senatu Mantuano Cæſar Manent.
deciſ. 17. à num. 28. quod ſecùs eſt *in l. fin. C. communia*
de legat. quia ibi reſtituitur pretium, ex quo res fidei- 7
commiſſo ſubiecta potuit iterum alienari: ſic tenet, &
reſpondet Barboſa, *in dicto loco, num. 26. & 27.* imò
ſtipulationem pretii reſtituendi non valere, dicit Imola
in l. cum vir. ff. de uſucapionib. n. 9. & 11. & in cap. cum
contingat, n. 21. & ſentit Rodoanus *de rebus Eccleſ. non*
alien. quaſt. de pœnis malè alienantis, §. ad repetẽdum, fol.
470. colum. 2. n. 23. Cum qua opinione *Barboſa*, [qui ſe
extendit ad pulchros caſus,] tranſivit Senatus Mãtuanus
in dicta deciſione: Auguſtinus Beroius *in cap. ſi quis preſbyterorum, n. 51. ad finem, de rebus Eccleſia non alienand.*
& Baldus Novellus *de dote, p. 9. privilegio 1. ſub num. 15.*
quòd licèt vir non reſtituendo pretium fundi dotalis videtur in lucro, hoc non attenditur; quia uterque eſt in
pari cauſa turpitudinis, etiamſi expreſsè emptor fuiſſet de
evictione ſtipulatus; quia non valet pactum, ex quo
turpem cauſam continet, ex utraque parte, contrahendo hoc modo contra legum interdicta: text. eſt *in*
l. quemadmodum, C. de agricolis, & cenſitis, lib. 11. Et
ideò fur contra furem, & prædo contra prædonem non 8
agit de evictione, *l. communi dividundo, §. inter pradones,*
ff. communi dividundo, Angelus *in l. cujus interfuit, ff.*
de furtis, Bald. *in l. catera, 4. n. 2. ff. familia erciſcunda,*
pulchrè Papienſ. *in forma libelli pro ſocio, ſub n. 4. & 5.* Et 9
ubi quis ex legis diſpoſitione non tenetur de evictione;
tunc ea ſequuta non etiam reſtituit pretium receptum: ita
Paul. de Caſtro *in l. emptorem, §. final. num. final. ff. de*
action. empt. Hartman. Piſtor *quaſt. feudali 10. num. 24.*
Cravetta *conſ. 211. n. 6.* Natta *conſ. 181. ſub n. 4.* Flamin.
Cartarius *deciſio. 70. n. 2.* Cæſar Manent. *in d. deciſ. 17.*
num. 34. & ſeqq.

Tamen Gaſpar Theſaurus *in dict. quaſt. forenſi, verſ.* 10
(ipſi arbitrantur) *n. 12.* ait, quòd ſi expreſsè evictio
promiſſa ſit; cum pactum iſtud evictionis concernat intereſſe particulare, nec de intereſſe domini tractetur; quia
pretium non petiit, nec prætendit; erit illud pactum ſervandum, ſi non ad totale intereſſe conſequendum propter communem culpam, ſaltem ad pretii recupera- 11
tionem, cum pacta ſint omnino ſervanda: *l. 1. ff. de pactis:* & contractus ex partium conventione, etiam contra illorum naturam, legem accipiunt, à qua poſteà recedere non poſſunt, *l. 1. §. ſi conveniat, ff. depoſiti, l.*
contractus, ff. de reg. jur. Et propterea etiam, quòd
emptor ſciret contractui legem reſiſtere, poteſt ſibi
providere per pactum, ut pretium reſtituatur: ita voluit
text. *in d. l. quemadmodum, C. de agric. & cenſ.* & eſt ſingularis text. *in l. fin. C. commun. de legat.* ubi emptor ſciens 12
rem alienam emere, poteſt in caſum evictionis, ſibi per
pactum providere: & licèt aliqui reſpondeant ad illum
tex. quòd non procedit, quando contractui lex reſiſtit, ut reſpondit Matth. de Afflict. *in l. Imperialem, §. 1.*
notabil. 13. num. 98. & 99. in fine, volens illam legem
procedere in caſu ſpeciali: tamen idem dicendum eſſe
arbitratus eſt Gaſpar Theſaur. *ubi ſupr.* in iſto caſu, quia
cùm interveniat in contractu culpa utriuſque, attendi- 13
tur culpa venditoris, quæ major eſt, ob quam & rem,
& pretium, uti primus contraventor amittere debet,
cum major ſit culpa, quæ in faciendo, quàm quæ in 14
omittendo committitur, Gloſ. *in l. ſi mora, ff. ſoluto matrimon.* & erit ſuccurrendum emptori, quando nulla illius culpa, & mala fides acceſſit contra dominum, ut
notat Capic. *de inveſtitur. feud. part. 12. pag. 41. col. 1.*
Salycet. *in l. fin. C. de litig.* Gaſpar Caballin. *§. 5. de evictionib. n. 35.* poſt Alciatum *conſ. 133. n. 5.* & Decium *conſ.*
79. & conſ. 267. & cum iſta opinione tranſivit Camera
Imperialis;

Digitized by Google

Imperialis, licèt etiam Petrus Surd. *deciſ.* 143. *n.*4. de hac opinione dubitet, etiam ſtante promiſſione jurata, poſt Corneum *conſ.* 2. *lib.*3. dicens contra illam judicatum, non tamen recedit ab illa, quando fuit expreſſè ſuper hoc conventum inter partes, ut venditor teneatur, & ita firmando negativam opinionem conſuluit

13 Roland. *conſ.* 5. *nu.* 19. *lib.*1. Alexand. *conſ.*21. *n.*8. *lib.*5. idem Surdus *conſ.*441. *n.*19. *lib.* 5. & in caſu evictionis rei emphyteuticæ, Alciat. *conſ.* 133. *n* 5. & *conſ.*138. *n.*

14 3. dicens ita limitari *Gloſ.* doctrinam in *d. l. ſi familia, ff. famil. erciſcund.* Oſach. *conſ.*18. *n.*42. 62. 65. Et ea ratio redditur, quia emptor ſciens naturam rei, poteſt contra regulam ſibi per pactum procedere in caſum evictionis poſtea contingentis, licèt ex natura rei contingat. Caballin. *ubi ſupr. num.*15. poſt Doc. & Burſatum *conſ.*160. *n.*42. Giurba *deciſ.*100. *n.*45.

15 Princeps concedens feudum ſalvis juribus alienis, non tenetur de evictione, Afflictis *in cap.* 1. *n.* 29. *tit. qui ſucceſ. feud. dare teneantur.* Cæſar Manent. *deciſ.*17.

16 *n.*61. Sicut etiam quando venditur, vel res dividitur ſalvis juribus alterius, vel alienis, nunquam præſtatur evictio; Doctor. *in dict. cap.* 1. ubi Afflict. *de inveſtitur. de re alien. facta, num.*9. & 18. & *in cap.* 1. *num.* 3. *de leg.* Conrad. Hartman. Piſtor. *quæſt. feudal.*29. *n.* 6. *lib.*2. Roſental. *de feu. cap.*8. *q.*30. *n.*3. & *cap.*6. *q.* 18. *in fin.* A Ponte *Neapol. deciſ.*38. *n.*6. Quia qui dat ſalvis ju-

17 ribus alterius, nihil aliud dare videtur, niſi jus, quod habet in illa re, *l. qui tabernas,* & *ibi notatur, ff. de contr. emp.* Surd. *deciſ.*172. *n.*2. Natta *conſ.*39. *n.* 2. Gaſpar Cabal. §. 5. *n.*6. *de evict.* ubi vendens jus, quod habet in re, non tenetur de evictione. *l.* 1. *C. credit. evict. pign. non debere:*

18 Cartar. *dec.*70. *n.*40. dicens: Quòd clauſula iſta in venditione appoſita facit, quòd dicatur vendita res cum ſua cauſa, & ſuis oneribus, Dec. *conſ.*88. *n.* 5. Franc. Bec. *conſ.*

19 24. *n.*30. Bald. *conſ.* 172. *ad fin. lib.* 2. Et procedit etiam ubi dominus in decreto alienationis rei emphyteuticæ concedit licentiam, ſalvis juribus alienis, non præſtatur evictio, ſi ſequatur propter aliena jura; quia cenſetur velle concedere ſolum jus, quod habet: ita loquendo in feudo, tenuit Hein. *in cap.* 1. *in fin. de leg. Conrad.* ſequitur Grammat. *deciſ.* 66. *n.* 54. & Capic. *in ſum inveſtit. feu. in tit. feudor. clauſulæ, verſ.* (Alienis ſemper ſalvis,)

20 *fol.* 136. Petrus Surd. *deciſ.* 190. *n.*7. Cum tamen hæc clauſula nihil tribuat, ſed ſolum præſervet: noviſſimè apud Farinac. facta Rot. Roman. *deciſ.*28. *n.*8. & *deciſ.*

21 25. *n.*8. 1. *par.* 2. Eſt namque juris alieni præſervativa, *deciſ.*610. *ad fin.* apud *Farinac.* operatur enim; ut omne jus Tertii ſalvum remaneat in quocumque judicio, Joſeph. Seſ. *Aragon. deciſ.* 206. *n.* 6. & 7. & cum aliis multis tenet Auguſt. Barboſa *de clauſulis, clauſ. ſalvo jure.*

22 Notandum tamen eſt, quòd emens rem feudalem, ut liberam ſcienter, re & pretio carere debet, ut dicit Gloſ. *in l. Imperialem. de prohib. feu. alien. per Feder.* Afflict. *deciſ.*278. *n.*3. Flami. Cartar. *d. deciſ.*70. *num.*50.

23 Quid autem ſi emiſſet ita ſcienter, ut feudalem, an debeat habere pretium? hoc debet determinari per ſupra dictas rationes, & authoritates DD. quòd ſcilicet debeat pretium habere.

Redeundo ad noſtram quæſtionem, ratio ob quam in feudo non debeatur evictio, ſecundom Caballin. *ubi ſupr.* ea eſt: quia evictionis promiſſio non tenet,

24 ſi non tenet principalis contractus emptionis; nam ſi principalis eſt contra legem, ita evictio, quæ eſt acceſſoria, *l. non dubium, C. de legib.* & *ibi* Salycet. quia promiſſio evictionis non obligat, ex quo contractus prin-

25 cipalis fuit nullus, & talis evictionis promiſſio eſt acceſſoria; Salycet. *in l. ſi is; C. de prud. min.* & *l. cum lex, ff. de fidejuſ.* Aug. Beroi. *quæſt.*93. *n.*2. Philip. Corn. *conſ.* 27. *n.*4. *lib.*4. Pancirol. *conſ.*112. *n.*23. Morot. *conſ.*83. *n.*16. & 17. Rot. Rom. *deciſ.* 144. *poſt. tract.* Staphilei, *de Salviano interdict,* Maſcard. *tom.* 1. *de probat. conſ.*14.

*n.*12. Cæſ. Manent. *deciſ. Mantuana* 13. *n.*4. Pereg. *conſ.* 131. *ſub n.*3. Bertazol. *conſ. civil.* 58. *n.* 49. Veluti an-

nullato inſtrumento, annullantur in eo pacta, conditiones, & confeſſiones ei inſertæ; Bald. *in l. ex teſtamento, C. de fideicomm.* Tiraq. *in l. ſi unquam, verb.* (revertatur;) *n.*117. *C. de revoc. donat.* Ctaveti *conſ.* 291. *col.* 2. *l.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.*10. *n.*3. Jaſ. *conſ.* 133. *lib.*4. Surd. *conſ.*80. *n.*29. *lib.* 1. Mantica *de contract. lib.*3. *tit.*16. Cagnol. per text. *in l. cum principalis ff. de reg. jur.* Roder. *de reddit. lib.* 2. *quæſt.*8. *n.* 3. Surd. *deciſ.* 289 *n.*9. Suarez *in l. poſt rem judicatam, §. ſed pro evidentia, n.*16. Alvarus Valaſcus *conſultat.*83. *n.*4. & 5. Galganetus *de conditionibus, 2. parte, cap.*5. *quæſt.*25. *n.*2 & 5. Joannes Vincentius de Anna *allegation.*114. *n.*10. Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.* 1. *n.*5. Cæſar de Graſſis *de except. cap.*31. *n.*8. Cæſar Manent. *deciſ.*67. *n.*2. (licèt aliquando vidi, quod etiamſi inſtrumentum annulletur,

poſſit agi ex confeſſione in eo inſerta, ex *l. fin. ff. de reb.* 27

eorum, ubi Nicol. de Neapolis, Felin. *in cap cum venerabilis, de exceptionibus, n.*24. latè Maſcardus *tom.* 1. *de probat. concluſ.*358. Alvarus Valaſc. *conſult.*61. *à n.*15. Joannes Gracian. *regula* 87. *n.*3.) Tamen Caballinus *dicto* §. 4. 28

*n.*49. ſuam opinionem probat ex textu *in l. neceſſario, §. final. ff. de pericul. & commodo rei vendit.* ubi probatur, quod ſi uſufructuarius vendat commoditatem utendi & fruendi, mortuo uſufructuario extinguitur, nec emptor habet regreſſum contra uſufructuarii hæredes pro evictione: quia illa contingit ex natura rei, Aymon Cravetta *conſil.* 211. ubi quibuſdam exornat, & per textum

in l. ſi ſervus, in principio, ff. de evictionibus, ubi diſponi- 29

tur, quòd *ſi ſervus venditus deceſſerit antequam evincatur, ſtipulatio non committitur; quia nemo eum evincit, ſed factum humanæ ſortis;* & ſimiliter cùm emptio feudi fiat contra legis interdictum, non tenet Tiraquel. *de retract.* §. 12. *gloſſ.* 1. *n.*12. Rubeus *conſ.* 152. Neque obſtat *l. ſi fundum, C. de evictionibus;* quia ibi contractus non erat contra legem, licèt eſſet ſuper re aliena, cum res alienæ alienatio ſubſiſtat, *l. rem alienam, ff. de contrahenda emptione,* ſed hoc intelligendum eſſe ſano modo, exiſtimat *Caballinus, ubi ſuprà, num.* 50. Quòd non datur actio pro evictione etiam ad pretium: ut ita demum

procedat, ſi ſciebat emptor rem illam non poſſe aliena- 30

ri, secùs ſi ignorabat: Cardinal. Zabarella *in Clement.* 1. *in princ. quæſt.*25. *de rebus Eccleſ. non alien.* Curt. Junior *de feud. part.*4. *q.*48. Paul. de Caſtro *in l. familiæ n.*4. *C. famil. erciſc.* cum qua tranſit Cæſar Manent. *deciſ.* 14. *num.*40. & 41. ubi aſſerit judicatum fuiſſe in Senatu

Mantuano, quòd emens ſcientem rem alienam, mala fide 31

emit, & fraudem committit; & dicitur in dolo; Bald. & Salycet. *in l.* 1. *C. de pericul. & commod. rei venditæ.* Tamen feudalia cum aſſenſo domini obligari poſſunt pro evictione, ut teſtatur fuiſſe deciſum Afflictis *de-*

*ciſ.*286. tenet Caballinus *ubi ſupr. num.* 51. fiſcus evi- 32

cto feudo tenetur providere feudatario, ex cambio, maximè ob merita, *l. Aquilius Regulus, ff. de donat.* Capic. *deciſ.* 197. *n.*8.

Debetur tamen evictio in feudo conceſſo propter ſer-

vitium, *cap.* 1. §. *fin. in quibus cauſis feud. amit.* Alvarotus 33

in cap. 1. *colum.* 2. *verſ.* (oppono,) *de inveſtit. de re aliena fact.* Curt. Jun. *d. par.* 2. *in* 2. *quæſt. princip. verſ.* [Etſi opponatur] *col.*2. Capic. *in d.* §. *feudorum evictiones,* Surd. *deciſ.*290. *n.*19. & 20.

Quærendum eſt tamen, an evictione pendente vaſ-

ſallus teneatur præſtare ſervitium domino? & Bald. *in* 34

dict. cap. 1. *de inveſt. de re alien. fact.* reſpondet, quòd ſic, quia vaſſallus interim percipit utilitatem, de quo *in l. fin. ff. de rei vendic.* & facit pro hoc; quia feudo evicto habet vaſſallus æſtimationem, vel aliud feudum: & ſic vaſſallus eſt certus de juribus ſuis, & conſequenter debet ſervire, quia pretium ſuccedit loco rei, notat Gloſ. *in l. Labeo, ff. de verborum ſignificatian.* & facit *l. quamvis, C. in quibus cau. pign. tacit. contrahatur,* &

quòd

quòd notat Specul. *in tit. de empt. & vend.* verſ. [*Item pone; vir alienavit bona uxoris*:] ſedubi dominus non
tenetur ad æſtimationem, dicendum eſt, quod penden-
te evictione non tenetur ad ſervitium, argument. *l. ſi ex
quadranta, ff. de exception. dol.* Neque obſtat, quòd
vaſſallus interim percipiat fructus: quia ſervitium im-
ponitur reſpectu feudi, quod eſt ſtabile: & non reſpe-
ctu fructuum, qui ſunt mobiles, & propterea hoc non
eſt in conſideratione. Videtur igitur concludendum,
quòd donec feudum eſt in pendenti; quia pendet evi-
ctio, debet eſſe etiam in pendenti ſervitium, quod pro
feudo præſtatur. Sed iſta concluſio non videtur vera,
Matthæus de Afflictis in *dict. cap. 1. num. 7.* quia Baldus
in l. etiam aliquis, in 1. colum. C. de jure deliberan. quod
lite pendente nihil debet innovare de ſuo ſtatu litigans,
contemplatione domini veri vel putativi. Sed contra-
rium facit id, quod dixit *ibidem*, Bal. quòd ordinata li-
te ſuper libertate, non poteſt compeſcere vaſſallum,
niſi poſt victoriam. Tamen *Afflictis* tenet primam par-
tem, quòd licèt pendente lite ſuper feudo inter poſſi-
dentem feudum, & agentem, nihil debeat innovari
contra dominum, qui erat in quaſi poſſeſſione reci-
piendi ſervitium, ut notat *in cap. 1. ut lite pendente*; In-
nocent. *in cap. cum veniſſet, de reſtit. in integr.* Cardin. *in
Clemen. 2. ut lite pendente*, & inter duos litigantes de
feudo refert Afflictis *ubi ſupr.* judicatum vidiſſe in Re-
gia Camera.

35 Et licèt ſuper directi dominii privatione inter domi-
num, & vaſſallum lis pendeat; tunc jus dominicale
contra vaſſallum exercere non poteſt dominus. Cepha-
lus *conſ. 241. n. 23.* Maſul. ad Capic. *deciſ. 69. n. 8.* Surdus
deciſ. 6. n. 9. niſi, ut diximus, dominus reperiretur in poſ-
ſeſſione illud ſervitium exercendi, in qua manutenendus
eſt, *cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſ. & propriet.
cap. memoria, ut lite pendente, cap. querelam. de elect.
cap. 2. de reſtit. in integ.* & ibi notat. *cap. ſi diligenti, de
præſcript. l. penult. ff. de aqua quoti. l. 1. §. fin autem. C.
comm. de manumiſ.* Bar. *in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itiner.
actuque privat.* Guido Papa *deciſ. 366. & 538.* Bertran.
conſ. 51. lib. 2. Capic. *deciſ. 55. n. 18. & 189 n. 3.* Jafred.
Lanfranc. Balb. *deciſ. 9.* Boër. *deciſ. 17. & 18.* Covarru.
in pract. 17. Marius Giurba *deciſ. 100. n. 2.*

36 Hoc tamen etiam in ceſſionario habet locum, qui
executionem inſtrumenti petere poteſt pendente ceſſio-
nis nullitate in judicio, ex Socino *in l. ſi pecuniam, n. 11.
ff. ſi certum petat. & conſ. 73. num. 10. lib. 3.* Bal. *in l. 1.
in fin. C. de diverſ. reſcript.* Alexand. *conſ. 83. num. 10. in
fin. lib. 5.* Ancaran. *conſ. 234.* Lancellot. *de attent part. 2.
cap. 20. in præfat. quæſt. 379.* Flamin. Cartar. *deciſ. 2. n. 9.
& deciſ. 113.* Stephanus Gratian. *diſcep. 118. num. 43. &
diſcept. n. 3. tom. 5.* Maſcardus *de probat. concluſ.* 686.
n. 1. & 14. Cavalcan. *deciſ. 3. n. 15. part. 5.* Cæſar de Graſ-
ſis *de exceptionib. in prælud. n. 46. & 49.* Vantius *de nul-
litat. quot, & quib. mod. n. 29.* Gutierrez *de jurament. 1.
part. cap. 2. n. 23.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidianarũ, cap.
fin. 5. part. §. 11. n. 22.* Surdus *conſ. 377. n. 42.* Franchis
deciſ. 373. Marius Giurba *deciſ. 100. n. 1.*

37 Habet etiam locum in debitore, qui timens in eum
fieri inſtrumenti executionem, præveniendo egit, & in-
ſtrumentum illud nullum declarari petiit; ſed tunc ſub-
diſtinguendum eſt, aut nullitas à principali debitore
proponitur in judicio; & tunc creditoris executionem
non impedit, quia non propterea impeditur creditor
judicium cœptum proſequi, in quo ſi obtinuerit, exe-
cutio jure attentatorum revocabitur, aliàs in debitoris
eſſet poteſtate viam claudere executivam: ſed fraudem
hanc jura minimè patiuntur; *l. ſi rem. ff. de recept. arbi-
tris, cap. quia nonnulli, de reſcript.* cujus ſententiæ fuit
Innocent. *in cap. cum in jure peritus, de offic. deleg.* An-
gel. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re judicat.* ubi Ripa, n.
29. executivo inſtrumento utetur creditor, ut *num.* 36.
tequlimus, & poſt Authores relatos Burſat. *conſ.* 74.

Vincent. Hondedeus *conſ. 17. n. 45. lib. 2.* Suarez *in l. poſt
rem judic. q. 4. n. 15.* Canarius *de execut. q. 51.* Covarruv.
de ſponſalibus, cap. 8. q. 12. & lib. 3. variarum, cap. 3.
Franciſcus Vivius *dec. 304. n. 1.* Capic. *deciſion. 175.*
Ideo cavendum eſt à *Franciſca Mar.* qui *deciſ. 44. n. 1.
2. & 3. part. 1.* inquit, pendente judicio nullitatis contra- 38
ctus caſſare debere inſtrumenti executionem; quod pro-
cedere tantùm videtur, quando nullitas evidens, & ma-
nifeſta proponitur, reſultanſque ex actis; tunc enim re-
tardat, atque impedit executionem etiam trium ſenten- 39
tiarum conformium: Romanus *in l. ſi vera. §. de vero
numera 61. ff. ſoluta matrimonio,* Cald. *in l. 1. C. ne
liceat in una eademque cauſa,* Oldradus *conſ. 106. num. 4.*
Quintilianus Mandoſ. *in tract. de inhibitionibus, q. 43. n. 4.*
Felin. & omnes in *cap. cum ſuper, de re judicat.* Riminal.
Junior *conſ. 445. n. 3. lib. 4. & conſ. 467. n. 112. eadem lib.*
Marcellus Creſcentius *deciſion. 1. aliàs 20. n. 2. de re judic.*
Roman. *conſ. 42.* Bal. *in l. abſentis, in fin. ff. ſi cert. pet.* Viv. *d.
dec. 304. n. 6. & 7.*

Idem & fortiùs procedere dicimus, pendente inſtru- 40
menti reſciſſione, à debitore principaliter in judicio pe-
tita, quod ſanè creditori impedimento eſſe non debeat,
quominus jure ſuo utatur. Ex quibus conſtat debitorem 41
laicum pendente contractus reſciſſione apud judicem
Eccleſiaſticum, vel quia dicit uſurarium eſſe, vel jura-
mentum præſtitum fuiſſe, non poſſe illum ante rem ju-
dicatam inhibere judicem ſecularem coram quo execu-
tionis cauſa pendet, nec creditorem ipſum exequentem,
Bald. & Doctor *in l. 1. C. de diverſis reſcriptis, in l. fin. C.
quam. & quand. judex,* Abb. *in cap. 1. de jurejuran.* Hyppo-
lyt. de Marſil. *ſingular. 490.* Afflict. *deciſion. 30.* Alexand.
conſ. 83. n. 10. lib. 5. Ancarran. *conſ. 234. in princip.* Augu-
ſtin. Beroius *conſ. 85. lib. 3.* Maſcard. *dict. concluſ. 686. n.*
13. Gutierrez *de jurament. part. 1. cap. 2. n. 11.* Gratianus
dict. diſcept. 118. n. 43. Parlador. *ubi ſuprà, dict. §. 11. n.*
33. Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 20. in præfat. quæ 5. n.*
79. Cartar. *deciſion. 2. n. 9.* ut mirer, contrarium placuiſſe
Villalobos *in ærar. comm.* verbo (*condemnatus*,) Franciſc.
Mar. *d. deciſion. 44. n. 4.* Galleſius *de Camerali obligatione,
part. 3. q. 2. tit. de vi inſtrum. Camer. obligat. num. 1.* quos
meritò increpat Parlador. & Cartar. *loca nuper citata.* Nec
me latet Bald. *in l. Titius, ff. de procurator.* & Angel. *in
d. § condemnatum,* ſcribentes, moribus uſurpatum eſſe,
ut ſoleant Eccleſiaſtici judices in cauſa uſuraria inhibe-
re judices ſeculares per cenſuras, ne ulterius in ea pro-
cedant, ſed cùm ſuperior opinio, & crebrior, & verior
ſit, conſuetudini huic deferendum non eſſe, concludit
Parladorius *ubi ſupra.*

Aut excipiendo proponitur inſtrumenti nullitas; & 42
tunc executionem impedit: Alexand. Rip. *n. 18.* & alii *in
d. §. condemnatum* Maſcard. *dict. conc. 686. num. 11. & 12.*
Franciſ. Marc. *d. deciſ. 44. n. 4.* Gratian. *d. diſceptat. 118. n.*
46. Felicianus *de cenſib. lib. 2. cap. 1. n. 34.* Intrigliol. *lib. 2.
ſingular. 16. n. 4.* Franc. Milaneni. *deciſ. 2. n. 133. & 149.
& 153. lib. 2.* Carolus de Graſſis *de exception. cap. 20. n.*
6. & 8. Gutierrez *d. cap. 2. n. 22. & 23.* Ferret. *conſ. 85.
n. 5.* Franc. Viv. *deciſ. 31. n. 8.* Rota *diverſorum, deciſion.*
301. *part. 1.* Cæſar Barzius *deciſion. 39. n. 40.* Beccius *conſ.
2. n. 55. & 59.* Puteus *deciſ. 15. lib. 1.* Surdus *dict. conſ. 377.
n. 42.* Narratis tamen talibus, quæ ex inſpectione inſtru-
menti illud omnino nullum reddant Maſcard. *dict. concl.*
686. *n. 16.* Vincentius Honde. *conſ. 17. n. 45. lib. 2.* dum-
modo executio prompta non ſit, Mandoſ. *in Specul. de
inhibitionib. q. 49. num. 2. & 5.* ad exemplum executionis
trium conformium, quæ notoriæ nullitatis exceptione
impeditur, ut ſuprà adduximus, & probant Caldas Pereir.
*in l. ſi curatorem, gloſ. per quod in priſtinum, n. 22. C. de in
integrum reſtitut.* Franciſ. Vivius *deciſ. 495. n. 1. & 2. lib.*
1. Gonzal. *in reg. 8. Cancel. gl. 56. n. 67.* Natta *conſ. 172. n. 5.*
Joan. Botta *conſ. 101. num.* 25. Anton. Gab. *commun.
opinion. tit. de execut. rei judicat. con. 1.* Menoch. *de ar-
bitrar. caſu 9. num. 2. & conſ. 109. num. 40. in fin.* ubi ſic
intelli-

intelligunt Angel. *in d.§. condemnatum*, ad *finem*, cùm concludit, quòd inſtrumenti guarentigiati executio non impeditur per exceptionem, quòd contractus ſit uſurarius. Nam procedit ejus dictum quando nulla eſt præſumptio, & conjectura commiſſi improbi fœnoris; quaſi tunc præſumendum ſit, quòd illa exceptio opponitur per calumniam ad retardandam executionem; at ſi uſura ex aliqua conſtet conjectura, ſecùs eſt; atque ita accipiendus Ancarran. *conſ.* 98. Beroius *conſ.*211. *in fin.& conſ.*85.*n.*6.*lib.*3. Mar.Giurba *d.deciſ.*100. *n.*8.

43 Procedit etiam in creditore, qui pendente nullitate, aut reſciſſione contractus venditionis rei, & lite pendente quia non cogitur ſolvere debitum, vel cenſum; facta tamen concluſione in cauſa; negativè reſpondent Socin. *conſ.*78. *lib.*3. Franc.Mar. *d deciſion.*44. & Marinus Freccia *de præſens. inſtrumentorum. part.*9.*quæſt.*2. Contrarium tamen ſequuntur Bartol. *in l. poſt legatum*, *ff.de iis quib.ut indign.*Gabr.*tit.de regul.jur.concl.*1.*n.*54. Alban. *conſ.* 17. *num.* 1. Nemo enim ex actu quem impugnat, commodum percipit: nam etiam, qui contractum improbat, formalia ejuſdem contractus negat, quæ in contrahendi poteſtate ſunt, ideò viam executivam ex eo petere non poteſt, Bald.*conſ.*15.*lib.*2.

44 Contrarium tamen tenendum eſt, quòd reſciſſione, vel nullitate pendente, executivo inſtrumento creditor uti poſſit, teſtantur Rebuf. *ad conſt. reg. conſtit. tit. de reſciſ. contract. art.*1.*gloſ.*4.*num.*7.*& tit.de ſent. proviſ. ad præfat.num.*132. Cavalcan. *deciſion.* 58. *part.* 3. Surdus *conſ.*183.*n.*94. Lancel. *de attent.cap.*17.*n.*153. Gutierrez *de jurament.confirmator.part.*1.*cap.*2.*à n.*9.*&* 29. Antonius Tepat. *lib.* 1.*reſolut.tit.de execut.inſtrum.col.*4. *in med.* Fachin.*conſ.*47.*n.*1.*lib.*3. Aloyſius Leo, *in l.*1.*n.*33. *C.ut lite pendente*, Maceraten. *lib.*1. *reſol.* 31.*n.*1. *&* 2. Azeved.*in l.*1.*n.*143.*tit.*21.*lib.*4. *Recopil.* & ita judicatum refert Franch.*deciſ.*373. ex regula, quòd ſicut reus non eſt interim lite pendente privandus poſſeſſione ſua, nec actor, *cap.laudabilem,ut lite pendente*; plenè Paulus
45 Pariſius *conſ.* 39.*lib.*1. Idem quoque in creditore procedit, qui in lite ſuper nullitate, vel contractus reſciſſione à ſe mota rem ad ſe ſpectare petiit cum fructibus; tunc enim ſi pendente judicio illo ordinario, pro cenſibus executivè egerit, quæſtio eſt non levis; in qua variè deciſum eſt.

Prima fuit itaque affirmantium opinio: Tum, quia debitor rem poſſidens ea debet præſtare, quæ ea lege contractus tenetur moleſtia non obſtante, Rebuf. *d.titul. de reſciſ.contract artic.*1.*gloſ.*4.*n.*7. Franc.Azeved.Gu-
46 tier.& alii *ſupr.* relati. Tum quia rei fructus emptor percipiens uſuras pretii ſolvere tenetur, *l.curabit,C.de act. empt.* Gozadin. *conſ.* 55.*ſub n.*11. Natta *conſ.*374.*n.*11. optimè Bart.*in l.neque,C.de impenſ.dotal.* Marius Giurba *deciſ.*10.*n.*16.*& deciſ.*100. *n.*15. etſi immineat evictio; Coſta *conſ.*52.*n.*4. Cephalus *conſ.* 48. *num.* 41. *&* 51. *& conſ.*609.*n.*4. Cavalcan 4 *n.*5. *part.*1. Pancirol. *conſ.* 40. *n.*22. Corneus *conſ.*59.*lib.*3. Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. convention. lib.* 4. *tit.* 24. *Michael. patrocinio* 7. *num.*18. Cagnol. *in dict. l. curabit*, *num.* 31. *&* 32. latè Fulvius Pacian. *conſ.*65. qui ſub *num.*13. communem, & veriorem profitetur. Licèt omnia ab eo promiſſa non adimpleverit, dummodo emptor uſum rei habuerit fructus percipiendo; non enim venditoris implementum, ſed ipſa fructuum perceptio curſum uſurarum inducit, cum ob non implementum, non uſus rei minuatur: Joan. Vincentius Honded. *conſ.*44. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 1. eaſque compenſativas eſſe, contra Bald. *in l.* 1. *C. de bonis mater.* firmat Cagnolus *in dict.l.curabit,num.*31. *&* 32. Afflictis. & Cæſar Urſil. *deciſion.* 20. *num.* 8. Tum quia in executivis locum non
47 habet exceptio litis pendentiæ, Gemin. *in Rubric.de eo, qui mittitur in poſſeſ. cauſ. rei ſervand.* in *l.* 6. Jaſon *conſ.*9. *numer.*2. *lib.*2. Cavalcan. *deciſion.*1. *numer.* 15. *lib.*1. Franciſ.Bec. *conſ.*17.*num.*3. Beroius *conſ.*85.*lib.*1. Nevizan. *conſ.* 4. *in fine*, Capic. *deciſion.* 33. *numer.* 3. Lancellot. *de attent.part.*2 *cap.*4. *limitat.*2. *num.*50. *&* 76. Gratian. *diſceptation.* 118. *num.* 44. Cartarius *deciſion.*2.*num.*9.*&* 14. Anton. Gabr. *de judiciis*, *concl.*1. *num.* 31. Nec in ea habet locum *l. ubi cœptum*, *ff. de judiciis.* Baldus *in l.conſentaneum, C. quomodo, & quando judex.* Jaſon *in nulli*, *C.de judiciis*, Monter. *deciſion.*23. *num.* 16. Paz *in praxi*, *tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 2. *numer.* 4. Coſta *remedio* 25. *num.* 9. Petrus Surdus *conſil.* 542. *num.* 11. *lib.* 4. Romanus *conſ.* 76. *num.* 9. ubi Mandoſius *lit.P.* Grammaticus *conſ.civili* 95. *numer.* 2. Maranta *in praxi, in ultimis verbis totius operis. num.*59. Decius *conſ.*562. Vincentius Carrotius *de exceſſione bonorum, parte* 2. *quæſt.* 24. *num.* 26. Carolus de Graſſis *in præludio de exceptionibus*,*n.*48.

Nec enim in via executiva datur inſtantia, Bartol. *in* 48
l.litibus,C.de agricolis, & cenſitis, *lib.* 11. Crottus *conſil.*103.*n.*13. Alexand. *conſil.* 181. *in fine*, *lib.* 6. Dinus *conſ.*76. Franciſcus Milanenſis *deciſion.* 20. *num.*27. *lib.*
1. Marius Giurba *dicta deciſione* 100. *num.*19. Nam ipſa 49
via executiva eſt finis litis, & non datur inſtantia. Poteſt enim creditor variare, & facere tranſitum de principali ad fidejuſſorem, & de una re aliam, & de perſona ad perſonam, *l. mutuam*, *ff. mandati*, Cavalcan. *deciſ.*1.*lib.*1.*n.*15. *de judic.* Anguiſol. *conſ.*25. *n* 4.

Inde eſt, ut pendente etiam lite ſuper nullitate em- 50
phyteuſis, poſſeſſor teneatur ad fructus, Jaſon. *in l.* 2. *n.*13. *C.de jure emphyt.*Cavalcan. *deciſ.*45. *n.* 142. *part.* 1. *& deciſ.*57. *n.*47. *part.* 2. Vincent. de Franch *deciſ.* 296. *n.*1. Thom. Menadous *deciſ.* 24. *in fin.* tradit Bald. *in cap.* 1.*n.*3. *de inveſtitura de re aliena fact.*

Secunda fuit negantium opinio, quòd imò pendente 51
lite ſuper venditionis reſciſſione, aut nullitate, cauſari ex eo contractu poſſit executio; quia obſtat exceptio implementi non ſequuti, cùm res non ſit libera; quæ non obſtante pacto de non opponendo, & juramento adverſus exequentem creditorem admittitur: Aymon Cravetta *conſ.*127. *num.* 14. Rolandus a Valle *conſ.* 13. *n.*32. *&* 33. *& conſ.*54.*num.*32.*lib.*1. Menoch. *conſ.*55. *num.*3. Azevedus *in dicta l.*1.*n.*161.*&* 162. Graſſis *de exceptionibus*, *exceptione* 13.*n.*37. *&* 38. Gratian. *tom.* 3. *diſceptat.forenſ.*107.*n.*2. Cephal. *conſ.*407.*n.*19. *&* 20. Natta *conſ.*360.*n.*6. Barnabas Cornaxanus *deciſion.* 160. *n.*7.*&* 8. Joſeph. Ludovic.*conſ.*14.*illatione* 94. Maſcardus *tom.*2. *de probation. conc.*890. *n.*5. *& conc.*1388. *n.*46. Vincent. Carrot. *de locato, tit. de evictione, part.*4 Burſat. *conſ.*184.*n.*48. *Rot. Lucenſ. diverſ deciſ.*65. Turretus *conſ.* 91. *n.*4. *lib.* 1. qui enim ex contractu agit pacta prius in eo contenta adimplere debet *l. Julianus*, *§.offerri*, *ff. de action. empti*, cum *vulgaribus* Alexand. *conſ.*222.*n.*13.*lib.* 2. omnium latiſſimè Graſſis *dicta exceptione* 13. Gozadin.
*conſ.*1. Cravetta *conſ.*151. Carrotius *ubi ſup. n.*11. Nam 52
implemento non ſequuto ope exceptionis contractus nominatus reſolvitur: Alexand. *conſ.*105. *num.*17. *lib.*1. Rolandus *conſ.*69.*n.*8.*& conſ.*53.*n.*23.*lib.*1. Corneus *conſ.* 121.*colum penultima*,*lib.*1. Cravetta *conſ.*192.*n.*22. Morotius *conſ.*6.*n.*23. Coſta *conſ.*52.*n.*6. Graſſis *dict. exceptione* 13. *n.*59. Surdus *conſ.*13.*n.*23.*&* 25.*& conſ.*52.*n.* 36. Menoch.*conſ.*1178.*n.*11. Gratianus *diſceptatione* 355. *n.*16.*tom.*3. Petroc. *de reſolut.contract.n.*155. ac ſi venditio retrò facta non fuiſſet, *l.ſi hominem*, *ff.de uſucapionibus*, *l.nec ullum*, *§.*1.*ff.de petitione hæreditatis*, *l.voluntate*, *§.*1.*ff.quibus modis pignus ſolvitur.* Fabianus de Monte *de emptione & venditione*, 8.*qu.n.*3. Coſta *ubi ſuprà*, *n.*6.

Cumque prædio, pro quo cenſus promiſſus eſt, ita 53
evictio immineat, ut evictum illud præſumatur, retineri ab emptore poteſt ejus pretium, & ſolutum repeti: Odofred. *in l.qui rem C.de eviction.* Cravetta *conſ.*845. *n.*12. Theſaurus *deciſion.*85. *n.*1. Surd. *conſ.* 36. *n.*46. Coſta *conſil.*52. *n.*3. Joannes Botta *conſ.*82. *n.*13. Oſaſchus *conſil.*33.*n.*42. Anton. Gabr. *conſ.*119.*n.*13. Rot.
Lucenſ. *diverſorum*, *deciſio.*152. Licèt rem emptam poſ- 54

ſideat, *l. fin. §. ex quadrante, ff. de doli except.* Abb. *conſ.*
347. *n.* 2. Imò in hoc caſu ante evictionem agi poteſt, ſi
promiſſum ſit rem eſſe liberam, Oſaſchus *deciſion.* 24.
latè Surd. 253. *n.* 10. Gratianus *diſceptation. forenſ.* 175. *n.*
20. Azeved. *in dict. l.* 1. *n.* 164.

Imminet evictio, ſi ante pretium numeratum, vel
in toto, vel in parte res evincatur, vel ſuper ea quæſtio
moveatur, *l. ſi poſt perfectam, C. de eviction.* Alexand.
conſ. 235. *n.* 10. *lib.* 6. Ripa in *l.* 1. *§. ſi hæres, num.* 32. *ff. ad
Trebellian.* Afflictis *deciſion.* 61. Natta *conſil.* 267. Sur-
dus *conſil.* 36. *n.* 14. *de arbitrar. caſu* 224. *n.* 2. etiam ratione
ſolius hypothecæ Bald. *in l. qui rem,* per illum textum, *C.
de eviction.* Surdus *deciſion.* 295. *n.* 7. Coſta *conſil.* 52. *n.* 3.
& *de portione, & rata, quæſtion.* 14. Cardinalis Tuſchus
tomo 3. *conſil.* 290. *n.* 45. ſivè judicialiter, ſivè extrajudi-
cialiter ſuſcitetur quidpiam ad evictionem ordinatum,
Gloſſa *in l. penultima, §. final. ff. de pericul. & commodo rei
vendita,* Auguſtinus Morlo *in Emporio juris, titul.* 9. *de
contrahend. emptione, n.* 108. Coſta *ubi ſuprà, n.* 3. Meno-
chius *dict. caſu* 224. *à n.* 1. & 2. Jacobus Cancerius *tom.*
55 1. *variarum reſolution. cap.* 2. *de emptione, & venditione,
n.* 28. Idque nedum pro toto pretio, ſed etiam quoad
cenſus annuos procedit, juxtà notata in *dict. l. ſi poſt per-
fectam,* ſatiſque eſt pretii ſumum remanſiſſe, Bald. *in l.* 1. *n.*
5. *C. de bonis maternis,* Afflictis *deciſione* 20. *n.* 1. Oſaſchus
deciſione 24. Coſta *conf.* 52. *n.* 11. Tuſchus plenè, *littera
E. concluſion.* 369. *n.* 4. & 19. Minſyngerus *centuria* 4.
obſervation. 56. Hondedeus *conſil.* 30. *n.* 3. *lib.* 1. Rota di-
verſorum, *deciſion.* 271. *n.* 6. *parte* 2. Odofredus *in dicta
l. ſi poſt perfectam,* Caſtro *conſil.* 46. *n.* 6. *lib.* 1. Surdus *ubi
ſuprà, n.* 14. & *deciſion.* 293. *n.* 2. Maſtrillus *deciſione* 160.
n. 30. magis communem, & veriorem dicit Turretus
conſ. 67. *n.* 8. *lib.* 3. Lancellotus Galiaula *conſilio* 14. The-
ſaurus *deciſione* 85. Cavalcanus *deciſione* 4. *num.* 3. *part.* 2.
56 Raudenſis *conſil.* 13. *lib.* 2. & *variarum reſolution. cap.* 3.
n. 19. qui addit ex hac retentione non caducari rem. Sur-
dus *deciſione* 6. *n.* 2. & 3. Cumque cenſus pro fructibus
habeatur, ex Menochio *conſil.* 445. *n.* 12. & 13. Sicut ad
rei evictionem hypothecati ſunt fructus, ſic & cenſus
hypothecatos dicimus, ſivè evictionis pactum ſimplex
ſit, ſivè additis verbis, C. nondum expectata ſententia;
quia ſatis æquiparari, inquit Alciatus *conſil.* 36. *n.* 2. *lib.* 2.
vel quod res ſit evicta, vel evictio immineat, & jam ju-
57 dicium ſit de ea cœptum, Coſta *dicta conſil.* 52. *n.* 3. Imò
ſi evincere poſſit ex fideicommiſſo, (quòd hac in re
manifeſtum eſt) imminere dicitur evictio, ut nec tenea-
tur quis fidejuſſores accipere, Menochius *conſil.* 1178.
n. 13. ſi evictio ſit ex natura rei, pro qua licèt venditor
58 regulariter non teneatur, Menochius *conſ.* 87. *n.* 78. Fran-
ciſcus Beccius *conſil.* 24. *n.* 32. Rolandus à Valle *conſil.* 51.
lib. 4. Decianus *conſil.* 55. *num.* 93. *lib.* 3. egregiè Linarius
conſ. 3. *n.* 17. Sanz Morquechus *lib.* 1. *de diviſione bonorum
c.* 8. *n* 5. Mozonus *conſil.* 83. *n.* 16. Menochius *conſil.* 418.
n. 10. ſi emptor à principio ſcivit, ſecus tamen ſi rei no-
59 titiam ignoravit. Cynus, Albericus, Odofredus, Barto-
lus, Baldus, & Bec. à Surd. relati *conſ.* 311. *n.* 22. & *conſil.*
15. *n.* 19. maximè ſtantibus ampliſſimis verbis, *quando-
cumque, & qualitercumque* Tiraquellus *lib.* 2. *de retractu,
ad finem titul. n.* 98. Caballinus *de evictionibus, §.* 5. *n.* 31.
Gratus *conſ.* 163. *n.* 22. *lib.* 2. Riminaldus Junior *conſ.* 362.
n. 6. Turretus *conſ.* 86. *n.* 17. *lib.* 2. Raudenſis *deciſione Pi-
ſana* 22. *n.* 5. Fœlicius *allegatione* 10. *n.* 24. *parte* 3. Mareſ-
cotus *lib.* 2. *reſolution. cap.* 19. *n.* 32. *Hondedeus conſil.* 3. *n.*
4. *lib.* 4. Maſtrillus *deciſion.* 61. Cravett. *conſil.* 64. *n.* 4. A
Ponte *conſil.* 27. *n.* 5. & 13. Pater Molina *de juſtitia, &
jure, diſputatione* 380. Rota *diverſorum, deciſione* 152.
n. 5. *part.* 2. Burſatus *conſil.* 160. *n.* 17. & *conſil.* 298. *n.* 5.
Surdus *conſil.* 15. *n.* 17. & *deciſion.* 244. *n.* 1. Seſſ. *deciſio-
ne* 114. *n.* 42. Marius Giurba *deciſion.* 100. *n.* 29.

QUÆSTIO XXXIII.

Utrùm in diviſione debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1 *Referuntur Authores, qui hanc quæſtionem exornarunt.*
2 *Diviſio facta inter fratres poteſt reformari, quando uni plus datum fuit, quàm oportuerat.*
3 *Diviſio facta à patre inter filios eſt ſervanda, etiamſi ſit plus à patre datum uni filio, quàm aliis.*
4 *Cohæres non tenetur de evictione cohæredi pro re evicta, quæ obvenit ex diviſione teſtatoris.*
5 *Diviſio teſtatoris habet vim ſpecialis legati.*
6 *Evictio habet locum in diviſione inter fratres facta.*
7 *Ampliatur, ſive diviſio ſit conventionalis, vel judicialis.*
8 *Refertur cautela Patris Molinæ Societatis Jeſu.*
9 *Limitatur ſi conveniant hæredes, ut nullus eorum de evictione teneatur.*
10 *Limitatur etiam, quando res diviſa evincitur ex ſua natura.*
11 *Evicta re de ſui natura, evictioni non erit locus.*
12 *Gravamē quodlibet minuit pretium rei, & pingue dominium auget pretium rei.*
13 *Dubius eventus facit valere contractum.*
14 *Damnum occurſum eſt compenſandum cum utilitate.*
15 *Propter mutuum periculum evictionis in diviſione æquali inter fratres, non debetur evictio.*
16 *Evictio ceſſat in diviſione à patre inter filios facta.*
17 *Limitatur, ſi filius in legitima gravetur.*
18 *Item limitatur, niſi conſtaret de voluntate patris, quòd inter filios æqualitas ſervaretur.*
19 *Limitatur etiam, ut evictioni non ſit locus quando pater inter filios bona diviſit, ſi evincatur res, quam pater tempore diviſionis non poſſidebat.*
20 *Limitatur etiam, quòd evictio non habeat locum, ſi res uni hæredum prælegata evicta fuerit.*
21 *Aſſignatur ratio quare debeatur in contractu diviſionis evictio.*
22 *Ignorantia dividentium rem eſſe alterius juris, aut alicui conditioni ſuppoſitam, excludit evictionem.*
23 *Scientia rei alienæ efficit, ut non competat de evictione actio, nedum in contractu emptionis, ſed etiam diviſionis, nec etiam ad pretium, ex ſententia Marci Antonii Peregrini.*
24 *Diviſione facta, rem alienam ſcienter accipiens, re evicta, non agit de evictione.*
25 *Etiamſi diviſio facta fuerit authoritate judiciali.*
26 *Diviſione facta, ſi ſcienter in partem unius obvenerunt feuda quæ poſt ejus mortem devoluta ſunt in dominum, hæredes ejus de evictione non agunt.*
27 *Nec etiam reſpectu pretii.*
28 *Emens rem ſub conditione per fideicommiſſum relictum, eveniente conditione fideicommiſſi, & re evicta agit ad pretii reſtitutionem, licèt ſciens emerit.*
29 *Diviſione facta, ſi in partem unius ſcienter obveniant bona libera, & in partem alterius bona aliena, vel fideicommiſſo ſubjecta, an competat de evictione actio.*
30 *Diviſione facta, ſi unus ſcienter in partem ſuam res conditionatas acceperit, non poteſt diviſiones factas retroctare, & num. 31.*
32 *Diviſione facta inter duos, mortuo uno ex his, ſi in ejus portione contingat fideicommiſſi caſus, frater ſuperſtes vendicat jure fideicommiſſi, nec ex cauſa evictionis repellitur.*
33 *Hoc in caſu ſi in mortui portionem bona omnia feudalia, vel fideicommiſſa ſcienter obvenerunt, frater ſuperſtes non tenetur, nec illius hæres reficere in allodiis, nec ex cauſa evictionis ad aliquod intereſſe.*

34 Et alia

34 *Evictia enim ceſſat ubi res evicta fuit ex ſua natura, aut ex facto poſſeſſoris, vel authoris ſui.*

35 *Diviſione facta, ſi pars uni obventa, fideicommiſſi cauſa evincatur, non competit de evictione actio adverſus fratrem etiam reſpectu pretii.*

36 *Evictionis promiſſio in contractu diviſionis generaliter facta non prodeſt, ubi res evincitur ex cauſa dividentibus nota, niſi in eum caſum ſpecialiter convenerint, etiam quòd uni allodia, alteri feuda, & fideicommiſſa obveniſſent.*

37 *Evictio præſtatur inter ſocios dividentes, quando diviſione ſequuta alter habet de parte alterius.*

38 *Evictione agere non poteſt ſocius, ſi res ab eo avocatur, quia ſua non fit.*

39 *Dividens rem communem, dicitur illam dividere tamquam talem, quæ ſi non eſt, ad nihilum etiam tenetur.*

40 *Evictio, quæ ſequitur in re diviſa, numquam præſtatur etiam expreſſè promiſſa, quando ſequitur culpa utriuſque dividentis.*

41 *Evictio partis fundi, ſi fiat pro indiviſo, fit æſtimatio quotæ: ſi pro diviſo, fit æſtimatio loci evicti.*

1 QUæſtionem hanc exornarunt Bartol. Bald. Salycet.
Alberic. & alii, Gloſſa *in l. ſi familia, C. famil.
erciſcunda, & in l. fratres, C. commun. utriuſque judicii,*
Caballinus *in §. 4. num. 52. de evction* Cardinal. Tuſch.
tom. 3. concluſion. 354. *n.* 52. Pater Molina *tom. 2. de juſti-
tia. diſput.* 380. *n.* 2. *& diſput.* 245. *tom.* 1. Marc. Anton. Pe-
regrin. *de fideicomm. artic.* 57. à n. 52. *Menoch. lib. 3. præ-
ſumption.* 118. Stephanus Gratian. *tom. 2. diſcept.* 234.
Ayer. *de partit. 3. par. q* 9. Petrus Sanz Morquech. *lib. 1. q.
de diviſ. bonor.* Alvarus Valaſc. *de partit. c.* 37. Hect. Fœ-
licius *de ſocietate c.* 40. à n. 29. Menoch. *de præſumpt. lib.
3. c.* 115. *n.* 14. Surdus *deciſ.* 243. *n.* 8. Flaminius Cartarius
deciſ. 70. *n.* 3. 14 Maſtrilus *dec.* 61. *n.* 3. Theſaurus Jun.
in quæſt. forenſ. 23. à n. 1. Caſtillo *deciſ.* 52. *n.* 10. Gratian.
lib. 2. diſcept. forenſ. 234. Coſta *de rata, q.* 14. Antonius
Gomez *tom. 2. variarum c.* 2. *n.* 33. Hieronym. de Monte
in tract. de finibus, c. 2. *n.* 7. Franc. Beccius *conſ.* 24. à n. 8.
Surdus *conſ.* 67. n. 7. *& conſ.* 311. *n.* 26. *lib. 3. & conſ.* 517.
n. 25. *lib* 4. *& in tract. de alimentis, tit.* 9. *q.* 11. *n.* 25. Andr.
Gail. *lib. 2. obſervat.* 14. *n.* 16. Deciſio Rotæ Cameralis
119. *n.* 5. Anton. Monach. *dec. Lucenſ.* 14 *n.* 3. *& dec.* 60.
n. 7. & 8. Seraphinus Olivarius *deciſ.* 723. *n.* 7. & 8. Cæſar
Mancenius *deciſione Mantuana* 13. à *n.* 11.

Quòd in diviſione locum habeat evictio, pro certo
conſtituunt relati DD. *in l. cùm pater, §. evictis, ff. de le-
gat.* 2. & Scribentes *in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de
verb. oblig.* & adſunt duo magiſtralia jura in *dict. l. ſi fami-
lia, & in dict. l. fratres,* & ex ſequentibus manifeſtabitur.

2 Diviſionem factam inter fratres, quando uni plus,
quàm oportuerat datum eſt, reformari convenit: Gozza-
dinus *conſ.* 44. *n.* 15 Morquechus *de diviſione bonorũ lib.
1. c.* 8. *n.* 1. *& c.* 11. *n.* 31. ubi arbitrio judicis dicit eſſe re-
3 linquendam hujuſmodi reformationem. Quod limitarem
in diviſione à patre facta inter filios, quæ ſervari debet,
etiamſi uni filio plus, quàm alio datum à patre ſit, *l. ex
parte, §. ultimo,* & *ibi* Baldus, *ff. familiæ erciſcundæ, l.
quæ pater, §. ſi pater, ff. eodem titul.* Alexand. *conſil.* 77.
lib. 3. & filii contra talem diviſionem conqueri non
poſſunt, Philippus Corneus *conſil.* 228. *colum.* 2. *& conſ.*
273. *colum.* 7. *lib.* 4. Decius *conſ.* 254. *num.* 2. & Pariſius
conſ. 34. *n.* 27. *lib.* 2.

4 In tantum quòd cohæres non teneatur cohæredi
de evictione pro re evicta, quæ obvenit ea teſtato-
5 ris diviſione: habet enim vim ſpecialis legati, *l. quid
ergo, la 2. ff. de legatis* 1. Hæres autem pro ſpeciali lega-
to non tenetur de evictione, *l. à ſubſtituto, §. 1. ff. de lega-
tis* 1. Ergo non tenebitur pro re evicta, quæ ex diviſio-
ne teſtatoris alteri obvenit, & ita eſt communis opinio,
teſte Caballino, § 4. *de evictionibus, ſub num.* 42. Patre
Molina *tomo 2. de juſtitia, quæſt.* 385. *num.* 2.

In diviſione autem à fratribus facta evictio locum 6
habet: nam ſi alicui ex fratribus aliqua res de his, quæ
in diviſione illi aſſignata fuit, evincatur, fratres pro
rata de evictione fratri obligantur, ut in *dict. l. ſi fami-
lia,* & *ibi* Gloſſa, & Doctores, *C. familia erciſcunda,*
Cæſar Manentius *deciſione Mantuana* 13. *n.* 1. Quia di-
viſio, quæ à partibus fit, vim obtinet permutationis, *l.
communi dividundo, §. ſi debitor, ff. communi dividundo,*
Socinus Jun. *conſ.* 119. *n.* 14. *&* 28. *lib.* 3. Curtius Senior
conſ. 63. Horatius Viſcontus *in concluſione deciſiva, ver-
bo,* (evictio,) *folio* 73. *colum.* 1. *in fine.*

Quod ampliatur etiamſi diviſio fuerit facta à judice, 7
nam evictio deberetur ac ſi de partium conſenſu facta
fuiſſet; Gloſſa, & Doctores, Bartol. Bald. Paul. & alii
in *dict. l. ſi familia,* per illum textum; Bartol. *in dicto §.
duo fratres,* in *ultima quæſtione,* Alexand. *n.* 61. Ripa *n.*
97. Nec mirum ſi factum judicis ſuppleat factum par-
tium, *l. ſi plus, §. ſi juſſu, ff. de evictio. l. ſi ob cauſam,
C. eodem, l.* 1. *C. ſi in cauſa judicati pign. captum ſit,* Bald.
in cap. 1. *in tit. Imperat. Lothar.* quòd diviſio facta per
ſententiam numquam extenditur ad futuros eventus,
ſequitur Curtius Sen. *conſ.* 50. *n.* 387. Imò in judice,
qui juris miniſter eſt, major occurrit ratio, ut evictio-
nis juri derogare noluerit, ſi itaque alteri ex dividen-
tibus bona in partem obventa diviſione judiciali, aut
conventionali, per tertium evicta fuerint jure dominii,
pignoris, feudi, aut fideicommiſſi, vel alterius juris,
evictio præſtabitur: Caballinus *dicta* §. 4. *ſub* n. 52. *de
evictionibus,* Marcus Antonius Peregrinus *de fideicom-
miſſis, art.* 52. *n.* 54.

Optimam cautelam ponit Pater Molina *tomo* 1. *de ju-* 8
ſtitia, & jure, diſputation. 245. verſiculo, (*Facta bono-
rũ partitione inter hæredes,*) ſivè judicis authoritate fa-
cta ſit, ſivè ad eum accedatur, ut authoritate ſua illam
confirmet, judex præcipere debet, ut ſibi mutuo ca-
veant, quòd ſi quid evincatur, reliqui hæredes tenean-
tur de evictione, reducendo ad æqualitatem portio-
nem, perindè ac ſi illud repertum nunquam fuiſſet in-
ter bona defuncti, & ex *l. 2. titulo* 15. *part.* 6. cum *l. hæ-
redes, §. item curare, ff. familia erciſcunda,* Azo *in Sũ-
ma, C. eodem,* Gloſſa, *in §. item curare,* Decius *conſ.* 411.
Gregorius *in dicta l. 9. gloſſa* 1. ubi dicit, quòd licèt iſta
cauſa præſtita non fuiſſet, adhuc agitur de evictione, ut
habetur in *dicta l. ſi familia;* & *ibi* Glof. & communiter
Doctores.

Limitatur præcedens concluſio, ubi in diviſionibus 9
actum fuit, ne pro rebus diviſis, & in partem cuique
obventis, partes ipſæ teneantur de evictione; equidem
conſtat pactum valere, & operatur, ut ſequuta alicujus
rei evictione, ſocius de evictione non teneatur; Caballinus
dicto §. 4. *ſub n.* 58. *in fine,* per dictam legem, *ſi
familia;* Pater Molina *ubi ſuprà,* Petrus Sanz Morque-
chus *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 4. Marius Antonius Peregrinus *dict.
artic.* 52. *num.* 70. *de fideicommiſſis,* ubi dicit, quòd eſt
caſus in *dicta, l. ſi familiæ,* quòd nedum ad totale intereſ-
ſe, ſed neque etiam pro parte ad reſtitutionem pretii, &
æſtimationis tenetur hæres; quia pares videntur mu-
tuum periculum in rebus diviſis ſuſcepiſſe, argumento
textus in *l. de fideicommiſſo, C. de tranſactionibus,* & ſic
decidit Gloſſa communiter approbata in *dicta l. ſi fami-
liæ,* & Bartolus *in dicto §. duo fratres, quæſtione* 11. *num.*
25. Ripa *num.* 100.

Limitatur etiam, quando res diviſa de ſua natura evin- 10
citur, veluti quando uni fratri feudum adjudicatum ſit,
quo mortuo filia relicta, quæ non poterat feudum ob-
tinere, ob ea evictum fuit, nam non poterit contra pa-
truum de evictione agere: ita Gloſ. in *dict. l. ſi familia,
in fine,* quem ſequuntur Bartol. Bald. Salycet. & Paul.
de Caſtro, Alexand. *conſ.* 21. *num.* 4. *lib.* 5. Ruin. *conſ.*
11. *num.* 11. *& conſ.* 14. *n.* 5. *lib.* 1. *& conſ.* 137. *n.* 12. *lib.*
2. *& conſ.* 7. *in fin. & conſ.* 92. *colum. ultima, lib.* 3. latè &

copioſè Horatius Viſcontus *d. concluſ. verbo*, (evictio) *fol.73.col.1. in medio*, Socinus Jun. *conſ.119.num.2.lib.3.* Tiraq. *de retractu conſang.§.1.gloſ.9.n.35.* Menoch. *conſ. 87.n.73.lib.1.* Quia frater ſuperſtes rem advocat pro ipſius rei natura; quia filia fratris defuncti, vel ejus hæres extraneus eſt incapax, idcircò evictio non debetur, *l. ſi quis domum, §. huic ſubjungi, ff. locat. l. ſi fundus, ff. de evictio.* Romanus *conſ.503.* ubi vendito uſufructu, & finito pro ejus natura in perſona venditoris, rectè illum proprietarius vendicat: ad hoc Gloſſæ dictum complures concordantes adducit Tiraquel. *de retractu lign.§.1.gloſ.9. num.35.* Marcus Anton. Peregrinus *in dict. art.52.n.67.*

11 quod Menochius intelligit *in dict. conſ.87. n.92.* ſecundùm Alexand. *in d.l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verb. obligat.* quando ratione eventus fideicommiſſi, vel feudi, quod evinci poterat, juſtum pretium intervenit: puta, quia attento periculo, & gravamine, minori pretio æſtimatum fuit: nam res minoris æſtimatur propter periculum amiſſionis rei, ut in *l.1.§. ſi hæres, ff. ad Trebellian.* ubi *Rip. num.26. in fin. Corn. conſ.206. colum.4. & ſ·q. lib.3.*

12 Et quodlibet gravamen minuit pretium rei: Joann. Gerſon. *conſ.8. in tract. de contract. part.1.* ſicut tanto pluris valet res, quanto jus, & dominium pinguius, uberiuſque transfertur: ita ex contrario eo minoris valet, quo tenuius, infirmiuſque transfertur: & ideo quodlibet pactum, & gravamen poſitum in favorem venditoris, eſt pars pretii, *l. fundi partem, ff. de contrah. empt. l. ſi venditor, §. ultim. ff. de ſervis exportãdis, l. dote, ff. de dote prælegata, l. mortis cauſa ff. de mort. cauſ. donat.* Oſaſchus *decis.83.* Maſtrillus *deciſ.15.n.15. & deciſ.37.n.7.* Hieronymus Laurent. *dec. Avenion.122.n.3.* Surdus *deciſ. 33.n.5.* Gamma *deciſ.256.n.2.* ubi Flores: Molina *de primog. lib.2.cap.4.n.20.* Feliciã. de Solis *tomo 1.cap.8. ſub n. 16.* Pretium rei augetur, aut minuitur ex qualitatibus, & oneribus rei, *l. quod ſæpe. §. fin. ff. de contrah. empt.* Alvar. Valaſc. *conſult.43.n.5.* Avendanus *de cenſibus, cap.28. & cap.85. n.3. & 9.* Didacus Perez *in l.2. tit.23. lib. 2. ordinam. fol.431.* Aſinius *de execut. §.7. cap.194.* Petrus Surd. *conſ.26.n.21.lib.2.* Covarruv. *lib.3. variar. cap.10.n. 5.* Ita etiam vilius valet res ob ſpem recuperandi: Deciſio Sacri Palatii 312. *n.6. part.2.* Et in tantum hoc eſt verum, quòd valor rei minuitur in ſexta parte ejus æſtimationis ex eo, quòd ſit emphyteutica, Alexander *conſ. 79.n.6.lib.1.* Surd. *conſ.451.n.35.lib.3.* Et pactum de retrovendendo facit rem minus valere, ut tenent Abb. *in cap. ad noſtram, n.9. de jurejurand.* Socin. *in dict. l.1. §. ſi hæres, n.3.* & *ibi* Jaſ. *num.9. & 19. ff. ad Trebellian.* Matienzo *in l.1. gloſ.2 n.26. titul. 11. lib.5. Recopil.* Morquechus *ubi ſupr. n.8.* Fontanel. *de pact. nupr. clauſ.4 gloſ. 18. part.1. n.78.* ubi dicit, quòd hujuſmodi pactum minuit rem in tertia parte.

Ampliatur concluſio, ut non procedat ſecundum *Guid.*
13 *de Suza.* quem ſequitur Bald. *in dict. l. ſi familia*, quando uni omnia bona feudalia, & ſimilia adjudicata fuerunt, alteri bona libera: nam tunc evictioni locus erit, quia aliàs magna erit inæqualitas inter fratres; ita Alciatus *in dict. l. qui Romæ, §. duo fratres, n.37. & reſponſo 38.* Menochius *dict. conſ.87. n.84. & 85. & 86. lib.1.* Quorum doctrina *Morquecho* non placet in *dict. lib.1. cap.8. n.10.* Quia ſi res habentes gravamina minori pretio taxantur, ita ut damnum, vel commodum ex futuro eventu conſequi poſſit, non eſt æquum, ut eventus damni attendatur; eventus verò commodi non: quia dubius eventus facit valere contractum, qui aliter non valeret, *l. ſi jactum retis, ff. de contrah. empt. dict. l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.* ubi Doctores: incertitudo enim facit licitum, quod aliàs foret illicitum, Avendanus *de cenſibus, cap.21. & 33.* Roman. *conſ.302.* Surd. *conſ.162 n. 35. lib.2. & de alimentis. tit.9. quæſt.11. à n.7. & deciſ. 278. n.29.* Coſta *de facti ſcientia, inſpect.46.n.2.* Capit. *deciſ.159. num.16.* Gail. *obſervat. 8.* Cartot. *deciſ. 130.* Oldrad. *conſ.207.* Decius *conſ.123.* Joan. Baptiſta Lopus *in cap. naviganti, de uſuris, §.4.n.96.* Quia damnum oc- 14
curſum debet compenſari cum utilitate, ſi eventus aliter cecidiſſet, Bal. *conſil.404. lib.3.* Tiraquel. *in l. ſi unquam*, ubi plures refert *in verb.* donatione largitus, *n. 127. & 128. C. de revocan. donat.* Burſat. *conſ.304.n.4.lib.3. reg. is qui ſentit, de reg. jur. lib.6. l. ſecundum naturam, ff. de reg. jur.* Frater enim, qui bona feudalia in diviſione habuit, non eveniente evictione, quia filios, & nepotes maſculos reliquit, plus commodi in deſcendentibus tranſtulit, & majus beneficium in vita ſenſit, quàm alter frater, qui bona libera obtinuit: & poſſibile eſt ut fructus in ejus vita, & unius filii vita collecti ex rebus feudalibus, valorem bonorum fratris excedant, & ſic ſervabitur æqualitas.

Limitatur dicta concluſio, quando eadem res inter 15
fratres divideretur, æqualitate inter eos ſervata, quia quilibet æqualem partem habuit: nam tunc unius parte evicta, non erit evictioni locus: quia in eodem periculo ſunt cæteri fratres, & propter mutuum periculum æqualitas inter illos in diviſione fuit ſervata: ita *Guil. de Cun.* quem ſequitur *ibi* Paul. *in dict. l. ſi familia*, Ayora *in tract. de partit.3. part. qu.9.n.20.* Morquechus *dict. cap.8.n.12.* Marc. Anton. Peregrinus *dict. artic.52.n. 64. de fideicommiſſis.* ubi dicit. Quòd ſi commune foret dividentium periculum, quia pro æqualibus portionibus res illas malè affectatas hæredes diviſiſſent, & uni ex his portio evicta fuiſſet, & alteri non, quod multifariam accidere poteſt, equidem evictionem paſſus adverſus cohæredem invidioſè & inutiliter ageret, quia fortuna & caſus debet eſſe communis, prout eſt commune periculum, & res erant communes.

Similiter evictio ceſſat, quando pater bona diviſit in- 16
ter filios. tunc enim ſequuta rei evictione, non datur adverſus cohæredem de evictione actio: *l. cum pater, §. evictis, ff. de leg.2.* ubi Bart. & cæteri Gloſ. Bart. Bald. Salycet. *in dict. l. ſi familia* Bart. *in d. §. duo fratres & ibi* Rip. *n.95.* Cabal. *dict. §.4. ſub n.52.* Pater Molina *dicta diſput. 245.* Morquechus *dict. cap.8.n.13. l.9. tit.15. part.6.* Peregrin. *dict. art.52.n.72.* & eſt ratio, quia talis diviſio, ut diximus, *n.5.* vim habet prælegatorum: diviſio autem ſive conventionalis, ſive judicialis, habet vim permutationis, ut in *l. communi dividundo, §. ſi debitor, ff. commun. divid.* Caballin. *dict. §.4. ſub n.52.* quæ evictionis cauſam continet, ſic Bar. *in d. § evictis.* Declaratur, ubi di- 17
viſio facta fuiſſet inter prælegatarios, ac cohæredes: ſecus ſi eſſent prælegatarii tantum, nam ſi conjuncti forent teſtatori, re evicta daretur actio adverſus hæredes, *l. cum alienam, C. de legat.* Bar. *in dict. §. evictis.*

Declaratur etiam, ut inter hæredes prælegatarios 18
diviſione à teſtatore facta, non detur actio de evictione: exceptio tamen conceditur, ut *ibi* per *Bar.* Cuman. *in dict. §. duo fratres: n.25.* Rip. *num. 95.* Menoch. *dict. conſ.87. num.98.* Peregrinus *ubi ſupr. n. 72.*

Declaratur tandem, ut procedat evictio in diviſione facta pro jure Legitimæ, & Trebellianicæ, ita quod 19
ſi evinceretur, minueret legitimam: nam illo caſu præſtaretur evictio, *l. ſi hæres præcepto, ff. ad Trebellian.* Morquechus *dict. cap.8. n.14.* Peregrinus *dict. num.72.* Pater Molina *dict. diſp.245.* Niſi tamen conſtaret de voluntate patris, quòd inter filios æqualitas ſervaretur, Dec. 10
conſil.345. ut quia dixit, quòd integrum jus quilibet haberet; Alciat. *in dict. §. duo fratres, num.26.* Menoch. *lib.3. præſump.118.*

Intelligendum tamen hoc eſt, ut procedat in re per teſtatorem poſſeſſa, ſecus verò ſi non eſſet ab illo poſſeſſa, ſecundum Bart. *in dict. §. evictis*, quem refert, & ſequitur Greg. Lopez *in dict. l.9. tit.15. part.6.* verb. [*Partieſſe el miſmo.*]

Limitatur tamen, ut ſi res alicui cohæredum præ- 12
legetur, evictio locum non habeat; ut in *dict. §. evictis,*

evictis, probatur, & *ibi* Bart. *n.* 3. ut etiam *ſuprà* retuli-
23 mus. Ubi autem inter fratres reperitur facta diviſio rerum communium, conſtat ex natura actus evictionem deberi, ſi uni ex ſociis res in partem obventa, fuerit legitimè ab aliquo evicta jure dominii, vel ex cauſa pignoris: nam ſocius pro parte ſocium integrare tenetur; caſus eſt *l. ſi fratres, C. communia utriuſq; judicii*, & *in dict. l. ſi familia*, ubi Gloſ. & Antiqui omnes, & poſt eos Bart. Bal. Angel. Salycet. Fulgoſ. & Paul. optimè exemplificavit, ut ſcilicèt evicta res non in totum, ſed in parte reſtituatur; Bart. *in dict. §. duo fratres, 12. quæſt.* Rip. *n.* 97. cum aliis multis à Franciſco Beccio *conſ.* 24. *n.* 9. & aſſignatur ratio, quia diviſio eſt ſimilis permutationi, *dict. l. communi dividundo, §. ſi debitor, ff. commun. divid. l. cum pater, §. hæreditatem, & §. evictis, ff. de legat.* 2. & utrobique Gloſſa, Bart. Cyn. Bald. Paul. *in l.* 1. *C. commun. utriuſque judic.* & permutatio eſt ſimilis emptioni, *l. ſciendum, §. emptorem, ff. de ædilit. edict.* idcircò debetur evictio prout in contractu permutationis, & emptionis: vel etiam dici poteſt, & eſt optima ratio; nam diviſio eſt receſſus à communione, & portio, quæ pro diviſo uni aſſignatur, ſuccedit loco portionis, quam priùs pro indiviſo poſſidebat cum ſocio, Peregrin. *dict. art.* 52. *n.* 18. & *n.* 53.

24 Quid autem ſit præſtandum re evicta? (nam evicta re vendita, omne emptori debetur intereſſe, *l. venditor, l. evicta, ff. de evictionibus, l. non dubitatur, l. ſi eum quæſtio, C. de evict.* Raphaël. Cuman. *in dict. §. duo fratres, in ultim quæſt.*) Bart. ſenſit, quòd præſtetur æſtimatio partis, quæ obvenit, & evicta fuit, inſpecto tempore diviſionis, quia diviſio eſt actus neceſſarius, & ideo ſecus ac in venditione, quæ eſt actus voluntarius, & in qua totum intereſſe præſtatur, adducit text. *in l. qui erat, ff. familiæ erciſcund.* & inquit, quòd eſt ſingularis limitatio, ſi vera eſt; ſed ejus dicta improbat Alexand. *num.* 61. quia eſt contra text. in *dict. l. ſi fratres, C. commun. utr. jud.* ubi quanti intereſt in caſu evictionis debetur: & ultra eum eſt caſus notandus in *l. ſi eum venditor, §. fin. ff. de evictionib.* ubi res evicta æſtimatur tempore evictionis, & prout æſtimatio creverit, vel decreverit, diminuit, aut excedit æſtimationem temporis diviſionum, & eo modo finem accipit evictionis ratio, ſicut in actione ex empto, & ſic notarunt *Gloſſa, Bart. Bald. Salycet.* & Fulgoſ. Unde concluſio ſit, quòd intereſſe intra rem reſpectu æſtimationis debeatur, ſed intereſſe extra rem non veniat in diviſione, per text. in *dict. l. qui erat*, & ſic reſolvit Claud. Aquenſ. *in dict. §. duo fratres, propè finem*, Peregrinus *dict. art.* 52. *num.* 55. *de fideicommiſſis.*

25 Ignorantia dividentium rem eſſe alterius juris, aut alicui conditioni ſuppoſitam, excludit omnem præſumptionem mutui periculi in rebus diviſis ſuſcepti. *ad l. ſi per errorem, ff. de juriſ. omn. jud. & l. mater decedens, ff. de inoffi. teſtament. l. non eſt ferendus, ff. de tranſact.* & ſic concludunt Bar. & cæteri omnes in *d. l. ſi familiæ*, & conſulunt Alex. *conſ.* 21. *lib.* 5. Bejojus *quæſt.* 95. Borgnin. Cavalc. *in tract. de uſufructu, num.* 100.

26 Præſuppoſita autem ſcientia dividentium, rem eſſe alienam, aut conditionatam, an detur, re evicta, de evictione actio? diſtinguendum eſt: Nam aut res ad tertium pertinebat, aut in eventum conditionis alicujus ad ipſos dividentes. Primo caſu Gloſſa notabilis in *dict. l. ſi familiæ*, reſpondit actionem ceſſare, per text. in *dict. l. fratres*: & quia idem eſt in emente & ſciente rem non eſſe venditoris, *l. ſi fundum ſciens, C. de evict.* idem quoque voluit Gloſſa in *dict. l. ſi fratres*. Sed an ſaltem pro pro rei tempore diviſionis detur actio, licet non ad totale intereſſe? Bart. & Bald. *in dict. l. ſi familia*, reſpondent, non dari, nec etiam reſpectu pretii, quamvis in emptore ſecus, *l. emptorem, §. fin ff. de actionib. empti*, & ſequitur Paul. *colum.* 2. quam etiam differentiam admiſit Curt. Junior. *conſ.* 64. *n.* 64. Moti ea ratione, quia in diviſione mutuum periculum ſuſceperit. Sed contra, ut de pretio poſſit agi, ubi evincitur res ex cauſa legati, vel fideicommiſſi, prout etiam in emptore ſcienter emente rem alteri legatam, aut fideicommiſſam, ad text. *in l. fin. §. emptor, C. commun. de legat.* & determinavit Jacob. de Aretin. *in dict. §. duo fratres*, ubi dividentem æquiparat emptori; ſed illam reprehendit Bart. *num.* 161. *in* 11. *quæſtione*, dicens, aliud in emptore, aliud in dividente. Unde ex mente *Bart.* in quibus caſibus emptor non agit de evictione, veluti cum ſciens emerit rem alienam, *dict. l. ſi fundum*, non agit multo minus dividens, quòd in partem ſuam rem alienam ſciens accipit. Item in quibus caſibus emptor agit ad pretii reſtitutionem, in eiſdem non agit dividens: ſequuntur *Angel. & Imola*, & in jure alterius tertii non dividentium, cum *Bartol.* tranſivit Aretin. *num.* 7. at Guido de Suezar. Doctor antiquus in *dict. l. ſi familiæ* prout retulit Bald. *ibi num.* 2. intelligebat Gloſſam illam, quando in partem utriuſque obvenerunt res alienæ, aut conditionatæ; diverſum, cùm in partem unius tantum, quia tunc mutui periculi ratio ceſſat, & hoc caſu dictat ratio, ne nimia inæqualitas inſurgat, ut ſaltem ad æſtimationem agi poſſit, & ejus dicta reaſſumpſit Alex. in *d. §. duo fratres, num.* 34.

Quia verò Authores variè loquuti ſunt, ideo per- 27
ſtringendo materiam advertit Marcus Anton. Peregrin. *dict. art.* 52. *num.* 58. qui putat, *Bart. Bald. & Paul. Curt. Sen.* inadvertenter dixiſſe, emptorem ſcienter ementem rem alienam re evicta, ſi non ad totale intereſſe, ſaltem ad pretium agere poſſe, per text. in *dict. l. emptorem, §. fin. ff. de action. empt.* & etiam inadvertenter traxiſſe Gloſſam in *dict. l. ſi familia*, quæ dum allegat illum textum, loquitur in tertio caſu, prout videri poteſt; & ſic advertunt Cuman. *in d. §. duo fratres*, & Alex. *ſub n.* 34. Tres enim ſunt caſus. Primus quando emptor, vel dividens ignoravit rem alienam; & tunc debetur evictio cum totali intereſſe, ut dictum eſt *ſuprà*. Secundus, quando author expreſſè convenit, ne de evictione teneatur. Tertius quando emptor, vel dividens ſciebat rem eſſe alienam, vel conditionatam: hoc autem caſu conſtat emptorem de evictione non agere etiam reſpectu pretii, niſi ſtipulatus fuerit de evictione, *d. l. ſi fundum*, & *ibi* notarunt Bal. & alii, & Gloſ. & Bal. *in l. non dubitatur, C. de evict.* Salyc. & Paul. *in authent. qui res, C. de Sacroſ. Eccleſiis*, Alex. *in d. §. duo fratres*, ſub *n.* 34. Aretin. *colum.* 7. Jaſ. *n.* 62. & *in dict. §. fin.* Philip. Corneus *conſ.* 2. *n.* 2. *lib.* 3. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 12. *gloſ.* 1. *n.* 1. Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *n.* 2. Franciſ. Beccius *conſ.* 24. *n.* 33. Marcus Anton. Pereg. *dict. art.* 52. *n.* 38. Quocirca, & in dividente, à majoritate rationis, idem ſtatuendum eſt per text. in *dict. l. ſi fratres*; ubi ſic deciduut Bart. Bald. & Paul. & alii *in dict. l. ſi familia*, & eſt communis opinio; Alexand. *in dict. §. duo fratres*, ſub *n.* 34. Jaſ. *n.* 62. Rip. *n.* 99. Alciat. *n.* 35. Curt. Sen. *dict. loco*, Decius *conſ.* 411. *n.* 4. Ruin. *conſ.* 146. *lib.* 1. Abbas *conſ.* 30. *lib.* 2. Cravetta *conſ.* 211. *colum. ultim.* Roland. à Valle *conſ.* 51. *lib.* 4. Menochius *lib.* .... *præſumpt.* 118. *n.* 21. quod etiam procedit in diviſione judiciali, ut ſuprà diximus.

Ex hac concluſione infertur, facta diviſione conſen- 28
ſuali, aut judiciali inter duos fratres, & in partem unius obventis allodiis, & in partem alterius ſcienter feudalibus, vel emphyteuticis, defuncto hoc relicta filia horum incapace, vel etiam extraneis hæredibus, & iis devolutis ad dominum pro natura horum bonorum, nulla ex cauſa evictionis debitur actio adverſus fratrem, vel hæredes ipſius fratris: ſic poſt Gloſſam concludunt omnes in *dict. l. familiæ*, Alex. *conſ.* 21. *colum.* 3. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 11. *colum. penult.* & *conſ.* 47. *lib.* 1. & *conſ.* 7. *num.* 18. *lib.* 3. Socin. Junior. *conſil.* 119. *lib.* 3. Tiraquel. *de retract. Lignag. §.* 1. *gloſſa* 9. *n.* 35. Roland. à Valle *conſ.* 51. *per totum. lib.* 4. Menoch. *dict. præſ.* 118. *n.* 19.

29 & ratio eſt ſecundum Peregrinum *ubi ſuprà*, *num.* 60. quia ſcientia accipientis periculum in eum transfert, ut ſuperius dictum eſt, & de evictione ceſſare actionem dixit Peregrinus *num.* 61. etiam reſpectu pretii, & æſtimationis.

30 Sed contra obſtare videtur Deciſio Guido. de Seuzar. *in dict. l. ſi familia, ſub num.* 57. & Traditio Jacob. de Areti per text. *in dict. l. fin. §. emptor, C. commun. de legat.* quem ſequitur Cumanus *in dict. §. duo fratres*, ubi rationem adducit, quia ſi in emptore rei legatæ, vel fideicommiſſo ſubjectæ, ſtatutum fuit, ut licèt ſcienter emerit, re evicta poſſit agere ad pretii reſtitutionem, *dict. §. emptor*, qui tamen proſiluit ad actum voluntarium fortius in dividente, qui diviſiones recuſare nequibat. Pro concordia, Alex. *in dict. §. duo fratres, ſub num.* 34. diſtinxit, quòd aut dividentes pro ratis portionibus diviſerunt allodia, & conditionata, & hoc caſu ratione mutui periculi ceſſat omnis de evictione actio, ad text. *in l. de fideicommiſſo, C. de tranſactionib.* & ſic procedat deciſio Gloſſæ communiter recepta in *dict. l. ſi familiæ*. Aut in partem unius obveniunt libera, & in partem alterius ſcienter aliena, vel conditionata; & hic ſubdiſtingue, aut data fuit poteſtas alienandi, & ſic alterata rerum natura, etiam evictioni locus eſt, Aretin. *conſ.* 3. Cravetta *conſ.* 24. *ad fin.* Menoch. *conſ.* 87. *n.* 88. Aut data non fuit, & tunc aut ſunt conditionata conditioni fideicommiſſariæ pro qua emptor ſciens in caſu evictionis ad pretii reſtitutionem ageret, *dict. §. emptor*; & ſic quoque agere poteſt dividens ad æſtimationem; & locum habet opinio *Guid. de Suezar. Jacob. de Aretin. & Rapha. Cuman.* At verò ſi ſunt conditionata tali conditione, pro qua emptor ſciens ſequutæ evictione non poſſit agere ad pretii reſtitutionem; & tunc multo minus poterit agere dividens per prædicta: & hæc *Alexand.* diſtinctio jura ad concordiam reducit, & probarunt Alciat. *num.* 35. Ripa, *num.* 99. Burſat. *conſil.* 273. Menochius *conſ.* 87. *n.* 85. ubi *Guidonis Suezar.* traditionem in fideicommiſſariis veram eſſe probavit. Contrarium tamen in fideicommiſſariis defendit ex profeſſo Franciſcus Beccius *conſ.* 24. Peregrinus *dict. art.* 52. *n.* 62. *de fideicommiſſis.*

31 Operatur præterea dividentium ſcientia alium notabilem effectum, quia ſcienter in ſuam portionem accepit res conditionatas, non poteſt retrahere diviſiones ſub prætextu læſionis, & deceptionis, quia ſciens non decipitur, nec læditur, *l. cum donationis, C. de tranſact. cap. ſcienti, de reg. jur. in* 6. Bart. *in l.* 2. *colum. penult. C. de reſcind. venditione*, ſic ſenſerunt Scribentes in *d. l. ſi familia*, ubi Salyc. *col. ult.* Alex. *conſ.* 60. *col.* 2. & 3. *lib.* 3. Ruin *conſ.* 7. *n.* 18. *lib.* 3. Socin. Jun. *dict. conſ.* 119. *colum. ult. lib.* 3. Baro. *conſ.* 108. *in ultimo dubio, lib.* 1. & *conſ.* 41. *n.* 48. *eodem lib.* Franc. Becc. *dict.* 24. *conſ. n.* 34.

32 Hæc locum habent, ubi res diviſa aliquo jure pertinet ad Tertium, & ab eo fuit evicta. Quando enim pertinet ad unum ex dividentibus, & quidem ſi purè pertineat, & ſciens dividat, videtur remiſiſſe jus ſuum, ut Peregrinus *dicto loco num.* 18. & 65. abundè docet. Si verò ſub conditione, vel uti fideicommiſſa conditionalis poſt dividentium mortem collata, hæc quidem poſt ſimplicem diviſionem non videri remiſſa, & eveniente fidecommiſſi caſu per mortem unius ex dividentibus, alterum ſuperſtitem ex fideicommiſſo agere poſſe; nec enim agenti objici de evictione poteſt, per regulam *l. vendicantem, ff. de evict. l. licet, ff. de dote prælegata*, ſi rem enim habes, & ex facto tuo, vel authoris tui, evinco, non teneor de evictione, *l. ſi fundum, ff. de evict. l. ſi à me, ff. ad l. Falcid.* idem repetit Bar. *in d. §. duo fratres, ult. colum.* & eſt communis regula, Rip. *n.* 38. & 96. Corneus *conſ.* 102. *lib.* 4. Socin. *conſ.* 31. Nec hoc caſu de pretio agendum eſſet, ubi pro ratis æqualibus facta fuiſſet diviſio, ſicuti Bart. & omnes præſumunt, Ruin. *conſ.* 146. *n.* 2. *lib.* 1. & *conſ.* 137. *n.* 12. *in lib.* 2. Roland. *conſ.* 51. *à n.* 10. *lib.* 4. Sed ubi portiones fuiſſent inæquales, data ignorantia, locus eſſet evictioni, ut ad æqualitatem portiones redigentur.

33 Præſuppoſita autem ſcientia, fatentur communiter Scribentes, ſuperſtitem fratrem, vel deſcendentes ab eo, ex vi fideicommiſſi, feudi, vel emphyteuſis, vocatos vendicare poſſe ab extraneis hæredibus, vel filia forſan illorum bonorum incapace, bona illa omnia: ſic enim concludũt Gui. Cyn. Bar. Bald. Salycet. Fulgoſ. & Paul. *in dict. l. ſi familia*, & conſulendo tradit Aretin. *conſ.* 3. *per totum*, Ruin. *dict. conſ.* 11. & *conſ.* 47. Alciat. *conſ.* 26. *lib.* 8. Socin. Jun. *dict. conſ.* 119. Dec. *conſ.* 411. Bal. Alvar. Præpoſit. Afflict. *in cap.* 1. *in tit. Imperat. Lothar.* Alexand. *cons.* 21. *lib.* 5. Et concludunt, fratrem ſuperſtitem, ſeu ejus deſcendentes non teneri facere partem hæredibus extraneis, aut filiæ de allodiis, nec quoque de evictione ad intereſſe.

34 Et rationes ſunt iſtæ, quia frater ſuperſtes rem advocat pro ipſius rei natùra, quia filia fratris defuncti, vel ejus hæres extraneus eſt incapax, idcirco evictio non debetur, ut diximus *ſupr. n.* 10. Hercules Mareſcotus *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 19. *n.* 31. Roman. *conſ.* 503. *n.* 14. Honded. *conſ.* 3. *n.* 4. *lib.* 1. Rota *diverſ. deciſ.* 211. *n.* 1. & 2. *part.* 2. Cravetta *conſ.* 24. *in fine*, & *conſ.* 211. *n.* 7.

35 Intelligendum eſt, nec etiam reſpectu pretii, quia mutuum videntur ſuſcepiſſe periculum: uti Bar. *in d. §. duo fratres, in* 11. *quæſt.* & eſt communis traditio Rip. *num.* 99. Scribentes in *dict. l. ſi familiæ*: quæ ſanè ratio veriſſima eſt, ubi in portione utriuſque obveniſſent de illis bonis conditionatis. Quòd ſi in portionem unius tantum; equidem illa ceſſaret ratio, ſed alia ſubingrederetur, quod ſibi imputandum ſit, cur ſciens rem conditionatam, certam naturam habentem, in ſuam acceperit portionem, *dict. l. ſi fundum ſciens*, ubi, & pro rei æſtimatione eo caſu evictio non datur. Hæc autem in ſuppoſitus cauſæ pignoris, feudali, aut emphyteuticæ, juvare poſſet, ſed in ſuppoſitis fideicommiſſariæ ordinationi non militat, nam contra obſtat text. in *dict. l. fin. §. emptor, C. commun. de legat.* ubi emptor, quamvis ſciens, re ſibi per fideicommiſſum evicta pretium à venditore repetit, nam mutui periculi ratio ceſſat, poſt *Guid. Suezar. Jacob. Aretin. & Cuman.* tradidit *Alexand.* & ſubſequuti ſunt *Ripa*, *Menoch.* & alii relati, quorum opinionem, ubi inter dividentes agitur, probavit Aretin. *dict. §. duo fratres, column.* 7. Nam dividens poterat æſtimare fideicommiſſi conditionem non eventuram: & ex profeſſo conſuluit Menoch. *dict. conſ.* 85. *n.* 87. Verùm quamvis horum opinio æquitatem præ ſe ferre videtur; attamen *Bart.* ſententia magis communiter recepta, ut aliud ſit in dividente, aliud in emptore, rationibus juris nititur; quam conſulendo ex profeſſo probavit Franciſc. Becc. *dict. conſ.* 24. Nempe ubi res pro ſui natura acceptori cognita evincitur, ceſſat evictionis ratio, quia eligendo, ſeu acceptando in partem ſuam res conditionibus affectas, illas cum ſuis cauſis ſciens accepit, & licèt in emptore conſiderari hæc quoque poſſint, attamen non omnino ſimilis eſt ementis, & dividentis cauſa, ut conſiderat Peregrin. *dict. artic.* 52. *num.* 68.

36 In ſecundo autem membro, ubi de evictione facta ſit promiſſio, quamvis Curt. Sen. *conſ.* 64. *n.* 63. argumentatus ſit remiſſionem fideicommiſſi ex vi illius promiſſionis, per *d. regul. l. vendicantem*; attamen de per ſe ſufficiens non eſt, ſi aliis urgentioribus clauſulis munita non ſit, uti inquit Socin. Junior, *conſ.* 116. *n.* 63. *lib.* 1. & eſt ratio, quia partes promittendo viciſſim de evictione expreſſerunt, quod tacitè ex legibus inerat, idcirco hæc expreſſio nihil ultra operatur, *l. non rectè, C. de fidejuſſoribus, l. cum quid, ff. ſi certum petatur, & l.* 3. *ff. de leg.* 1. & quia in generali ſermone non includitur perſona loquentis, *l.* 1. *ff. de Senator. l. inquiſitio, C. de ſolut.* Item generalis promiſſio de evictione moderari, &

intelligi

intelligi debet juxta materiam ſubjectam, prout generalis promiſſio de non veniendo contra diviſiones, Bart. *in l. Paulo Callimaco, §.1.ff. de leg.3.* Peregrinus *dict. art. 52. n.26. & n.69.* Idcirco, ut evictio debeatur, cum res ex ſua natura alteri dividenti evincitur, oportet ſpecialiter in eum caſum ſtipulari, aliàs generalis promiſſio non ſufficeret; ſic declarando Gloſ. in *dict. l. ſi familia,* dixerunt Guilliel. Cuma. Guid. de Suezar. Ricard. Cyn. Bar. Bald. Salycet. & Fulgoſ. Paul. & Alexand. *in dict. §. duo fratres, n.31.* Alciat. *num.37.* & Paul. Leon. *n. 313.* conſulendo tradiderunt idem Alexand. *conſ. 21. in lib.5.* Aretin. *dict. conſ.3.* Dec. *conſ.411.* Curt. Sen. *conſ. 49. n.71. & conſ.50. num. 383.* Socin. Sen. *conſ. 31. num.7. lib.4.* Ruin. *conſ.137. num. 12. lib. 2. & conſ. 92. numer.9. lib.3.* Socin. Jun. *dict. conſ.116. num. 63. lib.1. & in conſ.119. lib.3.* Rolan. *dict. conſ.51. num. 19. & conſ. 67. lib. 4.* Et hæc communis concluſio locum quoquè habet, quamvis uni alludium, alteri feudum, aut fideicommiſſum ſcienter in partem obvenerit, ſic enim præſupponunt Scribentes in *dict. l. ſi familiæ*, Ruin. *conſ.8. colum. penult. & conſ. 11. colum. ult.* & clarius *conſ.146. num.3. lib.1.* Crotus *in dict. §. duo fratres, num.78.* Decian. *conſ.41. num.163. lib.1.* Roland. *dict. conſ.51. num.18. & conſ.67.* ſed contra in his terminis ſenſit Alciat. *in dict. §. duo fratres, num. 36.* Franciſc. Bec. *conſ.24. num. 34.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 115. num.20. & præſumpt. 118. num.15. & conſ.87. num.85.* Niſi acceptator feudalium ex utilioris redditus accepiſſet, ut advertunt *Alciat. & Peregrinus.*

37 Nota quòd evictio datur in ſocietate, quando in contractu diviſionis facto inter ſocios unus habet de parte ſocii contra quem evictio fuit ſequuta, Bar. & Angel. *in dict. l. familia,* ubi omnes dicunt, quòd ideo ſocius de evictione tenetur, quia ſi non teneretur, partem ſuam non haberet, prout habebat ante diviſionem, quæ jure ſocietatis debebatur: unde ſocietas ad iniquam reducitur conditionem, Ant. Peregrin. *de fideicomm. art. 53. num.52.* Menoch. *conſ.87. num.85.* Hector Felicius *de ſocietate, cap.40. num. 29. & ſeqq.* Cæſar Manent. *decif. Mantuana 13. num.1. & 2.*

38 Socius agere non poteſt de evictione, ſi res ab eo avocatur, quia ſua non ſit, ut quando aſſignatur uni tamquam propria, quæ ſi verè eſſet, non poſſet ab eo evinci, tunc alter ſocius non tenetur de evictione, Gabriel *conſ.90. num.43.* Manent. *dict. decif. 13. num. 7. & 9.*

39 Advertendum eſt, quòd dividens rem communem, dicitur illam dividere tamquam talem, quæ ſi non eſt, ad nihilum etiam teneretur: ubi enim res dividitur tamquam communis, quæ ſi non eſt non valet diviſio, nec promiſſio evictionis Alexand. *conſ. 75. lib. 6.* Gozadin. *conſil. 58.* Peregrin. *conſ. 93. ſub num. 18. lib. 3.* prout etiam emptor ſciens rem eſſe alienam, non dicitur venditor vendere niſi jus, quod habet in re, unde non tenetur de evictione; Gozadin. *ubi ſuprà,* Aretin. *in dict. §. duo fratres, ſub num. 2.* Hercules Mareſcot. *lib. 2. variar. reſolut. cap.19. à num.17.* Fortiùs hoc procedit in dividente, quia nihil hoc caſo de parte ſocii recipit: & ſi recipit partem, alteram ſuam tamen tradidit, & ille nihil dicitur recipere, qui tantum refundit de proprio, quantum de alieno recipit ut inquit text. *in l. civitatibus, §. 1. l. à tutoribus, ff. de leg. 1.* Angel. *conſil. 179. colum. penul.* & ubi ſocius non percipit in diviſione niſi partem ſuam, non poteſt à conſocio moleſtari, *l. Lucius. & Titia. 39.* & *ibi* Gloſ. & Doct. *ff. famil. herciſc.* Manentius *decif. 13. num.10.*

40 Addendum eſt, quòd evictio, quæ ſequitur in re diviſa, numquam præſtatur etiam expreſsè promiſſa, quando ſequitur culpa utriuſque dividentis, Gaſpar Anton. Theſaur. *lib. 2. quæſt. Forenſ. 23. num. 11.* ut inter prædones non datur evictio, *l. communi dividundo, §. inter prædones ff. comm. divid.* Angel. *in l. cujus interfuit, ff. de furtis,* Cæſar Manent. *dec.16. n.3. & decif.17. n.10.* ubi evictionis promiſſio in contractu illicito non valet, & *ibi num.33.* dicit, quòd ideo fur contra furem, & prædo contra prædonem non agit de evictione.

Reſtat nunc adnotare, quòd ibi evictio debetur pro indiviſo, quomodo fieri debet liquidatio: nam liquidatio debet reſpicere valorem totius partis diviſæ, & non partis tantùm, *l.1. l. in nave, l. ex mille, ff. de evict.* quia aliud eſt, quod victor evicerit talem, & talem fundum pro indiviſo: quia in hoc caſu ſecundo, fit æſtimatio valoris totius fundi, & dimidia illius inſpicitur, & ad illam venditor tenetur de evictione, & non aliter, ita dicunt omnes *in dict. l.1.* ubi *Bal.* dicit, quòd ſi evincatur pars pro indiviſo, fit æſtimatio quota: ſi pro diviſo, fit æſtimatio loci evicti. Et Salicet. *poſt principium,* inquit, quòd parte evicta pro indiviſo, habetur ratio bonitatis illius certæ partis. Pone enim, quòd certam partem pro diviſo aſſignatam in fundo petat actor pro indiviſo: certè habetur ratio bonitatis totius illius certæ partis, ut *Salycet.* dicit, & ſic pro indiviſo: eſt æſtimanda tota pars diviſa, & illius bonitas, & dimidia, illius dicetur evicta. Et Angelus *in d. l. Nave,* dicit, quòd quando evincitur pars pro diviſo, inſpicitur bonitas, & qualitas illius rei: ſecus pro indiviſo, quia tunc quantitas, & non qualitas certa conſideranda eſt: ſicut enim vendens partem fundi pro indiviſo, partem pro diviſo præſtando non liberatur, ut inquit text. *in dict. l. ex mille, §. fin.* eodem modo evicta parte pro indiviſo, ſi deinde emptor, vel alius evictionem paſſus agit pro indiviſo contra venditorem, nulliter agit, quia pretium evictionis regulatur, & præſtatur juxta qualitatem rei evictæ. Unde in figuratione caſus, Vivianus *in dict. l.1.* dicit, quòd ſi pro parte res evincatur, multùm refert, an pro diviſo, vel indiviſo? ſi pro indiviſo, totus fundus æſtimari debet, & pro medietate totius agitur de evictione per emptorem, nec conſideratur magis bonitas unius partis, vel alterius fundi. Si verò pro diviſo, tunc pro illa parte tantùm agitur, & illius bonitas attenditur, Anton. Gomez *tomo 2. variarum cap. 2. n. 34. in fine,* Cagnol. *in l. 2. ſub numero 102. C. de pact. inter empt.* Cæſar Manent. *decif.19. num.92.* Et ratio eſt, quia ad cognoſcendum valorem partis rei, tota res æſtimanda eſt Peralta *in l. Mævius, §. duorum, ff. de leg.2.* per *l. Mævius ff. comm. divid.* Valor tamen de præſenti, & non de præterito tempore evictionis deducendus eſt, etſi liquidatio debeat articulari de tempore ſequutæ evictionis: Fabianus *de empt. & vendit. quæſtione 5. princ. numer. 21.* Franchis *decif. 52. num.9.* Surdus *conſil. 52. numero 52. numero 50.* Doct. Pegna *decif. Romana novif. 15. num. 1. & decif. Pamphil. 378. n.1. in impreſſis Lugd.* Bartol. *in l. cum emptor, §. fin. ff. de damno infect.* Cæſar. Manent. *decif.19. num.96.* 41

QUÆSTIO XXXIV.

An in pignore evictio debeatur?

SUMMARIUM.

1 *Authores citantur, qui hanc quæſtionem tetigerunt.*
2 *In pignore evictio locum habet, licèt regulariter creditor vendens pignus de evictione non teneatur n. 3.*
4 *Ampliatur, ut procedat, non ſolum quando venditur pignus in corpore conſiſtens, ſed etiam quando venditur nomen debitoris.*
5 *Ampliatur, ut etiam procedat in fiſco vendente.*
6 *Limitatur primò, quando ille, qui vendidit tamquam creditor, non doceret ſe eſſe creditorem, & rem venditam eſſe ſibi obligatam.*
7 *Limitatur ſecundò, quando doceret eſſe creditorem, & rem eſſe ſibi obligatam, tamen non doceret ſe in pignore potiorem.*
8 *Limitatur tertiò, quando creditor habens rem obligat & illam vendens ſciret non eſſe debitoris, ſed alienam.*

9 *Limitatur quartò, quando creditor ſciebat ſibi non licere vendere, neque ex pacto, neque ex diſpoſitione legis.*
10 *Limitatur quintò, quando vendidit non jure creditoris, ſed jure dominii.*
11 *Limitatur ſextò, quando creditor vendidit, & promiſit de evictione.*
12 *Creditor vendens pignus jure permittente, & non promittens de evictione, non poteſt evincere pignus ab emptore, etiam ex alia cauſa ſeparatu à credito pro quo vendidit.*
13 *Creditor vendens pignus jure creditoris ex pacto, vel ex lege, putans rem eſſe debitoris, & promiſit duplum, vel ſimplum, an repetat quod ſolvit.*
14 *Creditor qui coactus eſt evictione ſolvere duplam emptori, poterit repetere à debitore uſuras rei pignoratæ toto illo tempore, quo duravit venditio ante evictionem.*
15 *Creditor qui ſolum duplum promiſit abſque neceſſitate, & utilitate, & ſequuta evictione illud ſolvit, non poterit petere uſuras promiſſas à debitore, ſed ſolum ſuum debitum.*
16 *Aſſignatur differentia reſpectu uſurarum inter duplum, & ſimplum.*
17 *Creditor vendens pignus, & promittens de evictione, vel in ſimplo, ſi ex pretio ſuum debitum conſequutus fuerit, an debitor ſit liberatus.*
18 *Creditor obligans ſe de evictione, ipſa ſequuta evictione non poteſt agere primæva actione, ſed utili ex empto.*
19 *Opinio Neguſantii refertur contra Dec. ſcilicet, quod creditor vendens pignus & promittens de evictione, debitor non liberatur, ſed manet in ſuſpenſo liberatio.*
20 *Creditor licet vendat, & pretium recipiat, non liberatur debitor, niſi quando pretium irrevocabiliter deveniet ad creditorem.*
21 *Creditor non dicitur pretium conſequutus, quando illud cogitur reſtituere; & in hoc diſtinguitur, numero 22.*
23 *Inter eſſe obligatum, & non eſſe, eſt dare medium.*
24 *Creditor vendens, & promittens de evictione, debitor tenetur cavere de conſervando eum indemnem ab evictione promiſſa.*
25 *Creditor promittens de evictione, poteſt tam per viam retentionis, quàm actionis agere contra debitorem pro ſua indemnitate, num. 26. & 27.*
28 *Clauſula*, plus minusvè, *quid operetur, & num. 29.*
30 *Secundus creditor poteſt offerre primo creditori.*
31 *Quando res venditur jure creditoris, non valet oblatio.*
32 *Qui à creditore pr[illegible] ſibi obligatam emit, de jure evinci ſibi non poteſt.*
33 *Emptor ſecurus eſt à debitore, quando creditor fecit rem vendi ſub haſta.*
34 *Ampliatur, quòd non ſolum ſecurus ſit à debitore, ſed à ſecundo creditore.*
35 *Emptor juſtus non debet pati c[illegible] roverſium, ſed creditor.*
36 *Explicatur text.* in l. ob c[illegible] C. de evict.
37 *Authoritas haſtæ publicæ minui non debet.*
38 *Emens in publica ſubhaſtatione præcepto judicis indemnis debet ſervari.*
39 *Emptor bonorum venditorũ pro executione ſententiæ, ſi debitor vincat in appellatione, & retractetur ſententia, non tenetur emptam rem reſtituere, ſed actio competit ad pretium contra victum.*
40 *Item etiam quãdo res venditur in ſubhaſtatione pro ſolvendis creditoribus in eorum concurſu, emptor rei ſecurus manet, & moleſtari non debet ab alio creditore etiam priori adveniente.*
41 *Et tunc pignus manet liberatum in re vendita; & aſſignatur ratio, n. 42. & 43. uſque ad n. 50. incluſivè.*
51 *Refertur opinio Alphonſi de Azevedo.*
52 *Debitor allegans nullitatẽ ſubhaſtationis, non audietur, niſi numeret totum pretium per licitatorem ſolutum.*
53 *Nemo poteſt retractare addictionem judicialem, niſi reddito prius pretio, & n. 54.*

HAnc quæſtionem multi Authores diſputarunt: Afflict. *deciſ.* 8. & 16. Franciſcus Vivius *deciſ.* 24. & *deciſ.* 152. Stephanus Gratianus *deciſ.* 175. *à n.* 1. Alexand. Trentacinq. *lib.* 3. *reſolut. var. de empt. & vendit. reſolut.* 17. Anton. Neguſantius *de pign. memb.* 1. *par.* 6. *princ. à n.* 40. Gaſpar Caballinus *in tract. de evict.* §. 4. *n.* 52. & §. 5. *num.* 37. Caldas Pereira *in tract. de empt. & vendit. cap.* 31. Joannes Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin. par.* 5. §. 16. *à n.* 20. Don. Garcia Maſtrillus *dec.* 28. *à n.* 4. *part.* 1. Ariſmin. Tepat. *tom.* 1. *variarum ſentent. tit.* 421. Joannes Baptiſta Coſta *de clauſulis, part.* 2. *clauſ.* 103. Caſtillo Sotom. *libr.* 4. *controv. cap.* 42. *à num.* 70. Greg. Lopez *in l. fin. tit.* 13. *part.* 5. *gloſ.* 1. *tit. C. creditorem evictionem pign. non debere*, ubi ordinarii, & Jacob. Cuiac. & Hugo Donel. Signorolus *conſil.* 90. *n.* 26. Sylvan. *conſ.* 102. Duennas *regula* 169. Oec. *in conſil.* 449. *à n.* 37. Fabius Anna *conſil.* 37. & *conſil.* 90. *n.* 2. Peregrinus *in tract. de fideicommis. art.* 35. *n.* 19. & *decis. Patavina* 21. *n.* 13. Franciſc. Mart. *decis.* 926. *part.* 2. Vincent. de Franchis *decis.* 239. *part.* 2. Oſaſchus *conſil.* 33. Magonius *decis.* 32. Peter Molina *tom.* 2. *de juſtitia, & jure, diſp.* 538. Fulvius Patianus *in tract. de empt. & vendit. num.* 254. Cardinalis Tuſchus *practic. concluſion. juris tom.* 3. *litera E. conclus.* 359. 1

Et quòd in pignore evictio locum habeat per jus offerendi, probatur in *l.* 1. *in ſecundo reſponſo, C. ſi antiquior creditor*: Afflictus *decis.* 8. & *decis.* 16. Caballinus, §. 4. *num.* 53. *de evictionibus.* 2

Tamen regulariter creditor vendens pignus de evictione non tenetur. Iſta regula probatur *in l. periculũ*, ubi notant Gloſ. Bart. & Solycet. *ff. de pignoribus, & in tit. C. credit. evict. pign. non debere, l. cum ea conditione*, §. 1. *ff. de evict.* Natta *conſil.* 38. Caball. §. 5. *num.* 37. *de pignorib.* Fertor. *in praxi, de actione hypothecaria in verb.* [ſatisfacere] *n.* 5. Gratianus *deciſ.* 175. *à num.* 1. & plures Authores ita tenent in *num.* 1. à me conglomerati. 3

Ampliatur hæc concluſio, ut habeat locum, non ſolum ſi creditor vendat pignus, ſed etiamſi vendat nomen debitoris hypothecatum, ut eſt text. in *dict. l. periculum*, ubi tenetur ſolum præſtare illum eſſe debitorem, non autem illum eſſe locupletem, quando creditor vendit nomen debitoris *l. ſi nomen. ff. de heredit. vel act. vendita*, Caballin. *dict.* §. 5. *sub num.* 37. latè Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 13. *tom.* 1. Surdus *decis.* 288. *nu.* 29. Rota Genuenſ. *decis.* 56. Rodericus *lib.* 2. *quaſt.* 21. *de reddit.* Marius Giurba *decis.* 87. *numero* 10. ubi multos conglomerat: Anton. Amat. *decis.* 6. *num.* 9. Franchis *decis.* 427. *num.* 5. Rota *divers. decis.* 123. *num.* 7. *part.* 2. Magon. *decis. Florentina* 39. *à num.* 9. Cavalcan. *decis.* 3. *num.* 28. *part.* 2. Franciſc. Vivius *decis.* 24. *num.* 4. Surdus *conſ.* 452. *num.* 15. Vincent. de Anna *allegat.* 78. Joann. Baptiſta Coſta *de facti ſcientia, cent.* 1. *diſtinct.* 44. Bald. & Fulgoſ. *in l. ſi plus*, §. *qui nomen, ff. de evict.* Barboſa *in l. æſtimatis* 52. *ff. ſolut. matrimon. num.* 8. Franciſc. Bec. *conſil.* 105. *num.* 13. Jacob. Cancer. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 6. *de ſolut. num.* 175. 4

Ampliatur etiam, ut non ſolum procedat in creditore privato vendente, ſed etiam in fiſco, quia in hoc fiſcus utitur jure privati, ut *dict. l.* 1. *C. credit. evict. pign. non debere.* Neguſant. *de pignoribus, in prim. part. princ. ſub num.* 40. 5

Fallit primò hæc quæſtio quando ille, qui vendidit tãquam creditor, non doceret ſe eſſe creditorem, & rem venditam eſſe ſibi obligatam; tunc enim non obſtante, 6

quòd

quòd vendiderit tamquam creditor, tenetur de evictione, quæ poſteà ſequitur, ita probat text. *in dict. l.1.in princip.* dum ibi dicitur *prædium obligatum*, & *ibi* notat Gloſſa, quæ vult, quòd creditor, qui vendidit pignus debet quatuor præſtare, & primum eſt, quod proximè dictum eſt, & cum Gloſ. tranſeunt *ibi* Bar. Bal. Salycet. & alii, & idem tenet Salycet. *in dict. l. reſcriptum, §.1. ff. de diſtract. pign.* Neguſant. *ubi ſupr. ſub n.*40. Alexand. Trentacinq. *libr. 3. de empt. & vendit. reſolut.* 17.*n.*3. Franciſcus Vivius *deciſ.* 24.*n.* 3. *lib.*1.

7 Secundò fallit, quando creditor, qui vendidit, doceret ſe eſſe creditorem, & illam rem eſſe ſibi obligatam, tamen non doceret in dicto pignore, ſeu hypotheca eſſe potiorem omnibus aliis creditoribus: tunc enim ſi alius creditor potior evinceret ab emptore, ille creditor, qui vendidit, teneretur do evictione, text. *in dict. l.*1. *in fine*, ibi: *Potiorem ſe cæteris creditoribus*: ita notat Gloſ. fin. & ſequuntur *ibi* Doctor. Neguſant. *ubi ſup. ſub n.* 40. Alexand. Trentacinq. *dict. reſolut.* 17. *num.*2. Intelligendum tamen, quòd ſufficiat, quòd creditor doceat ſe eſſe potiorem cæteris in emptione, ut *in l.2.C. qui potiores in pign. hab.* vel privilegio, ut in hypotheca pro dote, ut in *l. fin. eod. tit.* non autem tenetur creditor docere ſe potiorem domino illius rei, & ideo quando non evinceret alius creditor, ſed evinceret dominus illius rei, dicendum erit, creditorem, qui vendidit, non teneri; ut per Salycet. *in dict. l.* 1.

8 Tertiò fallit, quando creditor habens rem obligatam, & illam vendens, ſciret illam non eſſe debitoris, qui obligavit, ſed eſſe alienam: tunc enim illam vendens, cum ſciat eſſe alienam, eſt in dolo, & ideo domino evincente, tenebitur de evictione: text. eſt *in l. fin. C. creditorem evict. pign. non debere*, & notat Gloſſa in *dict. leg.* 1. & *ibi* Bal. & Salycet. Alex. Trentacinq. *dict. reſolut.* 17. *num.* 6. Secus tamen eſſet, ſi creditor vendens, putavit rem illam eſſe debitoris, & neſcivit eſſe alienam, cum tamen eſſet aliena: & tamqoam aliena poſtea evicta fuit, tunc ex quo creditor fuit in bona fide, non tenebitur de evictione, Neguſant. *ubi ſupr. ſub num.* 40. & Alex. Trentacinq. *dict. reſolut.* 17.*n.*6. ubi dicit, hoc non eſſe verum, ſi creditor craſſo errore putavit ſibi competere jus vendendi: nam tunc de evictione tenebitur, ut in *dict. l.* 1. tradit *Salycet.* & in hoc caſu debitor tenebitur de evictione ſolum *in* ſubſidium; quando creditor, qui vendidit non fuiſſet ſolvendo, ut alias dicitur *in l. fin. ff. de eo per quem fact. erit.* Solum enim tenebitur creditor cedere emptori contra debitorem contrariam pignoratitiam, ut eſt text. *in l. in creditore, ff. de evictionibus*, & notat Bar. *in l. penul. creditor, in princ. ff. de diſtract. pig.* & iſto caſu tenebitur debitor de evictione, quia licèt creditor vendiderit rem, cenſetur vendiſſe debitor, cum ex ejus pacto expreſſo, vel tacito ex diſpoſitione legis res vendita fuit, ut tenet Gloſ. *in d. l.* 1. & *ibi* Salyc. Aſſignans in hoc aliam rationem, ne debitor locupletetur cum jactura aliena, ſcilicèt emptoris, *ut l. reſcriptum* §. 1. *ff. de diſtract. pign.*

9 Quartò fallit, quando creditor ſciebat ſibi non licere vendere, nec ex pacto, nec ex diſpoſitione legis, & tamen vendidit; quia tunc creditor, tamquam doloſus tenebitur de evictione, ut notat Gloſ. *fin. d. l.* 1. & *ibi* Bal. & Salyc. Neguſant. & Alex. Trentacinq. relati proximè: Et iſtud procedit, etiam ſi debitor fuiſſet præſens venditioni factæ per creditorem, qui de jure vendere non poterat, quia per ſimplicem præſentiam non repellitur debitor à vendicando pignore ab emptore, offerendo ei pretium ſolutum in extinctionem ſui debiti: & ſi in aliquo alio ultra pretium intereſt emptoris propter dictam evictionem, ad illud tenebitur creditor, qui per dolum vendidit abſque authoritate; ita tenet Salyce. *in dict. l.* 1. in verſ. [*quæro modo*:] cum Glol. per text. *in l. emptorem*, §. *Caſſius*, & §. *Julianus* & §. *ſententia*, *ff. de actionib. empti.*

Quintò fallit, quando creditor vendidit pignus non 10 jure creditoris, ſed jure dominii, ut dominus, & idem ſimpliciter vendidit, qoi intelligeretur vendidiſſe in dubio ut dominus, & non ut creditor: nam iſto caſu creditor tenebitur de evictione; ita dicit Salyc. *in d. l.* 1. & Azo *in ſua ſumma, eadem*, Alex. Trentacinq. *ubi ſup. num.* 8. Gratian. *dec.* 175. *num.* 2. & 6. Hoc ergo procedit, quando creditor expreſsè vendidit jure creditoris; ita affirmat *Salyc.* dicens ita tenere alios Doctores *in dict. l.* 1. §. *finali*, verſ. [*nunc quia caſus*,) & movetur per text. *in l.1.§.1. ff. ſi ager vectigal. vel emphyteut.* idem tenet Salyc. *in d. l. reſcriptum*, §. 1. Et animadvertendum eſt, quòd *ſimpliciter vendi*, debet intelligi, quando dictum ſit, *Petrus vendidit*: tunc enim cenſetur vendidiſſe tamquam dominus, non tamquam creditor; at ſecus quando dictum fuit, *Petrus creditor Joannis vendidit pignus*: nam tunc cenſetur jure creditoris vendidiſſe; nam licèt non dicat aliter ſe vendere jure creditoris, tamen ex quo expreſſit nomen, *creditor*, & *pignus*, cenſetur vendidiſſe jure creditoris; ita tenet Salyc. *in l. penul. ff. de diſtract. pign.* qui movetur *l. cum poſt*, §. 1 *ff. quando ex facto tut.* & per Gloſ. *in l. ſciendum*, §. *tutores ff. qui ſatiſdare cogan.* Alex. Trentacinq. *dict. reſolut.* 17. *ſub num.* 8. Neguſant. *ſub dict. numera.* 40.

Sextò fallit, quando creditor vendidit, & promiſit 11 de evictione, quia tunc tenebitur creditor uti promiſit, text. eſt *in d. l.* 1. ibi. *Si nominatim hoc repromiſſum*: & in *d. l. fin. eodem tit.* & firmat Gloſ. *in dict. l.* 1. verb. [*creditore*,) quam *ibi* ſequuntur Doctores: Caballinus *d.* §. 4. *ſub num.* 37. Trentacinq. *dict. reſolut.* 17. *ſub num.* 8. *in fin.* Dec *conſ.* 449. *num.* 37. Alex. *conſ.* 235. Franciſ. Vivius *deciſ.* 24. *ſub num.* 4. hoc probat text. *in l. ſi pignore*, §. *fin.* juncta Gloſ. in verb. [*non habere*,] ubi omnes Doct. unanimiter, *ff. de pign. act.* ubi text. notabilis dicit, quod ſi creditor de evictione promittit, quia ſic promitti conſueverat, ſi conventus fuerit, condemnatur ex eo. Cujus ratio eſt, nam qui non tenebatur de evictione, ſi repromittat ſponte, de ea omni dubio procul tenetur, ut inquit tex. in *l. qui erat, in* 2. *reſpon. ff. famil. ercif.* & faciunt ea, quæ habentur *in l. ſi is quem*, *C. de prad. min.* ubi habetur, quòd licèt vendito principaliter non teneat; tamen promittens de evictione, illo nempe caſu obligatur, ubi per *Bal.* & alios, Stephanus Gratianus *deciſ.* 175. *num.* 6. Joann. Baptiſta Coſta *in tract. de clauſulis, clauſula* 103. *num.* 1. *par.* 2. Caſtillus Sotomajor *lib.* 4. *controv. cap.* 42. *num.* 70. Ariſminus Tepatus *tom.* 2. *var. ſententiarum juris*, *tit.* 421. *in principio.*

Quæritur, an ſi creditor vendidit pignus jure creditoris à 12 ex pacto, vel ex lege, vel rationabiliter putans rem eſſe ſui debitoris; & promiſit duplum vel ſimplum pro evictione, quòd ſequuta ſit evictio facta à domino, & etiam creditor ſolvit emptori pro evictione illud, quod promiſit, an poſſit agere contra debitorem ad repetendum illud quod ſolvit emptori? Et breviter dicendum eſt, quòd ſi creditor vendendo ideo promiſit de evictione, vel quia aliter vendere non poterat, quia ſine tali promiſſione emptorem invenire non poterat; vel quia ita erat conſuetudo Regionis; vel quia cum iſta promiſſione rem carius vendidit, quod in omnibus iſtis tribus caſibus habebit regreſſum contra debitorem pro toto eo, quod ſolvit emptori ex cauſa evictionis: ita eſt textus in *l. ſi pignore*, §. *fin.* & *ibi* notatur per *Bart.* & alios; & notat Gloſ. *in l. ſi neceſſarias*, §. 1. *in verb.* (retinere,] *ff. de pignorat. act.* & gloſ. *in d. l.* 1. *in verb.* (creditore) *C. creditorem pign. evict. non debere*, ubi Saly. *in fin.* Sed ſi creditor ex promiſſione evictionis nullum commodum, nec utilitatem attulit debitori, ſed tanti vendidit, quanti vendidiſſet ſine dicta promiſſione, & non poteſt ſe juſtificare in promiſſione duplæ aliquo modo: & tunc non poteſt habere regreſſum contra debitorem ad dictam

ctam

etiam duplam, ſed ad ſimplum tantum, hoc eſt ad illud, quod ſibi ſolutum fuit pro ſuo debito, ut eſt text. in *dict. l. ſi pignore*, §. *fin. cum lege ſeq.*

13 Animadvertendum eſt in hac materia, quòd quando creditor vendidit pignus jure permittente, & non promiſit de evictione, quòd tamen ipſe creditor non poterit evincere pignus ab emptore, etiamſi evincere vellet ex aliqua alia cauſa ſeparata à credito, pro quo vendidit, ut eſt text. *in l. & is*, & *ibi* Bart. *ff. de diſtract. pign.* & idem eſt in hærede creditoris, ut *ibi* per Gloſſam, quod notandum eſt, quia eſt contingibile.

14 Animadvertendum eſt, quòd in caſu quando creditor coactus fuit pro evictione ſolvere duplam emptori, poterit creditor repetere à debitore uſuras, vel fructus rei pignoratæ per ſtipulationem ſibi promiſſos pro toto illo tempore, quo duravit venditio ante evictionē ſequutam, quia licèt durante venditione creditor ab emptore, pretium habuerit, tamē ex eo, quia coactus fuit duplam ſolvere emptori, jam conſtat ei nihil ſolutum fuiſſe, quòd ab eo auferri non potuerit: iſte eſt tex. notabilis, & ſingularis ſecundum *Bar.* & alios *in l. nec enim, ff. de pign. act.* ubi text. dicit, quod ex quo pretium, quod fuit ſolutum ab emptore, creditori non fuit ſolutum irrevocabiliter, cum poſteà fuerit coactus ea promiſſione evictionis ſolvere duplam emptori, nihil cenſetur fuiſſe ei ſolutum, & ideo debitor non fuit liberatus, & per conſequens tenetur ad uſuras, & fructus promiſſos, ſicut tenebatur ante factam promiſſionem, & ſic eſt *ibi* tex. quòd non dicitur ſolutum creditori id, quod ab eo avocari poterit.

15 Sed ſi creditor in venditione ſolum ſimplum promiſit abſque neceſſitate, & utilitate, & illud ſequuta evictione ſolvit, non poterit petere dictas uſuras promiſſas à debitore, ſed ſolum ſuum debitum ſimplex, ita diſtinguit text. *in d. l.* nec enim inter duplam, & ſimplum reſpectu uſurarum, ut dictum eſt. Adde etiam, quòd quando creditor ſolvit emptori duplam, lucratur dictas uſuras medii temporis, etiamſi illæ excederent duplam: ita tenent *ibi* Bar. & Salycet. poſt *Rip. Malumb.* reprobantes *ibi* Gloſ. quæ aliud voluit, & malè, per rationes, quas *ibi* adducit *Bart.* & ratio differentiæ reſ-
16 pectu uſurarum, vel intereſſe [quod pro uſuris accipitur] inter duplum, & ſimplum eſt, quia quando creditor cogitur reſtituere duplam, cum paſſus fuerit damnum in duplo, non cenſetur aliquod emolumentum habuiſſe ex pecuniis, quæ interim facta venditione apud eum fuerunt, etiam quòd ex illis multa fuiſſet lucratus, poſt eas reſtituit duplicatas: ſed ſimplum non eſt tantum damnum, & ideo tunc compenſat utilitatem, quam percipit ex pecuniis cum uſuris, ſeu intereſſe ſibi debitis, ita declarat Paul. de Caſtro *in dict. l. nec enim, ff. de pign. act.* quam legit cum *l. ſi pignore.* §. *fin. eodem tit.* Sed hodie promiſſio uſurarum facta per debitorem creditori, eſt inefficax, jure Canonico reſiſtente, ut latè diximus *in quæſt. 8. de ſiſca.*

17 Quærendum tamen eſt, ſi creditor vendat pignus, & promittat de evictione, vel in ſimplo ex tribus caſibus not. *in l. pignore*, §. *fin. ff. de pign. act.* & ex pretio conſequutus fuerit ſuum debitum, an debitor ſit liber à creditore? & Neguſ. *ſup. num.* 42. dicit, quòd ſic, quia ſolutione ejus quod debetur, omnis oblatio tollitur, *tex. in princip. Inſt. quibus modis tollitur obligatio*, *l. prout, ff. de ſolut.* latè Pyrr. Maur. Aretin. *in tract. de ſolut.* Tamen inquit *Neguſant.* quid rectè advertendo, ſolum iſtud procedere videtur, quando creditor vendit taliter, quòd ipſe de evictione non obligatur: quod quando ſit? colligitur ex prædictis, tunc enim recepto pretio ab emptore per creditorem vendentem, debitor erit liberatus, ut eſt text. *in l. reſcriptum*, §. 1. *ff. de diſtract. pign.* & hoc quando propriè pignus fuit venditum, quia ſcilicèt res obligata erat tradita creditori, non autem in ſimplici hypotheca vendita: nam etiam illam creditor vendere poteſt, ut in *l. hypothecis*, *C. de diſtract. pign.* & not. Bart. *in l. 1. C. ſi vend. pig. agatur*, & *in l. pen. ff. de diſtr. pig.* verſ. (*modo*,) quia niſi dicta hypotheca vendita tradatur emptori, etiam quòd creditor pretium conſequutus fuerit, debitor non dicetur liberatus: ita not. Bar. & Salyc. *in d. l. pen.* ſed ſi creditor ex venditione pignoris eſſet obligatus de evictione emptori, etiam quòd pretium habuerit, & rem tradiderit, tamen donec poteſt eſſe locus evictioni, non dicetur liberatus debitor, ſed interim liberatio manet in ſuſpenſo: ut ſi contingat evinci rem, & creditorem cogi ad reſtituendum pretium emptori, poterit creditor agere contra debitorem pro ſuo credito conſequendo veteri actione pignoratitia contraria, à qua debitor non fuerat liberatus, ut eſt text. *in l. ſi pignore.* §. *fin. ff. de pig. act.* & ibi expreſſè declarat Paul. de Caſtro, verſ. [*nunc oppono*;] extra Gloſ. & iſtud etiam vult Gloſ. not. *in l. 1. C. credit. evict. pig. non deb.* in verſ. [*creditore*: & licèt Dec. *conſ.* 49. *num.* 37. ut Neguſant. dicit, concordet cum ipſo, tamen diſſentit in hoc quòd quando creditor obligavit ſe de evictione, ſequuta evictione non poteſt agere primæva actione, ſed agit actione ex empto, ut notat Bart. in *l. elegāter, in princ. ff. de pig. act.* & *in l. prætiā, C. de evict.* & quod obligatio de evictione eſt ſeparata à 18
prima actione, unde non debet una impediri per aliam: & allegat Dec. *tex. in l. ſi plus*, §. 1. *ff. de evict.* ubi ſi pignus venditum evincatur, ex empto agitur contra eum, qui ex pretio pignoris liberatus eſt: & ſic ſecundum eum patet, quòd promiſſio evictionis non impedit liberationem debitoris: & allegat etiam tex. *in l. ſi ob cauſam, in fine, C. de evictionib.* Tamen, inquit Neguſant. *loco allegato, num.* 43. quòd iſta non obſtant concluſioni, & juribus, in quibus illa fundatur: nam quòd quando creditor vendens & promittens de evictione, debitor non liberetur, ſed liberatio 19
ſtet in ſuſpenſo, eſt tex. *in d. l. reſcriptum*, §. 1. & ideo tali caſu, ſequuta evictione, creditor non agit actione ex empto, ſed veteri actione pignoratitia contraria, ut eſt tex. & *ibi* declarat Paul. de Caſtro *in d. l. ſi pignore*, §. *fin.* Et non obſtant allegata per *Dec.* Primò, ea quæ notantur per Bart. *in dict. l. eleganter, in princ.* dum vult, quòd re in ſolutum data creditori per judicem, vel per debitorem, ſi illa res evincatur, creditor non agat contra debitorem primæva actione, ſed utili ex empto. Quia iſte caſus eſt diverſus à terminis, de quibus *Neguſant.* loquitur: nam in terminis Bar. *in d. l. eleganter*, quando ſpecies datur in ſolutum creditori pro genere conſiſtenti in pecunia, cenſetur quædam emptio & venditio, ut *in l. 3. ff. pro emptore*, & in contractu venditionis venditor non tenetur, niſi ad tradendum. Vnde facta traditione, debitor fuit liberatus à primo debito: nam ex hoc cenſetur fuiſſe receſſum à primo contractu, & deventum eſt ad dationem in ſolutum: ideo ſequuta evictione agitur utili ex empto, & non veteri actione, ita declarat Bart. *in d. l. eleganter, in tert. oppoſit.* & *in l. ſi quis aliam, in 3. ſolut. ff. de ſolut.* & ſequuntur Paul. de Caſtro Salyc. *in d. l. eleganter*, Afflictis *decif.* 335. *in tertio dubio*, notant Bar. Bal. & Salyc. *in l. libera, C. de ſententiis, & interloc. om. jud.* Aretin. *conſil.* 160. *col.* 6. *in* 4. *dubio* copioſè, & eleganter Fabius de Anna *conſ.* 35. *à num.* 5. & *per totum*, & *in conſ* 90. *à num.* 8. *cum ſeqq.* & nos latè diximus *ſup. qu.* 28. *de datione in ſolutum, à n.* 17.

Sed in terminis noſtris, licèt creditor vendat, & 20
percipiat pretium, non liberatur debitor, niſi ita demum quando pretium devenit ad creditorem irrevocabiliter, ut habetur in *l. ſextante*. §. *Latinus*, *ff. de except. rei judic.* & notat Bar. *in d. l. eleganter, in 1. opp. ad primum notab. l. debitor, ff. ad Trebellian.* ubi notat Bar. *n.* 2. Dec. *in l. neque pignus*, *numero* 2. *ff. de reg. jur.* ubi

ubi quoque Gulielm. Mayner. col. 1. Tiraq. qui plures allegat, *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 7. *numer.* 70. ſatis egregiè Alex. *conſil.* 100. *numera* 6. *lib.* 7. Capic. *deciſ.* 43. Fabius de Anna *dict. conſ.* 90. *à num.* 2. & latè à *num.* 12. Neguſ. *ubi proximè*, dicit hoc etiam probari per tex. *in l. ſi mandato Titii*, §. *creditor ff. mandati*, juncta Gloſ. *ibi* in verſ. *non ſit*; ubi tex. dicit, quòd ſi creditor vendit pignus, non liberatur debitor, niſi creditor pretium conſequutus fuerit: & Gloſ. *ibi* dicit, quòd non dicitur conſequutus pretium, quando illud cogitur reſtituere, per *l. non videtur*, *ff. de reg. jur.* ibi. *Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alii reſtituere*, & ſubditur per *Neguſant.* quòd ex præſenti reſponſo apparet, quòd ſi creditor non promiſit de evictione, debitor, erit liberatus, quia tunc dicetur conſequutus pretium, cum ab eo avocari non poſſit ex cauſa evictionis. Aliud ergo eſt, quando debitor dat in ſolutum creditori: & aliud quando creditor vendit pignus alteri, & recipit pretium: nam primo caſu, quando res data fuit in ſolutum creditori, & poſteà fuit evicta, eſt materia diverſa à terminis noſtris, & an tunc ſequuta evictione agendum ſit contra debitorem veteri actione, vel nova, ſcilicet, utili ex empto? diſtinguendum eſt cum Bart. *in l. ſi quis aliam, in princ. ff. de ſolut.*

22 Secundo caſu, quando creditor vendidit pignus, eſt caſus noſter, & in hoc diſtinguitur, an creditor promiſerit de evictione, an non? qui ſi promiſit de evictione, debitor non dicetur liberatus, ſed ejus liberatio manebit in ſuſpenſo ex futuro eventu evictionis; quòd ſi non ſequatur evictio, erit liberatus; ſed ſequuta evictione, non dicetur liberatus, ſed agetur contra eum per creditorem veteri actione pignoratitia, ut in *d. l. reſcriptum*, §. 1. & *d. l. ſi pignore* §. *fin.* nec ullo modo iſto caſu poteſt competere creditori contra debitorem actio evictionis ex empto: quia creditor non emit, nec accepit in ſolutum. & ideo ei non poteſt oriri actio ex empto, quæ oritur mediante contractu emptionis, vel acceptionis in ſolutum, ut in *l. ſi libera, C. de ſentent. & interloc. om. jud.* & *d. l. eleganter, in princ.* & *d. l. ſi quis aliam*, ſed vendidit alteri, ex qua venditione ridiculum eſt dicere, quòd creditor vendens poſſit agere de evictione contra debitorem, nam actio de evictione competit emptori, non venditori, ut habetur *in dict. jurib.* & *in tota tit. de evictionibus*, & ad ſimilitudinem venditionis competit, etiã accipienti in ſolutum, *dict. l. libera*, cum aliis *ſuprà* allegatis: & nõ obſtat *d. l. ſi plus* §. 1. quia in *illa text.* judex vendidit pignus ex cauſa rei judicatæ, & pretium fuit ſolutum creditori, & creditor non promiſit de evictione, ideòque debitor fuit in continenti liberatus; quare ſi res vendita evincatur ab emptore, datur emptori contra debitorem actio utilis ex empto de evictione, juxta text. *in d. l. reſcriptum*, §. 1. *in* 1. *reſpon.* & ſic caſus in *d. l. ſi plus*, §. 1. eſt diverſus à noſtro caſu; quia *ibi* vendens creditor non promiſit de evictione, prout promiſit in noſtris terminis; & eodem modo loquitur text. *in l. ſi ob cauſam*, *C. de evict.* & ideo illi eodem modo reſpondetur.

Secundò movebatur *Dec.* reſpondendo *ad d. l. reſcriptum*, §. 1. quòd dum *ibi* dicitur, quòd liberatio eſt in ſuſpenſo, debet intelligi quoad effectum, qua ſcilicèt revocari poteſt ſequuta evictione; ſed quatenus eſt de præſenti, debitor dicitur liberatus, licèt dicta liberatio in futurum ſequuta evictione revocari poſſit; ſicut ſecundum eum venditio dicitur pura, licèt ſub conditione reſolvenda veniat; ut in *l.* 2. *ff. de in diem adjectione*, & *l. hæc venditio, in fin. ff. de contr. empt.* & facit, quod notat Bal. *in l. Julianus, in fin. ff. de condict. indebit.* & *in l. judex poſteà quam*, *ff. de re jud.* Sed iſta reſponſio non placet *Neguſantio*, quia text. *in dict. l. reſcriptum*, §. 1. expreſsè dicit, quòd interim patitur intelligentiam datam per *Decium*, quòd reſpectu præſentis ſit extincta obligatio, & quòd poſteà poſſit reduci in obligationem: quia verba repugnant, & illis infertur magna violentia; quod non debet fieri, ſed verbis ſtandum eſt; *l. proſpexit*, *ff. qui*, & *à quibus*: & *l. non aliter*, *ff. de legat.* 3. Talis enim intelligentia eſt contra regulam juris, quæ eſt, quod actio ſemel extincta amplius reviviſci non poteſt, ut *in l. qui res*, §. *aream*, *ff. de ſolut.* ibi: *In perpetuum enim ſublata obligatio reſtitui non poteſt*, & *ibi* Bar. & alii poſt Gloſ. quæ tenet, quod iſta ſit regula: & alia in quibus dicitur, quòd reſuſcitetur, ſunt ſpecialia: & illam Gloſſam ſequuntur *ibi* Bar. & Bal. *in l. Mævius*, §. *duobus*, *in* 6. *oppoſit. ff. de leg.* 2. & eſt text. juncta Gloſ. *in l.* 7. §. *fin. in verb.* [reſtituatur,) *ff. de hæred. vel act. vend.* Caſus ergo ſpeciales non ſunt extendendi ad alios in quibus non reperitur iſtud diſpoſitum, *l. jus ſingulare*, & *l. quod verò contra*, *ff. de legibus*; & in caſu noſtro leges non dicunt, quod pendente conditione evictionis obligatio debitoris extinguatur, & poſteà reſuſcitetur; ſed dicunt, quod obligatio interim manet in ſuſpenſo: & inter iſta duo, ſcilicet eſſe obligatum, & non eſſe obligatum, eſt medium, videlicet ceſſatio obligationis ad tempus, ſic quod interim obligatus ſit in ſuſpenſo; latè habetur per Bar. & alios *in l.* 2. §. 1. verſ. [venio,] *in gloſ. ff. de verb. oblig.* & per Bart. *in d.* §. *aream*, ubi dicit, quod aliud eſt obligationem extingui, & aliud obligationem ceſſare, & remittit ſe ad notata *in dict.* §. 1. & *ibi* declarat, quod quando obligatio ſemel nata eſt, ſed ex aliquo caſu dicitur eſſe in pendenti, tunc non eſt in 23 pendenti obligatio, ſed eſt in pendenti exactio propriè loquendo; allegat *l. pecuniam*, *ff. ſi cert. pet.* & ita ſe habet caſus noſter, quia obligatio debitoris ſemel nata fuit, & propter periculum evictionis promiſſæ per creditorem vendentem pignus, illa obligatio, ſeu liberatio ab illa dicitur eſſe in ſuſpenſo; reſpectu tamen exactionis, quia licèt obligatio duret, tamen interim pendente dubio evictionis, debitor manet obli- 24 gatus, nihil à debitore exigi poteſt, ſed exactio differtur in eventum futuræ evictionis; & propriè ita loquitur tex. *in dict. l. reſcriptum*, §. 1. *in ult. reſpon.* ibi: *Arbitrar interim quidem nihil à debitore peti poſſe, ſed in ſuſpenſo haberi liberationem*, &c. verba ſunt *tex.* quæ inevitabiliter probant, quod interim pendente periculo evictionis, debitor manet obligatus, & ejus liberatio eſt in ſuſpenſo: & propterea ab eo interim nihil exigi poteſt, niſi demum ſequuta evictione.

Ex prædictis infertur, quòd dum *Dec.* arguit à ceſſatione ſeu ſuſpenſione obligationis ad extinctionem illius, malè arguit, quia ſunt diverſa ut per Bar. *in d.* §. *aream*, & diverſis non fit illatio, ut *l. Papinianus exuli*, *ff. de minor.* cum *vulgat.*

Neque obſtat text. *in d. l.* 2 *ff. de in diem adjectione*; quia ille text. inducitur nimis à remotis. Item potiùs facit pro opinione *Neguſantii*, quia *ibi* dicitur, quòd venditio, quæ venit reſolvenda, interim valet: ita in propoſito obligatio debitoris, quæ venit extinguenda, ceſſante evictione promiſſa per creditorem, interim pendente periculo evictionis durat, & liberatio ſtat in ſuſpenſo: & ſic aliud eſt, liberationem ortam eſſe: & aliud, illam eſſe in ſuſpenſo; quia ſicut dictum eſt ſuprà per notat. per Bar. *in d. l.* 2. §. 1. *ff. de verb. oblig.* inter eſſe obligatum, & non eſſe obligatum, datur medium, videlicèt, obligationem eſſe in ſuſpenſo, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, *l.* 1. *ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni jur.* Donec ergo liberatio manet in ſuſpenſo non eſt verum dicere, debitorem eſſe liberatum, & non eſſe liberatum, ſed liberationem pendere ex futuro eventu: ergo interim poteſt 25 fieri ceſſio dictæ obligationis: & ſi contingat debitorem ex toto liberari, evictione non ſequuta, ceſſio erit inefficax: ſi autem contingat debitorem non liberari, quia ſequitur evictio, ceſſio erit efficax.

Neque

Google

26 Neque etiam obſtat text. *in l. hæc venditio*, §. *fin. ff.*
de contr. empt. quia *ibi* venditio valet pro centum: ſed
ſi emptor vendat fundum pluris, ut convenit, augebi-
tur pretium, in caſu autem noſtro durat obligatio, ſed
ſuſpenditur exactio, & poteſt obligatio reſolvi ex futu-
ro eventu non ſequuta evictione, per text. *in d. l. reſcri-*
ptum ad fin.

27 Non etiam obſtat, quòd *Bar.* notat *in l. Julianus*, *ad*
fin ff. de condict. indebiti, dum vult; quod quando præ-
ſens rei ſtatus tendit ad excluſionem, ſed dubitatur, an
excluſio ſit futura perpetua, tunc dicta excluſio habet
vim exceptionis perpetuæ, adeò quòd interim fieri non
poteſt exactio, vel executio: quia ergo fatemur, quòd
reſpectu exactionis interim dicta liberatio habet vim
excluſionis, quia interim debitor exigi non poteſt, ut
dixit text. *in d. l. reſcriptum*, §. 1. ſed ex hoc non tollitur,
quin, ut diximus, interim poſſit fieri ceſſio dictæ obli-
gationis, cujus liberatio fiat in ſuſpenſo, quia ceſſiu non
eſt exactio, ſed ceſſionarius habebit differre exactionem
in eventum futuræ evictionis ſicut ipſe cedens, quia
non plus juris tranſtulit in ceſſionarium, quàm ipſe ha-
beret, *l. traditio*, *ff. de acq. rer. domin.*

28 Similiter non obſtat Bart. *in l. judex poſtquam*, *in*
fin. ff. de re jud. quia ſecundum eum *ibi*, illa clauſula
poſita in ſententia ſcilicèt *plus*, *& minùs*, operatur re-
ſolutionem ſententiæ, ſecundum tradita *ibi* per *Bart.*
& ſimiliter in caſu noſtro ex futuro eventu illa libera-
tio, quæ erat in ſuſpenſo, poterit reſolvi, & confir-
mari ſequuta, vel non ſequuta evictione: ſed interim
debitor non poteſt dici neque liberatus, neque non
liberatus, ſed res ſtat in medio, quòd liberatio ſit
ſuſpenſa, juxta notata per Bart. in *d. l. 2.* §. 1. *ff. de*
verb. oblig. Unde concludendum eſt, quòd quando cre-
ditor vendens promittit de evictione, interim debitor
non dicitur liberatus, ſed liberatio manet in ſuſpenſo;
& ſequuta evictione, poterit agere contra eum credi-
tor veteri actione pignoratitia contraria.

Addendum eſt unum, quòd quando creditor ven-
29 didit pignus, & promiſit de evictione in tribus caſi-
bus, de quibus in *dict. l. ſi pignore*, § *fin. ff. de pign.*
act. quòd tunc debitor tenetur cavere dicto creditori de
conſervando eum indemnem à dicta evictione promiſ-
ſa, & pro tali cautione obtinenda poterit creditor
aliàs res pignoratas ſibi per debitorem retinere, ut
in l. neceſſarias, §. 1. *ff. de pignorat. act.* Ratio eſt, quia
obligatio evictionis de jure non reſpicit ipſum credi-
torem, qui vendidit, ſed reſpicit ipſum debitorem,
in cujus utilitatem pecunia ex pretio pignoris redacta
converſa eſt, ut *in l. in creditore*, *ff. de evict.* ſi tamen
ipſe creditor voluit ſe obligare ad eam, tenebitur: ſed
debitor debet eum indemnem conſervare, & propter
hoc poteſt retinere res pignoratas, quando illas ha-
bet, *d. l. neceſſarias*, §. 1. ſed ſi eas non habet poterit
creditor agere contraria pignoratitia contra debitorem,
ut eum indemnem conſervet, *dict. l. neceſſarias*, *in*
princ. & *ibi* Paul. de Caſtro *in* §. 1. *in fin.* & ſubdit Gloſ.
in verb. (*retine*,) quòd etiamſi creditor promiſit de
evictione extra illos tres caſus de quibus in *d. l. ſi pi-*
gnore, §. *fin.* quòd omninò habebit retentionem pro
dicta indemnitate, quia debitor ad illam tenetur, per
text. *in d. l. reſcriptum*, §. 1. *ff. de diſtr. pignor.* Joan.
Petrus Molignatus *de retentione bonorum*, ita affirmat
eſſe hanc communem opinionem, *in quæſt.* 125. *Cre-*
ditor plurium, ubi dicit dari creditori retentionem ob
futurum imminens periculum, &c.

30 Notare convenit, quòd licèt ſecundus creditor of-
ferre poſſit primo creditori, ut *in l. 2. in ſecundo reſ-*
ponſo, *C. ſi antiq. creditor*; tamen quando venditur res
jure creditoris, non valet oblatio, ut in *d. l. 2.* opti-
mè Afflict. *decif.* 16. quando enim fundus venditur in
ſubhaſtatione, jure creditoris cenſetur venditus, *l. ſi*
31 *ob cauſam*, *C. de evict.* Gloſſ. *in l. qui à creditore*, *C. de*
diſtr. pig. ubi dicit text. *qui à creditore prædium ſibi obli-*
gatum emit, de jure evinci ſibi non poteſt, & ſubdit Gloſ.
quamvis creditor non fuerit dominus, quia pacto, aut
lege ſibi permiſſum eſt vendere: & allegat tex. *in* §. 1.
Inſtitut. quib. alien. licet, quem allegant omnes Do- 32
ctores quando volunt exemplificare, quandonam
vendatur pignus jure creditoris, ut Gloſ. *in d. l.* 2.
Neguſant. *de pig.* 3. *memb.* 5. *part. num.* 4. & Gloſ.
allegat. *l. ſi generaliter*, *C. qui potiores in pign. hab.* &
tex. *in dict. l. ſi ob cauſam*, ubi ponitur caſus, quando 33
creditor fecit rem vendi ſub haſta, emptor ſecurus
eſt à debitore, & ſic Gloſ. allegat text. *in d. l. ob cau-*
ſam, ad probandum quòd qui emit ab illo, qui pa-
cto, aut lege vendere poterat, ſecurus eſt; ergo ven-
ditio ſub haſta habetur, ac ſi pacto, aut lege, vendi-
tio facta eſſet, & ſic ſecurus eſt emptor: ita deciſum
teſtatur Joann. Vincent. de Anna *allegat.* 56. *à n.* 4.

Neque obſtat text. *in d. l. ſi ob cauſam*, qui loqui- 34
tur, quòd ſecurus eſt emptor à debitore: non loquitur
ergo à ſecundo creditore: nam idem eſt, ut probat
text. *in dict. l.* 2. quæ loquitur, quòd eſt ſecurus à de-
bitore, & tamen omnes dicunt eſſe idem in ſecundo
creditore, ut nedum ſit præcluſa via debitori; ſed quo-
que ſecundo creditori, ut dominium non ſit affectum
ex ſecunda obligatione, cùm res vendatur pacto pri-
mi creditoris, ut fatetur Anna *ſuprà n.* 7.

Ulterius ponderando text. in *dict. l. qui à creditore*, 35
ubi emens ſecurus eſt, & proprietas evinci non poteſt,
quia juſtus emptor non debet pati controverſiam, ſed
creditor, vel ejus hæres, Bald. *in l. fin. C. ſi venditio*
pign agatur, vel etiam datur alia urgens ratio ex *dict.*
l. ſi ob cauſam, quòd detur adverſus pretium recipien-
tem, ibi: (*Adverſus eos debuiſſe dari actionem, quibus* 36
pretii ſolutio proficit, & non adverſus emptorem:) in-
nuit text. & ratio reddi poteſt, quia qui emit rem ſub
haſta ſecurus eſſe debet, authoritas haſtæ publicæ
convelli, & minui non debet, *l. hypothecas*, *C. de re-* 37
miſ. pign. Afflict. *decif.* 340. *num.* 4. Alvar. Valaſc. *con-*
ſult. 37. *num.* 1. Maſcard. *tom.* 3. *de probat. concluſ.*
1219. *num.* 27. ubi omnes dicunt, quod quis decipi
non debet authoritate publicorum officialium, ne ſub
nomine publicæ ſubhaſtationis locus fraudibus relin-
quatur, *l. ſi quos C. de reſcind. vend.*

Nam multum prodeſſe exiſtimatur illis, qui emunt 38
factis proclamantibus judicialibus, quia in pretio ſolu-
to per eos ſervantur indemnes, ne authoritate Curiæ
decipiantur, *l. 1. C. qui veniam ætat. impetr.* Valaſ. *ſup.*
num. 7. Jacob. Cancer. *tom.* 2. *variar. reſolut. de reſtit.*
ſpoliat. num. 18. Seraphin. Olivarius *dec.* 1233. *num.* 3.
Jodocus Damhouderius *de ſubhaſt. cap.* 5. *num.* 35. 36.
& 37. ubi allegat text. in *l. fin. C. ſi propter publ. perſec.*
venditio fuerit celebrata, ibi: *Sub haſta diſtracta compa-*
raverit perpetuam emptionis accipiat firmitatem.

In tantum hoc verum profitemur, quòd emptor bono- 39
rum venditorum pro executione ſententiæ, ſi debitor
vincat in appellatione, & ſententia retractetur, non te-
netur ad bonorum reſtitutionem, ſed actio competit con-
tra victum ad pretium, Bald. *in Auth. ei qui C. de bon. auth.*
jud. poſſid. Gloſ. celebris *in l. Fulcinius*, §. 1. *verb.* [oportet]
ver. (quid ego,) *ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur.* Vincent. de
Franchis *decif.* 120. *n.* 8. *&* *decif.* 660. *n.* 1. Horat. Viſcont.
in concluſ. jur. verb. (*emptor bonorum*,) Fontanella *de pact.*
nupt. clauſ. 5. *gloſ.* 8. *par.* 7. *à n.* 40. pro quibus facit tex. *in*
d. l. ob cauſam, *C. de evict.* ubi expreſsè deciditur, quòd
adverſus venditorem, qui pretium recipit, & non ad-
verſus emptorem actio danda eſt.

Hoc præcipuè maximè locum habet in concurſu cre- 40
ditorum, quando in ſubhaſtatione judiciali debitoris bo-
na venduntur ad ſolvendum creditoribus, quia ſi debitor
non ex libera voluntate fundum alienaverit, ſed ex cauſa
neceſſaria judiciali debitoris bona vendantur ad creditorū
petitione, tunc emptores ſecuri eſſe debent, & in illa re
vendita

41 vendita judicialiter ab alio adveniente creditore etiam priore non poteſt fieri executio, nec emptor judicialis moleſtari, & tunc pignus, vel hypotheca in illa re vendita judicialiter libera manet penes ipſum emptorem judicialem, etiamſi pignori, vel hypothecæ ſit annexa ex pacto prohibito alienationis.

42 Quoniam hujuſmodi prohibitio alienationis lite mota, intelligitur de voluntaria, & non de neceſſaria, & judiciali, ut probat egregius tex. *in l. alienationes*, *ff. de fundo dotali*, doctè Greg. Lopez *in l. 14. tit. 13. part. 5. gloſ. fin. in fin.* ibi: [Et intellige; ſi mota lite vendat, & ſatisfaciat creditoribus, & revera pretium
43 ſolvatur, quia tunc liberatur pignus.] Felicianus de Solis *de cenſib. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 14. verſ.* (tertio,) *colum. 2. in fin.* Franchis *deciſ. 134. num. 3. & 4. & in dict. deciſ.* 660. Hieronymus Leon. *deciſ. Valentia* 70. *num.* 8. ibi: Ita fuit ſublata hypotheca in nomine per Curiam vendito; Tellus *in l. 32. Tau. num. 9.* Cevallos *tom. 3. commun. quæſt.* 820. *num.* 3. & 54. qui refert ita judicatum in Senatu Regio.

44 Sed cum in noſtro jure nihil ſit tam certum, quod ſubverti non poſſit, ſecundum text. *in l. omnis diffinitio*, & *ibi* Gloſ. *ff. de reg. juris*, nõ deſunt graviſſimi Authores, qui cõtrarium ſentiunt, aſſerẽtes, quòd iſte creditor adveniens poſt ſubhaſtationem rei, non perdat ſuam hypothecam, nec extincta maneat, nec ſublatum ſit ei jus competens, & quòd durat ejus hypotheca, & poteſt facere contra emptorem judicialem reique poſſeſſorem, ex text. *in l. cum notiſſimi, §. 1. C. de præſcrip. 30. ann.* Seraphinus Olivarius *deciſ. 1233. ſub num. 1.* Stephan. Gratian. *tom. 1. diſcept. forenſ. 37. num. 37. & num. 38.* ubi dicit, quòd emptor non eſt ſecurus, etiamſi in publica ſubhaſtatione emerit.

45 Nam ſubhaſtatio judicialis, nec conventio creditorum poterit præjudicare creditori in ſua hypotheca, cum ea detur contra quemcumque poſſeſſorem, *l. pignoris*, *C. de pign.* nec poterit fieri deterius jus creditoris, *l. 1.*
46 *C. debitorem vendit. pign. imped. non poſſe.* Vel etiam dici convenit, quòd ſi res vendatur publicè authoritate judiciali, proclama judiciale non tollit jus creditoris, quia quando alicui nominatim præjudicatur, tunc eſt neceſſaria ſpecialis citatio, Bald. *in l. fin. C. de edict. Divi Adriani tollendo, num. 41.* Alex. ad Bart. *in l. ſi eo tempore, C. de remiſ. pign.* Guid. Pancirolus *conſ. 50. num.* 4. ubi ait, textum in *l. ſi eo tempore*, procedere, quando creditor in judicio eſſet citatus, non quando proclamate generali citantur creditores maximè certi, ut ſuum profiteantur creditum, qui licèt non veniant, jus ſuum non amittunt, Franciſ. Beccius *conſ. 12. num. 9.* ubi di-
47 cit, quòd non ſufficit citatio generalis per proclamata, quia ubi perſona, cujus intereſt, certa eſt, citari debet in ſpecie, & nominatim, *l. 1. §. denunciari, ff. de ventre inſpiciendo.* Jacobus Cancer. *ubi ſuprà, num. 14.* Vantius *de nullit. ex defectu citationis, num. 142.* Maranta *in praxi de citatione, part. 6. num. 89. in fin.* Alexand. *conſ. 107. lib. 5.* Decius *conſ. 251. numer. 4. & conſil. 633. num. 9.* Cravetta *conſ. 89. num. 6. & conſ. 225. num. 1.* Romanus *conſil. 53. & conſ. 410. num. 1.* ubi Mandoſius, & Seraphinus Olivarius *deciſ. 994. num. 3.* Nec valere hujuſmodi proclamata, quæ ſolent fieri per ju-
48 dices, ut creditores compareant in termino, quo elapſo non audiantur, neque illis præjudicare, affirmant Angel. & Caſtrenſ. *in l. pars liter. ff. de judiciis*, Aſinius *de executionibus, §. 6. de ſubhaſtationibus, cap. 32. num. 10. & 24. & cap. 51. numer.* 10. Roderic. Suarez *in l. poſt rem judicatam, ff. de re judicata*, in declaratione *l. Regni, verſ.* (ita judicem,) *num. 31. fol. 679.* Stephanus Gratianus *tomo 1. diſcept. forenſ. 157. num. 28. & tomo 2. diſcept. 238. num. 72. & diſcept. 339. num.* 29. Surdus *conſ. 173. num. 97. lib. 2. & conſ. 181. num.* 6. Gratianus *tom. 3. diſcept. forenſ. 489. num. 12. & 13.*
49 Doctores ſuprà citati, ſedare hanc controverſiam intendunt fœdere diſtinctionis, ut prima ſententia ſit vera, quando creditor eſt incertus, tunc enim ſufficit citatio per proclama, vel publicum edictum, ut eſt text. *in cap. fin. in fin. de electione, lib. 6. Bar. & Bald.* & alii *in d. l. ſi eo tempore*, Surd. *dict. conſ. 181. num. 32. lib. 2.*
Secus quando creditor eſt certus, quia tunc non debet 50
fieri citatio per proclama, & citatio in perſonam creditoris eſt facienda, quia venditio rei non præjudicat creditori in ſua hypotheca, *l. ſi debitor*, *C. de pig.* & ſuum jus durare dicitur, *l. ſicut. §. non videtur*, *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvit.* quam diſtinctionẽ bellè amplector.

Ex quo accedit deciſio Alphonſi de Azevedo *in l. 19.*
tit. 21. lib. 4. Recop. num. 119. ubi dicit, quod quando 51
revocatur ſententia de themate, an bona vendita in ultima ſubhaſtatione per primum judicem veniant reſtituenda debitori an verò pretium, quod recipit creditor? & reſolvit cum diſtinctione *ex l. cauſa*, *ff. de appellat.* & *l. 47. cum ſeq. tit. 13. par. 5. & tot. tit. C. ſi vendit. pig. agat.* & Rebuf. *de liter. oblig. art. 5. gloſ.* 6. ubi inquit, quòd condemnabitur creditor ad reſtituenda bona vendita, vel æſtimationem earum; affirmat ipſe Author 52
eſſe credendum, quòd ſi tempore revocationis ſententiæ, & ejus executionis, bona illa exiſtant penes creditorem, tenetur illa reſtituere; ſi non, ſed pretium recipiat, pretium duplicatum reddere tenetur, & quòd ſuper omnia tenor ſententiæ inſpiciendus eſt. Si tamen debitor allegaret nullitatem ſubhaſtationis non audiretur; niſi totum pretium numeraret per licitatorem ſo- 53
lutum, *l. fin. C. ſi adverſus fiſcum*, Paul. *in l. Julianus*, *num. 46. de ſolut.* Salycet. *in l. 1. num. 3. C. ne liceat tertio provocare*, Bald. *in l. 3. num. 3. C. ſi adverſus fiſcum*, Nevizan. *conſil.* 37. Gamma *deciſ. 40. num.* 1. cum nemo poſſit addictionem retractari, niſi reddito priùs pretio, *l. 1. C. ſi vend. pign. agat. l. ſi minori, C. de jure fiſci. l. penult. ff. de reſcind. venditione. l. fin. §. fin. C. ſi adverſus*
fiſcum, l. fin. in fin. ff. quod metus cauſa; & *ibi* aſſerit 54
Gamma, quòd neque priùs executio retractationis addictionis eſt facienda, quàm pretium ſit redditum; Paul. *in l. 1. num. 5. C. de uſufructu*, & confitetur quotidie judicatum ſe vidiſſe, & *ibi* Flores ejus additionator: Sfortia *conſ. 41. à num.* 82. Oſaſcus *deciſ.* 160. Petrus Surd. *conſ. 39. num.* 24. Stephanus Gratian. *tom. 1. cap. 7. num.* 29. Hæc tamen ſemper obſerva; quia fortaſſis non facilè reperies.

QUÆSTIO XXXV.

An in ceſſione debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1 *Enumerantur Authores, qui hanc quæſtionẽ diſputarunt.*
2 *Venditio nominis permiſſa eſt.*
3 *Nominis venditio poteſt minori pretio vendi, quàm ipſa actio ſit.*
4 *Venditor nominis tenetur de evictione.*
5 *Nominis venditio, ignorante, & invito eo, adverſus quem competit, fieri poteſt.*
6 *Cedens nomen redditus non eſt liberatus, ſi redditus non ſolvatur.*
7 *Ceſſio habet tacitam conditionem quatenus ceſſionarius poterit ſolutionem conſequi à debitore ceſſo.*
8 *Nomen ſi datur in ſolutum, & evincitur, ceſſionarius agit de evictione contra cedentem.*
9 *Venditor nominis tenetur præſtare eſſe debitum, non autem debitum exigibile.*
10 *Venditor nominis debet præſtare, quod aſſeruit.*
11 *Ampliatur primò dicta concluſio, quando quis vendidit, ſi quid juris habet etiam contra Petrum, tunc non tenetur præſtare debitorem locupletem, nec debitorem.*
12 *Secundò ampliatur, quando vẽditor aſſeruit, debitorem eſſe locupletem, tunc utrumque præſtare debet.*

13 *Tertio ampliatur, quando quis ſimpliciter vendidit nomen debitoris.*

14 *Quartò ampliatur, quando venditor, qui promiſit nomina debitorum eſſe vera, & illaſa, talia eſſe debent, ut nulla exceptione poſſint infirmari.*

15 *Debitorem certa quantitatis vendens, quid praſtare debeat.*

16 *Actiones ſuas vendens ita ut non debeat praſtare evictionem ad quid tenetur.*

17 *Venditor nominis debitoris, debet emptori reſtituere, quod exegit, vel compenſavit.*

18 *Venditor hareditatis tenetur præſtare ſe hæredem eſſe.*

19 *Vectigalis venditor ſolum praſtare tenetur, quòd habeat jus vendendi.*

20 *Nomen bonum, vel idoneum, qui promiſit, tenetur ſi dolo verſatus ſit.*

21 *Nomen minus idoneum ignoranter emens, an ſibi prajudicet.*

22. *Ceſſionarius, ſi eſt deceptus, habet actionem contra cedentem.*

23 *Stante deceptione poteſt reſcindi contractus.*

24 *Ceſſio non debet eſſe inutilis.*

25 *Promittens nomen debitoris eſſe exigibile, intelligitur de jure, & non eſſe exactum intelligitur de facto.*

26 *Ceſſionarius utitur ſolùm jure cedentis ejusque perſonam repraſentat, & imò quodcumque privilegium ei competens, ceſſum videtur.*

27 *Ceſſio facta contra principalem cenſetur facta contra fidejuſſorem.*

28. *Ceſſionarius licet poſſit agere contra authorem authoris ſui, & fidejuſſoris, non tamen arctatur, quin poſſit agere contra cedentem deceptione adjecta.*

29 *Nominis emptor, aut ille, cui in ſolutum datum eſt, aut ceſſionarius, an debeat authori denunciare litem, ut contra eum recurſus habeat?*

30 *Hoc maximè erit ampliandum, ſi agere velit via executiva.*

31 *Si nomen ceſſum eſt factum inane ceſſionario negligentia ei imputatur.*

33 *Secus ſi debitor ceſſus tempore ceſſionis jam erat non ſolvendo.*

34 *Culpa non imputatur alicui, ſi non fecerit, quod factum non erat profuturum.*

35 *Facere quis non tenetur id, quod dubium eſt, an ſit profuturum.*

36 *Promittens debitores ceſſos eſſe veros, non tenetur eos veros oſtendere niſi interpellatus.*

37 *Praxis, ut ceſſionarius tutò habeat recurſum contra cedentem.*

38 *Cedens actiones perſonales, & promittens illas bonas facere, ſi reperiatur debitorem ceſſum habere moratoriam, aut ſalvum conductum, an committatur ſtipulatio?*

39 *Si tamen promiſiſſet tantùm debitoris nomen verum, tunc ſufficeret oſtendere de veritate crediti.*

40 *Secus tamen eſſet, ſi ſe obligaſſet de evictione veri & boni debitoris.*

41 *Promiſſio evictionis comprehendit omnes caſus, quibus ceſſionarius privatur utilitate, & beneficio rei ceſſa.*

42 *Cedens rem non liberam tenetur pœna ſtellionatus.*

43 *Ceſſio eſt nulla, quando aliud pro alio creditur.*

44 *Aſſignans debitorem decocturum, veriſimiliter ſciviſſe præſumitur decoctionem, & non ab obligatione liberatur: & de dolo, & damno, & intereſſe tenetur; aliud eſt, ſi ignorans, & bona fide aſſignavit.*

45 *Si delegatio ex ignorantia præceſſerit, & bona fide, inducitur novatio extinctiva, ad differentiam novationis accumulativa.*

46 *Conjecta decoctionis ſcientia quando arguatur.*

47 *Quid in creditore ſcienter non exigente à debitore in præjudicium fidejuſſoris.*

48 *Quid autem in genero non exigente à ſocero dotem, an illius uxor et poſtmodùm improperare poſſit, quòd ex dilatione ab eo facta in non exigendo dotem, illa illius jacturam fecerit?*

49 *Textus in* l. ſi fundus, ff. de fundo dotali, *affertur.*

50 *Item textus in* l. ſi nupta, §. quotiens, ff. ſolut. matrim.

51 *Item etiam text. in* l. ob res, §. ſi convenerit, ff. de pact. dotalibus.

52 *Item text. in* l. Mævia, ff. ſolut. matrimonio.

53 *Ab* l. ſi extraneus ff. de jure dotiũ, *cum concordantibus.*

54 *Maritus negligens exigere dotem an teneatur?*

55 *Uxor non agit ad dotem, ſed vir tenetur eam petere.*

56 *Maritus dotale feudum conſtante matrimonio ex cauſa Commiſſi perdit, ſed eo ſoluto, feudum ad uxorem revertitur.*

57 *Bona nomina fiunt mala ſi non interpellaverit.*

58 *Maritus tenetur de culpa ſi res dotales pereant.*

59 *Periculum nominis ceſſi tranſit in ceſſionarium, cui facta eſt jurium ceſſio.*

60 *Limitatur quando ante ceſſionem debitor jam erat non ſolvendo, quia periculum pertinet ad cedentem.*

61 *Sed an idem ſit quando debitor tempore ceſſionis erat locuples, & poſteà effectus eſt non ſolvendo.*

62 *Venditor nominis debitoris, qui promiſit eum defendere, non tenetur ad quantitatem, ſed tantùm ad factum, id eſt præſtandum eum eſſe verum debitorem; & non poteſt exigi niſi diſcuſſis iis, contra quos ceſſionem & mandatum habuit.*

63 *Ceſſionarius, & procurator in rem ſuam an teneatur agere contra debitorem ceſſum propriis expenſis? & diſtinguitur, & ad multa infertur.*

64 *Maritus expendens pro nomine dato, in dotem, an poſſit repetere ab uxore, vel tanto minus de dote reſtituere.*

65 *Emptor nominis an teneatur antequam agat interpellare venditorem, ut tradat jura, & defendat, ad hoc ut poſſit poſteà adverſus ipſum habere?*

66 *Ceſſio an transferat dominium?*

67 *Agens directa actione, & probans utili, an ſuccumbat?*

68 *Actor tenetur exprimere qua actione agat, directa, an utili ſi ex libello conſtare non poteſt.*

69 *Actio directa an cenſeatur in dubio intentata?*

70 *Actio in dubio videtur intentata quæ libellanti eſt utilior.*

71 *Directa, vel utilis actio intentata cenſetur ex concluſione libelli concepta.*

72 *Directam actionem intentans, quid agere teneatur.*

73 *Utilis actio quadrupliciter dicitur.*

74 *Utilis qualiter differat à directa.*

75 *Actio directa quadrupliciter dicitur.*

76 *Utilis actio quando competat, & quando directa.*

77 *Actio directa cur ſic dicta.*

78 *Utiles actiones transferuntur ſine ceſſione.*

79 *Utiles actiones habens virtute ceſſionis non poteſt exercere directas nomine ejus penes quem remanſerunt.*

80 *Utilis actio à lege ex interpretatione data, eundem habet effectum, quem habet directa.*

81 *Directa actiones non poſſunt transferri in ceſſionariũ.*

82 *Limita, niſi ceſſionarius conſtituatur in rem ſuam procurator.*

83 *Hoc tamen declaratur, quòd hoc caſu debet ceſſionarius intentare illas nomine mandantis.*

84 *Utilis actio, quæ ex ceſſione proficiſcitur, unde oriatur, & an ſit dativa, vel an ſit eadem in ſubſtantia cum directa.*

85 *Cedens ſi nullas habet actiones, & ceſſio fiat acceſſoriè ad venditionem rei, tenetur ex vendito ad rei traditionem, vel de evictione, ſi poſt traditionem fuit evicta.*

86 Ceſ-

86 *Ceſſionarius ſubit periculum nominis debitoris, ſi cedens proteſtatus eſt illum eſſe debitorem de jure ſine aliqua exceptione, non autem dixit eſſe ſolvendo, & locupletem.*

87 *Declaratur hoc quando hujuſmodi periculum evenit poſt ceſſionem, ut ſuprà diximus.*

88 *Vel niſi ceſſionarius non poſſit exigere, quia eſt excluſus exceptione, quæ cedenti obſtabat.*

89 *Cedens ſtat in periculo, & damno nominis debitoris ceſſi, ſi ceſſio ſit ſimpliciter facta.*

90 *Cedens ſi erat debitor ceſſionarii, ut ipſi ſatisfaceret, ceſſit jura contra ipſum debitorem, non cenſetur ſolviſſe, nec ſatisfeciſſe.*

91 *Cedens nomen debitoris tenetur exhibere inſtrumenta ſua, ut probet jura ſua, quæ habet contra debitorem.*

92 *Actiones futuræ, vel competituræ regulariter non veniunt in contractu, niſi dicatur cedi omne jus, quod habes, vel habere ſperas.*

93 *Spes futuræ actionis cedi poteſt.*

94 *Ceſſio, aut remiſſio omnium actionum, vel jurium, quæ & quas quis habet, & habere ſperas in futurum in aliqua re, intelligitur de juribus quæ cedens habere ſperas ex cauſa de præſenti.*

95 *Cedens actiones numquid præſumatur cedere, etiam contra ſe ipſum ſicut contra cæteros.*

96 *Ceſſio facta contra principalem debitorem, an cenſeatur facta contra fidejuſſorem?*

97 *Ceſſio actionis contra fidejuſſorem fieri nequit ſine ceſſione principalis actionis.*

98 *Ceſſione actionis facta uni correo contra alterum correum liberatur ceſſionarius, & poteſt à correo partem conſequi: & numero 99.*

100 *Ceſſio ſi fiat debitori, numquid valeat, & quid operetur.*

101 *Ceſſionarius debitor, vel ejus ſucceſſor, virtute ceſſionis factæ poterit uti contra poſteriorem creditorem retentione bonorum cedentis hypothecatorum, ſi pro debito bona ſua eſſent hypothecata.*

102 *Ceſſio, & mandatum in rem ſuam numquid differant, & qualiter, & quid operetur.*

103 *Ceſſione per hominem facta, non autem legis diſpoſitione, ceſſionarius cenſetur procurator in rem ſuam.*

104 *Procurator in rem ſuam quis dicatur, & num. 105. & 106.*

107 *Miles conſtitutus procurator in rem ſuam non prohibetur officium procuratoris exercere, & in muliere, num. 108.*

109 *Procurator in rem ſuam quando quis dicatur conſtitutus, & num. 110. & num. 111.*

112 *Caſus de facto refertur in ſupremo Caſtellæ Senatu.*

113 *Procurator in rem ſuam quando revocari valeat.*

114 *Mandatum in rem ſuam ſi deductum fuit in pactum, & jus eſt quæſitum procuratori in rem ſuam, revocari non poteſt.*

115 *Procurator in rem ſuam conſtitutus ſecundùm requiſita in* l. 3. C. de novat. *non poteſt revocari.*

116 *Si nomen debitoris ceſſum eſt, is qui ceſſit ſolviſſe dicitur, & liberatur.*

117 *Pecunia exacta, & bona fide conſumpta avocari non poteſt.*

118 *Procurator ſimplex cum juramento conſtitutus revocari non poteſt niſi ex conſenſu partium, num. 119. vel niſi eſſet conſtitutus ſine ceſſione, num. 120. & 121.*

122 *Procurator conſtitutus in rem ſuam ex cauſa non adimpleta in mandato contenta, poteſt revocari, & cedens poteſt priſtinas actiones exercere.*

123 *A procuratore in rem ſuam conſtituto pecunia extans revocari poteſt.*

124 *Pecunia enim, quæ non extat, ſed conſumpta eſt, non poteſt avocari, & num. 125.*

126 *Pecunia ſoluta alicui ſi fuit contrectata mox, affirmari non poteſt quòd ſit eadem pecunia, ſed conſumpta præſumitur.*

127 *Refertur determinatio hujus litis in ſupremo Cõcilio.*

128 *Author proponit ſuam ſententiam, & n. 129.*

130 *Cedens, poſtquam ceſſit, non poteſt eadem jura alteri cedere.*

131 *Cedens poſtquam ceſſit, an agere poſſit contra debitorem, & facere eum condemnari.*

132 *Tex. in* l. 3 C. de novat. *in qua ceſſione locum habeat.*

133 *Cedens poſt ceſſionem an poſſit facere actum aliquem in præjudicium ceſſionarii, & n. 134. ubi latè.*

135 *Factum, vel tranſactio cedentis, quando noceat ceſſionario, & declaratur text. in* l. fin. ff. de *tranſact. & num. 136. & 137.*

138 *Creditores poſſunt denunciare debitori cedentis ne ei ſolvat.*

139 *Cedens, & ceſſionarius ſi concurrant, quis præferatur.*

140 *Cedens jura, & actiones, non obſtante ceſſione poteſt tranſigere, & exigere debitum à debitore ceſſo.*

141 *Ceſſionarius habens ſententiam contra debitorem ceſſum, impeditur per tertium creditorem habentem priorem hypothecam in nomine ceſſo.*

142 *Cedens non obſtante ceſſione agere poteſt, nec debitor ceſſus rectè poterit opponere de ceſſione alteri facta, & num. 143.*

144 *Ceſſionarius agens debet ante omnia exhibere inſtrumenta ceſſionis ſi de eis mentionem fecit.*

145 *Ceſſionarius non poteſt capi facere debitorem, niſi priùs facta fide de ceſſione.*

146 *Ceſſus debitor ſciens ceſſionem aliter quàm requiritur in* l. 3. C. de novat. *an rectè liberetur ſolvens poſt ceſſionem à cedente, & num. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. & 154. & infr. nume. 171. uſque ad fin.*

155 *Textus in* Authent. ſed jam cautum, C. de depoſito, *non procedit, inhibitione facta per judicem, & in num. 156.*

157 *Si judex faciat inhibitionem ex cauſa minus juſta, ſervanda eſt.*

158 *Refertur quotidiana, & frequens quæſtio in forma ſequeſtri.*

159 *Mandatum judicis debitori factum de non ſolvendo, excuſat à mora.*

160 *Si ſolvam pecuniam Petro debitam alteri juſſu judicis, maneo liberatus à Petro.*

161 *Si inhibitio fuerit facta, debitoris opera, & fraude, non procedit liberatio.*

162 *Mandatum judicis, ut ſolvam alteri quàm meo debitori non excuſat, ſed non nulla debeo pati antequàm ſolvam, ut paſſio ſit fidei teſtimonium.*

163 *Debitor ut rectè ſolvat cum mandato judicis, debet creditori denunciare ut veniat ad defendendam ſolutionem.*

164 *Non ſolum requiritur reſiſtentia, & contradictio debitoris antequam ſolvat, ſed opus eſt ut appellet à mandato de ſolvendo, & totum intimare debet ſuo creditori, proteſtans ſe non poſſe reſiſtere juſſui judicis: & cautiùs faciet, ſi deponat pecuniam cum hac qualitate, & intimatione; & n. 165.*

166 *Denuncians tamquam hæres, vel procurator, tenetur oſtendere ſe talem, cum denuncians teneatur denunciatum certum reddere de ſuo intereſſe.*

167 *Ceſſionarius agens nomine cedentis tenetur facere fidem de ceſſione ante litem conteſtatam, ſed non quando agit utili actione, & movet judicium nomine proprio, tunc ſufficit, quòd inſtrumentum extet in proceſſu.*

Ceſſio magis reſpicit juſtitiam cauſæ, quàm legitimationem perſonæ, ibidem.

168 *Is, cujus intereſt, ne quis exigat, poteſt debitori*

dennnciare, ne ſolvat.

169 *Denunciatio ſimplex ſine oſtenſione inſtrumenti ſufficit, quando debitor non petit copiam inſtrnmenti, vel illud ſibi edi.*

Allegatur Andreas Tiraq. *ubi affert multa, in quibus non eſt neceſſe oſtendere inſtrumentum, nec tradere niſi à parte petatur, ibidem.*

170 *Operarii ſe exercentes in re aliena non poſſunt puniri, tamquam turbatores, niſi dominus, vel poſſeſſor eis fuerit proteſtatus ne id facerent.*

171 *Denunciatio an requiratur in debitore ſciente ceſſionem aliter quàm tribus modis in* dict. l.3. C. de novat. *requiſitis.*

172 *Qualitercumque ſciverit debitor ceſſionem, ſua ſcientia ei nocebit, itaque ſolvendo contra propriam conſcientiam non liberatur.*

173 *Denunciatio non requiritur habenti ſcientiam actus, cùm ſimplex ſcientia idē operetur, quam denūciatio.*

1 PUlcra, utilis, & quotidiana eſt iſta quæſtio, frequens in palatiis occurrit, & de ea multoties fui interrogatus, & per diverſos Authores in diverſis locis agitata; Doct. in *l. ſi nomen, ff. de hæred. vel act. vend. in l. Pupilli. §. ſoror, ff. de ſolut. & in l. 3. C. de novat.* Caballin. *in §. 4. n. 54. de evict.* Franchis *deciſ.* 108. *à n. 1. & deciſ.* 427. Oſaſch. *deciſ.* 62. Afflictis *deciſ.* 172. *& deciſ.* 335. ubi Additionatores, Surd. *conſil.* 22. *& conſil.* 452. *lib.* 3. *& deciſ.* 23. *& deciſ.* 336. *n.* 41. Vincent. de Anna *allegat.* 78. Marc. Anton. de Amat. *deciſ.* 6. *& deciſ.* 110. Coſta *de remed. ſubſid.* 20. *à n.* 15. *& in prax. convent. part.* 1. *num.* 51. Straca *de decoct. part.* 5. *num.* 4. Bertaz. *de clauſ. clauſ.* 27. *gloſ.* 13. *n.* 2. Becc. *conſil.* 105. *à num.* 19. Simon de Prætis *conſil.* 192. *Nicolaus à Genua, deciſ. Genuenſ.* 156. Giurba *dec.* 87. *n.* 9. Barboſa *in l. æſtimatis* 51. *ff. de ſolut. matr. num.* 8. Felician. *tom. 2. de cenſibus, cap. 2. lib. 3. à numer.* 15. Joan. de Via *in ſua labyrintho de commercio, lib. 2. cap.* 6. ubi latè, & copioſè per plures numeros, Gaſpar Rodericus *lib. 2. de redditib. cap.* 21. *à num.* 7. idem Surdus *conſil.* 145. *num.* 21. *libr.* 1. Stephanus Gratianus *tom. 3. diſcept. cap.* 527. *à n. 1. & ſeqq.* Jacobus Cancer. *tom. 2. variar. cap. 6. à n.* 171.

2 Contractus venditionis nominis debitoris omni jure eſt licitus *l. ſi nomen, ff. de hæredit. vel act. vendit. l. 3. & fin. C. eod.* Jacob. Cancer. *tom. 3. cap. 1. de act. & obligat. num.* 161. & poteſt obligari, donari, & in contractum deduci, prout quælibet alia res in hominum commercio exiſtens, Alex. de Nevo *conſil.* 95. *in primo dubio*, Caball. *conſil.* 100. *num.* 7. Cancer. *tom. 1. cap. 3. num. 32. & tom. 2. cap. 12. num.* 12. Marcabr. *conſil.* 63. *num.* 10. Petrus Cenedo *pp. qq. 7. num.* 5. & in ſolutum dari, Farinac. *Rot. deciſ.* 328. Roderic. *lib. 2. de redd. quæſt.* 21. *num.* 6. Ant. Gomez Junior *de cenſib. condit. 4. numer.* 17. Silbert. *in ſumm. verb.* [uſura 2.] §. 12. Gutier. *libr. 2. pp. qq.* 174. *num.* 4. Bertazol. *de clauſ. clauſul. 26. gloſ. num.* 4. Et poteſt minoris vendi, *l. qui nondum, & ibi* Paul. de Caſtro, *C. de hæred. vel act. vendit.* Inno. *in cap. in civitate, de uſuris,* Abb. *in cap.*
3 2. *num. 6. de alienat. jud. mut. ca. fact.* Cardinalis Mantica *de tac. & ambig. convent. lib. 4. tit. 13. num. 1. & 2.* quamvis major ſit debiti quantitas, propter pericula, labores, & expenſas in illius exactione, & propter dubium etiam futurum litis eventum, quibus inſpectis pretium erit juſtum; Caſtr. *conſil. 393. column. fin. lib.* 2. Abbas *in dict. cap. 2. num.* 6. Philip. Corn. *conſil.* 273. *n. 7. ad fin. lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 64. *num.* 16. *lib.* 4. Gutier. *lib. 1. pp. qq. cap. 39. num.* 13. Mantic. *ubi ſuprà, num.* 36. Menoch. *lib. 5. præſ. 129. num. 4. & de arbitrariis, caſu* 248. Quando enim debitum eſt incertum, & litibus involutum, minori pretio valet Gloſ. Bart. Bald. & omnes *in l. per diverſas, C. mandati,* Angel. & Paul. *in l. 2. C. ne liceat potentiorib.* Antonius Gabriel. *lib. 2. comm. opp. tit. de act. concluſ.* 5. Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 1. n. 43. & in epitome ad dict. cap. 1. tom. 2. à num.* 9. Roderic. *de redd. lib. 1. quæſt. 8. num.* 22. Et minus dimidio pretio ſolet æſtimari Bald. *num.* 16. Salycet. *in dict. l. per diverſas*, Anton. Gab. *ubi ſuprà, num. 34. & 35.* & poteſt eſſe ratio, quia verum debitum ſine moleſtia conſequi non poteſt, ut eſt teſtis Gloſ. *in l. minoribus, 6. ff. de minoribus,* & latè comprobat Marius Giurba *deciſ. Regni Siciliæ* 117.

Venditor tamen nominis, ubi nihil à partibus ex- 4
preſſè actum, & conventum eſt, ex natura contractus ſolum tenetur, & adſtringitur evictionis nomine, ut jus quod ceditur, ſit verum, & verè debitum, neque præſtare tenetur locupletem debitorem, *dict. l. ſi nomen 4. ff. de hæredit. vel act. vendit. l. inter cauſas, §. abeſſe, ff. mandati,* Gloſ. ult. *in l. ſi plus, §. ultima, ff. de evict.* Bald. *conſil. 72. lib. 3.* Dec. *conſ.* 102. Vincent. de Franchis *deciſ. 208. n. 1. & deciſ. 427. n.* 5. Hieronymus Marilianus *dec. 5. num.* 2. Barboſa *in l. æſtimatis, n. 11. ff. ſolut. matrim.* Beccius *conſil. 105. n.* 13. Petrus Surdus *deciſ.* 326. *num.* 41. Caballinus *ubi ſuprà, n.* 54. Paul. de Caſtro *conſil.* 207. *lib.* 1. Philippus Corneus *conſil.* 61. *n. 24. lib.* 3. Roderic. *libr. 2. de reddit. quæſt. 21. n. 2. & à* 9. Felicianus *tom. 2. lib. 2. cap. 2. à num. 13. de cenſibus*, Menoch. *conſil.* 778. Gratian. *in add. deciſ.* 215. *num.* 7. Mantica *de tac. & ambig. conventionib. lib. 4. tit. 13. num. 5. & 10.* Magonius *deciſ. Florent.* 39. *à num.* 1. Cavalcan. *dec. 3. num. 28. part.* 1. Ariſmin. Tepat. *lib. 2. tit. de ceſſione, colum.* 9. Surdus *conſil.* 452. *n. 15. & conſil. 22. num.* 33. Vincent. de Anna *allegatione* 78. Coſta *de facti ſcient. cent. 1. diſt. 44. à n.* 7. Rota Genuenſis *deciſ.* 156. Vivius *deciſ. 24. num.* 4. Marius Giurba *deciſ. 87. num.* 10. Rota diverſor. *deciſ. 123. num. 7. part.* 2. Ant. de Amatis *deciſ. 6. num.* 9. Natta *conſil.* 398. *n.* 8. *Cardin.* Tuſchus *lit. C. tit. de ceſſione.* Caballinus, *§. 5. n. 36. de evictionibus.*

Venditio actionis, ignorante; & invito eo adverſus 5
quem competit, fieri poteſt, *l. 1. C. de actionib. & obligat. l. 3. C. de hæredit. vel act. vendit.* Cardin. Mantic. *libr. 4. tit. 13. num.* 1. Ariſmin. Tepat. *tom. 2. var. tit.* 411. *capit.* 5. Marius Giurba *deciſ. 117. num.* 2.

Si vendens, vel in ſolutum dans redditum, ceſſerit 6
actiones perſonales, & reales, & omne jus redditus, non ideo liberatus eſt, ſi redditus non ſolvatur, nam per ceſſionem non dicitur ſolviſſe: Gloſ. magna *in l. legavi, ff. de liberat. legata,* Bald. *in cap. 1. in fin. de beneſic. fratr.* Ceſſio enim conditionem continet, qua- 7
tenus ceſſionarius poterit ſolutionem conſequi à debitore ceſſo, Franciſcus Beccius *conſil.* 105. *num.* 1. Dec. *conſ.* 99. *num.* 4. nomen etiam ſi datur in ſolutum, ſi evincitur, vel aliter impeditur exactio, ceſſionarius agit de evictione contra eum, qui dedit: Bar. *in l. ſi quis aliam, ff. de ſolut.* ubi Paul. Caſtr. Cœpola *cautela* 123. Boerius *conſil. 46. n. 10. libr.* 1. Benvenut. Straca *de aſſecurat. gloſ.* 33. *n.* 1. Natta *conſil.* 496. *n.* 18. Quod idem procedit in venditione nominis, ubi exactio impeditur.

Vendens enim, & cedens nomen, ſatisfacit quando 8
nomen eſt verum, ſolum enim præſtare debet eſſe debitum, non vero tenetur præſtare, quòd ſit exigibile, ut in *dict. l. ſi nomen,* & diximus latè *n.* 3. Stephanus Gratianus *deciſ. 13. n.* 30. Felician. *tom. 2. lib. 2. cap. 2. n. 13. de cenſibus,* ubi refert, ita fuiſſe judicatum in Senatu Pinciano. Mantica *libr. 4. tit. 13. n. 5. de tacit. & ambiguis convēt.*

Eleganter tamen quæritur, an nominis venditor præ- 9
ſtare debeat debitorem eſſe locupletem? & fortaſſis aliquis dicet eum debere præſtare, quia inanis eſt actio, quē inopia debitoris excludit; *l. nam is, ff. de dolo.* Sed ut hoc perfectius intelligatur, ſunt plures caſus diſtinguendi. Primus eſt quando quis vendit ſi quid juris habet con- 10
tra Petrum, & tunc non tenetur præſtare locupletem, ſed debitorem eum præſtare debet, *l. quod ſi in venditione, ff. de hæredit. vel act. vend. & in l. ſi pactum, ff. de actione empt.* veluti quando quia

vendi

Digitized by Google

vendiderit quidquid juris habet in hæreditate; ſic intelligitur, ſi quid juris habeat, *l. quod ſi hæreditas, ff. de hæred. vel act. vend.* nam paria ſunt dicere: ſi quid juris habet in hæreditate; & dicere: quidquid juris habeo in hæreditate, vendo, Imola *in l. ſi ſic*, §. 1. *num.* 6. *verſ. in gloſ.* (extinguitur,) *ff. de leg.* 1. Aretin. *conſ.* 148. *num.* 4. Cravetta *conſil.* 415. *num.* 9. Mantic. *ubi ſup. tit.* 10. *num.* 5. *& tit.* 13. *num.* 7.

11 Secundus caſus eſt, quando venditor aſſeruit debitorem eſſe locupletem, & tunc utrumque debet præſtare; argum. *l. ſciendum*, §. *ea tamen, ff. de ædilit. edict. l. Julianus*, §. *quod autem diximus*, *ff. de act. empti.* Beccius *conſil.* 105. *num.* 16. hoc tamen intelligitur ſi emptor fuerit in mora exigendi; & debitor poſt venditionem ipſius lapſus ſit facultatibus, quia tunc habet, quod ſibi imputet *l. quod quis*, *ff. de reg. jur. & cap. damnum, eodem tit.*

12 Tertius caſus eſt, quando quis vendidit nomen debitoris, tale quale eſt: tunc non tenetur eum præſtare locupletem, ſed debitorem tantum, *l. ſi plus*, §. *ult. ff. de evict. dict. l. ſi nomen*: cum enim actum ſit id, & in verbis nulla ſit difficultas, non debet admitti voluntatis quæſtio, *l. ille aut ille*, §. *cum in verbis, ff. de leg.* 3. Alex. Ludoviſius *dec.* 579. *num.* 3. & *ibi* Additio.

13 Quartus caſus eſt quando quis ſimpliciter vendit nomen debitoris, & tunc debet eum præſtare debitorem eſſe, non autem locupletem, *dict. l. ſi nomen*: & ita diſtinguendo ſolvit propoſitam quæſtionem Raph. Fulg. *in d. l. ſi plus*, §. *ultim. ff. de evict.*

14 Additur quintus caſus, quando quis promiſit nomina, quæ vendidit, vera eſſe, & illæſa: & tunc talia debent eſſe nomina, ut nulla exceptione poſſint infirmari: nam & ſi quis cedendo actionem promiſerit bonum nomen facere, tunc dicitur implere promiſſionem, cum ſit nomen tale, ut exigi poſſit, Bart. per illum text. *in l.* 1. *in fin. ff. ad Macedon.* quem adducit *Dec.* in hoc propoſito *conſil.* 402. *num.* 1. Jacob. Cancer. *tom.* 2. *variar. cap.* 6. *num.* 175.

15 Si quis enim vendiderit debitorem certæ quantitatis, in eam ſummam utique tenetur: ſi incertæ, & nihil debeat, quanti emptoris intereſt, præſtare debet; *l. & quidem, ff. de hæredit. vel act.* Mantic. *dict. lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 32.

16 Item ſi quis actiones ſuas ita vendiderit, ut evictionem præſtare non debeat, hactenus tenetur, ut vera eſſe demonſtret, quæ aſſeruit, *l. niſi ff. eodem tit. l.* 1. *C. credit. evict. pign. non deb.* Raph. Cuman. *conſil.* 53. *num.* 2. Corn. *conſil.* 226. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. quod extenditur, ut habeat locum etiamſi imprudens quid dixerit, quia eſt ei imputandum, cum temere aſſeruit id, quòd ignoravit, *l. Julianus*, §. *quod autem diximus, ff. de act. empt.* Alex. *conſil.* 242. *num.* 1. *lib.* 6. Calian. *conſ.* 25. *num.* 11. Cravetta *conſil.* 792. *num.* 13.

17 Illud verò in dubium non venit, quin venditor nominis debitoris debeat emptori reſtituere quidquid vel compenſatione, vel exactione fuerit conſequutus, *l. venditor actionis*, *in fin. ff. de hæredit. vel act. vend.* Item pignoris perſecutionem, quod poſteà quæſivit, ei cedere debet, *l. emptori, ff. eodem tit.* Cardinalis Mant. *dict. tit.* 13. *num.* 14.

18 Similiter hæreditatis venditor tenetur præſtare hæredem, & quòd extet hæreditas; non tamen tenetur ſi in ea damnum ſit, & nullum lucrum, *l. cum hæreditate ff. de hæredit. vel act. vend.* Surd. *deciſ.* 316. *num.* 42. & ven-
19 ditor vectigalis ex natura rei tenetur ſolum præſtare, quòd extet jus venditum; Bart. *in quæſt. quæ incipit*, Publicanus, *verſ.* [*ſecundò ſufficit*,] Surd. *dict. deciſ.* 326. *num.* 42. 43. *&* 44.

20 Quod ſi venditor dolo verſatus ſit, quia cum ſciret debitorem non eſſe ſolvendo, decepit emptorem, aut induxit ad emendum, *l. ſi plus*, §. *fin. ff. de evict.* ibi, (Et dolum præſtare cogitur,) *l. ſi quis domum*, §. 1. *ff. locati*, (ubi tenebitur, decepit enim conductorem:) quem text. inducit *Cyn.* in venditore, *in l.* 1. *C. ſi pignus pign. datum ſit.* Surd. *dict. deciſ.* 326. *num.* 27. Quòd ſanè procedit etiamſi emptor ignoraret debitorem non eſſe ſolvendo, ita Bar. & Paul. *in l. Mævia, ff. ſolut. matrim.* Paul. & Imola *in l. ſi cum dotem*, §. *ſi mulier ff. ſolut. matr.*

Sed contrarium tamen verius videtur, quòd regula 21 *l. ſi nomen*, ſolùm obtineat in ſciente, & non in ignorante; docuerunt Bart. *in dict. l. ſi cum dotem*, §. *mulier*, & *ibi* Alexand. *num.* 4. Barboſa *in l. æſtimatis*, *num.* 11. *ff. ſolut. matrim.* qui moventur, ex text. *in l. promittendo* 42. §. *ſi à debitore verſ.* (*ſciens*) à contrario ſenſu, *ff. de jur. dot.* Vincent. de Franchis *deciſ.* 108. *num.* 4. & comprobatur, quia cum debitor revera non eſt ſolvendo, perinde eſt ac ſi nihil deberet, *dict. l. nam is. ff. de dolo*, unde ſi venditor pretium datum pro nomine velit retinere, videtur agere de lucro captando: emptor autem, qui pro nomine inani dedit pecuniam, videtur agere de damno vitando, & ideò ei potiùs ſuccurrendum eſt; argum. *l. ult. C. de codicil.* eaque ſententia amplectendà eſt: cui non refragatur generalitas text. *in dict. l. ſi nomen*, quia ſapienter reſpondet Barboſa *in dict. num.* 11. verſ. (*neque obſtant*,) eorum jurium generalitatem ità accipiendam eſſe, quòd ille, qui allegat ignoranter accepiſſe nomen debitoris inopis, non ſit audiendus, quia allegat culpoſam ignorantiam, *l. qui cum alio*, *ff. de reg. jur.* Non tamen negatur, quòd ſi allegaverit juſtam, & probabilem cauſam ignorantiæ, non ſit audiendus, nec ei ſuccurrendum. Ex qua reſponſione doctiſſimi *Barboſa* obſervandum dixit Felicianus de Solis, *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. *de cenſib.* regulam text. *in dict. l. ſi nomen*, & in *dict. l. inter cauſas*, §. *abeſſe. ff. mandati*, *& in l.* 3. *in fine*, *de fidejuſſorib.* procedere in ſciente, & ignorante: intereſſe tamen inter ſcientem, & ignorantem, quòd ſcienti nullo modo ſuccurritur; ignoranti verò ſubvenitur, ſi ipſe allegaverit, & oſtenderit juſtam aliquam ignorantiæ cauſam.

Si fuerit deceptus ceſſionarius in ceſſione, habet ac- 22 tionem contra cedentem; Bart. *in l. ſi ſterilis*, §. *quamvis*, *ff. de action. empt. & in l. at qui natura*, §. *cum me abſente*, *numer.* 8. *ff. de neg. geſtis*, Stephanus Gra- 23 tian. *deciſ.* 13. *num.* 27. & ſtante deceptione etiam in ceſſione reſcindi contractum latè conſuluit Fulgoſ. *con-* 24 *ſil.* 242. Bal. *l. in liberti*, *circ. med. C. de oper. libert.* Gerard. *ſing.* 35. *num.* 2. Gratianus *dict. deciſ.* 13. *numer.* 29. Marc. Antonius de Amatis *deciſ.* 6. *num.* 8. Cravetta *conſil.* 191. *num.* 3. *& conſil.* 166. *in fin.* Ronchegall. *in l.* 3. *n.* 66. *ff. de duobus reis*, Deciſio Cameralis 40. *n.* 4.

Sed quia ut ſæpè diximus, quòd cedens debet facere 25 debitorem verum, Pariſius *conſ.* 88. *numer.* 13. *lib.* 1. Rota Genuenſ. *deciſ.* 156. Tenetur tamen facere bonum nomen de jure, id eſt obligatum; & non de facto, id eſt eum eſſe ſolvendo, per textum *in l. ſi plus*, *in fin.* Gloſſa *in verb.* (exigit,) *ff. de evict.* Rota Florent. *deciſ.* 39. *num.* 1. Rota *in noviſſimis*, *dec.* 39. *num.* 1. Rota *in noviſſimis*, *deciſ.* 123. *num.* 7. *part.* 2. Marc. Anton. de Amatis *dict. deciſ.* 6. *num.* 9.

Ceſſionarius cum ſolum utatur jure cedentis, *l. emp-* 26 *tor nominis*, *l. poſtquam*, *C. de hæredit. vel act. vend.* Surd. *conſil.* 22. *num.* 8. *& conſil.* 82. *num.* 14. *& conſ.* 322. *num.* 3. *lib.* 3. *& conſ.* 444 *à num.* 1. Carta ius *deciſ.* 63. *n.* 1. Cæſar de Graſſis in *præludio de exceptionibus*, *à num.* 118. Surd. *dec.* 306 *num* 7. Marc. Ant. Peregrin. *deciſ. Patavina* 105. *num.* 3. Marius Muta *dec.* 14. *Regni Siciliæ*, *num.* 8. Unde quando dicitur nomen non eſſe exigibile de jure, ut diximus, eſt notandum; quòd quando cedens promittit cenſum non eſſe exactū, intelligitur de facto; & eſſe exigibilem intelligitur de jure, & non poſſe illum exigi tamquam impoſitum ſuper re non libera per principalem emptorem ipſius cenſus, Navar. *de uſur. quæſt.* 26. *ſub n.* 116. *& quæſt* 29. *n.* 119. Neque dicendum eſt, poſſe exigi ſine peccato per

ceſſionarium, qui ſolum utitur jure cedentis; ita Gratianus *d. deciſ.* 13. *num.* 33. Becc. *conſil.* 105. *num.* 17.

27 Advertendum tamen eſt, quòd facta ceſſione contra principalem, cenſetur facta contra fidejuſſores debitoris ceſſi, ita Bar. *in l. hæres à debitore, n.* 2. *ff. de fidejuſ.* Bal. *l.* 1. *n.* 9. *C. communia de legatis*, Alex. *in l. ſi vero, in princip.* 61. *ff. ſoluto matrimonio.* Imò quando eſt ceſſa actio, emptor habet regreſſum de evictione contra authorem authoris: quia licèt vaſſallus vaſſalli mei, non ſit meus vaſſallus inſpecta obligatione conventionis: tamen inſpecta re meus dici poteſt Bal. *in l.* 2. *num.* 9. *C. commun. de legat.* Unde dicendum eſt, ceſſionarium experiri debere actiones contra fidejuſſorem, & non cedentem, Stephanus Grat. *d. deciſ.* 1. *num.* 35. & 36.

28 Unde verum eſt ceſſionarium poſſe agere contra authorem authoris ſui, & ſic cedentis, & contra fidejuſſores: tamen per hoc non arctatur ad agendum contra illum, ita ut non poſſit etiam agere contra cedentem, ſtatim quòd detegitur deceptio ceſſionis, & quòd eſt de re facta, quæ non poterat cedi; ad exemplum emptoris, qui licèt habuerit à venditore fidejuſſores pro re empta, non tamen per hoc debet arctari ad agendum ex exemplo contra fidejuſſores ſolum, ita ut non poſſit etiam agere contra principalem venditorem, cum utrumque habeat obligatum. Unde idem dicendum eſt in ceſſionario, cum ceſſio ſimilis ſit emptioni, *l. cum is, ff. de fidejuſſor.* Roman. *conſ.* 85. *num.* 12. Et ſatis dicitur eſſe obligatus cedens ad ſavorem ceſſionarii, cum promittat facere nomen exigibile, qui non reperitur exigibile de jure: ita Gratianus *dicta dec.* 13. *num.* 38. & 39.

29 Quærendum tamen exiſtimo, an cum nomen evincitur ab emptore, vel ab eo, cui in ſolutum datum eſt, debeat denunciari ei, qui vendidit, ut ceſſionarius poſſit de evictione agere, text. *in l. libera, C. de ſent. & interloc. omnium jud. l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de legat.* 3. *Bart. in l. ſi quis etiam, numero* 3. *ff. de ſolut.* Paul. de Caſtro *conſ.* 170. *num.* 3. *lib.* 2. ubi dicit, quòd cedens nomen debitoris, ita demum tenetur ſolvere, ſi legitimè requiſitus non oſtenderit debitorem verum: & quòd ceſſionarius ſi perdit cauſam,
30 non tenetur cedens non vocatus, ſicut in evictione; idem Stephanus Bertrandus *conſ.* 217. dicens, bonum eſſe, quòd ceſſionarius requirat cedentem, ut exhibeat inſtrumenta, quibus poſſit probare creditum, & aſſiſtat cauſæ, & in caſum denegationis proteſtetur, quòd aliàs non poteſt agere contra cedentem, Marcus Ant. Eugenius *conſ.* 73. *num.* 11. Maſtrillus *dec.* 189. *à num.* 20. *p.* 2. Gratian. *deciſ.* 13. *n.* 45. & 46. quæ denunciatio requiritur non ſolum quando emptor agit, & ſuccumbit, ſed etiam quando convenitur, Caſtr. *in l. fin. C. de action. empti.*

31 Quod limitarem, quòd non ſit opus nunciare, quando ceſſionarius eſt procurator cedentis: Undè in tali caſu cedens videtur eſſe præſens, *l.* 1. §. 1. *ff. de procuratoribus, l. fin. C. eodem tit.* Paulus de Caſtro *in l.* 2. *in fine, C. de per. & commod. rei vend.* Decius hîc *conſ.* 102. *num.* 1. *ad medium.*

32 Vel etiam limitarem, quòd non ſit opus denunciatione, quando agitur contra cedentem, ut adimpleat quòd promiſit facere nomen ceſſum verum, & bonum: quo caſu cum agatur, ut detur res libera, quæ obligata reperitur, poteſt agi, etiam quòd nulla denunciatio interveniat. Glo. *in l. qui rem, C. de evictionib.* Joan. Andr. ad Specul. *de empt. & vend.* §. 1. *in addit.* quæ incipit, *quia iſte* §. Alex. *conſ.* 63. *numera* 11. *lib.* 6. Dec. *d. conſ.* 102. *ad fin.* verſ. [*Item diligenter conſiderandum eſt* :] & quòd non requiratur denunciatio, tenent Cravetta *conſ.* 83. *num.* 4. Ruinus Sen.
33 *conſ.* 262. *num.* 8. *lib.* 2. Gratianus *d. deciſ.* 13. *num.* 49. Ceſſionarius non poteſt exequi contra debitorem ceſſum, niſi priùs facta denunciatione, aliàs executio erit nulla: Alciatus *in l.* 1. *n.* 74. *ff. ſi cert. pet. & in l. quoties n.* 9. *ff. de novi operis nunc.* affirmans ſe vidiſſe ex hoc capite plures capturas annullatas; idem ſentit Bald. *in l.* 1. *per diverſas, q.* 10. *Cod. mandat.* Marſil. *ſingulari* 26. Pechius *de jure ſiſtendi, cap.* 5. *n.* 4. Boerius *dec.* 10. Anton. Theſaur. *deciſ.* 220. *num.* 5. Alex. *conſil.* 95. *à num.* 9. *lib.* 2. Ronchegal. *l.* 3. *num.* 66. *ff. de duob. reis*, Dec. *conſ.* 302. dicens, hanc opinionem veriorem, Cagnol. *in l. hæredem, num.* 5. *ff. de regul. jur.* Joſeph. Ludov. *concl.* 4. & hoc maximè, ſi agere velit via executiva, Aſinius *de executorib.* §. 1. *c.* 49. *n.* 4. Vincent. Carrot. *de except. præjudic. except.* 144. *n.* 1. & 2.

Quod tamen non procedit, quando ceſſionarius fuiſ- 34
ſet negligens in exigendo debitorem ceſſum, ob cujus negligentiam poſteà non potuiſſet exigere quantitatem ceſſam, utpote, quia debitor factus eſt non ſolvendo, aut aliàs, quòd ipſe in nihilo haberet recurſum contra cedentem, quòd ejus negligentiæ id damni tribueretur, *l. periculum, ff. ſi cert. pet. c. licèt Epiſcopus, de præb. lib.* 6. Jacob. Cancer. *lib.* 2. *variar. c.* 6. *num.* 170. latè Eſcobar *de ratiocin. c.* 19. *à num.* 1.

Secùs tamen eſſet, ſi tempore ceſſionis jam non 35
eſſet ſolvendo, licèt enim ceſſionarius eſſet negligens, nihil ei dicta negligentia obeſſet: quia culpæ 36
non poteſt imputari alicui, ſi non fecit, quod factum non erat profuturum, *l. fin.* §. *ſed quid noceat, ff. quis ordo in bon. poſſ. ſervet. l. ſi alius,* §. *eſt & alia, ff. quod vi, aut clam.* Bal. *conſ.* 145. *col.* 4. *lib.* 3. Cravet. *conſil.* 83. *num.* 5. Petr. Surd. *conſ.* 39. *num.* 19. & *conſil.* 79. *num.* 6. & *conſ.* 86. *num.* 17. Jacob. Canc. *to.* 2. *var. c.* 37
6. *num.* 172. eſt valdè ſingularis tex. *in l.* 2. §. *pen. ff. ad Tertul.* & hoc procedit ubi ſubeſt dubium an eſſet profuturum, vel non: & hinc dixit Bald. *in d. conſ.* 145. non tribui culpæ ei, qui non fecit impenſam, quæ non erat profutura. Crav. *conſil.* 115. *num.* 16. & *conſil.* 246. Jacob. Canc. *ubi ſup. n.* 173. Hoc tamen eſſet intelligendum, niſi aliud inter partes eſſet conventum; quia ex conventione legem accipiunt, contractus *l.* 1. §. *convenit, ff. depoſit. l. ſi nomen, in fin. ff. de hæred. vel act. vend.* Tali igitur caſu cum debitor promiſit præſtare debitores veros, & bonos, ſi poſteà negligẽtia ceſſionarii fiant nõ ſolvendo, cùm tẽpore ceſſionis ſolvẽdo fuiſſent, id damno ceſſionarii imputatur: Marcus Anton. Eugen. *conſ.* 73. *n.* 15. Jacob. Cancer. *ubi ſup. nu.* 176. alias fuiſſet in manu ceſſionarii differre exactionem in præjudicium cedentis, quod eſſet abſurdum: argument. *cap. alteri, de reg. jur. lib.* 6. idem ſenſit Ruin. *conſil.* 45. *num.* 4. *lib.* 5. Cancer. *ubi ſup. num.* 176.

Circa prædicta utile eſt ſcire, quòd qui promiſit 38
debitores ceſſos veros, non tenetur eos veros oſtendere, niſi interpellatus, ut notat Paul. de Caſtro *conſ.* 170. *numero* 3. *lib.* 2. dicens, cedentem teneri ad ſolvendum, ſi legitimè requiſitus non oſtenderit debitores ceſſos veros, aut non commodaverit inſtrumentum crediti: idem notat Bertrand. *conſ.* 217. *lib.* 7. ſubdens, ideò eſſe utile, ut ceſſionarius requirat cedentem, ut exhibeat inſtrumentum quo probari poſſit creditum, & cauſæ aſſiſtat, quæ praxis deprehenditur ex Paul. de Caſt. *conſ.* 170. *ad fin.* ubi dicit, ſi ceſſionarius cauſam perdiderit, cedentem non vocatum non teneri, ut in evictione: & hanc praxim teſtatur ſæpè obſervari in Regno Cathaloniæ Jacobus Cancer. *ubi ſup. n.* 178.

Quòd ſi quis ceſſiſſet actiones perſonales, & ſpo- 39
pondiſſet facere exequi illas actiones, deinde ceſſionarius reperiſſet debitorem ceſſum ſub moratoria Principis, vel ſalvo conductu; repente commiſſa eſt ſtipulatio contra cedentem, ex quo non poteſt exercere actiones perſonales contra ceſſum nomen debitoris ob moratoriam vel ſalvum conductum: Rota Genuenſis *deciſ.* 156. 40
num. 10. & 11. affirmativam eleganter decidit. Aliud tamen

men eſſet, ſi ſolùm promiſiſſet verum nomen debitoris :
quia tunc, ut ſæpè diximus, ſufficeret oſtendere de verita-
te crediti, tametſi non ſit ſolvendo, neque exigibile, ut
ex Surd. *d. decif.* 326. *n.* 41. & Magon. *dec. Florent.* 39.
41 eſt notatum ; niſi cedens ſua pactione ſe obligaſſet pro-
mittendo de evictione, vel manutentione nominis de-
bitoris veri & boni : & quo tempore ceſſit, ſciret debi-
torem ceſſum eſſe proviſum de moratoria, aut ſalvo con-
ductu : ceſſionarius verò ignoraret ; licèt aliud ſit in ſol-
vente debitum ſcienter decocturo, qui rectè ſolvit, & li-
beratur: Romanus *conſ.* 163. *in fin.* copiosè Menoch. *conſ.*
778. Decianus *conſ.* 81. *n.* 7. *lib.* 4. Coſta *de remedio ſubſid.*
42 *remed.* 10. *n.* 20. Promiſſio namque evictionis comprehen-
dit omnes caſus, quibus ceſſionarius privatur utilitate,
& beneficio rei ceſſæ, Gemin. *conſ.* 151. Signorol. *conſ.*
90. *n.* 26. Alexand. *conſ.* 109. *lib.* 4. Aliàs ceſſante promiſ-
ſione de evictione, intelligitur facta ceſſio jure credito-
ris, quo caſu cedens non tenetur de evictione, imò nec
vendens, ſi ulterius non proceſſit, *l.* 1. cum Gloſ. *C. credit.*
evict. pign. non deberi, l. periculum, ff. de pign. Bald. *conſ.*
127. *lib.* 5. Signorol. *d. conſ.* 90. *n.* 27. Alex. *conſ.* 235. *lib.* 6.
Plot. *in l. ſi quando, n.* 478. *C. undè vi,* Sylvan. *conſ.* 101.
Fabius Anna *conſ.* 47. & *conſ.* 90. *num.* 12. Franc. Viv. *dec.*
24. & *dec.* 125. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 35. *n.*
19. Cardinal. Tuſc. *concluſ.* 359. *lit. E.*
43 Adverte ad unum, quòd ſi cedens rem non liberam
tradat, tenetur crimine ſtellionatus ; ut in ſimili dicitur
de venditione rei alteri obligatæ, aſſerente venditore
illam eſſe liberam, & nemini obligatam : Neguſant.
de pigno. & hypoth. num. 1. *p.* 3. *num.* 21. *l.* 3. *ff. de crimine*
ſtellionatus, Menochius *de arbitrar. caſu* 381. *num.* 8. Fa-
rinac. *tom.* 1. *crimin. quæſt.* 19. *à n.* 33. & *tom.* 5. *poſt. tract.*
de fur. in fragment. à n. 726. Flamin. Pariſ. *de reſignat. be-*
nefic. lib. 1. *quæſt.* 15. *à n.* 29. Godofred. *in praxi criminali,*
§. 27. *à n.* 161. Boſſius *eadem praxi ſtellionatus,* Seſſe *dec.*
44 98. *n.* 22. *par.* 1. Marc. Anton. de Amat. *dec.* 6. *n.* 10. Ceſ-
ſio autem eſt nulla, quando aliud pro alio ceditur, ut in
l. in venditionibus, ff. de contrahen. empt. ita Anton. de
Amatis *d. dec.* 6. *n.* 11.
45 Ad alterum tamen eſt animadvertendum, quod aſſi-
gnatio debitoris, quem delegans decocturum ſciebat,
& obæratum ſeu ſcire præſumebatur, non liberat aſſi-
gnantem ab obligatione, quin ſaltem de dolo teneatur
ad damnum, & intereſſe, *l. ſi cum ſcires, ff. de dolo,*
Anton. Gabr. *in ſuis commun. tit. de novat. conc.* 1. *n.* 29.
46 Coſta *de fact. ſcient. diſt.* 44. *n.* 1. *centur.* 1. Si tamen dele-
gatio ex ignorantia proceſſerit, bona fide inducitur no-
vatio extinctiva (ſic namque dicitur ad differentiam no-
vationis accumulativæ, teſte Bar. *in l.* 1. *n.* 7. *C. de judic.*)
prioris obligationis, Paul. de Caſtr. Imola *in l. delegare,*
ff. de novat. Beroi. *conſ.* 197. *n.* 7. & 8. *lib.* 1. Surd. *decif.* 23.
47 Rota Florentina *decif.* 39. *num.* 10. ubi conjecta ſcientia
decoctoris arguitur, quando intra breve tempus ince-
pit latitare, aut aufugit debitor delegatus. In ſimili fa-
48 cit, quòd dicitur de creditore ſcienter non exigente à
debitore in præjudicium fidejuſſoris, ut advertit Ruin.
conſil. 45. *n.* 5. *lib.* 5. Socin. Sen. *conſ.* 273. *num.* 5. & 6.
Pedroca *conſ.* 26. *num.* 44.
49 Quid autem marito non exigente à patre uxoris
dotem intra dilationem ſocero conſtitutam, quoniam
ſi tempore promiſſionis erat ſolvendo, poſteà inha-
bilis, ac inops comperietur, tempore reſtitutionis ni-
hil poteſt imputari marito, etiamſi non curaverit actio-
nem dotis, dum ſocer properabat ad noviſſimam ege-
ſtatem, eo vidente, & ſciente. Quid tamen finien-
dum ſit in hoc articulo propter varias jurium deciſio-
nes, ſiquidem multæ leges arguunt mariti negligen-
tiam, & non relinquunt inultam, veluti text. *in l. ſi*
50 *fundus, ff. de fundo dotali* : ubi quòd maritus fundum
dotalem petere neglexerit, cum id facere poſſet rem ſui
periculi fecit.
51 Cui annectitur text. *in l. nupta,* §. *quoties, ff. ſoluto*
matr. quoties viri culpa accidit, ne dos à ſocero, aut à
quolibet alio, qui mulieris nomine promiſerat, exige-
retur : Si uxor in matrimonio deceſſerit, aut dotis de-
bitorem hæredem fecerit, ad aliud non tenetur mari-
tus, niſi ut eos obligatione liberet, ideò à contrario
ſenſu, ceſſantibus illis caſibus, marito culpa imputa-
bitur.
Tertiò, uxori ſervit *l. ſi ob res,* §. *ſed ſi convenerit, ff. de* 52
pact. dotal. ſi convenerit ne manente matrimonio dos
vivo patre petatur, mortuo patre ſtatim exigitur, ſi
non petierit maritus, tenebitur hujus culpæ nomine.
Quibus adjungitur tex. *in l. Mævia, ff. ſolu. mat.* ſi 53
maritus ſine dolo malo, vel culpa exigere pecuniam à
debitore non potuerit, non tenebitur : ergo ubi culpa
accidiſſet, tenetur pecuniam refundere : & hæ deciſio-
nes juſtæ, & æquæ videntur, ne alteri per alterum ini-
qua inferatur conditio, ne unius culpa alteri noceat, *l.*
ſi quis in ſuo, §. *legis, C. de inoffi. teſtam. l. ſancimus, C.*
de pœnis, & *tot. tit. ne uxor pro marito.*
Cæterùm iſtis repugnat *l. ſi extraneus, ff. de jure dot.* 54
ubi inquit, quòd mulier non poteſt improperare ejus
viro de gratia, & dilatione, quam fecit, & dedit pa-
tri ſuo, & ſic dictat ratio reverentiæ, & concordat
cum beneficio, ne conveniatur ſocer niſi in quantum 55
facere poteſt: Paul. de Caſt. *in d.* §. *quoties,* dicebat, ſi
pater erat ſolvendo, marito imputandum ſi non exe-
gerit, quia ceſſat ratio *d. l. ſi extraneus,* utpote cum
ſine ſuo incommodo ſolvere poterat, & non diceretur
urgeri. Boër. *decif.* 329. *num.* 2. ait opinionem habere 56
grandem apparentiam, ſed contrariam eſſe veriorem,
quam tenet Alex. *in d.* §. *quoties,* quia ille intellectus
violat literam *d. l. ſi extraneus,* generaliter loquentem ;
Campeg. *de dot.* 2. *p. q.* 77. ab initio volebat tenere opi-
nionem *Paul.* ſed *in fine* videtur ab eo diſcedere: Baldus
in d. l. ſi extraneus, arguit mulierem, quòd conquereba-
tur de marito pro favore quem exercuit erga ſuum pa-
trem, cui magis debet gratias agere. Neſcio quo ani-
mo illi habenda ſit gratia, qui fuit cauſa amiſſionis pro-
prii patrimonii, maximè, quia pater ſalva dignitate hoc
poterat, juxta *l. nepos Praeulo, ff. de ver. ſign.*
Omiſſa diſputatione, ſi juris regulas ſequamur, vix 57
excuſabitur maritus, ſi non interpellaverit, cum ipſe
ſolus poſſit dotem petere, non uxor ; *l. in rebus, ff. om-*
nis, C. de jur. dot. & ſicut non valenti agere non cur-
rit præſcriptio, *l.* 1. §. 1. *C. de ann. except.* Bald. Novel.
de dot. 7. *p.* Balb. *de præſcript. p.* 6. n. 6. Ita uxori, quæ
agere non poterat congruo tempore, nocere non debet
illa fortunæ mutatio, quæ mariti culpa accidit, *l. ob ma-*
ritorum culpam, C. ne uxor pro marito, Marc. Anton. de
Amat. *dec.* 109. *n.* 8.
Hinc fit, ſi in dotem datum fuerit feudum, & pro- 58
pter mariti culpam feudum in commiſſum ceciderit,
vivo marito tenebit commiſſum, eo verò mortuo ad
mulierem revertetur, *cap.* 1. *in fin. de cap. Conr.* ubi quòd
Prælato vivente ad Regem pertineat, ſed eo mortuo, ad
ſucceſſorem revertetur; argum. *l. Statius Florus,* §. *Cor-*
nelio Felici, ff. de jure fiſc. ne unius culpa alteri noceat,
Jacob. de Sancto Georg. *de feud. in verb.* (promiſe-
runt,) *num.* 31.
Hinc etiam dici ſolet, quòd bona nomina efficiun- 59
tur mala, ſi non interpellaveris, *l. qui Romæ* §. *Calli-*
machus, ff. de verb. obligat. Non ſolet mariti culpa inulta
remanere, quando res dotales deteriores efficerentur,
l. ſi conſtante, §. *ſi maritus, l. ſi mora,* ubi Gloſ. Bart.
& Alexand. *ff. ſolut. mat.* Cur idem non tenebitur, ſi
cum dotem uxoris poterat exigere, non exegerit? ſæ-
pè enim contingit viros aliquos hujus eſſe moris ; ut
ditiores appareant, negligere ſummas debitas, quaſi
illis non egeant ; & hæc non debent nocere uxori,
cujus caput eſt maritus ; *cap. cum caput,* 33. *quæſt.* 5.
à quo ergo uxor debet expectare auxilium, & conſi-
lium, niſi à ſuo capite, & marito, *cap. cum ſingulis.* 89.

diſt. cap. ſicut; 12. *quæſt.* 2. *l. cum in diverſis*, *ff. de relig. & ſumpt. fun.*

60 Cum ſupra diximus, quòd ubi debitor à principio erat nominis non ſolvendo: tunc emptori regreſſus adverſus venditorem conceditur ſine dubio, ubi venditor debitorem locupletem eſſe dixit. Sed an idem obtineat, ubi debitor venditionis tempore locuples erat, poſtea tamen effectus eſt non ſolvendo? & periculum nominis ad emptorem ſpectare, docuit text. in *l. pupilli*, *§. ſoror*, *ff. de ſolu.* ubi notant Bart. Paul. Imol. Bart. Angel. & Imol. *in l.* 3. *ff. de fidejuſſ.* idem Bart. Paul. & Imol. *in l. Prætoria*, la ſegunda, *ff. de præt. ſtipulat.* Angel. Fulgoſ. & Albericus, & Jaſon, *num.* 11. *in l. ſi ab arbitrio*, *ff. qui ſatiſdare cogantur*, Franc. Bec. *conſ.* 105. à *num.* 18. Benven. Stracha *part.* 5. *de decoct. num.* 4. Et comprobatur, quia evictio non debetur ex
61 cauſa contingenti poſt contractum tex. elegans in *l. Lucius*, *ff. de evictionib. ibi*, [Futuros caſus evictionis poſt contractam venditionem ad venditorem non pertinere,) *l.* 1. *C. de pericul. & commod. rei vendit.* quia ubi debitor in ſolutum dat creditori ſuo nomen debitoris, liberatur ipſo jure, & omne periculum contingens ſpectat ad creditorem, qui illud acceptavit: ita Paul. de Caſtro *in d. l. pupilli*, *§. ſoror*, Imola *in l. facta*, *§. ſi hæres*, *ff. ad Trebellianum*: Andreas Barbatia *conſilio* 94. *n.* 4. *lib.* 3. Cagnolus *in l. ſingularia*, *num.* 187. *ff. ſi certum petatur*, Surdus *conſ.* 18. *num.* 13. & *conſ.* 22. *n.* 33. & *conſ.* 145. *num.* 21. & *conſ.* 452. *num.* 15. *lib.* 3. & facit text. *in l. periculum*, *ff. ſi certum petatur*, Surdus *dec.* 23. *num.* 7. & *dec.* 326. *n.* 42. Greg. Lopez *in l.* 23. *tit.* 5. *par.* 5. *gloſ.* 4. *in fine* Barboſa *in l. æſtimatis*, *num.* 8. *ff. ſoluta mat.* Simon de Præt. *conſ.* 192. *num.* 6. Barthol. Bertaz. *de clauſ. clauſ.* 27. *gl.* 13. *n.* 2. Felician. *de Sal.* 2. *c.* 1. à *num.* 15. *lib.* 2. *de cenſib.* Gaſpar. Roder. *in lib.* 2. *q.* 21. *n.* 7. *de ann. redd.*

62 Ex quibus infertur ad id, quod *Paul. de Caſtro* advertit *d. conſ.* 170. ubi inquit, quod venditor nominis, qui promiſit debitores defendere, & guarentare, quos alteri ceſſit; oſtendere illos eſſe veros debitores non tenetur ad quantitatem, ſed ad factum tantum præſtandum illos eſſe veros debitores, niſi legitimè requiſitus ut id faceret, id ipſum non feciſſet. Cenſet ergo *Caſtr.* venditorem nominum non ante teneri ad ſolvendum, quam ſi requiſitus ad oſtendendum debitores eſſe veros, & ſolvendo, hoc non præſtiterit. Hoc idem probat Bertrand. *conſ.* 217. *lib.* 7. ut venditores nominum teneantur, bonum eſſe ut emptor denunciet venditoribus, debitores negare ſe debitores, & requirat eos ad aſſiſtendum cauſis movendis, & ſaltem ad inſtrumenta exhibendo, per quæ probari poſſint debita; & in caſum negationis, proteſtetur. Ergo actionem ante dirigendam eſſe exiſtimant contra debitores ceſſos, quam contra cedentem; & non aliter teneri cedentem, quàm ſit interpellatus; hoc idem voluit Jacob. de Arenis *in tract. de ceſ. jur.* & clarè Ruin. *conſ.* 45. *lib.* 5. Requiritur enim, ut debitor non ſit ſolvendo; & hoc idem expreſſius decidit Pariſ. *conſ.* 49. *num.* 14. dicens, quòd etſi ſimplex ceſſio ſit ad commodum cedentis facta, actor non admittitur ad agendum contra cedentem, niſi priùs diſcuſſis iis, contra quos ceſſionem & mandatum ſimplex habuit; quia non poteſt agere, niſi in eo, quod minus ſervare, vel conſequi potuerit, ut eſt text. expreſſus in *l. ſi mandavero* 22. *§. interdum*, *ff. mandati*, ibi: *Nam quamvis debitum meum proſequar; nihilominus & illius negotium gero: igitur, quod minus ſervavero, conſequar mandati actione*, ubi omnes tradunt. Socin. *conſ.* 273. *num.* 6. *lib.* 2. Beccius *conſ.* 109. *num.* 25. Marc. Anton. Eugenius *conſ.* 73. *numero* 15. Jacob. Cancer. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 6. *num.* 169.

63 Sed numquid ceſſionarius, & procurator in rem ſuam teneatur ſuis expenſis agere contra debitorem ceſſum, & poſſidentem rem venditam, vel ceſſam; Jaſon *in l. qui ſtipendia*, *C. de procurat.* firmat procuratorem hunc ſuis propriis expenſis debere agere, Bald. *in l.* 1. *C. de evict.* qui loquitur in procuratore in rem ſuam à lege facto, ſcilicèt, in emptore nominis, qui illud ſuo periculo, & propriis expenſis exigere debet, idem Bald. *in addit. ad Specul. tit. de expenſ.* 1. *colum.* verſ. [*Ceſſionis*] Tamen eſt diſtinguendum, aut ceſſio ſit gratia cedentis tantum, & tunc judicium expenſis cedentis moveri debet, ut in caſu *l. ſi ne certò*, *§. nunc videndum*, (el ſegundo;) *verſ.* [Idem Labeo] *ff. commodati*, & ibi tenent *Bald. Caſtr. & Aretin.* qui dicit, hoc procedere in quocumque, qui tenetur facere, & curare, quòd quis rem habeat, ſicuti etiam expenſas neceſſarias, & ſumptus ad rem perferendam, perducendam præſtare ſolet generaliter is, cujus negotium agitur, *l. etſi hæreditas*, 11. *§. quo autem loco*, & *ibi* Gloſ. *ff. de petition. hæredit.* & etiam impendiis actoris, quando pro ſua utilitate aliquid fit, *l. idem*, *§. idem Labeo*, *ff. mandati*, *l. ſi in Aſia*, 12. *§. depoſitum*, *ff. depoſit.* Baldus *in d. §. quo autem loco*, dixit, quòd ille tenetur ad expenſas, cujus gratia celebratur actus, Ant. Hering. *in tractat. de fidejuſſorib. cap.* 16. *n.* 17. Anton. de Amatis *deciſ.* 114. *num.* 7. Riccius *collectan.* 115. *per tot. part.* 1. & inter alia multa dixit, quòd emptor denuncians venditori litem ſibi motam, tenetur omnia acta moleſtiæ ſuis ſumptibus exhibere. Negativam ſententiam tulit *Senatus Pedemontanus*, ſecundum Anton. Theſau. *deciſ.* 218. *n.* 3. Quo fit, cum venditor teneatur rem tradere liberam, & emptori expeditam, ut latiùs eſt dictum, & dicetur, ſequitur quòd ſi contra occupatorem ipſius egerit virtute ceſſionis, emptor id periculo, & expenſis venditoris cedentis agere debet; quod tamen verius arbitrarer, ſi in culpa fuiſſet venditor, ut quia alteri tradidiſſet, & fuiſſet in mora tradendi emptori, *l. eleganter*, *§. ſi vendideris*, *ff. de pignor. action.* & *in l. ſervos. eod.* idem ſentit Paulus de Caſtr. *in l. ſi ea res*, *in princ. ff. de action. empti.*

Dominium non transfertur per ceſſionem, ſed tantum jus perſonale, *l. penul.* & *ibi* Bal. *C. de hæred. vel act. vend. l. Lucius*, 88. *§. inſtituto*, *ff. de leg.* 2. Berta. *in tract. de claus. clauſ.* 29. *glos.* 4. *n.* 3. Hieron. de Leon. *dec.* 70. *n.* 10. & 12. ubi multas deciſiones Senatus Valentiæ annumerat. 64

Agens actione directa, & probans in actione utili, ſuccumbere debet; Bar. *in l.* 1. *num.* 23. *ff. de act.* Salycet. *in l.* 1. *quæſt.* 10. *C. eod.* pract. Papren. *in praxi in forma libel. ex cauſa venditionis*, *verb.* (utiles,) *n.* 1. & *in verb.* [ceſſit, & mandavit,] *num.* 3. Cyn. diſtinguit *in l.* 1. *C. de act. & oblig.* & Bart. *in dict. l.* 1. *C. eod.* ſecundum quem eſt dicendum: quandoque fit libellus generaliter in actione reali; & tunc ſatis eſt probare in utili argumento *l. nam & poſteà §. item ſi juravero*, *ff. de jurejurand.* licèt Gloſ. videatur ſentire, quòd dominium utile, & utilis actio non videantur in libello deduci, vel comprehendi, ut notatur *in l. minor*, *§.* 1. *ff. de eviction.* & *in l. ſi mater*, *§.* 1. & *§. ea*, *ff. de exception. rei judic.* & Jaſon *num.* 8. *in d. §. ſi juravero*, notat: Aut libellus fuit ſpecialis, & ſic ſpecialem actionem continens in actione perſonali directa, & tunc aut pendente judicio ipſi eidem, cui competebat directa, cœpit competere utilis ex facta ipſius rei conventi; & tunc ex eadem inſtantia debet reus condemnari, ut in *l. quamquam*, *§. Julianus*, *ff. de aqua pluvia arcen.* *l. ſi poſt acceptum*, *ff. de rei vend.* Aut à litis exordio ſibi competebat directa tantum, & propoſuit utilem, vel è contra, & in illo, quæ non fuit propoſita, probavit. & tunc reus eſt abſolvendus, argument. text. *in l.* 1. *§.* 1. *ff. ſi menſor fals. mod.* dixerit, *l. qui habebat*, *ff. de inſtit. act.* ubi Bart. & Greg. Lop. *in l.* 18. *tit.* 8 *part.* 5. *glos.* 1. Alphonſus *in collect. mea* 119. Ant. n. de Padilla *in l. error*, *n.* 50. *C. de juris*, & *facti ignorantia*, Petrus Surdus *conſ.* 12. *n.* 22. 65

Tiraquel.

Tiraquel. *in tract. de retractu convent. in fin. num.* 98.
ubi omnes concludunt, quòd agens una via, & ex una
cauſa, & probans aliam, non obtinet, niſi quando pro-
ceditur veritate inſpecta, ex Tiraquel. *ubi ſupr. n.* 101.
66 & Jaſon *in §. omnium,* 19. *Inſtit. de action.* Quod ſit, ut
ſi ex tenore libelli non poſſit conſtare, qua agat actio-
ne, tenetur id actor exprimere, ut tradit Speculator
ubi ſuprà, Bart. Paulus de Caſtro poſt Cinum *in l ſi duo*
ff. de ſolut. Paul. *in l. emptor, C. de hæred. vel act. vend.*
Din. *in reg. pro poſſeſſore,* Bald. *in d. l. qui ſtipendia, n.* 4.
67 Ferrar. *in d. pract. & form. ubi ſup. verb.* (utiles,) *n.* 1.
In dubio videtur intentata, quæ utilior eſt libellanti,
l. ſi quis intentione ambigua, ff. de jud. de quo per Bar.
& alios *in l. inſulam, ff. de præſcript. verb. in l. ſi olei,*
& fornai. Cenſetur intentare directam, qui in conclu-
68 ſione libelli petit ſibi procuratorio nomine cedentis ſol-
vi: utilem, ſi non expreſſo nomine procuratorio, ut
communiter concludunt DD. *in dict. leg. qui ſtipendia.*
69 Ex forma autem agendi utiles à directis actionibus
diſcernuntur, nam ſi ſibi obligatum mandatarius dixit,
utiles propoſuiſſe planum eſt, Bald. *in l.* 1. *C. de act.*
& obligat. ad fin. idem ſi creditorem dixit, Maranta *in l.*
70 *ſi actor. num.* 20. *&* 23. *ff. de procurat.* Jaſ. *in d. l. qui*
ſtipendia, n. 4. Rota Nova *deciſ.* 179. latè Caldas Per. *in*
tract. de empt. & vend. c. 24. *à num.* 28. *&* 29.
71 Præterea, qui directam actionem intentat, tene-
tur ante litem conteſtatam facere fidem de ceſſione,
ſeu mandatum directarum, quòd non eſt neceſſe in
eo, qui agit utili: quia ſufficit ſi in termino probato-
rio, tempore, quo de meritis tractatur, producatur,
& probetur ceſſio, ut declarat Specul. *in §. nunc dica-*
mus, de inſtrum. verſ. (*Si quid ecce*) ſequitur Bart. *in*
prima lect. l. 1. *C. de act. & obligat.* Guido Papa *dec.* 177.
n. 2. Bertaz. *de clauſul. clau.* 29. *gl.* 4. *n.* 1.
72 Actio utilis quadrupliciter dicitur. Primò, reſpe-
ctu directæ competentis, *l.* 1. *C. de act. &* Bart. *in d l.* 1.
ff. eadem, directa actio competit cedenti, quæ ab oſ-
ſibus ejus ſeparari nequit Gl. *in l.* 3. *ff. pro ſocio,* Secun-
dò dicitur utilis reſpectu directæ, quæ jam competit,
ot in utili, quæ reſtituitur minori, vel abſenti, *l. in*
honorariis, ff. de act. Tertiò dicitur utilis reſpectu di-
rectæ, quæ nunquam competit, licèt eſſet poſſibile
competere, *l. penult. C. ad exhibendum, & l. quoties,*
C. de donat. quæ ſub modo. Quartò dicitur utilis reſpectu
directæ, quæ competit ad aliud, ut in caſu *l. penult. ff. ſi*
quadrup. paup. fec. dicat. l. curatoris, C. de neg. geſt. & l. 1.
ff. de bon. poſ. petita, & §. cæterum, Inſtit. ad l. Aquil. latè
73 Caldas Pereir. *d. c.* 24. *n.* 37. *& ſeqq.* Bertaz. *clau.* 27. *gl.* 9.
à n. 1. ubi ponit differentiam inter utilem, & directam
actionem: quòd tantum directa actio dupliciter dicitur.
Primò, reſpectu contrariæ actionis, quæ tutori, ge-
74 ſtori negotiorum, procuratori, depoſitario, & ſimi-
libus competit: hi enim licèt teneantur pupillo, domi-
no, & deponenti directa actione, tamen eis adverſus
illos contraria actio competit, ut plenè declarat *Jaſ. in*
§. præjudiciales, num. 19. *Inſtit. de act.* & latè Bertazol.
75 *d. gl.* 9. *ſub num.* 1. Secundo modo dicitur directa reſpe-
ctu utilis, quæ competit in quatuor caſibus jam ex-
preſſis: ſed proſequendo quartum modum de quo *ſup.*
in d. l. curatoris, ubi latè Gloſ. directa actio dicitur
76 quoties ex verbis legis, & mente ipſius inducitur, ſed
ſi nec verba, nec mens legis convenit, ſed ex juriſ-
conſultorum interpretatione lex extenditur ad alium ca-
ſum non cogitatum, ut in *d. l. penult. § ſi quadrup paup.*
feciſ. dicat. Bertazol. *clauſ.* 27. *glo.* 9. *nu.* 2. Caldas Pereira
in dict. cap. 24. *à n.* 37.
77 Utiles actiones plerumque ſine ceſſione transferuntur,
ut in ſex caſibus enumeratis per Gloſ. ubi Bart. & alii
in d. l. 1. *C. de act. & obligat. & in l. ex legato. C. de le-*
78 *gat.* Jacobus Aretinus *in dict. tract. num.* 64. Joannes de
Graſſis *d. tract. §.* 5. *num.* 3. His tamen caſibus non po-
teſt habens utiles exercere directas nomine ejus, penes
quem remanſerunt, Gl. *in l. emptor, C. de hæred. vel act.* 79
vend. d. l. ex legato. Sed quando datur actio utilis à lege,
ex interpretatione, ut ſuprà dictum eſt; ipſa actio ha-
bet eundem effectum, quem habet directa, & idem
conſequitur agens ex una, quod conſequitur ex alia,
l. action. & ibi DD. *ff. de negot. geſt.* ſed benè utile eſt
habere actiones directas, & utiles, ut per Bald. *in*
d. l. emptor, n. 5. Bart. *in d. l.* 1. *num.* 7. *C. eodem,* Jaſon;
in l. cum fundus, §. ſervum tuum, colum. penult. ff. ſi cer- 80
tum petat. Præterea ſciendum eſt, quod per ceſſionem
actiones directæ non poſſunt transferri in ceſſionarium
cum ſint infixæ oſſibus cedentis à quo ſeparari non poſ-
ſunt *l.* 3. *ff. pro ſocio, l. ſi quis ergo. ff. de peculio.* Aretinus
in d. tract. n. 54. Graſſis *d. §.* 3. *in princ.* Papienſ. *dict. glo.*
ceſſi, n. 3. Bertazol. *d. clauſ.* 9. *num.* 3. Caldas Pereira *d.*
cap. 24. *n.* 14. Quæ tamen concluſio limitanda eſt, quòd 81
opus ſit, ut ceſſionarius conſtituatur procurator in rem
ſuam, de quo latiùs per Tiraquel. *de retractu convention,*
§. 26. *gloſſ.* 1. *num.* 55. Sed tamen hoc declarandum eſt 82
non transferri, ut ceſſionarius ſuo nomine eas inten-
tare poſſit, ſed tantum nomine mandantis, ut tradunt
Doct. *in l. qui ſtipendia, C. de procurator. in l. cum fundus,*
ubi Dec. *num.* 22. *ff ſi cert. petat.* tradit Nicol. *in concord.*
gloſ. in 58. *concor. num.* 379. Bald. *in l.* 1. *n.* 10. & Saly-
cetus *in q.* 4. *C. de action. & obligat.*
Sed unde oriatur iſta actio, quæ ex ceſſione naſcitur 83
an ſit nativa, vel dativa? & an ſit eadem in ſubſtan-
tia cum directa, vel differat ſpecie? vel ſit eadem
numero? tradit Bartol. *in l.* 1. *ff de action. & obligat.* idem
Bart. Bald. & Salycet. *in d. l.* 1. *C. eodem,* & nonnulla
ponit Bald. *in d. l. ex legato,* ubi videndus eſt: quod
tamen procedit de ceſſione effectualiter facta, ſecùs de
promiſſione de cedendo: quia per eam non transfertur
jus aliquod; Romanus *conſ.* 86. quem ſequitur Dec. *in*
d. l. cùm fundus, §. ſervum tuum, Tiraquel. *de retract.*
convent. in fin. n. 41. Boër. *deciſ.* 3.
Sed quid ſi cedens nullas actiones habeat? quo caſu 84
nihil venit in ceſſione, *l. nemo plus juris, ff. de regulis*
jur. Bald. in terminis ceſſionis, *conſ.* 139. *num.* 3. *lib.* 2.
Simon de Prætis *in tract. ultimarum voluntat. lib.* 4. *dub.*
3. *n.* 12. an, & in quo teneatur ceſſionario? & dicen-
dum eſt, quòd ſi ceſſio fiat acceſſoriè ad venditionem
rei, tenetur ex vendito ad rei traditionem, vel de evi-
ctione, ſi fuerit ei poſt traditionem evicta; ſed ſi fiat
ceſſio actionum perſonalium, quas quis habet contra
ſuum debitorem, refert, an ſit datio in ſolutum, vel
venditio nominis cum ceſſione, vel ceſſio tantùm? Pri-
mo caſu tenetur dans vel vendens, preſtare eum eſſe
debitorem de jure, ſine aliqua exceptione; non autem
eſſe ſolvendo, vel locupletem, ut ait Bald. *in d. l. ſi no-*
men; Caſtrenſ. *d. conſ.* 170. *num.* 2. *part.* 2. & hoc pro-
cedit quocumque titulo fiat hujuſmodi nominis alie-
natio, etiamſi cederetur ſolummodo, prout cedi po-
teſt, *d. l.* 3. *C. de novat.* Tiraquel. *d. §.* 26. *gloſ.* 3. *nu-*
mero 32. Dec. *conſ.* 102. *n.* 1. Paulus Pariſius *conſ.* 88.
num. 3. *lib.* 1. Et hoc caſu periculum nominis, ſi poſt 85
venditionem, vel dationem in ſolutum hujuſmodi fiat
inexigibile, pertinet ad ementem, & recipientem, &
liberatur debitor, qui in ſolutum dedit, *d. l. pupilli. §.* 86
ſoror. ff. de ſolut. Imol. *in l. facta. §. ſi hæres, ff. ad Tre-*
bellianum, admittit Socinus *conſ.* 37. *num.* 8. *&* 23. *lib.* 4.
& de nomine dato in ſolutum pro dote, habetur *in l.*
Mævia, ff. ſoluto matrimon. Campeg. *de dote* 2. *par.*
quæſt. 79. Si tamen non poſſet emptor, vel acquirens
nomen exigere à debitore, & ſit exceptione excluſus, 87
quæ cedenti obſtabat, habet regreſſum contra vendi-
torem, Decius *dict. conſ.* 102. *numero* 1. Boërius *de-*
ciſ. 329.
Si verò cedens ſtet in periculo, & damno nominis 88
debitoris, quando ceſſio fuit ſimpliciter facta, ſcili-
cèt, quando eſt ſolum facta ceſſio, periculum non
pertinet ad ceſſionarium, ſed ad cedentem, Socinus

d. conſ.

d. conſ.37. num.8. Undè ſi cedens erat debitor ceſſio-
narii, & ut illi ſatisfaceret, ceſſit jura contra ſuum de-
89 bitorem, non cenſetur ſolviſſe, nec ſatisfeciſſe, Gloſ.
magn. in fine, in l. legavi, ff. de liberat. legat. Alexand.
conſil. 96.lib.3. Decius conſ.99. num. 4. Et propterea
eidem tenetur aliter ſatisfacere, & omni caſu tenetur
cedens, vel vendens exhibere ſua inſtrumenta, quæ
90 habet contra debitorem, Baldus in l. Titius, ff. de act.
empti, & in d. l. ſi nomen, & in l. 1. n.6. C. credit.evict.
pign. non deb. Romanus conſ.163. colum fin. Bald. conſ.
51. ad finem, lib.& l. inſtrumenta, C. de fideicommiſ. De-
cius in l. ſi procurator, C. de edenda, & in conſ.214.n.3.
Florianus in l. cætera, ff. famil. ercif. ubi Bald. Franciſc.
Bec. conſ.37. n.8.
91 Actiones futuræ, vel competituræ regulariter non
veniunt, vel comprehenduntur in contractu, ſed tan-
tum præſentes, & competentes de præſenti, ut in ven-
ditione hæreditatis, tradit Gloſ. juxta tex. in l. hære-
dem, ff. mandati, & habetur in l. ſi ſtipulatus, §. cum ſti-
pulamur, ff. de verborum oblig. Quapropter in contracti-
bus emptionis, & venditionis hodie apponitur, quòd
venditor cedit omne jus, quod habet, & habere ſpe-
rat, vel poſſet habere; Celſus in tractatu de clauſ. num.
297. Boër. d. deciſ.337. n.1. dixit ſingulariter Baldus
in l. ſi in ſolutum, C. de actionib. & obligat. ubi dicit, actio-
nem hypothecariam tempore ceſſionis competentem ve-
nire in ceſſione, ſecùs ſi poſt cœperat competere. Spes
92 autem futuræ actionis cedi poteſt, licèt incerta res ſit,
l. ſpem, C. de donation. ſicut etiam vendi poteſt, l. ne-
que emptio, ff. de contrahenda empt. licèt non veniat
evictio, ſecundùm Baldum in d. l. ſpem: & de ceſſione
ſpei, quòd fieri poſſit, tradit Bart. in l. fin. ff. de admi-
niſtrat. tut. Ruin. conſ.98. num.15. lib.1. Tiraq. d. gl.3.
num.4.
93 Si tamen ſit facta ceſſio, aut remiſſio omnium ju-
rium, & actionum, quæ & quas quis habet, & habe-
re ſperat in futurum in aliqua re, cenſentur tantum
ceſſa, & remiſſa jura, quæ cedens habere ſperat ex
cauſa de præſenti; quia aliàs ſpes non dicitur illa, quæ
94 non eſt fundata de præſenti Bartol. in l. poſt emancipatio-
nem, §. 1. ff. de liber. leg. & Baldus in d. l. ſpem, ubi
Angel. Bertazol. d. clauſ. 27. gl.14. à n.6.
95 Sed numquid cedens actiones præſumatur cedere
etiam contra ſeipſum, ſicut contra cæteros? & videtur
quòd non; quia in generali ſermone non cenſetur
comprehenſa perſona loquentis: l. inquiſitio, C. de ſo-
lution. Ant. Gab. in ſuis communibus, concl.9. de verb. ſi-
gnificat. Bernard. Diaz regula 307. tradunt Moderni in
l. frater à fratre, ubi Crotus in repet.4. notab. num.15. ff.
de condiction. indeb. ponentes quæſtionem de eo, qui
promiſit accõmodare turrim, vel caſtrum contra quem-
cumque, ut non teneatur contra ſeipſum: & videtur
probari in l. peculium, §. ſicut, ff. de peculio legato, Gloſ.
fin. in l. emptor, ubi Bald. C. de hæred. vel action. vend. &
in d. l. ex legato, num.11. C. de leg. & Bald. & Salyc. poſt
Jacob. de Aretin. in l.2. C. an ſervus ex ſuo facto, Aretinus
in §. Præterea, n.34. verſ. [Septimò repellitur,] Inſtitut.
de exception. Alexand. conſ.149. col.2. lib.2. Contrarium
videtur probari in l. ſi culpa, ubi Bart. & Bald. ff. de rei
vendicat. tenent Bart. & alii in l.1. §. final. ff. de novi operis
nunciat. & in l.3. §. ſi ego, in fin. eodem. Tamen diſtin-
guendum exiſtimo inter ceſſionem factam ex cauſa lu-
crativa, & factam ex cauſa onerosa; ut primo caſu pro-
cedat prior ſententia, ſecundo poſterior; ut declarat
Socin. conſ.206. ubi diſtinguit faciendo plures caſus: ſe-
quitur Neguſantius in tract. de pign.5. p. memb.3. n.52.
& idem tradit Dec. conſ.101. col. fin. verſic. (Secundò non
obſtat:) & ita dictam regulam l. inquiſitio, declarat
Bartol. in l.1. in fine, ff. de Senatoribus, Cinus, Alberi-
cus, Salycet. & omnes notant in d. l. inquiſitio. Ant.
Gabr. d. conſ.9.
96 Si contingat, quòd contra principalem debitorem
cedantur jura, & actiones, hæſitant Doctores, an ta-
lis ceſſio extendatur ad dicti debitoris principalis fide-
juſſorem? Azo in Summa, C. de hæredit. vel action. vend.
Bart. in §. ſi hæres, n.1. ubi Alexand. in addit. lit. B. ff.
ad Trebellianum, dicunt extendi non tantùm ad fidejuſ-
ſorem, verum etiam ad pignora. Regulariter enim fa-
cta ceſſione contra principalem tranſeunt actiones con-
tra fidejuſſores, & pignora: Bart. in d. §. ſi hæres, n.1.
Pyrrus Maurus Aretinus in tractatu de fidejuſſoribus, ſect.
9. §.21. n.1.
Cæterum Bertazol. de clauſul. clau.27. glo.18. n.2.
ex Specul. & Joan. Andr. vult, cõcluſionem ſupr. firmatam
procedere in caſibus tantùm, in quibus tranſit utilis
actio ſine ceſſione: in aliis autem, in quibus ceſſione
opus eſt, vult non tranſire, niſi expreſsè dictum, ac
ſpecificatum ſit, Jacobus de Aretino in d. tract. de ceſſ.
action. n.67.
Actionem tamen contra fidejuſſorem ſine ceſſione 97
principalis actionis cedi non poſſe, tenent Cyn. &
Alberic. in l. fidejuſſor obligari, ff. de fidejuſſ. & in l. fin.
C. de hæred. vel actio. vend. Tiraquel. d. §.26. glo.1. in fine,
Vincent. de Franchis deciſ.55. n.1. Paſlador. lib. 2. §. fin.
par.4. §.6. à n.1. Vincent. Carrotius deciſion.87. Si ta- 98
men fiat ceſſio actionis uni correo contra alterum cor-
reum liberatur ceſſionarius, & poteſt à correo partem
conſequi, l. qui duas, ubi Bald. & Paulus de Caſtr. ff. de
legat.2. & de ceſſione facienda correo, pro qua parte ſit 99
facienda, habetur per Bart. in l. ſi plures, ff. de admini-
ſtrat. tut. & in l. cùm pupillus ff. de tut. & rat. diſtr. & in l.
Modeſtinus, ff. de ſolut. Bald. in l.1. C. de duobus reis, Gui-
do de Suezar in tract. de guarenti. inſtrum. n.46.
Sed quid ſi ceſſio facta ſit ipſimet debitori, nunquid 100
valeat? & videtur quòd non; quia non poteſt eſſe ſui
ipſius creditor, & debitor, l. Vranius, ff. de fidejuſſori-
bus. Tamen dicendum eſt valere, & operari liberatio-
nem à debito, argument. l. ſi ſponſalibus, §.1. ff. de jure
dotium: & ita in individuo tradit Bald. in l.1. q.11. n.22.
C. de action. & obligat. ſequitur ibi Salycet. q. 21. tenet
Alexand. in l. Senatus, §. fin. per illum textum, ff. de legat.
1. dicens vidiſſe concluſum in contrarium per quemdam
Doct. conſulentem non valere ceſſionem factam de om-
nibus ſuis juribus per ſororem fratri contra quoſcum-
que ſuos debitores, ut in eis non comprehenderetur
ceſſionarius, quòd recuſavit pro ea parte conſulere.
Quam ſententiam tenuit Alex. conſ.157. n.2. lib.7. Rui-
nus etiam conſ.119. n.19. lib.2. & conſ.17. num.8. lib.4. &
conſ.88. n.6. lib.5. & in conſ.92. n.22. lib.3. qui loquitur in
terminis. Et non ſolùm operatur liberationem à debito,
ſed etiam vigore ipſius ceſſionis poteſt ceſſionarius, vel 101
ejus fidejuſſor contra poſteriorem creditorem uti reten-
tione bonorum hypothecatorum cedenti, ſi pro de-
bito bona ſua eſſent hypothecata, per ea quæ tradit
Gloſ. & Bald. in l. uſucapio, C. de pignor. Bart. in l.1. §.
cum prædium, verſic. (Sed quæro quale remedium) & in
l. Ariſto, 3. quæſt. ff. de pignor. quòd tenet expreſsè
Neguſ. d. memb.3. n.74.
Cum ceſſio ſit mandatum in rem ſuam; re tamen 102
vera negari non poteſt, quin inter ceſſionem, & man-
datum in rem ſuam aliquæ ſint differentiæ. Clauſula
enim ceſſionis majoris eſt efficaciæ, cum per eam trans-
ferantur utiles actiones in ceſſionarium, quas ſuo no-
mine intentare poteſt, & etiam directas nomine ce-
dentis intentare poteſt, ſed per hanc clauſulam con-
ſtitutionis procuratoris in rem ſuam ſolum mandantur
actiones directæ, quas procurator intentat nomine
mandantis, ut per Gloſ. Bart. Bald. & Salycet. in d. l.
1. C. de action. Gloſ. & Bart. & Paulus de Caſtro in l. fin.
in princip. ff. de donation. Aretin. conſ.125. in princip.
licèt Baldus in l. ſiquidem, col.2. verſ. (Sed contra iſtud
oppono) C. de action. & obligat. voluerit mandatum in
rem ſuam, ceſſionem includere. Sed tamen quamvis
veriſſimum ſit mandatum in rem ſuam ceſſionem non
compre-

103 comprehendere, ſecùs eſt è contra. factà enim ceſſio-
ne per hominem, ceſſionarius cenſetur conſtitutus pro-
curator in rem ſuam, *l. ſi procuratorem, §. final.* & *ibi* Bal-
dus, Jacobus de Arena *in tractatu de ceſ. jur. n. 2. & n. 5.*
Joannes de Graſſis *eodem tract. §. 2. n. 12.* Baldus *in d. l. 1.*
n. 10. C. de act. & in l. emptor, C. de heredit. vel act. vend.
& in l. qui ſtipendia, C. de procurat. & in l. quæ nomina, §.
fin. ff. de procurat. Dec. *in l. penult. num. 7. ff. ſi certi.*
petatur.
104 Procurator in rem ſuam is namque dicitur, ad quem
pertinet utilitas, & damnum, *l. planè*, ubi Gloſ. & Bart.
ff. familiæ erciſcundæ, Jaſon *in l. qui quadraginta, n. 2 ff.*
ad Trebellianum, Parìſius *conſ. 107. n. 34. lib. 3. gl. 2. in l. 1.*
C. de procurat. Gloſ. *in verbo* (exigere) in *l. 3. C. de no-*
105 *vat.* Gratianus *tom. 4. canc. 666. n. 21.* tradit Bart. *in l. ſi*
partem, 2. lectura, C. de jure doti, ubi dicit, quod dominus
dicitur, cum lucrum, & damnum ad eum pertineat; &
ejus mentis eſt Caſtr. *in l. fin. in princip. ff. de donat.* Dec.
Cameral. 9. n. 4. Is enim dicitur in rem ſuam conſtitutus
procurator, qui non habet reſtituere, quod exegit, ſed
id ſibi retinere poteſt, Gratianus *ubi ſupr. ſub n. 21.* idem
Caſtr. *in l. ſi cum emptore, 2. colum. circa med. n. 4. ff. de*
106 *pact.* Et hic propriè non dicitur procurator, ſed impro-
priè; cùm enim is definiatur procurator, qui aliena ne-
gotia gerit, hic verò propria gerit; *dict. l. qui ſtipen-*
dia, non poteſt videri comprehendi ſubſtricta ſigni-
ficatione, & appellatione procuratoris; Gloſ. *in l. non*
ſolùm, verbo, (interrogationibus,) *ff. de procurator.* ita
tenet Gloſ. 2. & *ibi* ſequitur Bald. *in 2. lectura, n. 6.*
107 Inferens ad ſtatutum, quod loquitur de procuratore,
quòd non extendatur ad procuratorem in rem ſuam,
qui propriè non eſt procurator. Et licèt Speculator *in*
§. fin. de procurat. colum. 2. & *ibi* Joannes Andreas vi-
deantur dubitaſſe, & Caſtr. *in d. l. 1. colum. 4.* Tamen opi-
nio *Bald.* communiter recipitur, quam etiam tenet *in d.*
l. 1. quæſt. 5. n. 14. C. de action & in d. l. qui ſtipendia, & *ibi*
Salycet. Aretin. Alexand. & Jaſon, Felin. *in cap. licèt un-*
dique, n. 7. de officio delegat. & Aretin. *in l. 1. n. 21. ff. ſi cer-*
108 *tum petatur.* Sic etiam milites prohibentur officium pro-
curatoris exercere, & pro alio in judicio comparere, non
tamen prohibentur ſi in rem ſuam ſint procuratores
conſtituti, & cauſam agere. *l. ſi filiusfamilias, §. vete-*
109 *ranı, ff. de procurat. & in d. l. qui ſtipendia.* Quod & in
mulieribus, quæ pro aliis in judicio intereſſe non poſ-
ſunt, dicendum eſt, ut in *l. quæ abſente, C. de procurato-*
ribus, & *ibi.* Doctores, & Caſtr. & Jaſon *in d. l. qui*
ſtipendia.
110 Communiter receptum eſt, eum, qui habet jura
ceſſa ab alio ad ſuam utilitatem, procuratorem in rem
ſuam dici, *d. l. ſi procuratorem, §. fin. in fine. ff. mandati*,
atque ex ſola ceſſione actionis conſtitui procuratorem
in rem ſuam, docent Specul. *tit. de procuratore, §. ſe-*
quitur, verſ. [*in ſumma.*] Bald. *in l. ſiquidem, C. de*
action. Jaſ. & Ripa *in l. ſi ſe non obtulit, ff. de re judicat.*
n. 8. Maranta, qui hanc opinionem plurimum exornat in
l. ſi actor, num. 151. ff. de procurat.
111 Sed contraria opinio, videlicèt, per ſolam ceſſionem
actionis, neminem conſtitui procuratorem in rem ſuam,
verior eſt. Pro qua faciunt text. *in d. l. ſi procuratorem,*
§. fin. ff. mandat. text. *in l. 2. in fin. ff. familiæ erciſcund.*
text. *in. l. 3. §. item Labeo, ff. de in rem verſ.* & text. *in*
l. ſi ſolutum, C. de actionib. & obligat. Ex quibus omni-
bus juribus conſtat, quòd ceſſis, & mandatis actioni-
bus, etiam requiritur, ut procurator in rem ſuam con-
ſtituatur; quod fruſtra exigeretur, ſi ea ſola ceſſione
efficeretur quis procurator in rem ſuam. Quare dicen-
dum eſt, per ceſſionem dumtaxat tranſire actionem uti-
lem, *l. 2. C. de action. & obligat.* quia directa ab oſſi-
bus cedentis divelli non poteſt, ut dictum eſt; & tunc
ceſſionarius dominus eſt utilis actionis, & ſi eam mo-
verit, non poteſt dici procurator, ſed dominus litis:
Quo facto, procurator in rem ſuam à domino conſti-
tutus eſt reſpectu directarum, quas neceſſario exercere
debet procuratorio nomine cedentis, & ideò plus juris
habet procurator in rem ſuam, quàm ceſſionarius, qui
ſolum habet utilem actionem, & procurator in rem
ſuam non ſolùm utilem, ſed etiam exercitium directæ:
Ita adverſit Petrus à Syria *in pract. forenſ. Valentina,*
cap. 12 à num. 1.

Diximus ſuprà, procuratorem in rem ſuam quan-
doque fieri ab homine, quandoque à lege: & fit à le-
ge quoties fit ſine ceſſione, vel expreſſo mandato
tranſeunt actiones, ut in *l. penult. C. ad Trebellianum,*
& in caſibus de quibus in *d. l. 1. & 2. C. de action. &*
obligat. & ita Bald. *in d. §. fin.* quandoque fit ex volun-
tate utriuſque contrahentis, ut ſuprà eſt dictum: quan-
doque fit neceſſitate, quandoque alicui ſunt adjudicata
nomina debitorum, *l. planè, ff. familiæ erciſcund.* &
in aliis caſibus de quibus per Gloſ. & Bart. *in l. ſervum*
quoque, §. fin. ff. de procurat. Prætereà licèt procurator a 112
in rem ſuam fiat ex parte actoris, tamen quandoque
fit ex parte rei, & quandoque utriuſque, *d. l. planè,*
& ibi Gloſ. habetur in *l. fin. §. Titius, ff. de condiction.*
indeb. in l. actor. ff. de procurator. & in l. cùm emptione,
ff. de pact. & eſt Gloſ. *in l. Plautius, ff. de procurat.*
Joannes Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de procur. §. fin.*
in 1. add. quod procedit etiam invito creditore, Ber-
tazol. *d. clauſ. 29. gloſ. 1.*

Caſus de facto refertur, qui Authori contigit in
ſubeundo examine Advocationis. Fuit lis agitata inter
Comitem de Lodoſa actorem ex una parte, & Chri-
ſtophorum Guttierrez Roao Adminiſtratorem ſpolii
domini Antonii Venegas Epiſcopi Saguntini, & te-
ſtamentarios ejuſdem Epiſcopi ex altera parte, & Mar-
tinum Frances, & hæredes Martini Annues tertios op-
poſitores.

Facti ſpecies hujus litis ſic enarratur: dominus An- 113
tonius de Venegas Epiſcopus Saguntinus fecit man-
datum, & conſtituit procuratorem in rem ſuam Co-
mitem de Lodoſa, eique ceſſit, atque mandavit om-
nia ſua jura utilia, & directa abſque ulla reſervatione,
ut tribus annis ſequentibus, ſcilicèt, ab anno 1612.
uſque ad annum decimum quintum, dictus Comes exi-
gat viginti duo millia argenteorum ex fructibus Ar-
chipresbyteratus villarum de Almançan, & Verlanga;
pacto inter eos inito, quòd Comes de Lodoſa debeat
ſolvere dictis tribus annis redditus curſos, & curſuros
ex cenſibus reſervativis, quorum ſolutio ad Epiſco-
pum pertinebat, in favorem aliquarum perſonarum,
quo tempore tranſacto, habita inter eos ratione, ut
qui ex eis deberet alteri ſolveret. Virtute talis mandati
Comes de Lodoſa conductoribus dicti Archipresbyte-
ratus denunciavit, ut ſibi, & non alteri ſolverent di-
ctam quantitatem ceſſam, cœpitque eam exigere, cui
Doctor Zurita judex ſpolii obviam fuit, mandans ne
Comes de Lodoſa dictam quantitatem à conductoribus
relatis exigeret. Quo facto Comes comparuit in ſupre-
mo Senatu petens ſibi dari reſcriptum, quo præcipere-
tur dicto judici, ne poneret obicem dictæ exactioni:
dato, intimatòque reſcripto, reſponſum præbuit di-
ctus judex dicens, reſcriptum fuiſſe ſubreptitium;
quia ceſſio ab Epiſcopo fuit facta adjecta cauſa, ſcili-
cèt, quòd Comes ſolveret dictis tribus annis dictos
redditus curſos, & curſuros, & ea tunc nullos reddi-
tus ſolverat, nec ex ſua parte adimplevit, quod in di-
cto mandato promiſerat, ob quod Epiſcopus mandatum
revocavit: & etiam quia inſtabant plures alii creditores
priores, & magis privilegiati, petentes dict. Comi-
tem de Lodoſa non debere uti mandato in rem ſuam
facto, & exburſare debere pecuniam à ſe exactam,
& reliquam in concurſum venire. Iterum dictus Co-
mes ſecundum reſcriptum impetravit, ut his contra-
dictionibus non refragantibus, dictus judex obſer-
vet ad unguem primum reſcriptum. Tandem auditis
contra-

contradictionibus oppoſitorum, Senatus ſupremus con-
ſtituit omnibus eſſe præſtandam copiam eorum quæ di-
ctus Comes petierat, & habitis reſponſis utriuſque
partis, & cauſa concluſa, ea remiſſa fuit ad aliam
Aulam.

Pro parte Comitis, quòd dictum mandatum non po-
tuit revocari ab Epiſcopo, nec pecunia exacta à Co-
mite poterat avocari, urgent fortiſſima fundamenta.

114 Et in primis dictum mandatum Epiſcopus non
potuit revocare; quia id, quod continebatur in man-
dato, fuit deductum in pactum, ex quo dicto Comi-
ti jus quæſitum eſt, eoque invito, & ab eo Epiſcopus
reſilire nequit, *l. ſicut, C. de action. & obligat. l. com-
modato, §. ſicut, ff. commodat. l. aliud, ff. de ſolut. l.
vero procuratori, §. ſed & ſi quis, ff. mandati*, ubi Paul.
de Caſtr. *num.* 4. Ruin. *conſ.* 115. *num.* 15. *lib.* 1. Dec.
conſ. 521. *n.* 15. Mantica *tom.* 1. *de tacit. & ambig. con-
vent. lib.* 7. *tit.* 21. *n.* 15. *de mandato*, Caldas Pereira *de em-
pt. & vend. cap.* 24. *num.* 23.

115 Secundò, quia dictum mandatum in rem ſuam non
potuit revocari ex eo, quòd dictus Comes requiſitis
l. 3. *C. de novat.* uſus eſt, fuitque ex cauſa neceſſaria
conſtitutus procurator in rem ſuam: non potuit ergo
revocari: *l. procuratori in rem ſuam, ff. de procurator. l. ſi
verò, §. ſi mandavero, in fine, ff. mandat. l. illam, C. de
donat.* Gloſ. *in l. ſicut, §. ſi procurator, ff. quib. modis pign.
vel hypothec. ſolvit.* Bald. & Paul. *in l. ſi pater, & in l. per
diverſas, C. mandat.* Bald. *in l.* 1. *C. de actionib.* Roman.
conſ. 350. *n.* 6. Bertaz. *de clau.* 29. *gl.* 2. *à n.* 1. Oſaſch. *de-
ciſ.* 62. *n.* 16. Nicol. Calvol. *in praxi in §. procurator, concl.*
17. ergo dictum mandatum non potuit revocari.

Tertiò, quia Epiſcopus dicto Comiti promiſerat
indemnitatem ſolvendi redditus ſuprà dictos, & ad
116 illos ſolvendos ceſſit Comiti fructus Archipresbytera-
tus, non ergo debet avocari ab eo pecunia exacta per
tertios creditores, talis ergo pecunia bona fide recepta
avocari non poteſt; alioquin totus mundus litibus in-
volveretur: ita firmarunt Angel. *in l. tutores, ff. de con-
diction. indeb.* Afflictis *deciſ.* 190. & *ibi* Urſillus Capicius
deciſ. 78. Cartar. *deciſ.* 19. *n.* 6. Marius Giurba *deciſ.* 104.
Socin. *conſ.* 37. *lib.* 4. & confirmatur, quia nomen debi-
torum ceſſum eſt Comiti, ita ut Epiſcopus, qui ceſſit,
ſolviſſe dicatur, & liberatus eſt à dicta indemnitate, *l.
qui debitorem ff. de fidejuſſor. l. verbum exactu*, 183. *ff. de
verbor. ſignif.* ubi Gloſ. dicit, quòd creditor videtur exe-
giſſe. *l. inter cauſas, §. abeſſe, ff. mandat.* Surd. *deciſ.* 23. *n.* 1.
117 *l. quamvis, §. interdum, ff. ad Velleian.* Pyr. Maur. Aretin.
de ſolut. c. 1. §. 6. *à n.* 1. Ergo dicta pecunia etiam exacta
non poteſt avocari.

118 Pro parte negativa ſuadent non minora, ſed urgen-
tiſſima fundamenta.

Et in primis Comes de Lodoſa non potuit exigere
dictos fructus ſibi ceſſos; quia Epiſcopus revocavit
mandatum, ergo eo uti non debuit. Probatur ex tex. *in
l. ante litem, & l. poſt litem, ff. de procurat. l. ſi verò, §. ſi
mandavero, ff. mandat.* ubi *Bart.* & omnes dicunt, quòd
mandatum procuratoris poteſt revocari ad voluntatem
domini, etiamſi ſit conſtitutus irrevocabilis, & cum ju-
ramento, Gloſ. *in verb.* (revocare) *in c. fin. §. fin.* ubi
Dominic. *de procurat. lib.* 6. Bart. *in l. cum precario, ff. de
precar.* & ibi Add. Alex. Dec. *conſ.* 521. *n.* 12. Pariſ. *conſ.* 8.
à n. 23. Mantica *ſingul.* 543. Vant. *de nullit. ex defectu
mandat. n.* 158. Boër. *deciſ.* 207. Ubert. de Bonacurſo *in
prax. quib. mod. ſuo nomine, fol.* 20. *col.* 4. verſ. (*Secundò:*)
Ant. Maſa *de Cameral. obligat. q.* 24. *n.* 1. & 4. & *ibi* Za-
chias Mohedan. *deciſ.* 28. *n.* 1. *de renunt.* Mancin. *de ju-
119 ram.* 4. *p. effectu* 22. *n.* 11. Bertazol. *d. clauſ.* 29. *glo.* 2. *n.* 1.
Quod tamen aliud eſt in ceſſionario procuratore in rem
ſuam conſtituto; quia non poteſt per cedentem revocari,
l. illam, C. de donat. niſi de conſenſu partium, Bart. *in l.
procuratori, n.* 2. *ff. de condict. cauſ. dat.* & licèt in hoc caſu
Gloſſæ variaverint *in d. l. ante litem, & l. quæ omnia*, §.
*fin. ff. de procurat. in l. in rem, ff. de compenſat. & in l. ſicu-
ti, §. ſi procurator, ff. quib. modis pign. vel hypoth. ſolv.* Ta-
men verior eſt ſententia tenentium revocari non poſſe,
quam tenent Bald. & Paul. de Caſtr. *in l. ſi pater, C. man-
dat.* Fulg. & Paul. *in d. l. in rem*, Paul. *in l. per diverſas,
C. mandat. & in l. fin. in fin. ff. de donat.* Angel. *conſ.* 258.
in 4. *dub.* Dec. *in l. penult. n.* 7. *ff. ſi cert. pet.* idem tenent, &
declarant Bald. & Paul. *in d. l. quæ omnia, §. fin.* diſtin-
guente: In procuratore in rem ſuam conſtituto per ceſ-
ſionem, & translationem utilium actionum, ut hic;
quia ſicut cedens non poteſt, uni facta valida ceſſione,
alteri eadem jura cedere, ut inferiùs dicetur, ita non
poteſt procuratorem in rem ſuam datum revocare; ita
tenent Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 58. *lib.* 3. Aliud tamen eſt, ſi
quis cōſtitutus ſit procurator in rem ſuam ſine ceſſione, 120
quo caſu quia ſolum ſunt mandatæ actiones directæ, an-
te litem conteſtatam revocari poteſt: Bald. & Caſtr. *in
d. §. fin.* Bertazol. *d. gl.* 2. *n.* 3. Et etiam eſt alia differen- 121
tia inter procuratorem in rem ſuam conſtitutum per
ceſſionem, & ſine ceſſione, quòd ſicut procurator in
rem ſuam non poteſt revocari, nec etiam revocatur per
mortem conſtituentis, vel ipſius conſtituti, ſed tran-
ſit ad utriuſque hæredes. *d. l. illam, C. de donat.* Bald. *in
d. l. ex legato, n.* 12. *C. de legat.* Aret. *conſ.* 124. Aret. Jaſ.
Dec. *in l. penult. ff. ſi cert. pet.*

Secundò defenditur Epiſcopus, quia ipſe revocavit 122
mandatum, ex eo, quòd ex parte Comitis non fuit
adimpleta cauſa in mandato contenta, ſcilicèt, quòd
Comes debuerat ſolvere redditus cenſus, & nullos
ſolvit, conſequens eſt, quòd non ſolùm mandatum
potuit Epiſcopus revocare, verum etiam tale manda-
tum non adimpleta cauſa fuit reſciſſum: & probatur;
quia in contractibus correſpectivis, ſi unus ex contra-
hentibus ex ſua parte non adimplevit promiſſum, con-
tractus reſcinditur nolente alio contrahente, *l. cùm te, C.
de pact. inter empt.* latè Pinel. *in* 2. *p. Rubricæ, cap.* 2. *à n.*
14. *de reſcindenda vendition. l.* 1. *C. de donat. quæ ſub
modo*, Signorolus *conſ.* 181. *n.* 2. Menoch. *conſ.* 156. *tom.*
1. Fabius Timæus *in addit. ad deciſion. Lucenſ.* 61. *lit. a.*
per Hieron. Magon. Lazor. Fanutius *de momento tempo-
ris, cap.* 17. *n.* 7. cùm dictus Comes non adimpleverit
ex ſua parte mandatum, potuit ergo revocari.

Tertiò, & ultimò, quia licet daretur validum man- 123
datum, adhuc pecunia exacta à Comite revocari debet
à dictis tertiis oppoſitoribus, & in concurſum trahi, ex
tex. *in l. ſi pecunia, C. de privil. fiſc. l. ex facto, ff. de pecul.
l. cùm ſcimus, §. & ſi præfatam, C. de jur. delib.* Covar. *pract.*
29. Afflict. *d. deciſ.* 190. Gram. *q.* 1. Straco *p. ult. de decoct.
n.* 29 Riccius *collect.* 473. Joſeph. Ludov. *deciſ.* 45. *n.* 20.
Seſſe *deciſ.* 206. *p.* 2. Gratian. *tom.* 2. *diſcept.* 304. Cartar.
deciſ. 19. Carrot. *deciſ.* 109. Marto *deciſ.* 42. *n.* 4. Andr.
Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 25. *n.* 14. Ant. Theſ. *lib.* 2. *q.* 16. Flores
de Men. *lib.* 1. *var. q.* 6. §. 1. Gotier. *lib.* 3. *pract. qu.* 101.
Sylva *reſponſor. jur. lib.* 2. *reſponſ.* 16. *n.* 19. Greg. Lop. *in l.*
11. *tit.* 14. *p.* 5. *l.* 9. *tit.* 5. *p.* 5. *l.* 7. *tit.* 6. *p.* 6. Barboſ. *in l.* 1. *p.*
6. *n.* 21. *ff. ſol. mat.* Girond. *de privil. n.* 1508. Caſtil. Sotom.
lib. 4. *ult. vol. c.* 61. *à n.* 71. Parlador. *lib.* 2. *rer. quoti. c.* 2. *p.* 5.
§. 3. *n.* 45. Alex. Trentac. *lib.* 1. *var. reſol. de jure fiſ. reſol.* 3.
& lib. 3. *de ſolut. reſolut.* 23. *à n.* 4. Matienço *in l.* 7. *tit.* 16.
lib. 5. *Recop. gl.* 5. *in fin.* Avendon. *in l.* 32. *Taur. glo.* 1. *n.* 81.
Suid. *conſ.* 4. *n.* 23. *& ſeqq.* Cevall. *in ſuis commun. q.* 705.
tom. 2. Fōtonella *tom.* 2. *de pact. nupt. clau.* 5. *gl.* 8. *par.* 7. *à n.*
1. *uſque ad n.* 76. Melius etiam revocari poterat pecunia 124
extans apud debitores, *l. vir uxori*, 39. ibi: (Si extat pe-
cunia vindicare eam debitor poteſt) *ff. de donat. inter vir.*
ubi omnes dicunt, quod priores creditores poſſunt re-
vocare pecuniam ſolutam creditori poſteriori. Et li- 125
cèt aliqui tenuerunt, quòd pecunia jam conſumpta,
& quæ non extat, non poteſt avocari: Marius Muta
deciſ. Sicil. 28. *n.* 16. Grammat. *d. quæſt.* 1. Capic. *d. deciſ.*
78. *n.* 1. & 2. Covar. *d. pract.* 29. *n.* 2. Menoch. *conſ.* 25.
n. 1. & aiunt eſſe præter naturalem æquitatem, quæ

militat

militat pro commercio conſervando, Surd. *conſ.* 4. *n.* 12. & *conſ.* 528. *n.* 30. *lib.* 4. dicens, quòd quoties pecunia
126 eſt ſoluta alicui, penes quem ſtetit aliquo tempore, & ab eo fuit contrectata, non poteſt non certè affirmari, quòd illa ſit eadem pecunia, quia ſtatim dicitur commixta, & juris fictione habetur pro conſumpta. Præterea cum ſemel ſoluta ſit pecunia, facta eſt ſolventis, cum per traditionem, & commixtionem transferatur dominium, & à quoquam vendicari non poteſt, *l. ſi alieni nummi, ff. de ſolut.* Gl. *in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. l. idem Pomponius, ff. de rei vendic. §. frumentum. Inſtit. de rerum diviſ.* Surd. *d. conſ.* 528. *n.* 16. & 29.

127 Iis tamen minimè refragantibus lis fuit remiſſa in diſcordiam, & ſalva cenſura Celſitudinis graviſſimi Senatus, ſi munere judicandi dignus eſſem, ſententiam tuliſſem in favorem Epiſcopi Saguntini: & meam ſententiam hoc fundamento ſolido fulcirem; quia quando ceſ-
128 ſio facta ex aliqua cauſa, non adimpleta, inſtrumenta à ceſſionario revocantur, & etiam cedens poteſt priſtinas actiones exercere, *ex l.* 1. ubi Gl. fin. *C. de condict. ob cauſ.* tenet expreſsè Bald. *in l. pacta ſucceſſorem,* & illic Dec. *C. de pact.* Alex. & Minſynger. *obſerv. Imperial.* 46. *cent.* 3. & Jaſo. *in l. debitorum, C. de pact.* & Petr. de Ravenna *in Alphabet.* in verb. (*Ceſſionarius*) faciunt, quæ latè congerit Socin. *conſ.* 18. *lib.* 1. *num.* 16.
129 Burg. de Paz *in conſ.* 28. *n.* 31. Et fœliciter obtinui examen hujus litis fælici ſorte aſſignatæ per doctiſſimum Senatorem dominum Didacum de Corral meritiſſimum.

130 Cedens jura ſua non poteſt primam ceſſionem eadem jura alteri cedere: ita Bald. *in cōſ.* 216. *n.* 4. *lib.* 2. Tuſc. *lit. C. concl.* 183. *n.* 1. Bertaz. *de clauſ. clau.* 29. *gla.* 2. *n.* 6. maximè, ſi ceſſo directarum actionum exercitio procurator in rem ſuam conſtitutus ſit, cum clauſula, *ponens eum in locum ſuum*: Jaſon *in l. non quacumque, §. qui Caium ff. de legatis* 1. Angelus *in l. ſi cum emptore, ff. de pactis*, Theſaurus *deciſ.* 201. Inſigliol. *ſingul.* 86. *n.* 10. Joannes Bot. *conſ.* 62. *numer.* 3. Anguiſol. *conſil.* 60. & *conſil.* 185. Rimin. Jun. *conſil.* 451. *num.* 41. Petrus Surd. *conſil.* 22. *numera* 36. Mantica *de tac. & ambig. conv. lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 4. quia primus ceſſionarius hoc in caſu jus ceſſum habere dicitur, non ſecundus, Bald. *conſ.* 248. *lib.* 3. & *d. §. qui Caium*, *numer.* 2. Alex. *conſ.* 15. *lib.* 6. Tuſchus *d. conſ.* 183. *num.* 1. etiamſi ceſſio fiat ex cauſa neceſſaria pro pretio, nempè ex cauſa dotis, vel alia non diſſimili, Ronchegall. *in l.* 3. *n.* 74. & 75. *ff. de duobus reis*, Ludovicus *cōmun. opin. tomo* 3. *tit. de Cedente, declarat.* 2. Neque enim in ſolidum idem jus cedi poteſt, Baldus *in dicta l.* 1. *C. de act.* quia actio directa eliditur, ſi ceſſio facta ſit ex cauſa ex qua ſatisfactum eſt creditori, & utilis tunc efficaciter eſt ceſſa, Biriolus *in dicta §. qui Caium*, Tuſchus *dicta conc.* 83. *n.* 3. Marius Giurba *deciſ.* 104. *per totam* Gaſpar Theſaur. *q.* 12. *lib.* 4. Flaminius Pariſius *de reſignatione benef. lib.* 1. *c.* 15. *num.* 6. & 7.

131 Quod maximè eſt alterabile dubium eſt, an cedens poſtquam ceſſit, agere poſſit contra debitorem, & facere condemnari ratione directæ actionis remanſæ penes cedentem? Et pro diluenda veritate, duæ ſunt principales concluſiones faciendæ.

Prima eſt, quando apud cedentem nulla remanſerunt jura, ut quia habebat utilem, & illam ceſſit; & in hac concluſione Paulus de Caſtro *in l. facta. §. ſi hæres*, concludit agere cedentem non poſſe, & illum contra quem eſt facta ceſſio, poſſe cedentem repellere, etiam extra caſum *l.* 3. *C. de novat.* Et rationem eſſe ait, quia agit ſine actione, *l. pupilli*, §. *videamus*, *ff. de negotiis geſ.* Jaſon *in l. ſi cum emptore, n.* 14. *ff. de pactis*, Socinus *conſ.* 18. *n.* 16. *lib.* 1. Baldus *in dicta l.* 3. *C. de novat.*

Secunda concluſio eſt, quando apud cedentem remanſerunt directæ, ſed inutiles, ut contingit, quando habens directam cedit ex neceſſitate, ut in hærede rogato de reſtituendo, *l.* 1. §. 1. *ff. ad Trebel.* Eadem ratione in procuratore, qui actionem quæſiviſſet nomine domini: nam per actionem mandati poteſt compelli ad cedendum, *l. poſſeſſio*, §. & *ſi poſſeſſio, ff. de acq. poſ.* Et poſt eadem ratio, quæ in hærede; ita Angelus, & Paul. de Caſtr. dicunt in *d. §. hæres.* quos ſequitur Jaſon *in d. l. ſi cum emptore, n.* 3. *ff. de pactis*, & ibi Alex. *n.* 5. Salyc. poſt Gl. *in l.* 1. *col.* 11. verſ. (*Quæro decimoſextò,*) & in *l.* 3. *C. de novat.* & Bal. *in d. l.* 1. *n.* 19. *C. de act.* & *in d. l.* 3. *C. de novat.* Ripa *in l.* 1. *n.* 13. *ff. ad Trebell.* Ex quo infertur; quòd quando cedens transfert omnem ſpem, & exercitium actionis, ita quòd apud cedentem nullæ remanſerunt actionum reliquiæ, tunc cedens nullo modo poteſt agere, etiam anteqoam unum de illis tribus poſitis in *l.* 3. *C. de novat.* interveniat Bart. *caut.* 242. Socinus *in reg.* 80. Jaſon *in d. l. ſi cum emptore, n.* 11. Et licèt Matth. de Affl. *in deciſ.* 335. *n.* 23. contrarium tenere videatur, tamen à dicta concluſione non eſt recedendum, quam tenet etiam Gratus *conſ.* 83. *lib.* 1. Pariſius *conſ.* 19. *lib.* 3. Gozad. *conſ.* 38. Curtius Junior *conſ.* 103. Ripa *in d. l.* 1. *num.* 13. Infertur etiam, quòd quando ceſſionarius dominus, & procurator in rem propriam conſtitueretur, & in locum & jus cedentis ſubſtitueretur, tunc cedens agere non poſſet, etiam quòd unum de illis tribus narratis in *d. l.* 3. non intervenerit, Rimin. Jun. *conſ.* 9. *n.* 13. & *conſ.* 65. *n.* 21. *lib.* 1. Crotus *conſ.* 1. *n.* 12. & 14. Oſat. *deciſ.* 45. *ſub n.* 7. Antonius Theſaurus *deciſ.* 201. *ſub num.* 7. ubi dicit, procedere in directis realibus, & non perſonalibus, quæ remanent penes eum, qui cedit bonis & ſunt inanes, nec ab eo moveri poſſunt. Baldus *in l. item ſi unus, in principio, ff. de arbitr.* Joannes de Platea *in §. final. Inſtit. de action.* Natta *conſ.* 440. *lib.* 2.

Tertia concluſio eſt, quando in ceſſione fuit facta mentio jurium, & actionum, & præſtito juramento de non contraveniendo: nam tunc cedens omni jure, & actione privatur, ideò agere non poteſt, Ancarranus *in conſ.* 119. Pariſ. *conſ.* 15. *lib.* 3. Roncheg. *in d. l.* 3. *num.* 64. *ff. de duobus reis.* Burſat. *in conſ.* 3. 6. & 7. Ant. Theſaur. *d. deciſ.* 201. *n.* 7.

Quarta concluſio eſt, quando apud cedentem remanſit directa non omnino inutilis, quia ex voluntate ceſſit; & de mente *Bart.* duo ſunt conſiderandi caſus.

Primus eſt, quando ceſſio facta eſt ad commodum ceſſionarii, & ejus periculo. Secundus eſt, quando facta eſt ceſſio ad commodum cedentis, & ejus periculo.

In primo caſu Bart. *in d. §. ſi hæres*, concludit cedentem agere non poſſe, & ideo per conventum exceptione repelli poſſe, & dicit, quod ita intelligantur *l. in cauſa. in fin. l. ſi procurator meus*, & *l. procuratore in rem ſuam dato, ff. de procurat.* & *in d. §. ſi hæres*, tenuerunt Jacob. de Aretio, & Oldrad. Cravet. *conſ.* 191. *num.* 3. Guid. Pap. *in quæſt.* 530. & *in quæſt.* 567. Roman. *in conſ.* 102. Oſaſch. *deciſ.* 45. & *deciſ.* 62. *n.* 4. Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 61. *lib.* 3. Alciat. *conſ.* 236. *n.* 3. Ronchegal. *in d. l.* 3. *C. de duobus reis.*

In ſecundo caſu, quando ceſſio facta eſt ad commodum cedentis, & ejus periculo, Bart. *in d. §. ſi hæres*, concludit, non poſſe objici, niſi interveniat alterum de illis tribus adnotatis *in d. l.* 3. Idem tenet etiam in *d. l. ſi cum emptore*, & *ibi* eundem ſequuntur Alex. Jaſ. & Angel. & Paul. de Caſtro *in d. § ſi hæres.* Angel. Imol. Bal. *in l.* 3. *C. de novat.* Aretin. *in §. Præterea, Inſtit. de except.* Guid. Papa *in conſ.* 4. *n.* 7. & *in conſ.* 118. *n.* 3. Roman. *conſ.* 102. *in princ.* ubi dicit communem, Oſaſch. *deciſ.* 62. *ſub num.* 3.

Et in hoc ſecundo caſu elicitur ex *Bart.* text. *in d. l.* 3. 132
loqui, quando facta eſt ceſſio ad commodum cedentis, idem tenet Alex. *in d. l. ſi cum emptore, in l. fin. ff. de tranſact. in l. quæ omnia, §. fin. verb.* (hinc) *in l. in procuratore in rem ſuam dato, ff. de procurat. in l. in rem ſuam. ff.*

de compenſat. in l. nomen, C. qui potiores, & in l. emptor, C. de hered. vel act. vendit. indiſtinctè tenet *d. l. 3. C. de novat.* habere locum in quacumque ceſſione, ſive ſit facta ad commodum cedentis, ſive ceſſionarii, Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. reſolut. reſolut. 14. num.* 2. ubi infert ad multa.

33 An autem cedens poſſit aliquem actum facere in præjudicium ceſſionarii? & pro hujus reſolutione faciendæ ſunt duæ concluſiones.

Prima eſt, an per pactum, an per confeſſionem, an per ceſſionem alteri factam, ſeu per tranſactionem, cedens ceſſionario præjudicare poſſit?

Secunda eſt, an ſolutio per debitorem ceſſum facta cedenti liberet debitorem à ceſſionario? In prima concluſione ſecundum Bart. *in d. l. facta, §. heres, ff. ad Trebellian. & in l. ſi cum emptore, ff. de pact.* conſiderandi ſunt duo caſus.

Primus, quando ceſſio eſt facta ad commodum, & ad utilitatem, & damnum cedentis. Secundus eſt, quando facta reperitur in totum ad utilitatem ceſſionarii. In primo caſu Bart. *ubi ſuprà*, concludit, quòd omne factum cedentis nocet ceſſionario, niſi interveniat ſcientia debitoris per unum de tribus in *d. l.* relatis; idem *in d. §. ſi hæres* tenet *Imola*, & ſimiliter in hoc cum *Bartolo* concurrunt Bald. *in l. 1. in ult. colum. C. quando provocare non eſt neceſſe*, Angel. *in d. l. 3.* Alex. Jaſ. & alii *in d. l. ſi cum emptore.*

Oſaſc. *deciſ.* 45. tenet, quòd ſcientia ſufficit quoquo modo habeatur etiam præter tres modos poſitos *in d. l. 3.* Nam ſemper poterit opponi ceſſionario, *tua non intereſt*, poſtquam omnia reverſura ſunt in commodum cedentis, cui ſemper nocebit ejus pactum, vel tranſactio, vel confeſſio, & dicit, quòd hoc videtur ſentire Paul. de Caſtro *in dict. §. ſi hæres.*

Sed opinio *Oſaſci* eſt contra *Bart.* opinionem, & aliorum Doctorum enumeratorum, qui tenent ſolam ſcientiam abſque denunciatione requiſita *in d. l. 3.* non ſufficere, & dicit *Alex.* quòd non eſt mirum, quia in
34 ſimili videmus, quòd licèt debitor ſciat ſe eſſe obligatum, tamen per hoc non eſt in mora, niſi denuncietur ſibi, ut ſolvat, *l. mora, in princip. ff. de uſur. & l. ſi ex legati, ff. de verb. oblig.* Fabius Anna *in addit. ad ſingularia Joannis Vincentii de Anna, ſingulari* 486. reprehendit *Oſaſcum*, & dicit, quòd ſi eſſet vera ipſa *Oſaſci* opinio, ſerviret de vento diſpoſitio *d. l. 3.* quia in illa ceſſione, quæ ad commodum ceſſionarii eſt facta, ſufficeret qualiſcumque ſcientia, ſicut in facta ad commodum cedentis, etiam qualiſcumque: igitur numquam habebit locum *d. l. 3.* Neceſt verum ex *Fabio de Anna*; quòd *d. l. 3.* intelligatur ſolùm, quando ceſſio eſt facta ad commodum ceſſionarii, prout *Oſaſchus* dicebat; quia omnes Doctores intelligunt legem illam factam eſſe in ceſſione ad commodum cedentis, prout *Oſaſchus* fatetur in *ipſa deciſ. 45. n. 5.* Imò ſecundum ipſum ſi intelligeretur facta ſolum ad commodum ceſſionarii, quomodò ſecundum ipſum, & omnes Doctores ſufficeret qualiſcumque ſcientia: & ſic eſt contrarius Doctoribus ab eo citatis, & ſibimetipſi; nam intelligit illum text. in ceſſione facta ad commodum ceſſionarii, ut tunc requirantur illi tres modi: & poſtea ſtatim dicit, quòd in facta ad commodum ceſſionarii ſufficit qualiſcumque ſcientia, ſequendo diſtinctionem *Bart.* & aliorum: tamen opinio *Bart.* eſt communis, quòd quando intervenit unum ex adnotatis *in d. l. 3. C. d. novat.* tunc cedens neque per confeſſionem, neque cedendo actiones alteri, neque exercendo ejus directam actionem poteſt præjudicare ceſſionario: & confirmatur *in l. patrem, §. fin. ff. quemadmodum ſervit. amit.* Caſtr. *conſ. 134. n. 3. lib. 1.* Cornèus *conſ. 139. n. 4. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 58. n. 89. lib. 1.* Maſcard. *concl. 374. a n. 1.* Roland. *conſ. 85. n. 9. lib. 2.* Surd. *deciſ. 256. n. 8. & conſ. 22. n. 10. & conſ. 82. num. 23. & 24. & 30. & in conſ. 326. n. 21. lib. 3. & conſ. 424. n. 8.* Stephanus Gratianus *tom. 2. diſcept. 287. n. 12.* Seſſe *deciſ. 170. par. 2.* Marius Muta *deciſ. Regni Siciliæ* 14. *n. 10.* Simon de Prætis *conſ.* 180. *n. 24. & ſeq.*

In ſecundo caſu, quando ceſſio reperitur facta ad commodum ceſſionarii, tunc Bart. *ubi ſuprà*, concludit, pactum, confeſſionem, ſeu tranſactionem factam per cedentem cum debitore ceſſo non nocere ceſſionario, ſi debitor quomodocumque ſciat, etiam ultra tria relata *in d. l. 3.* & pro intelligentia hujus rei, eſt etiam facienda diviſio concluſionum.

Prima eſt, ſi debitor cum quo eſt pactum de non petendo per cedentem ſeu confeſſio, vel tranſactio, ſciebat ceſſionem per unum de tribus adnotatis *in d. l. 3.* & tunc Bart. Alex. Jaſ. & cæteri Doctores communiter *in d. l. ſi cum emptore*, Bart. Imol. & reliqui *in d. §. ſi hæres*, tenent pactum, tranſactionem, confeſſionem, & omne factum cedentis non nocere ceſſionario, & in hoc caſu non eſt differentia inter emptorem hæreditatis, & fideicommiſſarium: Jaſ. & Paul. de Caſtro *in d. l. fin. ff. de tranſact.*

Secunda concluſio eſt, quando debitor ſciebat ceſſionem, etiam ultra illa tria adnotata *in d. l. 3.* & tunc concluditur pactum, tranſactionem, confeſſionem, & omne factum cedentis non nocere ceſſionario, Jacob. de Arena, Bart. *in d. §. ſi hæres*, Bar. Paul. Alex. & Jaſ. & alii communiter *in d. l. ſi cum emptione.* Corn. *conſ. 139. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 19. in fin. lib. 3.* Marian. Socin. *conſ. 84. lib. 3.* Alciat. *reſponſa* 136. *n. 3.* Cæſar Uſillus ad Afflict. *deciſ. 335. n. 18.* Ronchegal. *in l. 3. n. 63. ff. de duobus reis*, Oſaſch. *in d. dec. 45.* ubi ait, ita per illum Senatum cenſuiſſe, Gloſ. juncta *l. fin. ff. de tranſact.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. reſolut. 14. de ſolut. ſub num. 3.*

Occurrunt aliquæ difficultates in hac concluſione ſecunda.

Prima eſt, quòd ſcientia præter unum de tribus notatis in *d. l. 3.* non ſufficiat: ita Afflict. concludit *in deciſ.* 335. ſed *Afflicti* opinio communiter reprobatur, ut tradit Oſaſchus *in d. deciſ.* 45.

Secunda, quòd cedens poſſit liberare debitorem ſcientem in præjudicium ceſſionarii, Bald. *in rub. C. de revoc. iis, quæ in fraud. credit. alien. ſunt. col. 1.* verſ. (*conſidera quod ego dico:*) ſed *Bald.* ſecundum *Oſaſchum* loquitur ſine lege, imò contra text. *in d. l. 3. in d. l. ſi cum emptore, & in d. l. fin.* & contra communem concluſionem, & dicit, quòd Gloſ. *in l. 2. in princ. in verb.* (ſuſpectum) *verſ.* [item non poteris] *ff. ſolut. matrim.* in qua *Bald.* ſe fundat, communiter reprobatur, & contra eam retorquetur *tex. in l. cum maritus, §. fin. ff. de pact. dotal.* & Bal. *in l. pro hæreditariis, col. 3. & fin. C. de hered. act.* ubi dicit, quòd mulier non poteſt de dote teſtari, quando ad alium applicata eſt vigore contractus, & alius intereſt non revocari.

Tertia occurrit difficultas, nam Alexand. *conſ. 46. n. 5. lib. 5.* dicit, quod magis communiter Doctores concludunt, quòd ſi cedens actiones, poſt factam ceſſionem ceſſionario confiteatur aliquid circa illud jus ceſſum, talis confeſſio non præjudicat ceſſionario, quando damnum, & incommodum poſſet reſultare ceſſionario, quia non eſt habiturus regreſſum contra cedentem; & ubi habiturus eſſet regreſſum contra cedentem, confeſſio noceret ceſſionario; ſed Alex. *ibi* non loquitur, quando ceſſus erat ſciens, quod ſi loqueretur, utique concluderet contra tex. *in d. l. fin. ff. de tranſact.* & ſic ejus dictum non eſſet attendendum, Oſaſch. *in d. deciſ. 45. in fin.*

Quarta difficultas eſt, quia Jacob. Buttrig. Alber. & Paul. de Caſtro, Jaſ. & Angel. *in d. l. fin.* & Angel. *in d. l. ſi cum emptore, & in d. §. ſi heres*, & Salycet. *in d. l. 3. & in l. 1. in 12. quæſt. cum duobus ſequentibus, C. de act. & obligat.* dicunt, in hoc tertio caſu eſſe faciendam aliam diſtinctionem, quæ eſt, quòd aut loquimur in pacto

ab

ab habente actiones directas inanes, & tunc pactum ejus factum cum debitore ſciente non nocebit fideicommiſſario; aut loquimur in emptore hæreditatis, & tunc cum hæres, qui vendidit, habeat actiones directas, & efficaces, potuit facere pactum in præjudicium emptoris cum debitore ſciente; quando tamen non intervenit aliquod de illis tribus per *l. 3.* quæ indiſtinctè loquitur. Hæc differentia inter emptorem, & fideicommiſſarium reprobatur per Alex. *in d. l. ſi cum emptore*, & per Imol. *in cap. fin. de alienat. jud. mut. cauſ. fact. & d. § ſi hæres*. Bal. *in d. l. fin.* concurrit cum hac opinione; cum quando debitor eſt ſciens, non faciat differentiam inter emptorem hæreditatis, & fideicommiſſarium.

135 Hæc difficultas ſtat in intelligentia *l. fin. ff. de tranſact.* ſecundum *Alex.* ubi textus parilicat fideicommiſſarium, & emptorem, & ideo ſecundum eum prædicta differentia non eſt conſtituenda, *Paul. de Caſtro*, & alii Doctores contrarium tenentes dicunt text. in *d. l. fin.* loqui quando debitor ignorabat ceſſionem: nam tunc illa ignorantia eſt cauſa, ut tranſactio æqualiter præjudicet emptori hæreditatis, & fideicommiſſario, & ſic non eſt mirum ſi in eo caſu æqualis fiat determinatio, quia eadem ratio ignorantiæ in utroque caſu militat; at ſecus eſt quando debitor ſciebat, quia inter dictos caſus diverſa ratio eſt, quæ eſt quia quando hæres vendit hæreditatem, penes eum remanent directæ actiones, & efficaces, *l. 2. ff. de hæredit. vel act. vend.* & ideo tranſactio per eum facta cum debitore hæreditario præjudicat emptori, antequam interveniat unum de tribus relatis *in l. 3.* & hoc propter negligentiam emptoris quare non denonciaverit debitori; ſed in caſu hæreditatis reſtitutæ fideicommiſſario, directæ actiones penes hæredem remanſerunt inefficaces, & hoc propter Senat. conſultum Trebellian. *l. 1. in princ. ff. ad Trebell.* & ideo ejus tranſactio non poteſt in aliquo prodeſſe debitori hæreditario qualitercumque ſcienti, & fideicommiſſario præjudicare: & ſic ſtante diverſitate rationis, non tenet argumentum de uno ad alium; & pro hac opinione ſunt Butrigar. Alber. Paul. de Caſtro Jaſ. Angel. Salycet. ſuprà relati, pro contraria opinione ſunt *Imol. & Alex. & Bald.*

Concurrendum tamen eſt per conſiderationes ſuprà factas cum opinione *Butrigarii*, & aliorum Doctorum, quæ opinio declaratur per Paul. de Caſtro *in l. fin. ff. de tranſact.* non procedere, quando venditor hæreditatis, vel cedens, jam incœperit movere litem debitori, quod poterat poſtquam nullum de tribus *in d. l. 3.* intervenerat, & ſic excuſatur ille debitor, quia non poterat agenti reſiſtere licèt ſciret in alium tranſlatas utiles, poſtquam ille negligens erat, quia nec denunciavit nec litem conteſtatus eſt: quod ſecus eſt, ſi nondum litem moverat, & etiam ſi dicebat ſe litem moturum, quia poterant eluſoriæ minæ fieri, ut *l. hæc autem, in princ. ff. ſi cui pluſquam per legem Falcid.* & ſic videtur ſponte tranſegiſſe, vel ſolviſſe potius quàm ex aliqua neceſſitate; unde non excuſatur, poſtquam ſciebat in illum tranſlatas actiones utiles, debebat enim expectare quouſque habens directas ipſum moleſtaret, & priùs ſibi non ſolveret, nec tranſigeret, & ſic dicit poſſe ſalvari ſuprà dictas opiniones, & ſuprà dictos Doctores. quibus ſunt addendi Bertaz. *d. clauſ. 29. gloſ. 4. n. 10* Ferrat. *in praxi, in form. libelli, in cauſa vendit. verb.* (ceſſit. & mandavit.) n. 10. Proſperus Caravita *in addit. ad deciſ. 335.* Matth. de Afflict. *in verſ.* (*ad materiam d. l. 3. C. de novat. adde,*) ubi dicit, quòd cedens jura, & actiones non obſtante ceſſione poteſt tranſire à debitore debitum ceſſum, & cogitur debitor ſibi ſolvere, & liberatur, niſi unum de tribus requiſitis *in d. l. 3.* interveniat; de quo vide Jacob. *in l. divina, C. ne liceat potent. n. 64.* ubi multa in materia ceſſionis: & ratio eſt, quia quando cedo actionem tibi contra debitorem meum, inducitur mandatum in perſonam tuam, quod ad libitum poſſum revocare, etiam non ſubſiſtente cauſa, *§. rectè, Inſtit. de mand.* & illud procedit etiamſi eſſet juratum de non revocando, quia eo non obſtante poſſum hoc facere, & debitorem convenire, per Gloſ. *in cap. fin. de præcur. lib. 6.* licèt ſim perjurus, ſed exactum debeo cedere ceſſionario, *l. emptor. ff. de hæredit. vel act. vendit. l. venditor, §. nominis, eodem tit.* Verum ut dixi in tribus caſibus non poſſum exigere debitorem, qui etſi ſolvit, non liberatur, ut ibi habetur cum Gloſ. *d. l. 3.* de cujus materia vide Paul. de Caſtro *conſ. 98. volum. 2.* Jaſ. *in l. ſi ſit, §. ſi pecunia, ff. de leg. 1.* & Bertrand. *conſ. 303. n. 1. lib. 2.* Alex. *conſ. 96. lib. 2. & in conſ. 15. lib. 3.* Bald. *conſ. 163. lib. 3. & in conſ. 105. n. 4. eodem lib. & in conſ. 27. n. 2. lib. 5. & in conſ. 238. lib. 1.* Fulgoſ. *conſ. 54.* Veronenſ. *caut. 189.*

Sed inquirendum eſt, an ſolutio per debitorem ceſ- 136
ſum facta cedenti liberet debitorem à ceſſionario? & pro ejus reſolutione ſunt conſiderandi duo caſus. *Primus* quando apud cedentem remanet directa actio. *Secundus*, quando apud cedentem nullæ remanſerunt actiones. Et pro primi caſus reſolutione duo ſimiliter ſunt conſiderandi caſus.

Primus eſt, quando ceſſio facta fuit ad commodum cedentis, & in hoc caſu concludendum eſt, debitorem liberatum eſſe ob ſolutionem factam creditori cedenti, & non poſſe ampliùs moleſtari à ceſſionario, dummodo non interveniat unum de dictis tribus requiſitis *in dict. l. 3.* ut tradit Bal. *ibi.*

Et in hoc caſu dubitatur, ſi debitor à creditore, cui fuit facta ceſſio, non fuit certificatus, ſed alio modo notitiam habuit de ceſſione, an ſolvendo creditori cedenti liberetur à ceſſionario, Gloſ. *In d. l. fin.* tenet ſcientiam illam ſufficere, & propterea non poſſe ſolvere cedenti, & ſolvendo non liberari, Gloſ. verò *in l. 4. C. quæ res pign. obligar. poſſ.* tenet contrarium, & ſic illam ſcientiam non ſufficere, & conſequenter debitorem ſolvere poſſe cedenti, & à ceſſionario liberari: quam Gloſ. ſequitur *ibi* Bald. & Bar. *in dict. §. ſi hæres*, cujus doctrina communis eſt, & eam ſequuntur Doctores.

Secundus caſus eſt, quando ceſſio eſt facta ad commodum ceſſionarii, & tunc aut debitor ceſſionem ignorabat, aut ſciebat.

Primo caſu ſolutio facta per debitorem cedenti liberat eum à ceſſionario, Gloſ. Bar. Bald. Paul. de Caſt. & cæteri Doct. in *d. l. fin.* per illum tex. *ff. de tranſact.* & communiter *in dict. l. ſi cum emptore, & in d. l. 3. C. de novat. & in dict. l. 4. C. quæ res pign.* & Alex. *conſ. 15. lib. 7.* Et procedit quando ſolutio fuit facta à debitore ignorante, licèt cedens haberet actiones inefficaces penes ſe & ſic agere non poſſet, Jaſ. *in d. l. ſi cum emptore, num. 11,* Roncheg. *in l. 3. n. 64. ff. de duob. reis.*

Secundo caſu, aut ſciebat per unum de tribus *in dict. l. 3.* & *ibi* Bal. & reliqui Doctores, Bar. *in l. 1. numera 26. ff. de act. & obligat.* & tunc ſolvendo non liberatur.

Aut ſciebat aliter, quàm ex modis dictis *in d. l. 3.* 137
& tunc licèt ſint diverſæ opiniones in hoc caſu; & Cumanus *conſ. 4.* tenet, hanc ſcientiam non ſufficere; vera tamen opinio eſt, quòd ſufficiat: Bart. *in d. §. ſi hæres*, & *ibi* Paul. de Caſtro Bal. *in d. l. 3.* Joan. Vincent. de Anna *ſingul. 486.* & *ibi* Fabius Anna Romanus *conſ. 102.* Joſephus Ludovic. *concluſ. 4. verb.* (declara decimo nono.)

In primo caſu quando ceſſio eſt facta ad commodum ceſſionarii, & debitor ignorabat ceſſionem, debitor rectè ſolvit cedenti, & liberatur à ceſſionario, Ronchegal. *in d. l. 3. num. 64.* Joſephus Ludovic. *dict. concl. 4. in verſ.* [declara quarto.]

In ſecundo caſu, quando debitor ceſſionem ſciebat alio modo, quàm ex notatis *in d. l. 3.* Paul. de Caſt.

Digitized by Google

in l. ſi ſ. ff. de tranſ. declarat non procedere quando cedens litem movit, nam tunc ſolvendo debitor excuſatur: & putat hanc eſſe veram opinionem Alexand. Trentacinq. *dict. reſolut. 14. de ſolut. ſub n. 5.* & in fine bujus quæſtionis hæc exornabitur.

In ſecundo caſu principali, quando apud cedentem nullæ remanent actiones; & breviter, quòd aut debitor ceſſionem ignorabat, aut ſciebat; ſi ignorabat, liberatur; ſi ſciebat minimè, *dict. l. fin. ff. de tranſact.* ubi Gloſ. Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Jaſ. & cæteri Doctores; Roncheg. *in l. 3. num. 64. ff. de duobus reis.*

138 Notandum eſt in hac materia, quòd creditores poſſunt denunciare debitori cedentis, ne ei ſolvat, *l. 3. C. de novat.* quæ denunciatio valet etiam quòd fuerit facta poſt litem conteſtatam, vel etiam poſt ſententiam, dummodo fiat ante executionem ſententiæ Gloſ. *in d. l. 3.* verb. [*eo modo*] & *ibi* Fulgoſ. & Salycet. quos ſequitur Alex. *in conſ. 15. colum. 1. lib. 7.* Natta *conſ. 440. lib. 2.* Alex. Trentacinq. *d. reſolut. 14. in fin.* Stephanus Gratian. *tom. 2. diſcept. 356. num. 16. & 21.*

139 Sed quid erit ſi cedens, & ceſſionarius in agendo concurrant eodem tempore contra debitorem, quis præferendus ſit? Gloſ. *in dict. l. 3.* in verb. [*exigere*] diſputat, & finaliter reſolvit, quòd præferatur cedens, & idem tenet *in l. procuratorem in rem ſuam, ff. de procurat.* & cum ea tranſit Bal. *in d. l. 3.* & idem tenet poſt Jacob. *in l. ſi procurator, in 1. lectura, ff. de procurat. & in d. l. ſi cum emptore, in ultim. quæſt.* Contrarium, & melius tenet Bart. *in d. l. 3. & in dict. l. procuratorem in rem meam; ad fin.* & *ibidem* Caſtr. & idem tenet Caſtr. *in d. l. ſi ita ad fin. ff. de donat.* ubi ampliat, etiamſi agat, poſtquam cedens poteſt cedentem impedire, licèt quoad hoc ultimum, contrarium videatur voluiſſe *in d. l. procuratorem:* quæ opiniones concordari poſſe videntur, ut prima procedat ante litem conteſtatam, argum. *l. ante litem, cum l. ſeq. ff. de procurat. & in l. pluribus, ff eod. & in l. ex duobus, la 2. ff. de duobus reis*, & quòd præferatur ceſſionarius, tenet etiam Ferrar. *in praxi in libello in forma venditi. verbo* [ceſſit] *num.* 10. licèt alleget d. Gloſ. cùm ipſa teneat oppoſitum; idem tenet Cravetta *conſ. 217. n. 2.* Bertaz. *d. clauſ. 29. gloſ. 4. n. 7.* Ceſſionarius habens ſententiam contra debitorem ceſſum, impeditur per tertium creditorem habentem priorem hypothecam in nomine ceſſo, & inſtat ſibi ſolvi, & præfertur; Alex. *conſ. 17. lib. 1. & conſ. 15. lib. 6.* Tuſchus *tom. 1. pract. concl. 183. n. 31. lit. C.* Oſaſchus *deciſ. 62. n. 17.* Cartarius *deciſ. 19.* Marius Giurba *deciſ. 104. num. 5.*

140 Cedēs etiam non obſtante ceſſione agere poteſt, & debitor ceſſus non poteſt opponere de ceſſione alteri facta: Paul. de Caſtr. *in l. ſi cum emptore, ff. de pact.* ubi Jaſ. *in fin.* Fulgoſius, & Salycet. *in l. 1. quæſt. 16. C. de act.* Caſtr. *in l. facta. §. ſi hæres, ff. ad Trebellian.* communem dicit Alber. *in d. l. ſi cum emptore, n. 3.* & *ibi* Alex. *colum.*
141 *fin.* Salycet. *in d. l. 3. C. de novat. in fin.* Petrus Surdus *conſ. 359. n. 14. lib. 3.* licèt ejus confeſſio non noceat ceſſionario, ut ſuprà diximus, ex Gratiano *tom. 1. diſcept. 287. n. 12.* & aliis.

142 Debet ceſſionarius agens ante omnia exhibere ceſſionis inſtrumenta, ſi de eis fecit mentionem in libello, Innocent. *in cap. fin. de probat.* Bal. *in l. ſtipendia, in fin. C. de procurat.* ubi hoc tenet ſive utilem, ſive directam ceſſionarius intentet, niſi enim inſtrumentum ceſſionis exhibeatur, non conſtat quòd agentis interſit, exceptio enim, *tua non intereſt*, impedit litis ingreſſum, quia nemo ſine actione experitur, *l. Quoties. §. item ſi temporalis, ff. de adminiſtrat. tut. l. pupilli, §. videamus. ff de reg. geſtis,* Cravetta *conſ. 191. n. 1.* Monald. *conſ. 38. n. 5.* Gail. *lib. 2. obſerv. 17. num. 3.* Menoch. *de arbitr. q. 16. n. 2.* Peregrin. *conſ. 53. n. 30. lib. 1.* erunt enim partes Judicis, actorem, cujus non intererat, à judicio repellere, parte etiam non opponente, *l. licèt, C. de procur.* Roman. *conſ. 224. n. 5.* Boër. *dec. 228.* Alex. *conſ. 166. n. 4. lib. 6.* Menoch. *d. q. 16. n. 1.* Decius *conſ. 302. n. 2.* ubi dicit, procedere etiamſi egiſſet proprio nomine, quia nihilominus ſi de ceſſione fecit mentionem in libello, tenetur edere eam parti legendam, ut ſciat deliberare, an velit cedere, vel contendere; idem Dec. *conſ. 136. n. 5.* Jaſ. *in rubr. C. de edendo, n. 3.* Surd. *conſ. 22. n. 1.* Giurba *deciſ. 17. à n. 14.* Cartarius *deciſ. 63. n. 10.*

Et pro hoc facit, quia ceſſionarius non poteſt capi facere debitorem non citatum, quando extat ſtatutum, vel conſuetudo, quòd creditor capere poſſit debitorem; quia ante omnia diſcuti, & cognoſci debet, an ſit ceſſionarius, & an ceſſio ſubſiſtat? ita Bald. *in l. per diverſas, in quæſt. 10. C. mandati*, Alex. *in l. ſi ſic, §. ſi quis ita, in fin.* ubi Jaſ. *n. 1. ff. de legat. 1.* Caſtr. *conſ. 91. n. 3. & 5. in fin. lib. 1.* Alex. *in conſil. 115. in fin. lib. 7.* Martil. *ſingulari 26. & in l. ſi quis nō, ff. de quæſt.* Boër. *deciſ. 10.* ubi dicit communem, Surd. *d. conſ. 22. n. 2.* Stephanus Gratianus *tom. 2. diſcept. 336. n. 58.* 143

Quando enim debitor ceſſus allegat ſe fuiſſe libera- 144
tum à cedente ab omni eo, quod ſibi debebat, & exhibet liberationis inſtrumentum, quod facit indubitatam & manifeſtam probationem, *l. cum precibus, C. de probationibus*, Tiraq. *de retract. conſang. §. 2 gloſ. 1. à n. 10.* Becc. *conſ. 52. n. 2.* Maſcard. *tom. 2. de probat. concl. 905. & concl. 906.* Oſaſch. *deciſ. 72. n. 4.* Etſi dicta liberatio facta ſit poſt ceſſionem, prodeſt debitori, & nocet ceſſionario, quia non intervenit unum ex tribus requiſitis in *dict. l. 3. C. de novat.* ubi dicitur, quòd cedens, poſt factam ceſſionem, poteſt exigere ſuum creditum à debitore ceſſo, ſi neque intervenerit litis conteſtatio, nec debitor aliquid ſolverit ceſſionario, nec ceſſionarius denunciaverit debitori, ne ſolvat: ſequitur *ibi* Bal. & Salyc. Specul. *in tit. de procurat. §. ſequitur, num. 13.* ubi Joan. Andreas poſt Guid. Suzar. dicit rationem eſſe, quia cum *d. l. 3.* ponat tres caſus, quos à regula excipit, non licèt addere quartum. Extra enim caſus exceptos ſtandum eſt regulæ: hoc enim voluit Angel. *in d. l. ſi cum emptore, in fin. ff. de pactis*; ubi inquit, quod etſi ceſſus ſciat ceſſionem, tamen valet pactum liberatorium ſemper, præterquam in tribus caſibus notatis *in d. l. 3.* & idem voluit Socin. *conſ. 18. num. 16. lib. 1.* quia ſecundum eum, directa obligatio eſt adeo creditoris oſſibus infixa, quòd ab eo evelli, vel ſeparari nullo modo poteſt, *l. 1. §. 1. ff. ad Trebell.* & inhæret ea directa obligatio, ſicuti character, qui in anima imprimitur: Bart. *in l. nemo poteſt. col. 4. ff. de leg. 1.* Surd. *conſ. 22. n. 9.* ubi probat per Afflict. *deciſ. 335. n. 22.* Et quamvis hæc opinio ſit admodum controverſa, ut ſuperiùs tradidimus, videtur ab omnibus approbata, quando ceſſio fit ad commodum cedentis, & quoad hoc dicitur ſemper fieri ad commudum cedentis, quando ceſſionarius erat habiturus regreſſum contra cedentem,
cum per ceſſionem actionis quis non dicatur ſolviſſe, 145
Gloſ. magna *in l. legavi, ff. de lib. legat.* Bald. *in cap. 1. in fin. de benef. frat.* & ceſſio contineat conditionem, quatenus ceſſionarius poterit ſolutionem conſequi à creditore, ut dicit Dec. *conſil. 99. num. 4.* qui ideo dicit, quòd nomen debitoris datum in ſolutum non eſt periculo recipièntis, ſed dantis: & Surdus *num. 11. ubi ſuprà*, ex Oſaſcho *d. deciſ. 45. num. 4.* Quòd ubi ceſſio eſt facta ad commodum cedentis, non eſt curandum, quomodò ceſſus debitor ſciverit ceſſionem; ſed quomodocumquè ad ejus notitiam pervenerit, ſemper nocet cedenti, & valet conceſſio, & pactum cedentis contra ceſſionarium, quia debitor eo caſu poterit ceſſionario opponere, *tua non intereſt*, quia commodum eſt ad cedentem reverſurum.

Quando non eſt oſtenſum inſtrumentum ceſſio- 146
nis, debitor non tenetur credere ceſſionario, niſi fiat fides per teſtes idoneos, ſeu publicum inſtrument m *l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. ſi quis inficiatus,* ubi Bar. *ff. depoſiti, l. qui in alterius*, ubi Bart. *ff de reg. jur.*

jur. facit text. *in Clem. cauſam, de electione*, per quem
dicit Bar. *in l. non ſolum*, §. *morte, n.* 34. *ff. de nov. oper.*
nunt. quòd debitor non tenetur parere proteſtationi,
quæ ſibi fit, ne ſolvat creditori, niſi veritas cauſæ pro-
pter quam eſt proteſtatus illi oſtendatur, Barboſa *in l.*
ſi alienam 12. *n.*11. *verſ.* (adde,) *ff. ſolut. matrimonii*,
ubi hæc verba facit: Adde faciliorem modum, quo Ter-
tius poſſit impedire, ne res dotalis reſtituatur mulieri,
147 quam ſuam eſſe prætendit, ut impetret mandatum Ju-
dicis directum ad eum, qui rem detinet, ne eam alte-
ri reſtituat, antequam is de jure ſuo doceat, *l. fin.* &
ibi Bartol. *ff. de leg. commiſſ.* tradit Bart. *in l. non ſolum*,
§. *morte, n.* 35. *ff. de novi oper. nunt.* ubi Jaſ. *n.* 29.
148 Quod procedit etiam ſi in dicta inhibitione nulla ex-
primatur cauſa, quia ea ſemper præſumitur in Judice
aliquid jubente, *cap. ſicut, de re judicata. cap. in præſen-*
tia, de renunt. l. Herennius, §. *Caia, ff. de evict.* Felin.
*in cap. cum M. n.*41. *de conſtit.* Sed verius eſt in prædi-
cta inhibitione cauſam juſtam eſſe exprimendam. Nam
in dubio, in hac materia non præſumitur, juxta notata
in l. donatione, C. de collat. licèt verum ſit, quòd de cau-
ſis expreſſis non ſit facienda fides, quantumcumque pars
id petat, ut ſentit Bart. *in d.* §. *morte, n.* 35. & *ibi* expen-
dit Hermanodettus *n.* 103. Alex. *in l. hæres cum debuerat.*
149 *num.* 5. *ff. ad Trebellian.* Si autem ſine mandato Judicis
pars ſua authoritate faciat proteſtationem poſſeſſori, ne
rem illam reſtituat, quia ſua eſt, hujuſmodi proteſtatio
nihil operabitur, imò faciens venit puniendus, *Auth.*
ſed jam cautum, C. depoſiti, ubi textus probat, quòd ſi
aliquis Tertius proteſtetur, & notificet depoſitario, ne
rem reſtituat depoſitam, vel proteſtetur conductori
ne ſolvat penſionem domus locatori; non obſtante
prædicta proteſtatione depoſitarius tenetur rem re-
ſtituere deponenti, & conductor tenetur ſolvere
penſionem locatori: & proteſtans, ſive denuntians in-
150 currit in pœnas ibi expreſſas. Multum enim intereſt,
prædictam inhibitionem, ſive proteſtationem fieri
propria authoritate, vel mandato Judicis, ut conſtat
ex traditis per Gloſ. *in dict. Auth. ſed jam cautum*,
Gloſ. *in l. bona fides*, *verb.* (mihi,) *ff. depoſiti* Gloſ. *in*
Auth. de depoſito, *verb.* (extrinſecus) *collat.* 6. Et ultra
alios, ut fundamentaliùs intelligas quid novè induc-
tum fuerit per *d. Auth. ſed jam cautum*, debes adver-
tere, quòd ſi quis extra judicium proteſtetur alicui, ne
quid ſolvat, vel faciat, tenetur hanc proteſtationem
151 facere ex juſta cauſa. Item de eadem cauſa fidem fa-
cere: aliàs enim ille, cui fit proteſtatio, impunè po-
teſt illi non credere, neque curare de proteſtatione, *l.*
2. *ff. quod falſo tutore author.* Si verò de illa juſta cauſa
152 fidem faciat per publicum inſtrumentum, non debet
ſolvere ille, cui facta fuit proteſtatio, *l. nomen, C. quæ*
res pign. & eſt doctrina Bart. *in l. non ſolum*, §. *morte.*
n. 35. *ff. de novi oper. nunt.* communiter recepti, ut aſ-
ſerit Jaſ. *num.* 28. Alciat. *in l. deteſtatio, num.* 72. *ff. de*
verb. ſignif.
153 Si tamen ille, cui facienda eſt ſolutio, vult cogere
debitorem, quòd non obſtante proteſtatione ſibi ſol-
vat, debet offerre cautionem de defendendo eo ab il-
lo, qui prædictam proteſtationem fecit: nam tunc co-
getur debitor illi ſolvere, prout tenebatur, ſi nulla ſibi
facta eſſet proteſtatio, argum. *l. penult. ff. de petit.*
hæred. Bart. *in l. nam etſi fur. n.* 3. *ff. certum petat.* Alex.
in l. hæres cum debuerat, n. 4. & *ibi* Vincent. *col. fin. ff.*
ad Trebell. Felin. *in cap. cum M n.* 42. *de conſtitut.* Igitur
dict. Auth. ſed jam cautum, illud novè in depoſito in-
duxit, ut depoſitarius, vel colonus teneantur reddere
depoſitum, & conductori ſolvere penſionem, non ob-
ſtante proteſtatione ſibi facta per Tertium ex juſta cau-
ſa, ſive de juſta cauſa fidem non fecerit, ſive etiam fe-
cerit: nam favore depoſiti, & locationis, debet debi-
tor prædictam reſtitutionem, & ſolutionem facere,
etiam nulla præſtita cautione de defendendo debitore
adverſus proteſtantem; ita Gloſ. fin. *l. penult. C. depoſiti*, Gl.
in Auth. de depoſito, *verb.* (defenſiones.) *collat.* 6. Alex.
in d. l. hæres, num. 4. Jaſ. *in d.* §. *morte, n.* 28. verſ. [*ſecundò*
limita.] Rip. *in d. cap. cum M. n.* 158. *de conſtit.* Unde vi-
detur inferendum, quòd cùm *d. Auth ſed jam cautum*,
contineat caſum ſpecialem adverſus regulas juris ordi-
narias, non extenditur extra caſus, in quibus loquitur,
juxta *l. quod verò*, & *l. jus ſpeciale*, *ff. de leg.* & ita
Alciat. *in d. l. bona fides, verſ.* (incuuit,) *num.* 1. *ff. de-*
poſiti, & eſt de mente Cuman. *conſ.* 141. *ad fin.* Ancar-
ran. *conſ.* 192. *n.* 2. Sed tamen verius eſt, quòd habebit 154
locum in caſibus ſimilibus, in quibus per omnia milita-
verit eadem ratio. Unde quod in *d. Auth.* deciditur,
etiam recipietur in dote: & ſic ſi Tertius ſolemniter
denuntiet marito extra judicium, ne reſtituat dotem
marito, non obſtante prædicta proteſtatione, tenetur
dotem reſtituere, etiamſi mulier nullam præſtet cau-
tionem de defendendo illum à proteſtante: Paul. de
Caſtro *in l. ſi alienam* 12. *ff. ſolut. matr. n.* 6. Nam favo-
rabilior eſt cauſa dotis, quam depoſiti, & ideo quod
in *d. Auth.* deciditur favore depoſiti, à fortiori reci-
piendum eſt favore dotis: Zaſius *in d. l. ſi alienam, n.* 15.
& eſt de mente Bart. *ad fin.*

Sed quæſtio eſt, utrum Deciſio *d. Auth.* etiam lo- 155
cum habeat, quando illa proteſtatio fuit facta mandato
Judicis? & Jaſ. *in l. ſi fidejuſſor*, §. *fin. num.* 16. *ff. qui*
ſatiſdare cog. & Rip. *in cap. cum M. num.* 158. *de con-*
ſtit. exiſtimant, etiam hoc caſu ei locum eſſe; & fa-
cit pro illis, quia aliàs *dicta Auth.* nullum ſpeciale, con-
tineret, cum certum ſit propter proteſtationem ex-
trajudicialem non impediri rei reſtitutionem, vel ſo-
lutionem, quia is cui fit proteſtatio non tenetur illi cre-
dere, *l.* 2. *ff. quod falſ. tutor. author. l. penult. C. de uſu-*
cap. pro emptore: facit etiam *l. penult. C. depoſiti*, ubi
conſtitutum eſt ne reſtitutio depoſiti impediretur præ-
textu compenſationis oppoſitæ in judicio: Ergo à for-
tiori non erit impedienda propter proteſtationem extra-
judicialem alicujus Tertii. Ut ergo *d. Auth. ſed jam cau-*
tum, aliquid novi inducat, videtur intelligenda etiam
quando illa inhibitio facta fuit authoritate judicis.

Sed his non obſtantibus, verius eſt, *dict. Auth. ſed*
jam cautum, non procedere, inhibitione facta per ju- 156
dicem, vel ejus mandato. Hæc enim ſemper impedit
ſolutionem fieri, *l. fin.* & *ibi* Bart. *ff. de lege commiſſor.*
& eſt de mente Gloſ. *in Auth. de depoſito*, *verb.* (extrinſe-
cus,) *colum.* 6. Roman. *conſ.* 141. *ad fin.*

Neque obſtant adducta in contrarium; Nam reſpon-
detur ad primam rationem per tradita *ſuprà*, ubi oſten-
dimus, quid novi induxerit *d. Auth.* circa proteſtatio-
nem extrajudicialem.

Neque etiam obſtat *l. penult. C. depoſiti*, quia pro-
cedit quando depoſitarius opponit exceptionem com-
penſationis, & eo prætextu vult impedire depoſiti re-
ſtitutionem: nos autem loquimur, quando exceptio op-
ponitur per Tertium. Illud utique certum eſt, Judicem
non debere facere hujuſmodi inhibitionem, niſi ex
magna & juſta cauſa, utpotè quia agebatur de re mo-
bili, & deponens erat ſuſpectus, tunc judex inhibe-
bit, ne interim reſtituatur deponenti, donec Tertio ſe
opponenti conſultum ſit, ſi docuerit de jure ſuo; ar-
gum. *l. ſi fidejuſſor*, §. *fin. ff. qui ſatiſd. cog.* tenet Gloſ.
in Auth. de depoſito, *verb.* (extrinſecus,) *coll.* 6. Quid-
quid nec hanc eſſe juſtam cauſam faciendi prædictam
inhibitionem, ſentiat Jaſ. *in d. l. ſi fidejuſſor*, §. *fin. num.*
15. Rip. *in cap. cum M. n.* 158. *in fin. de conſtit.* contra
quos reſolvendum eſt, quòd etiamſi Judex faciat inhi-
bitionem ex cauſa minus juſta, omnino ſervanda ſit,
niſi Pars beneficio appellationis eam tollendam curet, 157
Felin. *d. capit. cum M. numero* 41. Quinimò ſi noto-
rium ſit jus inhibentis, etiam extra judicium ejus pro-
teſtationi parendum eſt, quia notorium habet vim
ſententiæ judicialis, *l. emptorem*, *in princ. ff. de act.*

empt. Fulgoſ. *in l. bona fides, numero 4. ff. depoſiti.*

158 Sed hic incidit quotidiana quæſtio, an quando ego debebam centum Petro, & judex ad requiſitionem cujuſdam, ſequeſtravit apud me dictum debitum, num Petrus durante dicto ſequeſtro poterit adverſus me agere, cum ſim ei obligatus in inſtrumento guarentigio? Dico, quòd non, ut per Bart. *in l. mulier, §. de lege commiſſ.* Joann. Andr. *in add. ad Specul. tit. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Guidon. Papa *deciſ.* 340. *n.* 3. Ferrat. *in libell. in form. ſequeſt. verſ.* (Audeat) *n.* 2. Maſuer. *in prax. in rub. de executione, §. item creditor*, ubi dicit, debitorem, penes quem pecunia eſt ſequeſtrata, non poſſe compelli, ut ſolvat ſuo creditori, niſi remoto ſequeſtro: ſequitur Rebuſ. *in tract. de literarum obligat. art. 6. gloſ. 3. num. 64. tom. 1.* Guid. Papa *deciſ.* 210. Croſius *conſ.* 62. *circa med. lib.* 2.

159 Eſtque ratio, quia mandatum judicis debitori factum de non ſolvendo excuſat à mora, Bart. *in d. l. mulier, ff. de leg. commiſſ. & in l. non ſolum, §. morte, quæſt. 10, ff. de nov. oper. nunt.* Bald. *in cap. fin. de ſequeſtrat. poſſ. & fruct.* Natta *conſ.* 348. *num.* 4. Rebuſ. *ubi ſup. n.* 65. Chaſſan. *in conſuet. Burg. in rubr.* (des droits) *num.* 43. Afflict. *deciſ.* 328. *num.* 1. & 2. Magon. *deciſ. Florent.* 94. *num.* 23. & 24. Jaſ. *in l. ſi quis major, C. de tranſact. n.* 20. *& ibi* Anton. *de Padilla, n.* 43. facit *l. non videntur, §. qui juſſu, ff. de reg. jur. l. ſervo invito, §. cum prætor, ff. ad Trebell. l. ſi prætor, §. Marcellus, ff. de jud.* Dyn. *in cap. quod quis mandato, de reg. jur.* in 6. Jacob. Cancer. *tom. 2. var. cap. 4. de ſequeſtro, à n.* 19. 20.

160 Et ſuadetur, quòd etſi dictam pecuniam, quam Petro debebam, alii juſſu judicis ſolverem, excuſarer, & eſſem à Petro liberatus, juxta not. in *l. Paulo Callimacho, §. fin. ff. de leg. 3. in l. liberto, §. Lucius, ff. de annu. legat.* traditur copioſè per Dyn. & Bart. *in l. creditor, ff. de ſolut.* & Luc. de Penna *in l. unica, C. ut null. ex vica. lib.* 11. quod intellige ut poſt longam diſputationem reſolvit Afflict. *deciſ.* 150. non enim quis decipi debet, & circumveniri ſub authoritate ſuperioris, *l. 1. C. de his qui veniam ætatis impetrav.* Bald. *in l. 2. n. 76. C. ſervitut.*

161 Quod limitaretur, ut non procedat, ſi debitoris opera, & fraude dictum ſequeſtrum eſſet factum, ut per Bald. *in d. l. mulier.* in verb. (*ego crederem:*) Add. ad Guid. Pap. *deciſ.* 210. *tradit* Natta *conſ.* 233. Carroz. *de ſequeſtro, part. 3. quæſt.* 10. n. 4. Roman. *in l. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* Jacob. Cancer. *d. cap. 4. n.* 23.

162 Contrarium tamen eſt defendendum, quòd non eſt ſolvendum, *ex l. ait Prætor, §. permittitur, ff. de min.* debuit enim debitor appellare, & facere reſiſtentiam, aliàs præſumitur ſponte ſolviſſe; Decius *conſ.* 407. Bal. *in l. falſus, num. 31. C. de furtis*, ubi dicit, quòd debitor erga creditorem bonam fidem, & legalitatem obſervare debet, & nonnihil pro eo pati, antequam ſolvat, ut paſſio ſit fidei teſtimonium; non tamen dicit, quòd tormenta, nec vilipendia patiatur, ſed agat quidquid ſalva ſalute ſua, & honeſtè poteſt, Paul. de Caſtro *conſ.* 290. Rom. *conſ. 185. in fin.* Stephan. Gratianus *tom.* 3.
163 *diſcept. 485. n. 14. & tom. 4. diſcept. 636. n.* 2. Nec enim talis ſolutio liberaret ſolventem, quamvis eſſet de mandato judicis, niſi antequam ſolveret, denuntiaret executori, vel ei, qui inhibuerat ad hoc, ut per eum poſſint opponi exceptiones concernentes cauſam, ita ut non præcedente iſta denunciatione, ſolutio dicatur ſponte facta: Ruin. *conſ. 147. in fin. lib.* 1. Menoch. *de arbitrariis caſu* 137. *n. 15. & conſ. 68. n.* 2. Rota *deciſ.* 298.
164 *n. 2. & dec. 345. n. 4 par. 1. in recentiorib.* Ampliùs etiam non ſolum requiritur reſiſtentia, & contradictio, ut ſolvens liberetur, ſed eſt neceſſaria appellatio ſecundùm Angel. *in l. 2. in fin. n. 11 ff. de appell.* quem ſequitur Greg. Lopez, *gloſ. 5. verb.* [mandamiento] in *l. 4. tit. 14. par.* 5. & hoc firmat eſſe obſervatum in *Rota Romana* Stephan. Gratian. *d. diſcept.* 485. *numero* 15. Pirr. Maur. Aretin. *de ſolut. cap. 21. à numero* 13.

Praxis tamen obtinuit in hac ſuprema Curia, quòd 165
debitor inhibitus mandato Judicis, ut ſine periculo ſolvat, creditori ſuo denunciet, & intimet mandatum judicis, proteſtans ſe non poſſe reſiſtere ejus mandato; pecuniamque deponat: qua proteſtatione, & depoſitione facta, ſecurus erit: Didac. Perez *in l. 1. tit. 10. lib. 3. ordinam.* Doctor Jacobus Saagun. *in cap. 2. n. 55. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* ubi plenè Jacob. Cancer. *d. cap. 4. n.* 25. quæ notanda ſunt, quia utilia, & multum practicabilia.

Redeundo unde digreſſio fuit facta ad materiam 166
ceſſionis, advertendum eſt, quòd denuncians tamquam hæres, vel procurator, tenetur oſtendere ſe talem, cùm denuncians teneatur denunciatum certum reddere de ſuo intereſſe: ſi enim denunciat nomine procuratorio, tenetur mandatum oſtendere, ut notat Angel. *in d. §. morte*, aliàs non tenetur debitor ſolvere; & dicit Bart. *in l. ſi quis inficiatus, ff. depoſiti*, quòd qui tamquam hæres, vel procurator proteſtatur, ne aliquis ſolvat, fidem facere debet, quòd ſit hæres, vel procurator, aliàs proteſtatio in mora non conſtituit; & Bald. dicit *in l. fin. n. 24. C. de edict. Div. Adrian.* quòd proteſtans in judicio, tenetur exprimere cauſam; aliàs inanis eſt proteſtatio, Surd. *d. conſ.* 22. *n.* 15. Pyrrus Maur. Aret. *in tract. de ſolut. cap. 5. n.* 63.

Unum tamen eſt ſciendum, quòd quando ceſſio- 167
narius agit ut procurator, & nomine cedentis, tenetur facere fidem de ceſſione ante litem conteſtatam; ſed non quando agit utili actione ſibi ceſſa, & judicium movet proprio nomine, tunc enim ſufficit quòd inſtrumentum exhibeat in proceſſu cauſæ. Et ratio eſt, quia quando ceſſionarius agit directa, comparet tamquam procurator, & ideo antequam audiatur, tenetur legitimare perſonam ſuam; ſed quando exercet utilem actionem, tunc dicitur agere nomine proprio, licèt originem petitionis ſumat ex perſona alterius, & ideo ceſſio magis reſpicit juſtitiam cauſæ, quàm legitimationem perſonæ: Jacob. Butr. & Bart. *in l. qui ſtipendia, in fin. C. de procurat.* Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicamus*, quia quando agit utili, ceſſio non perſonam reſpicit, ſed merita, quia aliud eſt juſtificare cauſam, & aliud juſtificare perſonam: & ſuper cauſa non debent recipi probationes ante litem conteſtatam, & ſequeretur, quòd alias hæres, legatarius, emptor: & permutator, qui agunt ex jure alieno, tenerentur ante litis conteſtationem exhibere inſtrumenta tituli, quod ſecundum eum, eſt ridiculum; quia cognoſceretur ante litem conteſtatam de principali cauſa: & ſubdit ſe ita obtinuiſſe: idem voluit *in tit. de ceſſione act. §. 1. n.* 28. & eum ſequitur Bar. *in l. ſi duo, in fin. ff. de ſolut. & in l. 1. n. 13. C. de act. & obligat.* Surdus *conſ.* 22. *num.* 191.

Verum tamen eſt, quòd is cujus intereſt ne quis exi- 168
gat, poteſt debitori denunciare ne ſolvat; quod probatur ex text. *in l. ſi majori, C. de reſcin vendit. in l. ſi fundum, C. de rei vendicat.* Roman. *conſ. 6. circa med.* Tiraq. *de retract. conſang. §. 36. gloſ. 2. n.* 18. ubi poſt Roman. & alios concludit procedere etiam in eo, qui non ſit dominus, dummodo aliquo modo ſua interſit; quinimò ipſemet cedens poteſt denunciare debitori ne ſolvat ceſſionario, ſi ſua intereſt, ut eſt text. *in l. hæres cum debuerat, & ibi* Cuman. *ff. ad Trebellian. Theſaur. deciſ. Pedemontana* 62. *n.* 12.

Denunciatio ſimplex ſine oſtenſione inſtrumenti, 169
ſufficit, quando debitor non petit copiam inſtrumenti, vel illud ſibi edi, ut in propoſito voluit Specul. *in tit. de procur. §. fin. n.* 12. verſ. (*ſed numquid:*) idem tenuit Tiraq. *de retr. conſang. §. 1. gloſ.* 10. *num.* 105. ubi allegat plura ſimilia, in quibus non eſt neceſſe oſtendere, nec tradere inſtrumentum, niſi à parte pe- 170
tatur, ſed ſufficit petenti moram non facere. Et pro hoc facit, quia etſi regulariter operarii ſe exercentes

in

in re aliena non poſſunt poniri tamquam turbatores, & Bart. *in l. rem §. tignum, ff. de rei vendicat.* Bald. *deciſ.* 91. *cent.* 1. ſi ſcientes in re aliena laboraverint tenentur; Maſcard. *concluſ.* 282. & *concl.* 879. Menoch. *præſ.* 13. & 14. *lib.* 6. Joſephus Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 103. Ant. Monach. *deciſ. Florentina* 150. Sempron. Accioa *deciſ. Barenſi* 74. ubi plenè Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 15. *à n.* 21. & 22. Surd. *conſ.* 22. *n.* 41. Tamen hoc non procedit, quando dominus, vel poſſeſſor eſt eis proteſtatus, ne laboratores id facerent, quia eo caſu non excuſantur, ita Angel. *in §. tignum, colum.* 2. Angel. & Roman. *in l. de pupilla §. nunciatione, ff. de oper. nov. nunc.* Alex. *conſ.* 36. *n.* 2. *lib.* 1. Angel. *in Auth. ut omnes obediant. in princ.* Calcan. *in conſ.* 100. *Rip. in cap. decernimus, num.* 42. *de judic.* Plotus *in l. ſi quando, C. de in litem jurand. §.* 49. *n.* 27. Jul. Clar. *in pract. criminal. §. fin. quæſt.* 60. Menoch. *de arbitr. caſu* 354. *num.* 4. & *præſumpt.* 23. & 24. *lib.* 6. Aviles in *capp. Prat. cap.* 17. *num.* 14. Coſta *de facti ſcientia cent.* 1. *diſt.* 27.

171 Sed an denunciatio requiratur in debitore ſciente ceſſionem aliter, quàm tribus modis adnotatis in *d. l.* 3. *C. de novat.* vel qualiter ſciverit, an ejus ſcientia ei nocebit? latè diximus *ſuprà*, nunc majori authoritate fulcitur, quia debitor ceſſus, qui habuit notitiam ceſſionis, non poteſt ampliùs ſolvere cedenti; & ſi ſolvit, non liberatur; Gloſſ. & Bart. & Doctores in *d. l. fin. ff. de tranſact.* & eſt limitatio ad *d. l.* 3. *C. de novat.* quam ponit Angel. Aretin. *in §. Præterea, il* 2. *num.* 34. *verſ.* (4. poteſt opponi:) *inſtitut. de except.* Joſephus Ludovicus *concl.* 4. *de ceſſ. & ceſſionar. verſ. fin.* Hieronymus Leo *deciſ. Valent.* 70. *num.* 4. Coſta *de facti ſcientia, iuſp.* 70. *num.* 4. Theſaur. *deciſ.* 221. *in fin.* Pyr. Maur. Aretin. *in tract. de ſolut. cap.* 5. *à num.* 55. & *n.* 6. Neguſant. *de pig. par.* 3. *memb.* 3. *n.* 27. Vincent. de Anna *ſingulari* 486. Caball. *de evict. §.* 3. *n.* 11. & nos latè diximus *quæſtione* 4. *à num.* 12. & *ſeqq.* Surdus *conſ.* 22. *n.* 43. Gratianus *tom.*
172 1. *diſcept.* 20. *num.* 26. & 27. & 28. Qualitercumque ſciverit debitor ceſſionem, ſua ſcientia nocebit, itaquè ſolvendo contra propriam conſcientiam non liberatur; ita expreſsè probat text. in *d. l. fin.* ubi Gloſ. & Doctores, ita quoquè Gloſ. in *d. l. ſi cum emptore*; & alii quos nuper citavi, Ruin. *conſ.* 177. *n.* 4. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 376. *num.* 8. Socio. Jun. *conſ.* 82. *n.* 17. *lib.* 1. ubi dicit, quòd ſufficit debitorem noviſſe ceſſionem, aliter quàm dicatur in *illa d. l.* 3. quando eſt facta ad commodum ceſſionarii; Bertrand. 290. *n.* 1. *lib.* 2. & ita de-
173 nunciatio non requiritur habenti ſcientiam actus, Surdus *conſ.* 324. *n.* 6. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 100. *n.* 81. *lib.* 1. latè Lancellotus *de attent. appell. pendent. ampliat.* 15. *à n.* 28. Stephanus Gratianus *tom.* 4. *diſcept.* 797. *n.* 9. Et confirmatur, quia ſimplex ſcientia idem operatur, quod denunciatio, Bart. *in l. item veniunt, §. petitam, ff. de pet. hæredit.* ſufficit enim ſcire ſine proteſtatione, quando proteſtatio fit ad notificandum, Bart. *in l. quidam decedens, §. ex quo ff. de cond. & demonſtrat.* latè Tiraq. *de retract. Lignag. §.* 26. *gloſ.* 2. *à n.* 28. & latè diſcuſſimus, *ſupra quæſt.* 4.

QUÆSTIO XXXVI.

An in Emphyteuſi debeatur evictio?

SUMMARIUM.

1 *Evictio debetur in emphyteuſi ſicut in rebus venditis.*
2 *Emphyteuſi evicta datur regreſſus contra venditorem.*
3 *Emphyteuſis dupliciter concedi poteſt, ex cauſa lucrativa, & ex cauſa onerosa.*
4 *Emphyteuſi evicta ex cauſa lucrativa, non debetur evictio ex ſententia* Surdi.
5 *Emphyteuſi, etſi gratis conceſſa & evicta, dabitur regreſſus de evictione, ex ſententia* Alvari Valaſc.
6 *Evictio non debetur pro feudo, pro quo modicum præſtatur ſervitium.*
7 *Redhibitoria non habet locum, ubi emphyteuſis conceditur titulo lucrativo.*
8 *Emphyteuſis contractus eſt ultro citroquè obligatorius.*
9 *Evictio debetur pro quacumque contractu innominato.*
10 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim valet, quando contrarium non requiritur deciſum in emphyteuſi.*
11 *Feudo evicto non venit dupla, ſed ſufficit quòd dominus rem æqualis valoris tradat, vel tantam pecuniam, quæ ſufficiat ad emptionem æquivalentis.*
12 *Evictio debetur emphyteutæ, & declaratur* Speculator.
13 *In litis æſtimatione an debeatur evictio?*
14 *De contractu nullo, vel re evicta, an debeatur laudemium, diſcutitur?*

HAnc quæſtionem tractant *Caballinus §.* 4. *num.* 55. *de evict.* & Petrus Surdus *conſ.* 359. *n.* 25. *lib.* 3. & *deciſ.* 290. Alvarus Valaſcus *in tractatu de jure emphyteutica, quæſt.* 38. *num.* 32. Carolus Anton. Blancardus *de laudemiis, nota* 39. Et quòd in emphyteuſi de- 1
tur evictio ſicut in rebus venditis, affirmarunt Joan. de Imola, Aretin. & Angel. & Ripa *in l. ſi aliquam rem, ff. de acquirend. poſſ.* Alvarus Valaſcus *de jure emphyteu. quæſt.* 38. *n.* 32. Surdus *conſil.* 359. *n.* 25. *lib.* 3. ubi dicit, quòd non eſt reſolutus contractus emphyteuticus, quamvis res fuerit evicta. Sicuti feudo evicto 2
datur evictionis remedium adverſus venditorem, ſi bona fide feudum eſſe ignorans emerit, ſecus ſi ſciens, etiamſi de evictione ſtipuletur, ut tradit latè Guilliel. *de feud. lib.* 3. *cap.* 9. *in princ. gloſſa*, & Scribentes *in cap.* 1. *verb.* (pretia,) *de probib. feud. alienat. per Lotha.* tradit Curt. Jun. *de feud.* 4. *parte, quæſt.* 27. 28. & 29. Zaſius *de feud. pag.* 146. Ita quoque emphyteuta, ſi ignorans rem eſſe emphyteuticam emerit, vel ſi ignorans commiſſum, ut tradunt Imol. Aretinus, Alex. Rip. *in l. ſi aliquam rem, ff. de acquir. poſſ. num.* 46. Quid autem ſi in fraudem domini, emptor feudi ſimulet alium eſſe contractum, an detecta ſimulatione habeat regreſſum contra venditorem? Verius videtur quòd non, quia ipſe ſciens ſe periculo ſubjecit, in quam opinionem adverſus *Alex.* inclinat Rip. *ubi ſuprà, num.* 47. licèt non determinet. Sed quid ſi dominus vaſſallum inveſtiat de re aliena, an teneatur à vaſſallo ſi res evicta ſit? & teneri conſtat, ſi inveſtitus ei litem legitimè denunciet, & rem alienam eſſe ignoraverit, alias non tenebitur niſi ſibi proſpiciat; *c.* 1. & *ibi* Doct. *de inveſtitur. de re alien. fact.* Zaſius *in tit. qualiter feud. conſtit.* Quid autem ſi rem quam dedi in emphyteuſim, evincatur ab emphyteuta, an eo ipſo poſſum agere contra authorem meum? dic, quod ſic, ſi præceſſit denunciatio neceſſaria; ut per Anton. Gomez *in cap.* 2. *n.* 46. *de empt. & vendit.* Caldas Pereyra *in tract. de empt. & vendit. cap.* 31. *n.* 24.

Emphyteuſis dupliciter concedi ſolet, primò ex cauſa lucrativa, ut quando emphyteuta ſolum præſtat annu- 3
um canonem. Secundò ex cauſa onerosa, ut quando ultra annuam penſionem, à principio ſolvit certam quantitatem; ita Bart. *in l. ſi mihi & Titio, num.* 24. *ff. de verb. obligat.* ſequuntur Angel. & Raph. *ibi*, & Abbas *in cap. potuit, num.* 6. *in fin. ff. locati*, Salycet. *in l.* 1. *n.* 3. & *ibi* Jaſ. *num.* 3. *C. de jure emphyteut.* Alex. *conſ.* 117. *n.* 13. *lib.* 4. & *conſ.* 24. *n.* 8. *lib.* 5. eandem diſtinctionem facit Bald. *l.* 1. *§. in ſuis, C. per quas perſonas nob. acquir.* Surdus *deciſ.* 290. *n.* 2. ubi dicit, quòd quando conceſ- 4
ſio eſt lucrativa, quia nihil à principio ſolutum fuit, ideò evictio non debetur: hæc enim eſt natura tituli lucrativi, quòd in eo evictio non præſtetur, *l.* 2. *C. de evict. l. Ariſto, §. fin. ff. de donat. l. ad res, ff. de ædilit. edicto.* Et tamen ſi emphyteuſis ſit gratis conceſſa, & evicta, etiam

debetur de evictione regreſſus, quia licèt gratis de-
tur, eſt tamen contractus oneroſus, & in omni con-
tractu oneroſo datur evictio, *l. libera, C. de ſent.& in-
terloc.omn.jud.*Corneus *conſ.285.lib.3.n.3.*Cald.Perey-
ra *ubi ſup. num.* 24. Alvar. Valaſc. *d.cap.38. num.32.*
Alex. *in d. l. ſi mihi, & Titio, n.* 13. dicit, quòd ubi
quid modicum ſolvitur in recognitionem dominii, tunc
emphyteuſis continet gratioſam conceſſionem; ſequitur
Jaſ. *ibi n.11.* & ideo Nardus ad Iſern. *in cap.1.in prin-*
6 *cip. de inveſt. de re aliena*, dicit, quòd ubi pro feudo
modicum præſtatur ſervitium, tunc non debetur evi-
ctio, quia præponderat gratia: & quòd propter dictam
rationem, titulus non ſit oneroſus, Caballinus *in tract.*
de ædilit. actionibus, cap.2.num.9. Surd. *dicta deciſ.29.*
6 *num.5.& 6.* ubi inquit, quòd ſi emphyteuſia conceditur
titulo lucrativo, non habet locum redhibitoria.

Emphyteuticus contractus eſt ultro,citróque obliga-
7 torius, quia dominus transfert utile dominium, & em-
phyteuta ſolvit annuum canonem, ut per Specul. *in tit.*
*de locat.§.nunc aliqua,num.5.*Bald.*in rub.C.de jure em-*
*phyteutico,*Beroius *conſ.84.n.7.lib.1.*Alex.*in d.l.ſi mihi,*
& Titio num. 11. Menoch. *conſ.* 111. *numera* 21. Bart.
*in l. juris gentium, §. quinimò, num.19.ff.de pact.*Becc.
8 *conſ.* 18. *num.* 10. Pro quocumque autem contractu in
quo dominium transfertur, evictio præſtanda eſt. *l.ſcien-*
dum, ff. de evict. & etiam debetur pro contractibus in-
nominatis, ſecundum Bald. *in l.permutationis, C. de*
evict. Dec. *conſil.* 281. *colum.3.* Caballin.§.4.*n.43. de*
evict. Surd. *dict. deciſ.* 290. *à num.12.* Cald.Pereyra *d.*
cap. 31. *num.* 4.

Argumentum de feudo ad emphyteuſim valet, quan-
9 do in emphyteuſi non reperitur deciſum contrarium ejus
quod legitur in feudo, quia ejuſdem ſunt conditionis:
Specul. *in tit. de feud. §. quoniam, verſ.40.in fin.* Bald.
in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Angel. Caſtrenſ.
Roman. Butr. Alex. & alii plures citati à Jaſone *in l.* 1.
n.56.& ſeq. C. de jure Emphyteu. Everardus *in topicis.*
loca à feud. ad emphyt. Julius Clarus,§.*feudum, quæſt.3.*
at in feudo reperitur expreſsè diſpoſitum, quod feudo
evicto debeatur à domino evictio, *capit.1.de inveſt.de*
re alien. fact. ubi Iſernia, Alvar. & Præpoſit. *colum.* 1.
Jaſ. *in uſibus feud.n.* 40. Paris de Puteo *in tract. de rein-*
tegratione feud.cap.238.& 280. Boerius *deciſ.* 19. *n.3.*
10 Caballin. *d.§.4.n.50.* Ergo idem dicendum videtur in
emphyteuſi, & quamvis in caſu evictionis feudi non
veniat dupla, ſed ſufficit, ſi dominus rem æqualis valoris
tradat, vel tantam pecuniam, quæ ſufficiat ad emptio-
nem æquivalentis rei, Boer. *d.deciſ.19. n.3.*Surd.*d.de-*
ciſ.290.n.17. ubi dicunt, eſſe caſum ſpecialem, tamen
eodem modo præſtabitur evictio in emphyteuſi, eſt
enim ſpeciale, quòd non debeatur evictio, ſed quòd
dominus ſolum teneatur ad cambium. Et quod evictio
debeatur emphyteutæ, clarè præſupponit Specul.*in tit.*
*de locat.§.nunc aliqua,num.*200.dum tractat,an emphy-
teuta ſolùm teneatur litem motam denunciare domino,
qui conceſſit, vel etiam ei, qui à domino emit directum,
& jus penſionis: ubi autem nihil poſſit reſpectu denun-
ciationis imputari domino, ſupponit evictionem deberi:
ultra quòd ipſa denunciatio eò tendit, ut defendatur
emphyteuta: & idem tenet Joan. Andr. *in ultim. add.*
ubi in eo caſu vult rectè denunciationem fieri & dari
actionem ad intereſſe; tenet etiam Azo, *in Summa, C.*
de evict. n.7. ubi indiſtinctè ait, emphyteutam, ſuper-
ficiarium, & vaſſallum agere poſſe de evictione: move-
tur duplici ratione: Prima, quia ſunt loco emptoris. Se-
cunda, quia habent jus in re: per quam ultimam ratio-
nem, Bald. *in l.2. n. 6. & ſeq.* dicit, quòd datur em-
11 phyteutæ redhibitoria, Jaſ.*in l.1.n.71.C.de jur.emphy-*
*teut.*Paris de Puteo *de feud. reintegrat. cap.338.n.1.per*
l.1.in fin.& l. 2. ff. ſi ager vectigal. vel emphyteut. pet.
idem *in cap.* 280. *num.* 6. ubi vult, quòd emphyteutæ
detur actio ad intereſſe, & infert ideo ad feudum: &
hanc partem tenuit Guill. Cun. *in l. habebat, §. fin. ff.*
de inſtit. act. ubi quòd emphyteuſis vendita, ſi evinca-
tur emptori, tenentur in ſolidum pro evictione omnes
domini, qui venditioni conſenſerunt: admittunt ergo,
quòd dominus teneatur de evictione, Bertrand. *conſ.*
312.*n.2.lib.3.*Burſatus *conſ.458.num.7.*

In litis æſtimatione ſoluta, an habeat locum evictio? 12
diſtinguendum ex intentione Dyni *in regul.pro poſſeſſo-*
re, de reg.jur. in 6. quæſt.1.& 2. Bart.*in l.litis, ff.pro*
emptore. Rip.poſt alios in *l.in depoſiti,n.3.ff.de re judi-*
cata, Caballin. *d.§.4.n.56.*

Adnotandum eſt, de contractu nullo, vel re evicta, 13
nullum deberi laudemium; quod enim nullum eſt,nul-
lum poteſt producere effectum, *l.filium* 20. *ff.de bonor.*
poſſ. contra tabul. & l.ult.C. de jure emphyteut. ubi ait,
ob alienationem emphyteuſis quinquageſimam præſtari,
accipiendam eſſe de ea, quæ ritè facta eſt, ita ut ſi ali-
qua occaſione nullus momenti ſit, non debeatur lau-
demium, ut ſimili ait *l.ſi ſe non obtulit, §.condemnatum,*
ff.de re judicata, l. unic.C.non licere habitatorib.Metro-
com. ita deciſum teſtatur Peguera *deciſ.256.*Anton.Fa-
ber *definit.6.C.de jure Emphyteu.* Sola, *de jure emphy-*
teu. n. 37. in fin. ad decreta antiqua Sabaud. Cravet.
conſ.389. Carol. Ant.Blancardus *de Laudemiis,nota 39.*

Idquè locum habet, etiamſi contractus non à princi-
pio nullus videatur, ſed poſt modum interiori vitio ali-
quo detecto annulletur, Faber *d. definit.* 65. Parum
namque refert, an quid à principio invalidum, an ex
poſt facto annulletur, & ita deciſum teſtatur Peguera
d.deciſ.356. num.3. & 4. Quid evictione intervenien-
te, ut putà ſi creditores hypothecariam rem extor-
queant? diſtinguendum eſt, ſi jam ſolutum ſit laude-
mium, non repetitur: ſi verò nondum ſolutum, amplius
non præſtabitur: Coſta *in tractatu de retrotractione,*
cap.8.num.8.

QUÆSTIO XXXVII.

An venditor in cauſa rei evictæ teſtis eſſe poſſit?

SUMMARIUM.

1 *Venditor in cauſa rei venditæ teſtis eſſe non poteſt.*
2 *Limitatur concluſio, quando non agitur de intereſſe venditoris.*
3 *Limitatur etiam quòd teſtis eſſe poteſt venditor, quando eſt quæſtio inter duos emptores.*
4 *Limitatur, quando venditor deponit in cauſa confinium, vel terminorum.*
5 *Limitatur etiamſi venditor deponat contra emptorem.*
6 *Et etiam quando deponit de conſenſu partium.*

VEnditor pro tempore in cauſa rei venditæ teſtis 1
eſſe non poteſt, evicta enim re, tenetur ipſe de
evictione, & ſic pro ſuo intereſſe à teſtimonio repelli-
tur, Gloſ.*in l.nullus*, verſ. (an autem venditor,) *ff.de*
*teſtibus,*ubi Bart. Alberic.Odofred.Bald.*in l. in omnibus,*
ubi etiam Odofredus, *n.* 1. Bart.Salyc.Caſtrenſ. Joannes
Sicar.*n.8.C.de teſtibus,* Imola *in l.qui teſtamentum.ff. de*
teſtam. Joan.Andr. *in cap. inſuper, n.* 8. & *ibi* Ant. de
Butrio, *num.6.* Dec.*num.42.de teſtibus,*Speculat.*in tit.*
de teſte, §.1. num.78. Rom.*ſingulari 382.n.1.* Jacobin.
Ægid.*de teſtibus, n.* 14. Lanfranc. *de teſtibus, n.66.*Cro-
tus *de teſtibus, n.164.*Campeg.*de teſtibus regul.68.*Maſ-
card.*de probat.tom.3.concluſ.1358.n.11.*Cavalcan.*par.* 2.
de teſtibus, n.113.

Limitanda eſt concluſio, ut procedat quando agitur 2
de intereſſe venditoris, quia re evicta tenetur de evi-
ctione, & ad pretii reſtitutionem; ſecùs, ſi ad hoc non
teneatur, quia tunc ceſſat intereſſe, & ſic cauſa illum à
teſtimonio repellens, ideo etiam ceſſare debet repulſio,
Gloſ.

Gloſ. *in d.l. nullus*, verſ. (*tunc, quando tenetur de evictione.*) Bar. *in d. l. in omnibus, numero* 4. & *ibi* etiam Bald. *numero* 1. Felin. *in d. cap. inſuper, numero* 12. *de teſtibus*, Ferrar. *in praxi, in forma oppoſ. contra teſtes, in verb.* (in facto,) *num.* 3. Cæphalus *conſ.* 65. *numero* 1. Hippolyt. Riminald. *conſ.* 66. *numero* 30. *lib.* 1. Maſcard. *d. concluſ.* 1358. *num.* 11. Farinac. *tom.*2. *de teſtibus, quæſt.*60. *illat.* 11. *n.*2.

Contrarium, quòd venditor pro emptore non admittatur in teſtem, etiam quod de evictione non teneator, affirmarunt Bart. *in d. l. nullus*, & *ibi* ſequitur opinionem Petri de Bellapertica *contra Gl.* ubi Albericus *numero* 1. reprobata gloſſa dicit, omnes Doctores Bononienſes in hoc concordare: Angel. *in l. in omnibus, n.*1. & *ibi* Paul. de Caſtr. *numero* 1. Joannes Sicar, *numero* 8. *verſ.* (ſi evictio,) *C. de teſtibus*, Abbas *in d. cap. inſuper, n.*10. Dec. *n.*43. Tiraquellus *de retractu, in præfat. n.*26.

Veritas tamen eſt, quòd quando venditor non tenetur de evictione ad duplum, nec ad pretii reſtitutionem, ad damnum, & intereſſe, ad quæ ſine dubio tenetur etiam quod de evictione non teneatur, ad tradita per Bald. & Salycet. *in l. datio, ff. de actio. empt.* & per Alex. & Jaſon *in l. venditores ad finem, ff. de verborum oblig.* tunc admittitur in teſtem pro emptore: ſed non eſt teſtis integræ fidei, ac omni exceptione major. Si verò non teneatur de evictione, ſed ad pretii reſtitutionem ad damna, & intereſſe quod eſt evidens, repellitur à teſtificando; ut benè diſtinguit Hyppolytus Riminald. *conſ.*66. *n.*30. & *n.*36. *lib.*1.

3 Limitanda eſt etiam concluſio, quòd venditor teſtis eſſe poteſt, quando eſt quæſtio inter duos emptores; quia tunc ſtante pari affectione, venditor admittitur ad teſtificandum, Fulgoſ. *in d. l. in omnibus, numero* 1. *C. de teſtib.* Florian. *in d. l. nullus, numero* 4. *ff. eodem*, Campegius *de teſtibus, regula* 68. *in fallentia* 5.

4 Limitanda eſt etiam in cauſa confinium, vel terminorum, in qua teſtimonium venditoris non rejicitur, ubi de illius intereſſe non agitur, *l. eos*, & *ibi* Gloſ. Bart. Bald. & Doctor. *ff. finium regundorum*, Baldus *in omnibus, in principio, C. de teſtibus*, Aufrerius *de reprobat. teſtium, numero* 91. Petrus Moncada ad Crotum *de teſtibus, numero* 164. Hieronymus de Monte *de finibus regundis, capite* 52. *numero* 15.

5 Limitanda eſt concluſio, quia & ſi venditor non probet pro emptore, probat tamen contra ipſum; quia tunc ceſſat intereſſe evictionis; & multi ſunt, qui non poſſunt teſtificari pro aliquo, qui tamen poſſunt contra: Bart. *in l. Julia*, & *in l. legibus*, & *ibi* Alex. *in additionibus*, & conſuluit Cæphalus *conſ.*21. *n.*16. *lib.*1.

6 Limitanda eſt ultimò concluſio, quod venditor poteſt teſtificari de conſenſu partium, quia tunc etiam inhabilis admittitur; & probat: nihil enim eſt, quod impediat, poſtquam partes de quarum præjudicio agitur, ita volunt: Glo. *in §. licet, in fine, in verbo*, (ſupliciis) *in Authentic. de teſtibus*, Salycet. *in l. ſi quis teſtibus, numero* 1. Marſil. *in Rubric. de probationibus, numero* 278. & *in l.* 1. *§. ad quæſtionem, numero* 28. & *numero* 45. *ff. de quæſtionibus*, Campeg. *de teſtibus, regul.* 68. *fallent.* 2.

QUÆSTIO XXXVIII.

An venditor poſſit evincere rem, quam vendidit?

SUMMARIUM.

1 *Regulariter emptor agit de evictione, & venditor tenetur rem tradere cum effectu.*
2 *Emptor ſi à ſeipſo rem evinceret, poterit agere de evictione.*
3 *Si emptori mota ſit lis ab alio, poteſt agnoſcere bonam fidem, & aget de evictione.*
4 *Si jure ſpeciali res ſit evicta beneficio reſtitutionis in integrum, vel alio quocumque jure ſpeciali poteſt agi de evictione.*
5 *Quem de evictione tenet actio, ipſum agentem repellit exceptio, & explicatur text.* in l. vendicantem, ff. de eviction.
6 *Reſtringitur, ut non procedat, quando agens habuit cauſam ab eo, vel authore ejus contra quem agit, ſi ipſius, vel ſui authoris facto ſequuta fuerit evictio.*
7 *Reſtringitur etiam, ut non procedat ubi contractus non valuiſſet, alterius quàm vendentis occaſione, ſeu defectu.*
8 *Reſtringitur, ubi quem de evictione tenet actio hæreditario nomine, eundem agentem repellit exceptio.*
9 *Reſtringitur etiam, quando fratres dividunt bona feudalia inter ſe, & promittunt de evictione.*
10 *Text.* in l. vendicantem, *habet locum in fiſco.*
11 *Exceptio*, quem de evictione tenet actio, *dicitur exceptio doli.*
12 *Stipulatio defuncti comprehendit hæredem venditoris qui ex propria perſona venire vellet.*
13 *Text.* in l. vendicantem, *habet locum in hærede.*
14 *Evictio promiſſa à ſe abſque dictione taxativa comprehendit hæredem, etiam quòd vellet venire ex propria perſona, & ibi ad multa.*
15 *Promittens de ſuo dato & facto tenetur de facto ejus cujus eſt hæres.*
16 *Reſtringitur text. in* l. vendicantem, *favore libertatis.*
17 *Text.* in l. vendicantem, *reſtringitur in hærede fidejuſſoris, qui pro alio ſe obligavit de evictione.*
18 *Text. in* d. l. vendicantem, *reſtringitur etiam, quando promiſſa eſt evictio à ſe tantum, nam vigore illius dictionis taxativæ poterit venire jure alterius.*
19 *Hæres ſimpliciter abſque beneficio legis, non poteſt vendicare bona vendita à defuncto jure proprio vigore fideicommiſſi, ſecus facto inventario.*
20 *Inventarium inducit ſeparationem.*
21 *Promiſſio, ſeu proviſio ſemper intelligitur pro ſe, & hæredibus.*
22 *Dictio taxativa deſignat perſonalitatem.*
23 *De vi, & effectu hujus dictionis*, tantùm.
24 *Eſt exceptiva, & limitat, reſtringit, & excludit ſicut dictio*, tantummodo.
25 *Excludit omnes caſus præter expreſſos, & continet negationem quoad alios.*
26 *Appoſita in aliqua conceſſione excludit omnes alios judices præter illos quibus antea competebat juriſdictio generaliter in eiſdem caſibus.*
27 *Non excludit caſus ſimiles.*
28 *Dictio*, tantùm, *poſita in lege nova, non eſt ſufficiens ad inducendam correctionem alterius legis.*
29 *Operatur, ut diſpoſitio, ſeu contractus non tranſeat ad hæredes.*
30 *Et impedit extenſionem.*
31 *Franciſcus de Ponte reprobat Bart.* in l. ſtipulatio iſta, ff. de verb. oblig. & *Bald.* in l. fin. ff. de act.

act. empti, dum voluerunt hæredem non poſſe ex proprio jure agere, etiam quòd promiſſio defuncti fuerit cum clauſula taxativa, tantum.

32 *Et fundat, quòd promiſſio evictionis à ſe tantùm, repellit etiam promiſſorem venire volentem ex jure alterius, contra opinionem* Bald *quod non eſt in hærede.*

PLures Authores hanc materiam diſputarunt, omnes Repetentes in *l. cum à matre, C. de rei vendicatione, & in l. vendicantem, ff. de evictionibus,* Arios Pinellus *in l. 1. par. 3. n. 82. C. de bonis maternis,* Caballinus *in §. 5. n. 1. de evictionibus,* Alphanius *collectanea 95.* Joſephus Ludovicus *in ſuis concluſionibus, concluſione 1. titul. de hæredit.* Ant. Gabr. *in titul. de regulis juris,* Maur. Jun. *allegat. 5.* & Maurus Senior *allegat. 7.* Tiraquellus *de retractu cōſanguinitat. §. 1. gloſſa 9. n. 47.* Rolandus à Valle *de Invētario, 4. parte, §. quid ſi pater, à n. 4.* Franciſcus de Ponte *de poteſtate Proregis, titul. 4. §. 6. & ibi* Joannes Baptiſta Toro, Vbertus de Bonacurſo *in praxi ad exceptiones, quibus modis ſuo nomine civiliter agendum, & ibi* Anton. de Tremolis *litera B.* Valaſcus *conſultatione 69.* Gratianus *diſcept. n. 205. n. 16. tom. 2.*

1 Cum emptor regulariter, ut pluries diximus, agat de evictione contra venditorem re evicta, *l. evicta, l. venditor, ff. de evict. l. emptor, l. ſi eum quæſtio, l. qui rem, C. de evict. l. tenetur, §. ſi tibi, ff. de actio. empt.* Covar. *lib. 3. var. reſol. c. 17. in princ.* Lauren. de Pinu *conſ. 91. n. 1.* & latè diximus *q. 23. per tot.* & ratio eſt ſecundum Abb. Anton. de Burg. *in c. fin. de empt. & vend.* quia venditor tenetur rem tradere cum effectu, *l. ex empto, ff.*

2 *de act. emp.* Socin. Jun. *conſ. 84. n. 19. lib. 2.* Et in tantum eſt verum hoc, quòd ſi emptor à ſe ipſo evinceret, poterit etiam agere de evictione, *l. Julianus, §. ſi fundum, ff. de act. empt. l. ſi ei, §. 1. l. ſi vendiderit, l. non tamen ff. de evction.* Imò ſi mota ſit lis ob alio, poteſt agnoſcere

3 bonam fidem, & rem tradere vero domino, Fulgoſ. *in l. emptorem, in princ. ff. de act. empt.* Bald. *in l. ſi libera, n. 10. C. de ſet. & interloc. omn. jud.* Imola *in d. c. fin. col. penul.* Alex. *in l. ſi domus. §. 1. ff. de leg. 1. & in conſ. 67. lib. 4. & in l. non ſolum, §. morte, n. 46.* ubi Claud. *num. 101.* Rub. *n. 452. ff. de novi oper. nunt.* Rup. *in c. cum M. n. 166.* Copra *in ſuis reg. conc. 87. n. 211. & n. 236.* Crovet. *conſ. 83. n. 3.* Natta *conſ. 132. n. 5.* Covar. *lib. 2. var. c. 17. n. 16.* Bertazol. *conſ. crimin. 455. n. 47. tom. 2.* & maximè quando conſtabat tempore litis motæ de notoria juſtitia agentis, cum jam erat lata ſententia: Bertazol. *d. conſ. 455. n. 48.* Achilles de Graſ. *deciſ. 1. n. 3. p. 1. de conceſſ. præben.* Afflictis *deciſ. 49.* Ergo idem eſt cum à ſe ipſo evincitur: Nevizan. *conſ. 37. n. 11.*

4 Quod eſt intelligendum, etiamſi jure ſpeciali res fuerit evicta, ut puta beneficio reſtitutionis in integrum, vel alio quocumque jure ſpeciali, *l. minor 25. annis,* ubi Bart. *ff. de evict.* aget tamen de evictione hoc caſu quoad ſimplum; ſtipulatio verò duplæ nullo modo committitur, Gl. eſt ſingularis in *d. l. minor,* in verb. [*reſtitui.*] quod benè notandum propter *l. dudum, C. de contrah. empt.*

5 Et adeò eſt verum, quòd venditor tenetur de evictione, quòd ſi ageret contra emptorem, repelleretur exceptione, quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, *l. vendicantem, ff. de evction.* Rom. *conſ. 457. col. 2.* Curt. Jun. *conſ. 63. 4. difficul.* Joan. de Amic. *conſ. 3. n. 13.* Riminal. *conſ. 39. n. 37. & conſ. 77. n. 7. & conſ. 191. n. 25. lib. 1.* Bertrand. *conſ. 235. n. 7. lib. 4.* Bellonus *conſ. 24. n. 13.* Improbè enim facit, qui rem à ſe diſtractam evincere conatur, ut dicitur in *l. frater à fratre, ff. de condict. indebiti,* nec eſt ei permittendum impugnare factum, qui illud adverſùs alios defendere tenetur, in *l. altius, C. de ſervitut. & aqua,* Surdus *conſ. 15. num. 3.*

Ripa *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 43. ff. de verb. oblig.* limitat *d. l. vendicantem, quatuor modis.*

Primò ut non procedat, quando agens habuit cauſam ab eo, vel authore ejus contra quem agit, ſi ipſius, vel ſui authoris facto, ſequuto fuerit evictio; tunc non præſtatur evictio, ut probat text. in *l. fundum meum, ff. de evictionibus,* ubi dicit, quòd ſi fundum obligavi; deinde illum tibi vendidi, qui mox mihi vendidiſti, non agam contra te de evictione, ſi is cui primò obligaveram fundum evincat à me; quia cauſatur evictio ex facto meo: & per illum textum ita tenet Bart. in *l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 10. ver.* [dicit malè] *ff. de verb. oblig.* Socin. Jun. *conſ. 116. n. 61. & conſ. 128. n. 113. & 131. lib. 1.* idem ſubdit eſſe, quando ſequeretur evictio ex facto authoris ejus, cui res eſt evicta; quia videtur nihilominus agere ex facto ipſius proprio, *l. ſi ſervus, in princ. ff. de condict. furtiva,* Petr. Surd. *conſ. 15. n. 24. & in conſ. 70. n. 17.* 6

Secundò limita, ut non procedat, ubi contractus non valuiſſet, alterius, quàm vendentis occaſione, ſeu defectu, *l. ſi tibi, C. de evict.* ubi venditio non valuit favore vendentis, ſed favore perſonæ, cujus res vendebatur, quæ libera erat, & tamen licèt venditor teneatur de evictione, tamen illum agentem excludit exceptio, ut Bald. & Salycet. *in d. l. ſi tibi,* Alex. *conſ. 109. col. 2. lib. 4.* ubi conſuluit, quòd maritus, qui tenetur de evictione rei dotalis per ipſum venditæ, poteſt venire contra contractum, & vendicare; quia prohibitio alienationis rei dotalis eſt facta favore mulieris, *l. 1. §. & cum lex, C. de rei uxor. action.* Anton. de Tremol. *in add. ad prax. Uberti de Bonacurſo, ubi ſuprà.* 7

Tertiò limita, ut non procedat in caſu *l. final. C. de evictionibus;* quia ſecundum Baldum *ibi,* quem de evictione tenet actio hæreditario nomine, eundum agentem proprio nomine repellit exceptio: quod eſt intelligendum in eo, quem de evictione tenet actio acceſſorio nomine, non principali, ut non conſtet textus in *l. ſivè poſſeſſio,* ubi Salycetus *C. de evictionibus,* ubi probatur, quod quem tenet actio de evictione hæreditario nomine, eundem proprio nomine agentem repellit exceptio, ut in *dicta l. final.* Et differentiæ ratio eſt, quia hæres principalis obligati factum ejus probare debet, *l. ex perſona, ff. de regulis juris,* non ſic in hærede acceſſoriè obligati, veluti fidejuſſoris, contingit, quamvis de evictione teneatur, cum ipſe acceſſoriè obligatus nihil fecerit, ſed facto à principali obligato cum promiſſione acceſſit, *§. fidejuſſoris, Inſtitut. de fidejuſſoribus.* Unde notat, & infert in pract. Baldus *in d. l. ſivè poſſeſſio,* quòd quandoque patres vendunt rem matris: quæ quia remanſit filiis jure hæreditario, ille contractus ab initio non valet, ut in *l. C. de bon. mat.* Tamen ſi filius poſteà adiit hæreditatem patris, valet venditio, intellige non facto inventario, *l. cùm à matre, C. de rei vendicat. l. fin. §. in computatione, C. de jure delib.* 8

Ultimò limita, ut non procedat in caſu quando fratres dividunt bona feudalia inter ſe, & promittunt de evictione, & ſe liberant, & renunciant omni juri, quod habent in feudis, vel habere ſperant: quia per hoc non videntur refutare, & promittere in caſu, quo feudum de ſui natura reverteretur ad alterum, Curt. Sen. *conſ. 49. col. 65.* verſ. (*Ad decimum argumentum,*) Curt. Jun. *conſ. 119. n. 2. lib. 3.* Aretin. *conſ. 2.* Petr. Surd. *conſ. 15. n. 6. & conſ. 70. n. 17.* Beccius *conſ. 24. num. 36.* 9

Text. in *l. vendicantem* habet locum in fiſco, ita quòd fiſcus ſicut privatus non poteſt evincere rem quam vendidit, *l. 1. & 2. C. ne fiſcus rem quam vendidit evincat, lib. 10.* Etiam ex jure ſupervenienti, & hæc exceptio dicitur exceptio doli, ſecundum Joan. de Platea *in d. l. 2. C. ne fiſcus, &c.* & per text. *in d. l. vendicantem,* Franciſcus de Ponte *de poteſtate Proregis, tit. 4. §. 6. n. 18.* Idem ſi hæres vellet venire ex perſona propria, ut doli exceptione repellantur, in *l. venditrici, C. de rebus non alienand.* 10 11 12

Digitized by Google

alienand. & in iſtis terminis de hærede, quando ex pro-
pria perſona ei obſtet exceptio doli mali, propter qood
debet habere ratum factum defuncti, procedit text. in
13 *l. eùm à matre, C. de rei vendicat.* & ſemper ſtipulatio
defuncti comprehendit hæredem, *l. ſtipulatio iſta, ha-
bere licere*, ubi Bart. *ff. de verborum obligat.* latè, & copio-
ſè Anton. Gumez *tomo 2. variarum cap. 11. num. 12. &*
13. etiam ſi adſit dictio taxativa, videlicèt, quòd pro-
14 miſerit evictionem *à ſe tantùm*, ut hæres comprehenda-
tur; quia intelligitur reſpectu extraneorum, non autem
hæredum, qui cenſentur una & eadem perſona cum
defuncto. ita Bald. *in l. fin. C. de action. empti*, regulari-
ter quilibet contractus activè, & paſſivè tranſit ad hæ-
redem, etſi de eo non ſit facta ſpecialis mentio, *l. ſi
pactum ff. de probat.* Bart. Bald. Angel. Joan. Fab. & alii in
l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Tiraq. *de retract. conven.
§. 1. glo. 6. num. 1. & n. 4.* dicit, procedere licèt de ali-
cujus perſona taxativè facta foret mentio; quia nihilo-
minus includitur hæres, ut dicit Bald. *in l. 1. n. 3. C. quor.*
15 *legat.* quòd hæredi non obſtat exceptio ſrequens, cùm
non eſt nominatus in inſtrumento; quia nominatio ali-
cujus comprehendit illius hæredem: Angelus *in l. 1. ff.
de his, quæ in teſtamento delentur*, quod obligatio hæ-
redum virtualiter in inſtrumento de neceſſitate continetur
quoad omnem effectum: Surdus *conſ. 20. n. 13.* Burſatus
conſ. 131. num. 14. lib. 2. Simon de Præris *conſ. 2.* Anton.
Hering. *de fidejuſſor. c. 20. §. 10. num. 56. Coſta in praxi
convention. clauſ. 76. n. 1.* Bart. *in l. ſi ſervus, la 2. ff. de
condict. furt.* quem ſequitur Alex. *in d. l. ſtipulatio iſta*,
dicit quòd quando quis promittit de ſuo dato, & facto,
ut teneatur de facto ejus, cujus eſt hæres; quia fingitur
una perſona hæres cum defuncto, Menoch. *lib. 3. præ-
ſumpt. 47. n. 8.* Cephalus *conſ. 630. n. 13.* Marta *decis.
Piſan. 129. n. 2.* Franciſ. de Ponte *ubi ſup. num. 22.*

16 Text. in *d. l. ſi vindicantem*, limitatur etiam favore
libertatis, ut in *dict. l. ſi tibi, C. de eviction.* per ipſum
Franc. de Ponte *n. 23.* ubique DD. communiter, quotieſ-
cumque contractus non ſubſiſtit occaſione alterius, non
procedit exceptio text. in *d. l. vendicantem*, licèt promit-
tens teneatur de evictione, nam aliud eſt teneri de
evictione, & aliud impedire actionem doli exceptione.

17 Limitatur etiam in caſu text. in *l. final. C. de evict.* qui
caſus ſecundum Scribentes non eſt alibi; quando hæres
fidejuſſoris, qui pro alio ſe obligavit de evictione, vult
ex proprio jure agere, & rem venditam vendicare, ut
non repellatur exceptione, *quem de evictione &c.* licèt
teneatur de evictione. notabiliter Joſeph. Ludov. *in ſuis
commun. tit. de hæred. in 1. con.* Gratian. *diſcept. 205. n. 22.*

18 Limitatur, & hoc notetur ad declarationem ſuprà
dictorum, ut non procedat hæc regula, quando quis
promiſit de ſuo facto *tantùm*, & ſic evictionem à ſe
tantum, & ſic ab habente cauſam à ſe cum di-
ctione illa taxativa: nam idemmet poterit contra-
venire, ſi venit ex jure alterius; nam dicit Bal.
quod evincit tunc, ut alius, in *conſ. 169. lib. 1.* &
ut novus homo, idem in *conſil. 52. lib. 3.* idem Bal. *in
l. qui ſe patris, C. unde liber. n. 32.* ut hæres promiſſo-
ris cum dictione illa taxativa *tantùm*, poſſet contrave-
nire; & eſt communis in hærede, Bart. *in l. ſi ſic*, [la
grande,] *ff. de verb. obligat. & in d. l. ſtipulatio iſta*,
Phanut. *de inventar. quæſt. 244. à n. 220. & 221.*

19 Ex quo fit, ut ſuprà notata intelligantur, quando
ſimpliciter quis promiſit non contravenire, vel de evi-
ctione, ut teneatur, & comprehendatur hæres; etiam
quòd velit venire ex propria perſona, nam hoc impor-
tat eſſe hæredem, quia ut dixit Bal. poſt Bar. *in l. mu-
tuum, §. 1. ff. de acquir. hæred.* hæres adeundo contrahit
veram obligationem de obſervando diſpoſita per de-
functum, ita quòd etiam ſi prætendebat bona jure pro-
prio vigore fideicommiſſi, exceptione repellatur,
*l. unum ex familia, §. ſed ſi uno, & §. ſi duos, ff.
de leg. 2.* Franciſc. de Ponte *de poteſt. Proreg. d. §. 6. n.*
26. *& in conſ. 33. lib. 1.* Marta *decis. Piſan. 129.
numero 2.* Phanut. *ubi ſupr. numero 205. & ſeqq.*
ubi de communi apparet. Sicut è contrà facto inven- 20
tario inducitur ſeparatio bonorum, & obligationis;
idem Phanut. *in d. tract. p. 5. q. 241. numero 19.*
Marta *d. decis. 129. numero 3.* in materia evictionis
cenſet, quòd inventarium præſervat hæredem, ac ſi
hæreditatem non adiiſſet, & de materia ſeparationis
congerit Vincent. de Anna *allegat. 30.* ſed meliùs Ma-
rin. Frec. *de ſubfeud. lib. 3. in 3. formula, numero 8.*
Georg. *allegat. 8. à n. 6.* Andr. & Scribentes communiter
in *cap. 1. de alien. feud. patern.* dum tractatur de feudo ex
pacto, & providentia, non hæreditatio, quod debetur
filiis, ut filiis, non ut hæredibus, qui tenentur eſſe
hæredes prædeceſſoris, & concludunt, facto inventa-
rio, non teneri ſervare diſpoſitionem defuncti quate-
nus tangit feudum. Secùs verò, non confecto inventa-
tio; & ſi bona debeantur ex contractu, providentia,
& diſpoſitione majorum jure proprio. Et tum, quia 21
ſemper quis intelligitur promittere pro ſe, & hære-
dibus, *d. l. ſtipulatio*, & latiſſimè Jaſ. *in d. l. ſi ſic*, ſi-
cut providere pro ſe, & hæredibus, *l. pactum, ff. de
probat.* Surd. *decis. 322.* Coſta *in praxi conventional.
clauſ. 79.* Franc. de Ponte, *ubi ſup. numero 30. &*
31. ubi dicit: Quòd quando adeſt dictio taxativa, 22
deſignat perſonalitatem; & ſic nimirum ſi hæredes
non comprehendit jure proprio venientes, & etiam
jure hæreditario, voluerunt Aretin. Alex. & cæteri
in *d. l. ſtipulatio iſta, & in d. l. ſi ſic*, quod pro-
bat text. in *l. qui futurum, §. 1. ff. de pact.*

De vi, & effectibus hujus dictionis, *tantùm*, 23
videndi ſunt Rebuſ. *in l. prætium, 31. ff. de verb.
oblig.* Octavia. Vulpec. *de præpoſit. & adverb.* in dict.
tantùm, ex quo Auguſtinus Barboſa *in tract. de
clauſul.* exornavit dictionem, (tantum) *dictione 349.*
Cened. *pp. canonic. ſingul. 21.* Card. Tuſch. *pract.
concl. tom. 2. lit. D. concl. 388. num. 4. & ſeqq.*

Hæc dictio, *tantùm*, eſt exceptiva, limitativa, & 24
reſtrictiva, & excludit, ſicut dictio *tantummodo*,
ut in *l. Julianus, & in l. & non tantum, ff. de petit. hære-
dit. & in l. his ſolis, ff. de condict. indebiti, & in l.
adverſus, C. ſi adverſus rem judicatam, & in l. his ſolis,
C. de revocand. donation.* Azeved. *in l. 2. titul. 3. lib. 8.
Recopilat. numero 2.* Franchis *decis. 123. num. 4.* Seraph.
decis. 257. n. 2. Rota Romana per Farinacium *decis.
740. num. 4. & 600. num. 7. tom. 1. p. 2.* Et concludit diver-
ſa, & ſeparata, non autem connexa, & pertinentia ad
diſpoſitionem expreſſam, Rota Romana per Farinac.
decis. 442. num. 3. tomo 1. par. 2.

Similiter hæc dictio excludit omnes caſus præter ex- 25
preſſos, & continet negationem quoad alios, ut in
l. qui aliena, §. libertos, ff. de negot. geſt. Surdus *decis.
291. n. 19. & de aliment. tit. 1. q. 2. num. 2.* Flamin.
de reſign. benef. lib. 13. q. 5. num. 47. Caldas *de renovat.
emphyt. q. 11. num. 15.* & impedit extenſionem ad non
expreſſa.

Dicta tamen clauſula appoſita in aliqua conceſſione 26
excludit omnes alios judices præter illos, quibus antea
competebat juriſdictio generaliter in iiſdem cauſis, ut in
l. 1. C. de offic. Præfecti Urbis, Barboſa *in l. 1. art. 4. num.
106. ff. de judic.*

Nec dicta dictio excludit caſus ſimiles, ut notant 27
Gloſ. *in l. ob æs, C. de præd. minor. & in l. ſi mora, ver-
bo*, (dumtaxat;) *ff. ſolut. matrimonio; & in l. ult. C. de
revocand. donat.* Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem jus, n. 49.
ff. de liber. agnoſc.* Surdus *d. q. 2. num. 10.* Guttier. *lib.
1. canonic. qq. c. 14. num. 5. & lib. 3. pract. q. 15. n. 23.* Paul.
Mont. *de tutel. c. 37. n. 66.* Peter Thom. Sanchea *lib. 7. de
matrim. diſp. 31. n. 6.* Ceval *cōmun. contra cōmun. q. 504.
n. 4.* Caldas *de empt. & vend. c. 14. n. 23. & c. 20. n. 15. & c.
28. n. 4.* Cenedo *ſing. 21. n. 1.* Melch. Phœbus *dec. Luſita-
niæ, d. 54. n. 14.* Attamen appoſita in lege continente caſū
favorabi-

favorabilem, vel pium, impedit extenſionem ad caſus ſimiles, ut per Vivium *tom. 2. commun. opiu. lib. 9. tit. 34. num.* 64. Benedict. Ægidius *in repet. l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jure, p. 1. c. 11. n. 39.*

28 Poſita in lege nova non eſt ſufficiens ad inducendam correctionem alterius legis, Cotta *in memorabili, verb. tantùm, pag.* 839. ubi *pag.* 841. aſſerit non tollere ea, quæ nobis de conſuetudine competunt.

29 Operatur, ut diſpoſitio, ſeu contractus non tranſeat ad hæredes, ut in *l. non ſolum, §. tale, ff. de liberat. leg.* Bart. *in l. qui in futurum, §. 1. ad fin. ff. de pactis,* Anton. Gom. *to. 2. var. c. 11. num.* 13. Rebuſ. *in comment. ad d. leg.* Pereira *d. c.* 20. ſed non excludere hæredem promittentis, tenet Zened. *ſingularis* 11. *num.* 3. In dubio enim ſemper perſona hæredis cenſetur comprehenſa, licèt expreſſa non ſit: per *l. juriſgent. §. Prætor. ff. de pact.* Rota Roman. per Farinac. *deciſ.* 361. *num.* 1. *in noviſſ.*

30 Impedit extenſionem *l. qui aliena, §. libertot, ff. de negot. geſt. & in l. 3. §. cum Titio, ff. de adimend. legat.* Habet enim negativam implicitam, ita quòd aliter fieri non poſſit, ut in *c. cum Eccleſia Sutrina*, ubi Glo. *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, Aym. Crav. *de antiquit. p. 4. numero* 112. Et in materia favorabili perſonam non excludit, in qua eadem eſt æquitas, Alex. Raud. *de analog. cap.* 15. *num.* 84. Octavianus Vulpecul. *in dicto loco*, verſ. (*Et quod.*) Franc. de Ponte *in d. tit. 4. §. 6. num.* 32. aſſerit, quòd doctri-

31 na Bart. *in d. l. ſtipulatio*, dum adeſt dictio taxativa, & etiam Bal. *in l. fin. C. de action. empti*, redditur dubitabilis, niſi reſpondeatur cum *Jaſone*, quòd ſint verba Bart. & non partium, ſicut reſpondet ad text. in *d. §. de vendendo*, & non habetur eorum conſideratio, quòd hæres cenſetur una, & eadem perſona cum defuncto, ſi defunctus noluit tranſgredi promiſſionem ob eo factam, propriam ejus perſonam. Et magis dubitabilem

32 tenet aliam opinionem Bald. *in d. ſuis conſiliis*, ut idemmet promittens poſſit contravenire ſtante clauſula prædicta, quando alio jure, & ut alius vult evincere: nam tunc ſemper eſt eadem perſona, quæ promittit, & quòd videtur adverſori textui in *l. ſi venditrici, C. de reb. alien. non alienand.* in quo fiſcus repræſentans matris perſonam ex novo jure quæſito, & ſicut alius, evincere volebat; quando enim eſt hæres, repræſentat propriam perſonam defuncti, & meritò obſtat exceptio: ergo quanto magis eidem defuncto, ſi hæres, ut alius non poteſt evincere, nec ſeparatio inventarii illudque hoc beneficium, quod conſideratur in hærede, & lex illi tantùm tribuit, conſideratur in defuncto, & ſi hæres licèt verè ſit alia perſona, tamen repellitur, etiam quòd veniat jure proprio, quia tenetur, & eſt obligatus ſervare diſpoſita per defunctum; quanto magis propria principalis obligatio tenebit illum obligatum, quocumque jure contravenire prætendat: Nam verum erit, inquit *Ponte*, ſemper dicere ipſum contravenire propriæ obligationi: & multa hinc inde dixit Tiraquel. *de retractu conventional. §. 1. gloſſa* 6.

QUÆSTIO XXXIX.

An emptor omittens denunciare, vel ſi fuerit contumax, agat de evictione?

SUMMARIUM.

1 *Emptor revertitur ad venditorem, quando res ab illo aufertur.*

2 *Emptor tenetur, ut ei recurſus detur contra venditorem, denunciare venditori litem motam.*

3 *Emptor poſt rem evictam non habet regreſſum contra venditorem, ſi illi litem non denunciavit, vel omiſit denunciare.*

4 *Emptor præſumitur, quòd cauſam perdiderit propter ignorantiam juris venditoris.*

5 *Denunciatio ſit etiam ſcienti litem motam, ut requiratur, & incitetur ad ſuſcipiendam litem, & quod detur illi copia libelli authentica, ut etiam latè ſcripſimus* quæſt. 4.

6 *Hæc tamen reſolutio patitur plures declarationes non infructuoſas, quarum prima eſt, ut non procedat, quando venditor de dolo convenitur.*

7 *Ampliatur, etiamſi venditor ſciat litem emptori motam eſſe.*

8 *Declaratur, ut cavendum ſit ab iis, qui opinantur præſentem venditorem non eſſe laudandum.*

9 *Subdeclaranda eſt, quando venditor non tantum agnovit litem motam, ſed etiam illam proſequutus eſt ſollicitatoris officio fungens.*

10 *Declaratur, quòd litis denunciatio eſt neceſſaria, & ſi venditor promittat ſe litem defenſurum; quoniã intelligitur, ſi modò fiat nunciatio in forma juris.*

11 *Declaratur etiã, quòd nunciatio litis mota non eſt omittenda, etiamſi apertè conſtet de juſtitia evincentis.*

12 *Nec omittenda eſt nunciatio, quando promiſſum fuit de evictione quomodocumque res evincatur.*

13 *Declaratur an omittenda ſit, quando vendens ſe obligavit defendere abſque ulla denunciatione.*

14 *Omitti poteſt denunciatio, quando venditor ſe occultat, ut denunciatio ad eum non perveniat.*

15 *Declaratur, quod omnes authores debent laudari, ſi plures ſocii ſint, aut hæredes, qui vendiderunt.*

16 *Emptor contumax tempore ſententiæ, non habet regreſſum contra venditorem de evictione.*

17 *Data contumacia emptoris, ſententia videtur lata contra eum non propter defectum juris, ſed propter negligentiam ſuam, & ſibi debet imputare.*

18 *Emptor, contumax qui paſſus eſt liquidari cauſam, magis ex contumacia, quam quia bonam cauſam non habuit, ſuccubuiſſe præſumitur.*

19 *Declaratur, quod ſi emptor totam cauſam pertractavit, licèt in actu ſententiandi fuerit contumax, actionem habet de evictione.*

20 *Venditor non comparendo in judicio videtur eſſe in culpa, & tenetur de evictione.*

21 *Evictio, & defenſio promiſſa in inſtrumento operatur, quòd venditor teneatur ad intereſſe.*

22 *Expenſa litis licèt non debeantur propter juſtam cauſam litigandi, tamen ſi ſint promiſſa, debentur, ſubſiſtente juſta cauſa.*

23 *Emptor non comparens in judicio, nec faciens defenſiones neceſſarias, amittit regreſſum de evictione.*

24 *Sententia lata contra emptorem, qui non fecit defenſiones neceſſarias, videtur lata propter contumaciam emptoris, magis quàm quòd malam cauſam habuerit, ut ſupra n. 18.*

25 *Sententia lata contra debitorem contumacem non præjudicat creditori.*

26 *Sententiæ effectus ubicumque ſe extendit ad præjudicium alterius, quam illius contra quem eſt lata, nunquam talis ſententia præjudicat Tertio, quando eſt lata propter contumaciam ejus.*

27 *Emptor contumax in ſententia, ſi in reliquo proceſſu non fuit contumax, non amittit beneficium evictionis.*

28 *Emptor verus contumax in ſententia, etſi in reliquo proceſſu non fuerit contumax amittit beneficium evictionis.*

29 *Verus contumax dicitur, qui fuit citatus peremptoriè, & potuit comparere, & non comparuit.*

30 *Emptor non comparendo, non videtur ſine culpa, quia per præſentiam ſuam potuiſſet judicem trahere in ſuam ſententiam.*

31 *Emptor non defendens ſententiam latam in ſuum favorem, eſt in majori culpa, quàm venditor qui non comparuit.*

Licèt

LIcèt hæc quæſtio aliquantulum tractata fuit *ſuprà, in quæſtione quarta*, deſerviet in ejus explicationem, & hic planiùs explicabitur, quod illic omiſſum fuit.
1 Cum itaque emptor multoties revertitur ad venditorem, quoties res ab illo aufertur, vel rei reſtitutio
2 datur, *l. ſed ubi, ff. de minor.* Tenetur tamen emptor denunciare litem venditori antequam ſententia feratur, & teſtes aperiantur, *l. emptor*, ubi Gloſſa 1. & Doctores, *C. de eviction. l. ſi rem, quam, §. fin. ff. de evict.*
3 & in Gloſ. 1. *in l. ſi cum, C. de evictiun.* quoniam emptor poſt rem evictam, non habet regreſſum contra venditorem, ſi illi litem non denunciaverit, *l. ſi parentes*, ubi Baldus, *C. de evict. l. 1. C. de peric. & cõmod. rei vend. l. 36. tit. 5. p. 5.* Gigas *de penſionibus, quæſt. 77. num. 8. & 20.* Cardoſo *in praxi jud. verbo* (emptio,) *num. 19.* Caldas *de empt. & vendit. n. 65.* ubi latè. Et ratio ſit, quia venditor ſcivilſet meliùs rem venditam defendere, cum magis ſit certus, & inſtructus de jure ſuo. Quod obtinet, etiam ſi emptor ſit benè inſtructus, & inſtrumenta defenſionis habeat; Gloſſa magna in *l. 32. titulo 5. par. 1.* Rubeus *in l. non ſolùm, §. morte ff. de novi operis nunciation. num. 418.* qui reſpondet ad textum in *l. in funda, 53. ff. de evict.* ibi: *Quoniam parum inſtructus eſſet:* ubi videtur probari contrarium, ſi benè eſſet inſtructus; ut per Socin. *in l. 2. §. fin. n. 14. ff. ſoluta matrim.* quoniam illa inductio, quæ fit à contrario ſenſu per argu-
4 mentum admitti non poteſt. Unde præſumitur, quòd emptor cauſam perdiderit propter ignorantiam juris venditoris, ut in *d. l. emptor*, & latiùs explicavimus
5 *d. quæſt. 4.* requiritur enim, ut illic diximus, quòd denunciatio fiat etiam ſcienti litem motam, ut requiratur, & incitetur emptor ad ſuſcipiendam litem, & quòd illi detur copia libelli authentica, quibus non intervenientibus, vel altero illorum deficiente, emptor amittet evictionis beneficium, quia paria ſunt non facere, vel minus rectè facere, *l. quoties, ff. qui ſatiſdare cogantur*, quibus eſt addendus Covarruv. *lib. 3. variarum reſolut. cap. 17. illat. 1.*
6 Hæc tamen reſolutio plures patitur declarationes non infructuoſas. Et ſit prima, ut non procedat, quando emptor de dolo convenitur, ut notat Gregorius Lopez *in l. 32. titulo 5. part. 5. in*
7 *medio.* Quod ampliatur etiamſi venditor ſciat litem emptori motam eſſe, ut reſolvit Bart. *in l. denunciaſſe, in princip. ff. de adulter.* Angelus *in l. venditor. n. 3. ff. de judic.* Covarruv. *lib. 3. variarum, cap. 17. n. 3.* Capicius *deciſ. 106. n. 2.* Alvarus Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.*
8 *27. n. 13.* Caldas Pereira *d. cap. 31. num. 66.* Quare cavendum eſſe exiſtimo ab his, qui opinantur præſentem venditorem non eſſe laudandum, Capic. *d. deciſ. n. 2.* Ripa *in l. 2. §. voluntatem. n. 19. ff. ſoluto matrim.*
9 Sed hoc eſt ſublimitandum, quando venditor non tantùm agnovit litem motam, ſed etiam illam proſecutus eſt, & ſolicitatoris officio fungens, defendere procuravit, ut tradit Afflict. *in c. 1. ſi de feudo vaſſallus, n. 10.* Caldas *ubi ſuprà, n. 67.*
10 Hujuſmodi litis denunciatio eſt neceſſaria, etſi venditor promiſerit ſe litem defenſurum; quoniam intelligitur, ſi fiat nunciatio in forma juris: ita reſolvit Decius *conſ. 73. ad finem*, Philipp. Corn. *conſ. 255. lib. 3.* Nec urget ex hoc eam clauſulam effectu carere, quomobrem de hac cõcluſione dubitavit Decius *in d. conſ.* Quoniam, ni conſideravit Gloſ. in *l. 33. tit. 5. par. 5.* ſatis operatur, quando per eam invitus tenetur judicium ſuſcipere, & litem defendere.
11 Agens de evictione, qui non denunciavit ſibi litem motam, non eſt audiendus, quamvis probare velit juſtam fuiſſe evictionem, & ſic bonam fidem agnoviſſe, licèt vera & communis ſententia ſit, quam in *d. quæſt. 4.* tradidimus, non fore neceſſariam ſententiam, quando reus vult oſtendere juſtè rem tradidiſſe, non tamen propterea excuſatur ab hac denunciatione, ut reſolvit Decius *d. conſ. 74. Gloſ in verbo,* (poſſe,) *in fine, in l. emptorem, ff. de action. empt.* communem dicit Gratus *conſ. 1. n. 57. lib. 1.* Capic. *d. deciſ. 106. poſt num 2.* Ripa *in d. §. voluntatem, num. 21.* Rebuſ. *tom. 3. ad ll. Gallic. tit. de dilat. art. 5. glo. unica, num. 37.* ubi inquit, etiam auctori notoriè nullum jus habenti fore denuntiandum: & ita ſervari in praxi, cum fere ſemper denunciare ſoleamus, ſaltem ad repetendum intereſſe, & expenſas ab eo, qui alienam rem vendidit.

Nec eſt etiam omittenda litis denunciatio, quamvis 12
promiſſum ſit de evictione cum clauſula, quomodocumque res evincatur, Gloſ. *in l. cùm pœna, ff. de arbitris,* Caldas Pereira in *dict. cap. 31. n. 72.*

Addendum etiam eſt, quando vendens ſe obligavit 13
defendere abſque ulla denunciatione, ut probat Glo. in *l. Herennius, 63. ff. de evict.* Abbas *in cap. fin. de emption. & venditione, n. 6.* Anton. de Burgos *ibi. limitat. 7.* Angelus *in l. emptor, C. de evict.* & Jacob. *in l. venditor. ff. de judic.* Felinus *in cap. cum contingat, de reſcriptis.*

Verùm omitti poteſt denunciatio, quando venditor 14
ſe occultat, ne denunciatio ad eum perveniret, & requiſitus non apparet, *l. ſi ideo, 55. §. fin. ff. de evict.* Jaſon *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi Prætori, n. 4. ff. de novi oper. nunciat.* & quomodo fiat citatio latè diximus *d. q. 4.*

Ultimò eſt addendum, omnes authores eſſe laudan- 15
dos, ſi forſan plures ſocii ſint, aut hæredes vendiderunt, ut in *l. ſi rem, la 2. §. 1. ff. de eviction.* Felinus *in d. c. cum contingat, de reſcriptis*, Caldas Pereira *in dicta loco, num. 77.*

Emptor contumax tempore ſententiæ latæ non 16
gaudet beneficio evictionis contra venditorem, *l. ſi ideò, ff. de evict.* Corneus *conſ. 236. colum. 2. lib. 1.* Decius *conſ. 74.* Riminald. *conſ. 147. n. 8. lib. 1. & conſ. 274. lib. 2. n. 8.* Laurent. de Pinu, *conſ. 91. n. 1.* Franciſcus Marcus *deciſ. 293. par. 2.* Capicius *deciſ. 106. n. 4.* Surdus *deciſ. 22. n. 1.* Ariminn. Tepat. *tom. 2. variarum, tit. 423. de eviction. c. 3.* Sempronius Accius *deciſ. Archiepiſcopatus Barenſis, 68. n. 7. & 8.* Anton. de Tremel. in *add. ad Bonacurſum ad tit. quibus mod. ſuo nom. civiliter agendum, fol. mihi 26.* Caballinus *de evictiun. §. 5. n. 5.* Et ratio videtur eſſe
ſecundùm Abb. *in d. cap. fin.* quia data contumacia emp- 17
toris, ſententia videtur lata contra eum non propter defectum juris, ſed propter negligentiam ſuam, & ideò imputari ſibi debet, & non venditori, Cremenſis *ſingular. 88.* Riminaldus *d. conſ. 274. n. 8.* & propterea dicebat Angelus *in d. l. ſi ideò, & ibi* Salycet. quòd iſta eſt
mirabilis præſumptio, quòd abſens, qui ſuccumbit, videa- 18
tur potiùs ſuccumbere ex ejus contumacia, quàm propter defectum juris: quòd eſt intelligendũ ſecũdùm Bart. *in l. ſi ſuperatus ff. de pign.* quando emptor paſſus eſt cauſam, eo contumace, liquidari; tunc enim magis ex contumacia, quàm quia bonam cauſam non habuit, videtur ſuccumbere, Rebuſ. *tit. de dilat artic. 5 gloſ. unic. n. 18.* Caballin. *d. §. 5. ſub num. 5.* Joan. Maria Riminaldus *d. conſ. 274. num. 12.*

Quod declaratur, nam ſi totam cauſam emptor per- 19
tractaverit præſens, licèt in ipſo actu ſententiandi fuerit contumax, nihilominus habebit beneficium evictionis contra venditorem; quia ejus præſentia in illo actu prolationis ſententiæ nihil profuiſſet, *l. ſi rem, §. fin. ff. de eviction.* cum Bart. ſentiunt Salycet. *in l. 1. q. ultima C de pericul. & cõmod. rei vendit. & in l. emptor n. 7. C. de evict.* Bart. *in l. ſi ſuperatus*, Baldus *in l. 2. C. quibus res jud. non noc.* Abbas *in cap. penultimo, de re judicata.* Joan. Maria Riminald. *d. conſ. 274. num. 12.* Dec. *conſ. 74. num. 4.* Covarruv. *ubi ſuprà, n. 9.* Abbas *conſ. 45. n. 2. lib. 2.* quod eſt declarandum, ſi ex inſpectione actorum apparere poteſt, quòd abſens contumaciter juſtè ſuccubuiſſet non debet nocere ſententia condemnationis. Bald. *in l. 2. C. de contr. jud. tut.* & propterea ſecundùm Rub. *in d. §. morte, numero præcitat.* poterit probari per emptorem, quòd ſuccubuit propter defectum juris, probando ſe

Digitized by Google

ſuccubuiſſe propter exceptionem ex perſona venditoris
ſibi obſlontem, vel probando ſeotentiom latom ex falſis
allegotionibus, argum. l. ſed & ſi utriuſque, ff. de
evictian. & in l. Prætor, §. Marcellus, & ibi Glo. ff. de
judic. Matthesilanus notab. 18. Idem erit, ſi emptor fuit
abſens ex juſta cauſo, quia tunc ſibi talis ſententia non
nocebit Bald. in cap. 1. in fine ſi de feud. vaſſal. ab al. in-
terp. fuerit, allegat Gloſſam 2. in dictu l. 2.
20 Venditor non comparendo in judicio videtur in cul-
pa fuiſſe, & tenetur de evictione ad intereſſe, juxtà l. ſi
controverſia, C. de eviction. & l. ſi cùm quæſtio, & in l.
ſuper empti. eodem tit. Et eo maximè procedit, quando
21 in inſtrumento venditionis promiſſa eſt defenſio rei, &
de evictione ejus, & promittendo intereſſe: & licèt
aliàs dictum intereſſe de jure non poſſit peti; ex quo
tamen promiſſum eſt, ex conventione tale intereſſe
debetur; per ea, quæ in ſimili ponit Baldus de expenſ.
in l. non ſolùm, & ibi Angel. ff. de rei vendicat. & in l.
3. §. ſi rem, ff. de leg. 3. & in Authent. generaliter, C.
de Epiſcop. & Cleric. & quòd notatur in Auth. de judic.
§. oportet, per Gloſ. ibi quam ſequitur Angelus, &
Anton. de Butr. in cap. finem litibus, de dolo, & con-
22 tumacia, ubi volunt, quòd licèt aliàs juſta cauſa liti-
gandi excuſet ab expenſis; in l. qui ſolitum, §. etium, ff.
de legat. 2. Tamen ex quo, & ubi ſunt promiſſæ, de-
bentur: ita eſt dicendum, quòd dato, quòd licèt aliàs
iſtud intereſſe non poſſit peti ex aliqua cauſa, ex quo
tamen eſt promiſſum, debetur: in quo intereſſe non
ſolum habetur ratio pretii ſoluti, ſed etiam quomodo-
cumque aliter interſit in l. evicta res, la 2. & in l. ſi in
venditionē. ff. de evictionibus.
23 Sed tamen quando emptor nunquam voluit in judi-
cio comparere, nec per ſe nec per alium, non poteſt
agere de evictione; quoniam non comparendo in ju-
dicio, nec faciendo defenſiones neceſſarias, amittit
regreſſum de evictione: in d. l. emptor fundi, C. de evict.
& in l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit. & in d. cap.
fin. de emptione, & vendit. nam eo caſu ut ſup. diximus,
24 magis ſententia videtur lata propter contumaciam ejus,
quàm quòd malam cauſam foveret, d. l. ſi ideò ff. de
evictiion. Joan. Maria Rimin. d. conſ. 174. à num. 7. be-
nè facit, quod notat Bart. in d. l. ſi ſuperatur, ff. de
25 pignorib. ubi voluit, quòd ſententia lata contra de-
bitorem contumacem, non præjudicet creditori: Ita
26 Riminald. ubi ſup. n. 9. Anton. de Burgos in d. cap.
fin. quem ſequitur ibi Imola, quòd ubicumque effectus
ſententiæ ſe extendit ad præjudicium alterius, quàm
illius contra quem eſt pronunciatum, numquam talis
ſententia præjudicat Tertio, quando eſt lata allegando
27 contumaciam. Propterea magis procederet, quando
emptor præſupponeretur, quòd fuiſſet verus contumax
tempore ſententiæ: quoniam dato, quòd aliàs ex ſola
contumacia in ſententia, ubi in reliquo proceſſu non
fuiſſet per hoc emptor non perderet beneficium evi-
ctionis, non minus quàm ſi non fuiſſet contumax, ut
declarant Bart. in d. l. ſi ſuperatus, & Baldus in l. 1. C.
quibus res judicata non nocet: & probatur in l. ſi rem, §.
28 ſi cum, & ibi notato, ff. de evictionibus. Tamen ubi eſſet
verus contumax tempore ſententiæ, amitteret benefi-
cium evictionis, ita concludit Baldus in l. 1. C. de con-
tractibus judic. & in l. ſi ideò, ff. de eviction. quoniam
ex quo fuit verus contumax, ſibi imputet quare ſibi, &
aliis viam defenſionis præcluſerit, ut in l. Herennius, in
29 fin. ff. de eviction. Quis autem verus contumax dicatur?
habetur in l. ex conſenſu, §. fin. ff. de appellat. & ille
dicitur verus contumax, qui fuit citatus peremptoriè,
& potuit comparere, & non comparuit, ut per illum
textum colligunt Bart. & Angel. & Doctores in l. Di-
vus, ff. de in integrum reſtitut. & habetur in l. poſt
edictum, ff. de judic. & Angelus in l. properandum, §.
ſin autem, C. de judic. Stephanus Gratian. tomo 2. diſ-
cept. forenſ. 364. num. 12. Matania de ordine judiciorum,
6. p. membro 2. num. 8. Tiraquel. de utroque retractu, §.
9. gloſ. 2. Lancellotus de attentat. 2. p. cap. 12. limitat.
5. num. 163. Socinus in tractatu de citatione, art. 27.
num. 28. latè, & copiosè in l. ad peremptoriam, ff. de
judiciis, à num. 119.
Tandem emptor non comparendo in judicio, nec 30
aliquid faciendo videtur in culpa, quoniam per præſen-
tiam ſuam potuiſſet trahere judicem in ſententiam ſuam,
ut in l. ſi tres, ff. de arbitris, Joannes Maria Riminald. d.
conſ. 274. n. 17. Imò in minori culpa eſſe poteſt emp-
tor in non comparendo ad defenſionem ſententiæ,
quàm venditor, ut tenet Riminald. d. conſ. 274. num. 22.
Anton. Gaſpar Theſaur. lib. 2. quæſt. 23. n. 25.

QUÆSTIO XL.

An emptor agat de evictione, ſi ſequuta ſit per injuriam, vel judicis imprudentiam?

SUMMARIUM.

1 Emptor non agit de evictione, ſi ſententia fuit lata per imprudentiam, vel errorem judicis.
2 Sententia judicis injuſta eſt caſus fortuitus.
3 Hoc eſt intelligendum, quando emptor fuit cauſa iſtius injuſtitia.
4 Sivè culpa ſit emptoris, ſivè venditoris, & judex per injuriam judicaverit: ſemper enim periculum eſt emptoris.
5 Imprudentia judicis, culpa judicis eſt.
6 Sententia lata contra fidejuſſorem per injuriam judicis, non illius culpa, fidejuſſori non nocet.
7 Textus in l. ſi per imprudentiam, ff. de evictionibus, continet iniquitatem.
8 Quando facto judicis, injuria, vel injuſtitia cauſatur, conſultum eſt emptori adverſus judicem.
9 Si judex non eſſet ſolvendo, tunc emptor non ageret de evictione, quia eſſet caſus fortuitus.
10 Quod non procederet, ſi judex nullo ſervato ordine ſententiam tuliſſet; quia tunc non tenetur, & n. 11.
12 Nec de caſu inſolito videtur ſe obligaſſe.
13 Emptor, evictione ſequuta per judicis injuriam, vel imprudentiam, non agit de evictione, etiamſi ampliſſimis verbis, & generalibus de evictione promiſſum ſit.
14 Evictio promiſſa in quocumque caſu, & facto, non continet caſum penitùs inſolitum.
15 Limitatur, niſi eſſent appoſita verba prægnantia, quandocumque, & qualitercumque, per quæ venit in materia evictionis caſus fortuitus, & inopinatus.
16 Caſus fortuitos in ſe ſuſcipiens, vel eis renuntians, de inſolitis non intelligitur.
17 Fallit concluſio, quando emptor emiſſet à fiſco, vel à Republica.
18 Declaratur etiam, quando judex iniquè ſententiaſſet propter inimicitias habitas cum venditore.
19 Sive inimicitia ortu ſit ante venditionem, vel poſt.
20 Refertur practica articulandi circa hoc.
21 Nec etiam emptor agere poſſet reſpectu intereſſe, & expenſarum.
22 Emptor de evictione agere poteſt, quando venditor illi promiſit de evictione ſequuta per judicis imperitiā.
23 Quod non procedit, quando judex omni ordine prætermiſſo procederet de facto, & quando omitteretur exceptio reſpiciens ordinem ſubſtantialem.
24 Quod fallit, quando venditor promiſit emptorem defendere de jure, & de facto.
25 Fallit etiam, quando ſententia lata fuiſſet per injuriam judicis, ipſo emptore, & venditore præſentibus.
26 Quod extenditur, etiamſi venditor non fuiſſet præſens ſententiæ, ſed ea poſtea fuerit intimata.

27 Evi-

27 *Evictio ſubſequuta ex ſententia lata à judice incompetente, de ea emptor agere non poteſt.*

DOctores omnes in *l. ſi per imprudentiam, ff. de evict.* hanc quæſtionem tractarunt, & Menochius
conſ. 361. *à num.* 1. Gaſpar. Anton. Theſau. *lib.* a.
quæſt. foren. 23. *à n.* 17. Ludov. Rodulphin. *conc.* 6. *poſt*
tract. de Principis poteſtate, Ariſmin. Tepat. *tom.* 2.
variarum ſentent. titul. 423. *cap.* 7. Cæſar Manentius
deciſione Senatus Mantuani, 15. *num.* 42. Paulus Æmilius Verallus *deciſ.* 317. Guttier. *de juram. p.* 1. *cap.* 61.
num. 10. & 17. Caballinus §. 5. *de evictionibus*, *n.* 7.
Joannes Caſtillus Sotomajor *lib.* 4. *ultimarum voluntat.*
cap. 42. *num.* 109. Carrot. *de remed. contra ſentent. except.*
70. *à n.* 66.

1 Emptor non agit de evictione, ſi ſententia fuiſſet lata
per imprudentiam, vel errorem, vel iniquitatem judicis, text. in *d. l. ſi per imprudentiam, ff. de evictionibus, l.*
36. *tit.* 5. *p.* 5. ubi Gloſ. fin. Anton. Gomez *tomo* 2. *var. cap.*
2. n. 39. Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinament. fol.*
195. *col.* 1. Covarruv. *lib.* 3. *var. c.* 17. *n.* 9. *l. emptor, C. de*
evict. Bald. *conſil.* 460. *in fine, lib.* 4. Philippus Corneus
conſ. 325. *colum.* 2. *lib.* 1. Rim. in *conſ.* 171. *lib.* 4. Bart. *in l.*
exceptione, *n.* 4. & *ibi* Paulus de Caſtro, & Angel. *ff. de*
fidejuſſor. Vincent. Carrot. *de except. præjudicialibus*, ex-
2 *cept.* 70. à *n.* 66. Et ratio ea eſſe poteſt, quia ſententia judicis injuſta, eſt caſus fortuitus, qui emptori currit, *l. ne-*
ceſſario, ff. de peric. & commod. rei vend. l. 1. & 2. *C. eod.*
tit. §. *autem, Inſtit. de empt. & vend. c.* 1. *de nova forma*
fidelit. ibi: (*injuſtè, vel fortuito.*)

3 Hoc tamen eſt intelligendum: quando emptor fuit
cauſa iſtius injuſtitiæ, aliàs poſſet agere de evictione,
Gloſſa in *d. l. ſi per imprudentiam*, & Gloſſa *in d. l. exceptione*, & *ibi* Bart. & Paul. *ff. de fidejuſſorib.* Bar. & Sotycet. *in d. l. ſi per imprudentiam* cõmuniter concludunt,
quòd ſivè culpa ſit emptoris, ſivè venditoris, judex per
4 injuriam judicaverit, ſemper enim periculum eſt emptoris, Burgos *in d. cap. final. de empt. & vend. n.* 14. Caballin. *d.* §. 5. *n.* 8. & 9. Carrotius *ſup. n.* 68. & ſecundum
5 *Bartol.* Ratio eſt, quia imprudentia judicis culpa judicis
eſt, (imperitia enim culpæ annumeratur) qui fecit
illum judicem in illo officio, & ideò non datur regreſſus emptori contra venditorem cum caſus fortuitus
ad ipſum ſpectet. Hoc tamen videtur contra text. in *d. l.*
exceptione, ff. de fidejuſſorib. ubi videtur, quòd injuria
judicis nocet, ſi culpâ illius, qui damnatus fuit, accidit; unde Doctores, ut utramque ſalvent, dicunt quòd
ſententia lata contra fidejuſſorem per injuriam judicis,
non illius culpâ, fidejuſſori non nocet; & ita procedit
quod diſponitur in *d. l. exceptione.* Et ratio differentiæ
eſt, quia in cauſa evictionis, res pertinet principaliter
ad emptorem, *d. l. neceſſario*, non immerito; ſi omne
periculum ipſi imputatur, ſed in alio negotium pertinet
principaliter ad dominum, non ad fidejuſſorem, quia
tunc injuria non imputatur ipſi fidejuſſori, ſed domino
principali, ut ajunt: Abbas *in d. cap. fin. n.* 6. & *ibi* Ancarran. *num.* 10. Anton. de Burgos *n.* 14. Covarr. *d. c.* 17.
illat. 10. Rodolph. *d. concl.* 6. *n.* 3. Rub. *in l. non falſum*, §.
6 *morte*, *num.* 474. dicit, quòd *d. l. ſi per imprudentiam*, continet iniquitatem, quia emptor non debet carere re, &
pretio: patet, quia ubi venditor paciſcitur ne teneatur de evictione, recuperat tamen pretium, *l. emptorem*,
7 §. *fin. ff. de actionib. empti.* Sed reſpondetur quòd etſi
dura lex ſit, eſt tamen ſervanda, *l. proſpexit, ff. qui, & à*
quibus, quia iſta durities non procedit venditoris facto;
Menochius tamen *conſil.* 888. *num.* 6. & 22. *lib.* 9. ait,
quando ſequitur evictio rei alienatæ, vel permutatæ,
etiamſi aliquo caſu non tenetur de evictione is, contra
quem ſequuta eſt, tamen recuſare non poteſt ne reſtituat pretium, vel aliam rem loco pretii acceptam.
Rodolphinus, *ubi ſuprà*, *n.* 2. ubi dicit, quòd aut ſumus
in diſpoſitione legati; & tunc, qui non tenetur de evictione, nec tenetur ad reſtitutionem pretii, ut ait Caſtrenſ. *in l. emptorem*, §. *fin. n.* 3. aut ſumus in pacto, & tunc
ſunt diſtinguendi tres caſus per Paul. de Caſtro *ſup. n.* 2.
ubi ſuprà.

Quando tamen judicis facto injuria, vel injuſtitia 8
ſententiæ cauſatur, eſt conſultum emptori adverſus judicem, ſecundum Gloſſ. *in d. l. ſi per imprudentiam*, actione in factum; quia litem ſuam fecit, *l. ex maleficiis*, §. *ſi*
is, qui, ff. de actionibus, & obligation. l. filiusfamilias, ff.
de judic. §. *ſi judex, Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi delict.*
naſcuntur. Sed quid ſi judex non eſſet ſolvendo; tunc 9
non ageret emptor de evictione, quia venditor non tenetur de caſu fortuito. Tamen prædicta non procederẽt, 10
ſi judex nullo ſervato ordine judiciario tuliſſet ſententiam, quia tunc non tenetur ipſe emptor, *l. fiſtulas*, §. 11
frumenta, ff. de contrahenda emption. quia non videtur ſe
obligaſſe in caſu iſto inſolito, Angelus *conſil.* 177. quem
ſequitur Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. exceptione*, Go- 12
zadinus *conſ.* 94. *n.* 42.

Emptor ſequuta evictione per judicis injuriam, vel 13
imprudentiam, non agit de evictione, etiam ſi amplis
verbis, & generalibus de evictione promiſſum fuiſſet:
Ruinus *conſ.* 77. *n.* 5. *lib.* 1. Covarru. *ubi ſuprà*, Menoch.
in d. conſ. 361. *ſub n.* 1. Rodolphinus *d. concluſ.* 6. *n.* 4. Et
etiam, quia evictio promiſſa ea quocumque caſu, & 14
facto, non continet caſum penitus inſolitum: Cardinalis Tuſchus *tomo* 3. *practicarum, concluſ.* 361. *num.* 29.
latè, & copiosè Caſtillus Sotomai. *lib.* 3. *controv. c.* 3. *n.*
80. & infra *n.* 16. latiùs explicabitur.

Tamen reſtringitur, niſi eſſent appoſita verba præ- 15
gnantia, *quandocumque, & qualitercumque*, per quæ venit in materia evictionis etiam caſus fortuitus, & inſolitus, & inopinatus, Gloſſa ſingularis in *dicta l. cùm pœna, ff. de arbitris*, Aretinus *in* §. *final. Inſtitut. de contrahenda emptione*, Alex. *conſ.* 4. *n.* 5. *lib.* 1. *in l. ſi domus*, §. 1. *ff.*
de leg. 1. Gozad. *conſ.* 14. n. 22. & *conſ.* 64. n. 9. Gratus *conſ.*
163. *n.* 2. *lib.* 2. Riminal. *conſ.* 362. *n.* 6. *lib.* 2. Jaſ. *in l. fidejuſſor*, §. *Prætor ait ff. qui ſatiſdar cogantur.* Dec. *conſ.* 287.
in fin. Rolan. à Valle *conſ.* 67. *n.* 10. *lib.* 4. Caſtillus Sotomajor *ubi ſuprà*, *n.* 96. Vincentius Carrot. *dict. exceptione*
præjudiciali, 70. *n.* 5. Nam hoc procedit propter verba 16
prægnantia, regulariter enim caſus fortuitos in ſe ſuſcipiens, vel eis renuncians, de inſolitis non intelligitur, ut
in *d.* §. *frumenta, l. habitatores, l. ſi merces*, §. *ſi vis major*,
ff. locat. Bart. *in l. ſed & ſi quis*, §. *quæſitum, ff. ſi quis caut.*
ubi Fulg. *n.* 11. Jaſ. *n.* 33. Ceval. *tom.* 2. *qu.* 702. Caſtillus
Sotomajor *d. c.* 3. n. 80. Surdus *conſ.* 34. *n.* 4. & *deciſ.* 326.
n. 52. Franciſcus de Claperiis *deciſ.* 44. *n.* 4. & *deciſ.* 83.
Hieronym. Laurent. *deciſ.* 133. *n.* 8. Marta *deciſ.* 1. Vivius
deciſ. 264. Ric. *collect.* 478. Maranta *conſ.* 148. Coſt. *in*
praxi convent. clau. 32. Ariſm. Tep. *tomo* 1. *tit.* 94. etiamſi
renunciatio fuiſſet jurata, Seraph. *de privileg. juramenti*,
ubi additio, *n.* 4. Grotian. *tomo* 1. *diſcept.* 195. *n.* 78. Et caſus fortuitus dicitur factum injuſtum ſuperioris, *l. Lucius*,
ff. de evictionibus, Rota Genuæ *dec.* 56. Cravetta *conſ.* 92.
& *conſ.* 233. Tepatus *d. tit.* 94. Bart. *in d. l. in except. q.* 2.
Natta *conſ.* 181. *n.* 4. *lib.* 1. Cum caſus inſolitus ſemper in
generali ſermone cenſeatur exceptus, etiamſi ſit promiſſus caſus fortuitus. Bart. per textum *in l. Seia*, §. *medico. ff.*
de ann. legat. Natta *conſ.* 21. *n.* 2. *lib.* 1. & *conſ.* 256. *n.* 5. &
6. *lib.* 2. Hugo de Celſo *conſ.* 18. And. Gail. *dec. Imperial.*
23. *lib.* 2. Ægid. Boſ. *de remiſſ. merced. in praxi crim.* Card.
Mantica *de tac. & ambig. conv. tit. de locat.* 8. *à n.* 2. Marcus
Anton. de Amatis *deciſ.* 141. *à n.* 5. Gratianus *tomo* 2. *diſcept.* 222. Surd. *conſ.* 445. *lib.* 3. Alvar. Velaſc. *de jur. emphyt. q.* 17. Guttierrez *de juramento, cap.* 24. *à n.* 6.

Principalis concluſio non habet locum, quando em- 17
ptor emiſſet à fiſco, vel Republica; quia licèt res ſibi
evincatur per injuriam, vel imperitiam judicis, tamen
emptor habet regreſſum de evictione contra venditorem: Romanus *ſingulari* 761. ubi allegat text. cum
Gloſſa in *l.* 2. §. *gravi, verbo*, (injuriam.) *ff. de adminiſtr.*

rer. ad civit. pertinent. Et ratio poteſt eſſe, quia iſtud damnum ſentit Reſpublica ſuo facto, & culpa, cum talem injuſtum judicem conſtituerit, *l. damnum, ff. de regulis juris.*

18 Declaratur principalis concluſio, ſivè judex iniquè ſententiaſſet propter inimicitias habitas cum venditore; quia hoc non debet nocere emptori. Bartolus *in l. ſtipulatio iſta, in fine principii, ff. de verborum obligation.* per *l. ſi merces, §. culpa, ff. locati*, Carrotius *de locato, 4. parte. titul. de culpa. quæſt. 8. & in tract. de except. præjudicialib. ubi ſup. n. 70.*

19 Subdeclara, hoc verum, ſi inimicitia orta ſit ante venditionem, secùs ſi poſt; quia caſus contingens poſt venditionem, emptoris eſt; *l. Lucius, ff. de evict.* Jaſ. *in d. l. ſtipulatio iſta col. ult.* Covar. *d. c. 17. ſub num.* 10. Ruinus *conſ. 59. n. 14. lib. 4.* Carrotius *de except. præjudiciali 70. num. 71.*

20 Unde in actu practico duo ſunt deducenda, & articulanda, ſcilicèt odium, & hoc non ſimpliciter, ſed quòd præceſſerit, ex quibus venditor poſteà tenebitur, & in dubio non præſumitur odium præceſſiſſe, & ſic venditorem eſſe abſolvendum, juxta notata in *l. cum actum, ff. de negotiis geſtis*, Jaſon poſt Bartolum *in l. non ſolum, §. ſciēdum, n. 9. ff. de novi operis nunciat.* Alciatus *reg. tertia, præſumpt. 1. n. 2.* Cravetta *conſ. 205. n. 9.* Bald. *in l. matrem, col. 2. C. de probat.* Aretinus *in cap. in præſentia, col. 4. verſ.* (*Videns tamē*,) ubi Dec. *col. 6. de probat.* Abb. *in c. per tuas, col. 1. in fin. de eōdit. appoſit.* Bal. *in l. 2. col. 2. ff. ſoluto matr.* Marſil. *in Rubric. de fidejuſſor. n. 47.* Romanus *con. 113.* Menochius *de præſumpt. lib. 5. præſ. 2. n. 10.* Carrot. *d. except. num. 73.*

21 Ampliatur etiam, ut emptor non poſſit agere reſpectu intereſſe, & expenſarum, Menoch. *conſ. relata 361. ſub n. 1.*

22 Limitatur concluſio, ut non procedat quando venditor promiſiſſet de evictione ſequuta per judicis imperitiam; quia tunc emptor de evictione agere poterit contra venditorem; nam cum verba promiſſionis ſunt clara, & ſpecifica, ab ipſis recedendum non eſt: Rub. *in d. §. morte, num.* 474. Rolan. à Valle *conſ. 67. num. 10. lib. 4.*

23 Declaratur hoc non procedere, quando judex omni ordine prætermiſſo procederet de facto, quia cum id connumeretur caſui fortuito, & inſolito, venditor tenetur de evictione, ex quo emptor non intelligitur ſuſcepiſſe in ſe caſum prorſus inſolitum, & incogitatum, ſecus ſi injuria fieret per judicem, per errorem juris, quia iſte caſus ſæpè accidit ſecundum naturam judiciorum; ut eleganter ait Angel. de Ubaldis *conſ.* 76. (prætermittendum eſt,) *num.* 2. Marſil. *in ſing. 354. in fin.* Dec. *conſ. 74. ſub n.* 2. Caballin. *d. §. 5. n.* 46. Rodolph. *d. concl. 6. n. 6.*

Unde infertur, quòd ſi exceptio excuſſionis per partem allegata ordinem judicii ſubſtantialem reſpiciens omitteretur, ſequuta evictione per judicis imperitiam, agi non poſſit de evictione: etiamſi promiſſum fuiſſet de evictione etiam per judicis imperitiam, ut ait Menoch. *d. conſ. 361. num. 26. lib.* 4. Rodolphinus *d. num. 6.*

24 Hoc tamen fallit quando venditor promiſit emptorem defendere de jure, & de facto, & venditor fuiſſet in culpa in non appellando, quia ſi feratur ſententia per injuriam judicis, venditor de evictione tenetur, ex quo infertur in judicio, ſecundum Rodolphin. *ubi ſuprà, num.* 8. & Caballin. *d. §. 5. num. 22.*

25 Limitatur etiam, quando ſententia lata per injuriam judicis contra emptorem, lata fuiſſet ipſo emptore, & venditore præſentibus; quia tunc emptor regreſſum habet de evictione contra venditorem, qui ipſe debuerat appellare, ut ait Alex. ad Bart. *in d. l. ſi per imprudentiam, ff. de evict. & ibi Fulgoſ. n. 6.* Rodolph. *ubi ſuprà n. 9.*

Extenditur, etiamſi venditor non fuerit præſens ſoli 26 ſententiæ, ſed ea poſteà fuerit intimata ei, & denunciata per venditorem, ut ſua putaverit intereſſe, appellet, ut ait Fulg. *in d. l. ſi per imprudentiam, ſub n. 7. verſ.* (idem dixerim) *ff. de evictionibus.*

Evictio tandem ſi ſubſequuta ſit ex ſententia lata à 27 judice incompetenti, de ea emptor agere non poteſt, Gloſ. in *l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de evict.* Roman. *ſing.* 12. Ant. de Burg. *in cap. ſi venditori, n. 15. de empt. & vendit.* Ferrar. *in praxi, in forma libelli venditionis, in verbo* (promittens) *n. 9.* Menoch. *conſ. 361. num. 2. & num. 26. lib.* 4. Caſtillo Sotomaior, *lib. 4. ult. volunt. cap. 42. num. 109.*

QUÆSTIO XLI.

An emptor compromittens, & ſuccumbens agat de evictione?

SUMMARIUM.

1 *Emptor non poteſt agere de evictione, ſi de re empta fecerit compromiſſum, & fuerit res evicta per ſententiam arbitri.*

2 *Ampliatur, ut procedat, ſi compromiſſum fuerit factum de jure.*

3 *Et aſſignatur ratio, quia hujuſmodi ſententia per appellationem reſcindi non poteſt.*

4 *Limitatur ſi compromiſſum fuerit factum in ipſum venditorem, & ipſe tulerit laudum contra emptorem, tunc enim poterit agere emptor.*

5 *Limitatur etiam, & habet locum evictio, ſi emptor fuit virtute ſtatuti coactus ad compromittendum.*

6 *Declaratur dummodo non ſit factum poſt tempus à ſtatuto præfixum.*

7 *Limitatur, ut evictio locum habeat, quando judex compellit ad compromittendum.*

8 *Etſi adſit conſenſus partium in arbitro dato à judice, datur coactio reverentialis.*

9 *Evictio debetur, etſi detur ſententia per arbitros, quādo venditor promiſit de evictione* quomodocunque, & qualitercumque res evincatur.

10 *Coactus ad compromittendum quid facere debeat.*

11 *Sciens ſe poſſe compelli ad aliquid faciendū, etſi ſponte faciat, dicitur compulſus facere, & laudandus eſt.*

12 *Hoc tamen eſt intelligendum in his, quæ de ſui natura non ſolent fieri niſi à coacto, ſecus in compromiſſo.*

13 *Emptor deferens juramentum evincenti, tunc non poteſt agere de evictione.*

14 *Emptor poteſt recuſare juramentum ſibi delatum, ne perdat actionem de evictione.*

15 *Emptor non agit de evictione quando prorogavit juriſdictionem judicis incompetentis.*

DOctores omnes hanc quæſtionem diſputarunt in *l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de evict. l. 36. tit. 5. par. 5.* & *ibi* Greg. Lopez *gloſ. 3. & in gloſ. 6. l. 24. tit. 4. par. 3.* Anton. Gomez *lib. 2. var. cap. 2. n. 40.* Didac. Perez *in l. 2. tit. 7. lib. 5. Ordinamenti, gloſ. 1. pag. 194. col. 2.* Ferrar. *in praxi, in forma libell. in cauſ. vēdit. §. promittēs, n. 9.* Covarr. *lib. 3. var. c. 17. n. 7.* Henriq. Roſental *in tract. de feud. cap. 8. de fine, & effectu, & conſervat. concluſ. 31. à n. 1.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 14. n. 48.* Cæſar Bart. *deciſ. Bononienſi 27. n. 21.* Carroz. *deciſ. 36. n. 10.* Stephan. Gratian. *tom. 2. diſcept. foren. 227. à n. 1.* Caballin. *§. 5. n. 15. de evict.* Caldas Pereyra *de empt. & vendit. cap. 31. n. 31.*

Emptor, ſi ſuper lite mota de re empta fuerit compro- 1 miſſum, & per ſententiam arbitri fuerit ei res evicta, non poteſt agere de evictione. *l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de evict.* Gloſſ. *fin. in cap. fin. de empt. & vendit.*

vendit. Alex. conſ. 4. num 2. lib. 3. Rimin. Sen. conſ. 93. colum. 4. num. 16. lib. 1. Roman. ſingulari 468. Cremenſ. ſingul. 31. & Corſetus ſingul. 115. Imol. conſil. 82. Paul. de Caſtro conſ. 309. lib. 1. Soid. 452. num. 29. lib. 3. Jaſ. in l. ſi domus, §. de evictione, num. 12. ff. de leg. 1.

2 Quamvis compromiſſum fuerit factum de jure, Butr. in cap. ult. in fin. num. 8. de empt. & vendit. & ibi Ant.
3 Burg. num. 15. Quaſi iſta ſententia non poſſit reſcindi per appellationem, ut per Annan. in d. cap. fin. n. 13. latè addit. ad Bart. in l. ſocietatem 77. §. arbitrorum, verb. (dictum, in ff. pro ſocio; cum reſpectu evictionis æquiparetur talis compromiſſarius judici incompetenti, à quo ſi declararetur evictio, emptor non habet regreſſum de ea contra venditorem, Menoch. conſ. 361. num. 2. lib. 4.

4 Reſtringitur, ut non procedat, ſi fuerit compromiſſum factum in ipſum venditorem, & ipſe tulerit laudum contra emptorem, tunc emptor poterit agere de evictione, quia facto emptoris rem perdidit, l. 2. in fin. C. de aſſertione tollend. Specul. in tit. de arbitr. §. reſtat, verſ. (ſed pone,) Roman. d. ſing. 463. Cremenſ. ſingul. 31. Alex. in d. conſ. 4. lib. 3. & in d. l. ſi domus, §. de evictione, in princ.

5 Nec etiam principalis concluſio habet locum, quando emptor fuit coactus ad compromittendum ex forma ſtatuti, quod operabitur tamquam compromiſſum factum ex neceſſitate, habetque vim, ut ſi commiſſa ſtipulatio de evictione. Bald. in l. ult. num. 3. C. de judic. Card. in cap. fin quæſt 4. de empt. & vendit. & ibi Imol. num. 3. & 7. Caballinus ubi ſuprà, n. 17. Lanfrancus in cap. quoniam contra. num. 18. de probat. quaſi iſti arbitri potius habeant vim judicum delegatorum, quàm arbitrorum, propter juriſdictionem, quam obtinent Bart. in l. ult. in 2. notab. C de judic. Jaſ. in l. ſi convenerit. de re judicat. Socin. conſ. 27. colum. 4. lib. 1. Surdus de aliment. tit. 8. privil. 56. à n. 33. Gratian. tom. 2. diſcept. 227. n. 4.

6 Declaratur dummodo compromiſſum non ſit factum poſt tempus à ſtatuto præfixum. Unde, quia in tempore non fuit petitum, dicitur compromiſſum voluntarium, non neceſſarium; Alciatus in l. ſi quis major, num. 30. C. de tranſact. & ibi Bartholom. Bertazol. num. 310. Prout etiam quando eſſemus in caſu claro, & liquido; vel ubi fingeretur lis, aut aliquid ſimile, quia in his caſibus nulla poteſt eſſe coactio Bart. in l. poſt rem, ff. de tranſact. Angel. in l. cum hi §. ſi cum lis, n. 3. ff. de tranſact.

7 Procederet etiam quando judex cogeret partes ad compromittendum, cùm videt cauſam non poſſe terminari, vel quia diù fuit litigatum, nam etiam hoc caſu debebitur evictio, cùm hoc ſit compromiſſum neceſſarium, ex quo datur juriſdictio iſtis arbitris juris, tamquam judicibus, Caputaq. deciſ. 166. par. 1. Quamvis enim eligantur de conſenſu, tamen attenditur magis juſſus judicis, qui dat illis juriſdictionem, Pariſ. ad Bart. in l. fin. in verb. [eligendos,] C. de judiciis, poſt Angel. in l. arbitro, num. 8. ff. ſatiſdare cogant. & in conſ.
8 192. num. 31. Et ratio eſt, quia licèt adſit conſenſus partium in arbitro dato à judice, nihilominus non poteſt negari, quòd non detur aliqua coactio ſaltem reverentialis, l. ſi quis major. ibi: (Nullo cogente imperio,) C. de tranſact. §. fin. Inſtit. de rerum qualitate, & different. Blanc. de compromiſſis, quæſt. 1. n. 5. verſ. (& ratio.) Silentium enim propter reverentiam potiùs reputatur contradictio, quàm conſenſus. Bart. in l. 1. n. 12. C. de bon. matern. Grat. d. diſcept. 217. n. 6. Nec procedit principalis concluſio ſi emptor probet ſe ideo ſuccubuiſſe, quia venditor non fecit ei bonum jus. Bart. in l. libera, n. 10. C. de ſent. & interlocut. omn. jud. Caballin. d. §. 5. numero 18.

Annotandum præterea id, quod refert Alex. in l. ſi
9 patroni, num. 15. ff. ad Trebel. de evictione, authoritate Gloſ. communiter receptæ in l. cum pœna, ff. de arbitris. Inquit enim Gloſ. ſi quandocumque opus fuerit, evictionem ſibi promittam, licèt ut litem ex eadem re ortam compromiſeris, fueritque per arbitrorum ſententiam evicta, teneri me etiam de evictione, Aret. in §. 1. Inſtit. de empt. & vendit. Alex. conſ. 4 num. 3. & ibi Addit. lib. 3. Gozad. in conſ. 14. n. 22. & conſ. 63. n. 9. Gratus conſ. 163. n. 22. lib. 2. Riminal. conſ. 362. n. 6. lib. 2. Cœpola cautela 132. (Tria faciunt.) Imola in d. l. ſi domus, §. de evictione, n. 2. ff. de leg. 1. & ibi Bald. Aſinius in praxi judic. §. 1. cap. 7. n. 12. & 13. Gratianus d. diſcept. 227. n. 7.

Nec ſufficit compromiſſum eſſe neceſſarium, tam- 10
quam factum ex forma ſtatuti, cum etiam opus ſit, ut conſtet in actis, quòd judice cogente fuit deventum ad tale compromiſſum, quaſi actus dicatur ſponte geſtus, antequam quis compellatur, licèt ad illud poſſet compelli, prout in ſpecie declarat Salycet. in l. ult. in fin. n. 4. C. de judic. & ſequitur ibi Jaſ. n. 6. idem Jaſ. conſ. 22. n. 5. lib. 1. Gratian. d. diſcept. n. 10.

Nequè obſtat, quòd ſciens ſe poſſe compelli ad ali- 11
quid faciendum, dicatur illud facere compulſus, quamvis actum ſponte faciat, l. noviſſimè 7. ff. quod falſo tutore auth. geſt. eſſe dic. & ibi Bald. quod patia tuor, facere coactus, vel metu coactionis, & Gloſſa, ibi in verb. (metuebat,) Decius in l. cum te, n. 4. C. de tranſact. Maſcard. tomo 2. de probat. concluſ. 1054. num. 26. Prout dicitur de eo, qui ſolvit nulla coactione adhibita, dicitur invitus ſolvere, ſi ſciebat ſe poſſe compelli: Joan. Andr. in cap. bona fides, in princ. de regul. jur. lib. 6. Abbas conſ. 66. num. 4. lib. 1. Dec. conſ. 25. Bart. in l. creditor, verſ. (tertio quæro,) ff. de ſolut. Unde metus ſtatuti juſtus timor dicitur ad hoc, ut quis dicatur invitus facere, etiamſi ab eo non petatur, ut multis ſimilibus probat Felin. in cap. cum M. Ferrar. num. 21. de conſtit. Ancarr. conſ. 159. col. 3. in princ. verſ. (quartò probo) ubi concludit, quòd potiùs eſt laudandus qui facit de neceſſitate virtutem, & ſponte promittit, poſtquam legis ordinatio præceſſerit: quod ſequitur Soc. conſ. 263. n. 10. lib. 2. Aretin. conſ. 24. num. 9. Bertazol. in l. ſi quis major, num. 303. C. de tranſact. Blancus de compromiſſis, quæſt. 9. num. 93.

Quod tamen intelligendum eſt in his, quæ de ſui na-
tura non ſolent fieri niſi à coacto, ſecus in compromiſ- 12
ſo, quod etiam à non coacto fieri ſolet; prout reſpondet Felin. in d. l. ſi quis major, n. 303. quæſt. 21. C. de tranſact. Joan. de Sancto Nazar. in cap. cum M. Ferrar. num. 181. de conſtit. Gratian. d. diſcept. 227. n. 17.

Ampliatur, ut procedat quando emptor detulit ju- 13
ramentum evincenti, quia tunc emptor non poteſt agere de evictione contra venditorem: Cremenſis ſingulari 115. Ant. de Burgos in cap. fin. num. 14. de empt. & vendit. Bart. in l. manifeſta n. 6. de jurejurand. Aretin. in pract. dicit notandum, in §. item ſi quis poſtulante, n. 8. Inſtit. de actionib. ubi Jaſon, n. 84. Alex. in d. l. manifeſta, n. 8. Cœpol. in cautel. antepenult. & Bart. in l. atqui natura, §. cum me abſente, n. 5. ff. de neg. geſt. & Imola in d. cap. fin. dicunt, quòd emptor non tenetur reſpondere poſitionibus actoris: quod comprobatur, cum prohibitus alienare, aut de re aliqua diſponere, non poſſit ſuper ea juramentum deferre, Jaſ. in l. 2. n. 123. C. de jur. emphyteut. cum enim juramentum, & tranſactio æquiparentur, l. 2. ff. de jur. juran. Unde quemadmodum non poteſt emptor tranſigere, neque poterit dictum juramentum deferre, Caballinus d. §. 5. n. 20. Franciſcus Marc. deciſ. 586. in fin. par. 1. Imò emptor poteſt recuſare hoc juramentum ſibi delatum, ne perdat actionem de evictione contra principalem authorem ſuum, quia ſi lis decideretur per juramentum, non eſſet danda dicta actio: Jaſon in §. item ſi quis poſtulante, n. 84. Inſtit. de act. poſt Angel. ibi n. 10. quod priùs voluit Bart. in d. l. manifeſta, n. 6. & ibi Alex. n. 4. Gratianus d. diſcept. 227. n. 41. quod etiam ampliatur, quòd non

T 3 tene-

Digitized by Google

teneatur de evictione, ſi res evincatur per confeſſionem
emptoris, niſi doceatur de veritate confeſſionis: Se-
raph. Olivarius *deciſ.1024.num.5.*

Nec emptor agit de evictione, quando prorogavit ju-
15 riſdictionem illius judicis, qui ei competens non erat, quia
ſi victus fuerit non aget de evictione contra vendito-
rem, Gloſ. *in d.§. ſi compromiſero*, in verb. (*feci*:) Roman.
ſing.12. Anton. Burg. *in d.cap.fin.nu.15.* & ratio eſt, ſecun-
dum Bald. *in 2.lectur.* quia illud fecit nulla neceſſitate co-
gente. Salyceto tamen in *d.§. ſi compromiſero*, videtur *ibi*
contrarium dicendum, quia ordinarius eſſe non deſinit,
& ab ejus ſententia appellatur, & juriſdictionem ha-
bet, quam non habet arbiter, ut *l. 1. ff. de arbi-
tris*: ſed reſpondendum eſt, quòd juriſdictio illius ju-
dicis Ordinarii prorogatur, non alteratur, ſed cum
ſuis qualitatibus cenſetur prorogatus, *lib.1.* & *ibi* Pau-
lus de Caſtro, *ff. de judic.* Verum, quia illud fit volun-
tariè, venditori non præjudicat, *l. ſi qui ex conſenſu*,
C. de Epiſcop. audient.

QUÆSTIO XLII.

An ſi emptor de facto extra judicium rem perdat, habeat regreſſum de evictione?

SUMMARIUM.

1 *Venditor promittens emptorem defendere de jure & de facto, an teneatur defendere manu armata?*
2 *Defenſio de jure, & de facto, intelligitur de modo licito, & juxta poſſe, non tamen contra vim majorem.*
3 *Defenſio cum armis non venit ex natura actus.*
4 *Verbum illud,* de facto, *poteſt intelligi civiliter, & ſecundum naturam contractus, videlicet, in judicio.*
5 *Venditor promittens emptorem defendere de jure, & de facto, obligat ſe etiamſi per injuriam judicis res evincatur.*
6 *Quando proceditur nullo juris ordine ſervato, talis caſus dicitur inſolitus, & inopinatus.*
7 *Si venditor promiſit emptori ſe velle teneri de evictione, quæ ſequeretur de jure, vel de facto, ſi judex nullo juris ordine ſervato de facto proceſſerit, tunc venditor non tenetur ad id, quod de raro evenit.*
8 *Reſtringitur concluſio principalis, quando emptor fuit expulſus de facto, & manu armata per Tertium propter odium venditoris.*
9 *Et procedit quando talis inimicitia ſuborta erat ante venditionem factam, ſecus ſi poſt; ut ibi ſubdeclaratur.*
10 *Textus in* l. Lucius ff. de evictionibus, *explicatur.*
11 *Reſtringitur ſecundò, ut non procedat in privato venditore, quia iſte non tenetur manu armata emptorem defendere; ſecùs in principe, vel ſuperiore.*
12 *Promiſſio Principis de defendendo non fit ex natura contractus particularis.*
13 *Advertendum eſt primò, quòd iſta promiſſio de defendendo de facto, non obligat ad defendendum conventum injuſtè.*
14 *Advertendum eſt ſecundò, quod promittens defendere de facto, & reſiſtendo violentiæ, eſt intelligendum ſi requiſitus fuerit ab emptore.*
15 *Advertendum tertiò, quod emptor violenter ejectus nullam habet contra venditorem actionem.*
16 *Moleſtare, vel controverſiam movere paria ſunt.*
17 *Moleſtare dicitur, qui turbat in judicio, vel extra judicium, & de facto.*
18 *Moleſtia infertur non ſolùm agẽdo, ſed etiam reſiſtẽdo.*
19 *Moleſtare dominum dicitur colonus, qui penſionem non ſolvit.*
20 *Moleſtare dicitur hæres, qui poſt cautionem præſtitam recuſat bona conſignare uſufructuario.*
21 *Moleſtare dicitur hæres uſufructuarium, quando vult retrahere Legitimam, vel Trebellianicam.*
22 *Hæres juſſus non moleſtare legatarium, non poteſt agere interdicto quorum legatorum.*
23 *Moleſtare dicitur hæres, qui petit bona deſcribi uſufructuario debita.*
24 *Moleſtiam ſi teſtator jubet uxori non inferri, intelligitur de moleſtia malo animo illata.*
25 *Proprietarius, qui promiſit uſufructuarium non moleſtare, poterit petere cautionem de utendo & fruendo arbitrio boni viri.*
26 *Hæres juſſus non moleſtare uxorem uſufructuariam, poterit petere cautionem de utendo rectè & fruendo.*
27 *Turbare quemquam non dicitur qui de jure agit.*
28 *Quando aliqua dictio eſt univerſalis, includit caſus, qui aliàs non includerentur.*
29 *Moleſtare tunc dicitur, qui de jure turbat, quando verba prohibitionis ſunt generalia, & multum prægnãtia.*
30 *Moleſtare prohibitus etiam verbis generalibus poteſt quæſtionem juſtam inferre.*
31 *Teſtator non poteſt aliquem privare in caſu, in quo juſtam legatario infert moleſtiam.*
32 *Moleſtare dicitur hæres qui cùm poſſit pro re aliqua juſtè moleſtare, injuſtam infert moleſtiam in alia re.*
33 *Moleſtare dicitur hæres uſufructuarium, quando penſionem non ſolvit.*
34 *Moleſtare non dicitur qui ſupplicavit, & reſcriptum impetravit, ſi tamen illo non eſt uſus.*
35 *Moleſtare non dicitur, qui proteſtatur de jure ſuo.*
36 *Hæres excuſatur, quando legatarium moleſtat ex nova & ex ſupervenienti cauſa.*
37 *Moleſtare non dicitur, qui id facit ex cauſa ſibi præbita per adverſarium.*
38 *Moleſtia, quando prohibetur, intelligitur tam ratione juris futuri, quàm præteriti.*
39 *Hæres excuſatur, quando juſtam infert moleſtiam legatario.*
40 *Hæres excuſatur, quando petit creditum ſuum, & fuit ſolùm prohibitus moleſtare in bonis teſtatoris.*
41 *Hæres poteſt detrahere fideicommiſſum ſibi debitum; etiamſi prohibitus fuerit moleſtare in ſuis bonis, & hæreditate.*
42 *Moleſtare non dicitur hæres, qui controverſiam movet, ſi ea non habuit effectum.*
43 *Turbare non dicitur quis per unicum actum, ſed requiritur perſeverantia.*
44 *Moleſtia facti, etiam effectu non ſequuto, ſufficit ad privationem ordinatam à teſtatore.*
45 *Hæres, qui ignoranter moleſtat legatarium, excuſatur.*
46 *Provocato parcendum eſt, ſi ſe defendit.*
47 *Hæres moleſtans legatarium excuſatur, ſi fuit à legatario provocatus.*
48 *Hæres repudiãdo hæreditatem dicitur moleſtiã inferre,*
49 *Hæres excuſatur ſi nõ ipſe, ſed ſua familia moleſtaverit.*
50 *Excuſatur etiamſi hæres ipſe nec eſſitate adſtrictus legatariis moleſtiam intuliſſet.*
51 *Excuſatur quoties legatarii remiſiſſent pœnam privationis.*
52 *Refertur deciſio Senatus Supremi in cauſa Marchionis de los Velez anno 1621.*

Venditor promiſit emptorem defẽdere de jure, & de 1
facto, an teneatur defendere manu armata contra
volentem ſpoliare? Bart. *in l. ſtipulatio iſta, habere licere, ff.
de verb. oblig.* tenet, quòd venditor non tenetur armata
manu emptorem contra violentiam defendere: & *ibi*
ſequuntur Angel. Franc. Aretin. Alex. Paul. de Caſt. Jaſ.
& alii Doctor. communiter: Bald. *in l. non ſolum*, §. *ſi
ſtatus. ff. de procurat.* ubi ait, quod ſi promitto te de-
fendere de jure, & de facto, intelligitur de modo lici-
to, & juxta poſſe, non tamen contra vim ma- 2
jorem, quia caſus fortuiti non debentur, niſi
qua

quatenus ſpecificantur: idem Bald. de Caſtro, Sa-
lycet. & alii in *l. fin. C. de actionibus empti*, Barbat. Abb.
Imola *in cap. fin. extra de empt. & vendit.* Roman. *in rub.
de arbitris, n.* 15. Angel. Aretin. *in §. actionum, colum.* 11.
Inſtit. de act. Decius *conſ.* 74. *n.* 3. Pract. Papienſ *in forma
libel. in cauſa vendit.* verſ. (& legitima defenſione,) Go-
zadin. *conſ.* 94. *n.* 42. Marſil. *ſingul.* 354. Natta *conſ.* 181.
lib. 1. Roland. à Valle *conſ.* 45. *lib.* 3. & ratio eſt, quia
3 defenſio cum armis non venit de natura contractus, *l.
fin. C. de action. empt.* igitur dicta verba hoc non compre-
hendunt, *l. inſulam, ff. qui potiores in pignor. hab. l. damni,
§. 1. ff. de damno infecto, Caballin. d. §. 5. ſub num.* 22. Item
ratio eſt, quia venditor non videtur promiſiſſe factum
alienum, *l. ſtipulatio iſta*, poſt princ. *ff. de verb. oblig.*
quia iſte eſt caſus fortuitus. Unde non eſt de natura con-
tractus, nec eſt enumeratus in *l. ſed & ſi quis*, §. *quæ-
ſitum*, *ff. ſi quis caut.*

Verum illud, *de facto*, poteſt intelligi civiliter ſe-
4 cundum naturam contractus, videlicèt, in judicio, non
ſolum de jure producendo jura ſua, ſed etiam de facto
ſuſcipiendo in ſe judicium ſuis ſumptibus, & expen-
ſis: hoc enim in facto conſiſtit: nec tenetur venditor
ex propria natura contractus hoc facere, ſed ſuffice-
ret, quòd aſſiſteret emptori, ſecundum Jacob. de Aret.
qui hoc tenet in *l. damni*, *ff. de damno infect.* per *l. ſi
parentes*, *C. de evict.* ſed ſi promiſit modo prædicto,
verba videntur hoc importare. Poteſt etiam ſecundum
Bart. illud verbum intelligi alio modo, ut teneatur
defendere de jure, & de facto, id eſt, quòd non
feratur ſententia injuſta; & ſi feratur vult teneri, & ſic
renunciare *l. ſi per imprudentiam*, *ff. de evict.* Hæc ſe-
cunda intelligentia reprobatur ſecundum Bald. *in l. fin. C.
de act. empt.* & *ibi* Paul. de Caſtro, Salycet. Alex. Are-
tin. & Jaſ. *in d. l. ſtipulatio iſta*, Natta *conſ.* 181. *num.* 2.
lib. 1. Angel. *conſ.* 72. And. Siculus *conſ.* 22. *lib.* 2. Roland.
à Valle *conſ.* 45. *in fin. lib.* 3. & ratio eſt, quia caſus for-
tuitus poſt perfectam venditionem pertinet ad empto-
rem, *l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. l. neceſſario,
ff. eod.* ſed factum injuſtum ſuperioris reputatur caſus
fortuitus, *l. Lucius*, *ff. de evict.* Igitur illa verba hoc
importare non poſſunt. Imò ſecundum Angel. *in conſ.*
5 176. quando venditor promiſit emptorem defende-
re de jure, & de facto; & quod plus eſt, obligat ſe
etiamſi per injuriam judicis res evincatur: hoc pactum
intelligitur, quando per ignorantiam juris, vel facti
judicis evinceretur res, qui judex ſervato ordine juris
proceſſit; ſecus verò ſi prætermiſſo ordine juris proce-
6 deret, & res evinceretur: nam tunc non teneretur. Et
ratio eſt, quia quando proceditur nullo juris ordine ſer-
vato, talis caſus dicitur inſolitus, & inopinatus, de
quo non tenetur: *l. fin. ff. de pignorat. act.* quod *conſ.
Angeli* ſequitur Alex. *in d. l. ſtipulatio, colum. fin.* Barbat.
in d. cap. fin. colum. penult. Dec. *conſ.* 79. *colum. penult.*
Gozadin. *conſ.* 94. *num.* 42. Natta *d. conſ.* 181. *colum.* 2.
Roland. à Valle *in d. conſ.* 45. *num.* 22. *lib.* 3. Alex. *in d.
7 l. ſtipulatio iſta*, dicit de mente *Angeli*, quòd ſi vendi-
tor promiſit emptori ſe velle teneri de evictione, quæ
ſequeretur de jure, & de facto, ſi judex nullo juris or-
dine ſervato de facto procedit, tunc venditor non te-
netur, quia non eſt veriſimile, quòd venditor volue-
rit ſe obligare ad hoc, quòd de raro venit, argum.
l. ſi fiſtulas, *ff. de contrah. emptione*, ſed ſi juris ordine
ſervato malè judicavit per ignorantiam, ſeu alio mo-
do, tunc tenetur, quia de iſta videtur ſenſiſſe ven-
ditor.

Principalis concluſio declaratur duobus modis.

8 Primò, ut non procedat, quando emptor fuit expul-
ſus de facto manu armata per Tertium, qui fecit pro-
pter odium venditoris: nam tunc venditor tenetur de
evictione ex natura contractus, etiamſi non eſſet di-
ctum, quia tunc dicitur procedere culpa venditoris, *l. ſi
merces*, §. *vis major*, *ff. locati*, *l. penult. in princ. ff. ſolut.
matrim.* quem ibi ſequitur DD. tradit Ruin. *conſ.* 85. *ſub
n.* 5. *verſ.* [ſecundo] *lib.* 1.

Hæc declaratio procedit, quando talis inimicitia ſub- 9
orta erat ante venditionem factam, ſecus ſi ſuborta
eſſet poſt, quia tunc venditor non tenetur de aliquo caſu
ſuperveniente poſt venditionem celebratam, *l. Lucius*,
in princ. ff. de evict. d. l. 1. *C. de peric. & comm. rei vend.*
& ita tenent, & concludunt Bald. Alberic. & Salycet.
& Paul. de Caſtr. *in d. l. fin. C. de act. empt.* Roman.
Alex. & Jaſ. *in d. l. ſtipulatio iſta*, ubi *Jaſ.* dicit, hoc
eſſe clarum, quia venditor non tenetur de aliquo caſu
quando non habet cauſam retro: Vincent. Carroz. *de
except. except.* 70. *à num.* 71.

Contra hanc ſubdeclarationem tenet Ruin. *conſ.* 85.
num. 11. *lib.* 1. qui movetur, quia Bart. *in d. l. ſtipulatio
iſta*, loquitur indiſtinctè, & quia *d. l. Lucius*, non lo-
quitur, quando emptori fuit res ablata in injuriam ven-
ditoris, ſed quando fuiſſet ab alio, & à quocumque
ablata ſecundum *in l. creditor, ff. de ſolut.*

Recedendum tamen non eſt à communi opinione: 10
nam *d. l. Lucius*, loquitur generaliter, ſive culpa, &
inimicitia venditoris, ſive non, modò non ſuperveniat
factum poſt venditionem, & traditam poſſeſſionem, &
ideo generaliter eſt intelligenda, arg. *l.* 1. §. *hoc genera-
liter*, *ff. de leg. præſtan.* & facit ratio, quia venditor te-
netur ad factum momentaneum, id eſt, ad tradendum,
quo impleto eſt liberatus, ut notatur in *Auth. Sacramen-
ta puberum, C. ſi adverſus venditionem*, & *in l. ab emptio-
ne*, *ff. de pactis*, meritò ſequuta traditione periculum ad
eum non ſpectat, ſed ad emptorem, *d. l.* 1. *C. de peric. &
comm. rei vend.* & hanc eſſe rationem. *d. l. Lucius*, con-
ſiderat Ruin. *in conſ.* 77. *num.* 8. *lib.* 1. quæ ratio habet
locum in caſu noſtro, quando inimicitia poſt venditio-
nem, & traditionem ſupervenit, & ideo debeat ea-
dem diſpoſitio militare.

Nec etiam procedit in privato venditore: nam hic 11
non tenetur manu armata emptorem defendere; ſecùs
in Principe, vel alio ſuperiore, nam tunc tenetur de-
fendere emptorem manu armata, per *cap.* 1. *de offic.
delegat. lib.* 6. Ancarran. *conſ.* 37. Anania *in cap. cum
olim, in fin. de accuſat.* Caballin. *d. §.* 5. *num.* 24. *de evict.*
Alex. *conſ.* 191. *lib.* 6. Mantic. *de contract. lib. lib.* 4. *tit.* 27.
n. 45. Gozadin. *conſ.* 65. *n.* 13. & *conſ.* 96. *n.* 45. Dec. &
Cagnol. *in l. non videntur, ff. de regul. jur.* Ferrar. *in praxi,
in forma venditionis*, *verſ.* (& legitima defenſione,)
n. 2. & *ibi* Maſuerius.

Hæc declaratio procedit, quando promiſſio Princi- 12
pis de defendendo non fieret ex natura contractus par-
ticularis: ſed ſi talem promiſſionem facit tanquam ven-
ditor particularis, ſecùs eſt, quia tunc ex natura con-
tractus non tenetur Princeps defendere emptorem ar-
mis; ita Bart. *in proæmio Digeſtorum, num.* 7. ſequuntur
Alex. & Jaſ. *in d. l. ſtipulatio iſta.*

In hac materia notanda ſunt plura. Primò, quòd 13
iſta promiſſio de defendendo, non obligat ad defen-
dendum conventum juſtè, ſed intelligitur ſi juſtè
poſſit defendere, & non aliter, *Dyn.* per illum text. in
l. ſi quis gravi, §. *ſi maritus*, *ff. ad Syllanianum*, refert,
& ſequitur Franciſcus Aretin. *in d. l. ſtipulatio iſta*: nam
ſi intelligeretur pro defenſione injuſta, utiquè obliga-
retur iſte promittens ad committendum dolum futu-
rum, contra *l. ſi unus*, §. *illud*, *ff. de pactis*, nam ſicut
dolo facit, qui plus petit, quàm debeat, ita etiam reus
debet agnoſcere bonam fidem, & quilibet defenſor;
ſuper quo eſt videndus text. & etiam Gloſ. & *ibi* per
Bart. *in l. at quia natura*, §. *ſi me abſente*, *ff. de neg. geſt.*
& quod notant Gloſ. & Doctores in *cap. fin. de præ-
ſcript.*

Secundò eſt notandum, quando exprimitur, quòd 14
promitteret eum defendere de facto, reſiſtendo vio-
lentiæ illatæ, hoc eſt intelligendum, ſi eſſet requi-
ſitus ab emptore, aliàs iſta promiſſio contineret illici-

tum; quia quis non poteſt defendere vim illatam alieri
in ſuis rebus, niſi ſit requiſitus ab eo, cui infertur vis:
voluit Innoc. in cap. ſi quando, de officio delegati: & ita
tenet Bart. in l. devotum, C. de metatis, lib. 12. tangit
Bal. in l. data opera, C. qui accuſare non poſſ. Franciſ.
de Aret. in d. l. ſtipulatio iſta.

15 Tertiò, & ultimò notandum, quòd emptor violenter
ejectus, nullam habet contra venditorem actionem,
l. fin. C. de act. empt. & ideo ex illo textu elicitur, quòd
non poteſt agere contra venditorem de evictione ratione
intereſſe, nec etiam ad pretii reſtitutionem, propter
illam univerſalem negativam, nullam actionem, quæ
omnia complectitur, l. fin. cum Gloſ. ff. de lib. & poſthumis,
& in terminis ponit Bart. & Salycet. in l. non
dubitatur, C. de eviction. & quia etiam ubi venditor ex
diſpoſitione legis non tenetur de evictione, iſto caſu
non poteſt agi ad pretii reſtitutionem, Paul. de Caſtro
in l. emptorem. §. fin. ff. de act. empti, Marc. Anton. Natta
conſ. 181. num. 4. lib. 3.

Nec omittendum duxi quæſtionem de moleſtia de facto, & de injuſta, cum germana ſit huic quæſtioni.

In legatis perſæpè mandant teſtatores hæredi, vel
legatario, ut & ipſi, vel alius non moleſtentur: & in
16 hoc ſupponendum eſt, nihil referre, quòd prohibitus
ſit hæres moleſtare, vel controverſiam movere,
quia iſta æquiparantur, ut probatur in l. Lucius, §. tres
fratres, ff. ad Trebellianum, ibi: controverſiam movere:
ubi notat Gloſſa, & repetit in verſ. (de omni,) idem
notant ibi Bart. & Raphaël. poſt Cyn. in l. quoties, in
fin. C. de donat. quæ ſub modo, Alex. conſ. 52. n. 2. lib. 2.
Socin. Jun. conſ. 113. n. 38. & in conſ. 1 1. num. 15. lib. 1.
Rip. in l. 1. n. 2. ff. de re jud. Riminal. conſ. 375. num. 6.
Menoch. de recup. poſſ. rem. 1. num. 256. Surd. conſ. 506.
num. 13. lib. 4. & de aliment. tit. 9. quæſt. 26. n. 26. Coſta
de facti ſcientia inſpect. 59. Joan. Maria Riminal. conſ.
12. n. 3. lib. 1. l. 1. ubi Bald. C. de nundinis, Vincent. Carroz.
deciſ. 36. & deciſ. 45. Surdus deciſ. 194. Marta deciſ.
176. n. 9. Gratianus tom. 1. diſcept. 136. num. 52. & tom.
2. diſcept. 246. num. 29. & 30. Maſtrillus deciſ. 111. n.
12. Joan. Grivellus deciſ. Senatus Dolani 87. num. 13. &
14. Alexander Galganetus in pract. de condit. cap. 5.
quæſt. 10. à n. 9. Marta de clauſulis, 3. par. clauſ. 65.

17 Moleſtare dicitur, ſeu controverſiam movere, quicumque
infert quæſtionem, vel turbat in judicio, vel
extra, de jure, vel de facto, agendo, vel excipiendo,
ante conteſtatam litem, vel poſt, ut probat Gloſ. in d.
§. tres in verb. (moverit,) & ibi Dyn. hoc tenet: &
quòd inferatur moleſtia etiam judicio, probat text. in
Auth. de fidejuſſ. cir. princ. in verb. [moleſtiis,] in d. l.
1. in verſ. [moleſtari,] ſecundum intellectum Joan. de
Neapoli, & ibi Bal. C. de nundinis: & quòd prædictis
modis omnibus moleſtando contrafiat præcepto, probant
Bart. Angel. Butr. & alii citati ab Alex. qui eos
ſequitur in conſ. 52. n. 3. lib. 2. & dicit Corſetus in ſingulari
incipiente, (Moleſtia:) quòd ſi ſtatuto, aut lege cavetur
ne venientibus ad nundinas aliqua moleſtia inferatur,
debebit intelligi de moleſtia tam juris, quàm facti:
& Alex. in loco citato loquitur, quando teſtator juſſit
uſufructuarium non moleſtari ab hærede ſub pœna privationis
hæreditatis; ſicut etiam Barbatia in conſ. 56. lib.
3. Dec. in conſ. 613. colum. 1. Ruin. in conſ. 48. n. 10. lib.
18 2. ubi dicit, quòd moleſtia infertur, non ſolum agendo,
ſed etiam reſiſtendo, l. non ſolum, §. ſi teſtatus, ubi
not. ff. de procurat. & nedum vim, inferendo perſonæ,
ſed etiam rebus, & tam verbo, quàm etiam facto d. §.
tres hæredes.

Et infert, quòd colonus, qui non ſolvit penſio-
19 nem, dicitur dominum moleſtare. Item hæres dicitur
moleſtare, qui poſt præſtitam ſibi cautionem, recuſat
conſignare bona ad uſumfructum relicta, & ea retinet
20 penes ſe. Idem Ruin. in conſ. 77. n. 6. ubi quod includitur
moleſtia juris, ſicut facti extrajudicialis, tam in
agendo, quàm in excipiendo: & infert, quòd privabitur
hæres ſi in perniciem uſufructuariæ petat legitimam,
& Trebellianicam, licèt aliàs illa ſibi debeatur:
In eodem caſu idem tenet Socin. Jun. in conſ. 113. n. 36.
lib. 1. ubi multis rationibus comprobat, ſed ea potiſſimùm,
quòd judicialis quoquè moleſtia non poteſt eſſe
juſta, quando ſit contra præceptum teſtatoris, per quod
efficitur injuſtum quod ejus prohibitione circumſcripta
fuiſſet juſtum: allegat etiam Angel. in l. hæc ſi res, ff.
de rei vend. ubi ſi teſtator jubet hæredi, ne moleſtet 21
legatarium, cui fundum reliquerat, non poterit hæres
uti interdicto quorum legatorum, quamvis juſte aliàs ſibi
competeret, & ſubdit hanc eſſe ſingularem deciſionem.
Adducit etiam exemplum de eo, qui in contra- 22
ctu promiſit non inferre moleſtiam, nam is, neque
de facto poterit turbare, ſecundum Alex. in conſ. 195.
colum. fin. lib. 6. Eandem pariter opinionem, quòd juria
moleſtia idem operatur, quod moleſtia facti, tenuit
Beroi. in conſ. 56. num. 44. lib. 3. per tex. in d. l. 1. C. de
nundin. & in d. Auth. de fidejuſſ. & Caſtrenſis in conſ.
204. col. fin. lib. 1. ubi dicit, ſub verbo moleſtia, comprehendi
non ſolùm exceptionem, ſed fortius etiam
actionem, per d. §. tres hæredes, Tiraq. de retract. conſang.
§. 35. gloſ. 4. num. 39. ubi ait ei inferri moleſtiam,
qui judicialiter vexatur, Riminal. in conſ. 249. n. 14.
ubi quòd ſive agat, ſive excipiat, ſive de jure, ſive de
facto, ſive in jure, ſive extra vexet, ſemper dicitur
moleſtiam inferre. Idem dicit in conſ. 330. n. 6. ubi infert,
quòd uſufructuarius dicitur moleſtari ab hærede,
qui fructus bonorum capit, vel exportat: & in conſ.
375. num. 7. ubi ait, illatam dici moleſtiam ab hærede,
qui petit deſcriptionem bonorum fieri: & impetravit
à judice præceptum de reſtituendo fructus perceptos: 23
& cum prædictis tranſit Menoch. d. remed. 1. num.
255. Simon de Prætis de interpret. ultim. volunt. lib. 4.
interpret. 2. dubit. 4. num. 25. & eod. lib. interpret. 1. dubit.
10. num. 88.

Contra tamen videtur, quòd non inducatur privatio,
niſi moleſtia ſit de facto, & injuſta, quia non
intelligitur teſtator loquutus de moleſtia judiciali, &
juridica, ſecundum Gloſ. in l. ſi ſervum prætor, ff. de
acquiren. hæredit. & per eam Gloſ. dicit Bald. in l. unica,
n. 27. C. de his, quæ pœnæ nomine, quòd ubi teſtator mandat
uxorem non moleſtari, intelligi debet de moleſtia
malo animo, & malo modo illata; idem Bald. in l. 1. in
verſ. [ſed pone] C. de uſufructu. Cuman. conſ. 51. in princ.
ubi dicit, hanc eſſe juſtiorem ſententiam: & hoc idem 24
voluit Aretin. in d. l. ſi ſervum. §. ait Prætor, in fin. ad hoc
allegans text. in l. & ſi quis impediat. ff. de relig. & ſumpt.
ubi Gloſ. in verb. [impediat,] dicit injuſte: & hoc modo
intelligit quoquè Dec. conſ. 581. num. 11. ubi allegat
multa, dicens amplius, quod etſi aliquando veniat etiam
moleſtia juris, tamen intelligitur de ea, quæ infertur extra
judicium de facto, non de judiciali; vel etiam quando
in judicio quidem infertur, ſed per calumniam, &
malo animo: idem probat Corſetus in ſingulari incipiente
(Moleſtia.)

Bald. in d. l. 1. n. 13. C. de uſufructu, infert, quòd pro- 25
prietarius, qui promiſit non moleſtare uſufructuarium,
poterit nihilominus petere cautionem de utendo &
fruendo arbitrio boni viri, quia ea cautio venit ex natura
actus, & qui agit ſecundum naturam actus non dicitur
moleſtare, l. quæro, §. inter locatorem. ff. locati, l. venditores.
ff. de verb. oblig. & eſt text. notandus ſecùndum Bal.
in l. ſed etſi poſſeſſori, §. ſed etſi rerum ff. de jurejurand &
Bald. ſequitur Corſetus in d. ſingulari (Moleſtia) Dec. d.
conſ. 581. n. 11. Natta conſ. 416. n. 5. Pinel. in l. 1. par. 2. n.
76. C. de bonis mat. Sed prædicta ratio Bald. non placet, &
melior eſt alia, quòd teſtator non poteſt expreſsè cautionem
remittere, ſecundum Bar. Bal. Salyc. & alios in d. l.
1. C. de uſufructu. Et ſi hoc non poteſt facere expreſsè,
multo minus tacitè, prohibendo moleſtiam: & per hanc
rationem

rationem dicit Rainer. *in l. quod de bonis, §. frater, ff. ad*
l. Falcid. ubi etiam Alex. *n. 5.* quòd ſi teſtator juſſit uxo-
rem uſuſructuariam non moleſtari ſub pœna privationis,
26 non incurret hæres pœnam petendo cautionem: idem te-
net Roman. *in conſ. 211. n. 3.* Caſtrenſ. *in conſ. 221. lib. 2.*
ubi movetur, quia præceptum eſt impoſſibile, & non
ligat: Jaſon *in conſ. 40. in 3. dub. n. 6.* Barbat. *in conſ. 59. n.*
14. lib. 1. latiſſimè Socin. *in conſ. 125. n. 27. lib. 1.* quia
quod fit lege permittente pœna non meretur, *l. Graecus,*
C. de adulteriis, Marta *de clauſulis, 3. par. clauſ. 65. n. 2.*

Retenta tamen opinione, quòd diſpoſitio teſtatoria
intelligatur de moleſtia facti, non juris, inferebat Imol.
in l. paterfamilias teſtamento. ff. de hæred. inſtituend. quòd
hæres juſſus reſtituere fideicommiſſum, & non moleſtare
fideicommiſſarium, poterit nihilominus detrahere Tre-
bellianicam, Barbat. *in repet. cap. Rainaldus, carta 64. de*
teſtam. Corſetus *d. ſingul.* (moleſtia,] & comprobatur hæc
opinio ex multis adducta per Riminald. *in conſ. 676. à n.*
20. & in ſimili loquendo de turbatione, quæ idem im-
27 portat, multa jura allegat Menoch. *in conſ. 230. à n. 16.*
ubi probat, quòd non dicitur quis turbare, quando de
jure agit, Surd. *de alimentis, tit. 9. quæſt. 26. n. 25.*

At ſi teſtator prohibuit moleſtari quocumque modo,
28 propter generalitatem verborum moleſtia intelligitur,
tam de moleſtia juris, quàm facti, ſive agendo, ſive ex-
cipiendo, ſive in judicio, ſive extra judicium: Item ante,
vel poſt litem conteſtatam, Gloſ. quam communiter ſe-
quuntur omnes Doctores in *d. l. Lucius, §. tres hæredes, ff.*
ad Trebell. in verbo [*moverit,*] ubi Dyn. *in l. ſed & ſi lege.*
§. ſi ante litem, ff. de petit. hæredit. & in l. non ſolum, § ſi
ſtatutum ff. de procur. notat Bart. *in l. amplius, ff. rem rat.*
haber. & in l. cauſas, C. de tranſ. & in l. cum poſtea, per il-
lum text. *C. de præſcript. longi temp.* & notatur *in l. qui fi-*
dem ff. de tranſact. latè Alex. *in conſ. 52. n. 2. lib. 2.* Barb.
in conſ. 56. colum. 5. lib. 3. Dec. *in cap. in præſentia, n. 1. de*
probat. Felin. *in cap. cauſam quæ n. 65.* & *ibi* Imol. *de præ-*
ſcript. qui extendit hanc moleſtiam, ad moleſtiam juris,
& judicialiter motam, quando verborum amplitudo, ſive
ſubjecta materia id ſuadet: Marſil. *in l. unius quæſtionis,*
§. cognitorum ff. de quæſt. Capic. *dec. 69 n. 9.* Afflictis *dec.*
329. n. 4. Ruin. *conſ. 77. n. 4. lib. 2.* Riminal. *Inſtit. de donat.*
in princ. n. 543. itē quando verba prohibitionis ſunt gene-
ralia, intelligitur etiam cō prehendere prohibitionem juris:
Abbas *conſ. 43. col. 1. & cōſ. 36. par. 1.* Marta *d. clauſ. 65. n.*
3. Simō de Prætis *d. dubit. 10. n. 139.* Surd. *loco citato. n. 2.*

Hujuſmodi tamen verborum generalitas non exten-
ditur ad quæſtionem juſtè motam, Cuman. *conſ. 51. in*
princ. ubi tamen movetur ex aliis verbis teſtatoris, quæ
29 ſuam diſputationem reſtringebant: Dec. *d. conſ. 581. n. 11.*
dicit, quòd ea generalitas debet reſtringi ad moleſtiam,
quæ etſi inferatur in judicio eſt tamen injuſta, & ma-
lo animo illata, non autem ad eam, quæ bona fide, &
animo jus ſuum proſequendi mota eſt. Pro quo facit,
30 quòd voluit Cumanus *in d. conſ. 51. n. 3.* ubi dicit, quòd ſi
teſtator expreſsè vellet aliquem privare propter juſtam
moleſtiam, non poſſet per ea quæ notantur in *l. filius-*
31 *familias, ff. de hæredib. inſtituend.* Pro quo addi poteſt,
quòd ſi teſtator velit aliquem privare ob factum alte-
rius, vel defectum implementi, quòd alteri fuerat injun-
ctum non poteſt; quia nemo eſt propter aliam culpam
dolum, vel factum prægravandus, *l. ſi quis in ſuo, §. fin. C.*
de inoff. teſtam. l. quidam ita, §. ſi quis filium, ff. ad Trebell.
& ita probat *d. l. paterfamilias teſtamento.*

Ruinus *conſ. 98. n. 11. lib. 2.* extendit concluſionem,
quamvis uſufructuaria tale quid commiſerit, propter
quod licitè potuerit moleſtari in aliquo: nam ſi mo-
leſtia inferatur in alio in quo nulla illius verſe-
tur culpa, nihilominus hæres pœnam incurrit: ponit
exemplum in uſufructuaria, quæ ſit malè verſata circa
vineas: nam ea poteſt expelli à vineis: at ſi moleſtetur
in aliis prædiis, erit pœnæ locus, quia malus uſus unius
rei non præbet juſtam cauſam moleſtandi in alia re.

Dicitur autem hæres multis modis moleſtare, & quam-
vis non ſit animus referendi omnes, juvat nonnullos re-
ferre. Et primò, quando hæres legata non ſolvit, ut 32
probat Bal. *in conſ. 99.* inter conſilia *Cornei, & ibi* probat
Corneus *in ſubſcriptione*; quia non faciens quod debet,
dicitur contra id facere, quod facere debet; & qui non
implet judicium defuncti, facit contra ipſius judicium,
l. poſt legatum, §. amittere, ff. de his quibus ut indign.

Secundò dicitur moleſtare uſufructuarium, ſi fortè
ab eo conducit bona, & illi non ſolum penſionem con- 33
ventis temporibus, ut probat Ruin. *conſ. 48. n. 9. lib. 2.* quia
conductor non ſolvens dicitur injuſtè detinere, ideo au-
thoritate propria poteſt expelli, Gloſ. in *l. æde, C. de lo-*
cato: Bart. & alii in *Auth. qui rem, C. de Sacroſ. Eccle-*
ſiis. Doctores in *cap. propter ſterilitatem, de locato,* &
plures alios caſus refert Menoch. *d. remed. 3. num. 468.*
ubi viginti octo recitat modos turbandi, & inquietan-
di, qui ſimiliter continent moleſtiam, latè Surd. *ubi*
ſuprà. à n. 43. cum ſeqq.

Non tamen moleſtare dicitur per ſolam ſupplicatio-
nem Principi porrectam, & impetratum reſcriptum, 34
ſi poſteà hæres eo non eſt uſus in judicio, ex Riminald.
in conſ. 551. n. 43. per text. in *l. libertus adverſus*; cum
ibi notat. *ff. de in jus vocand.*

Nec dicitur moleſtare, quoties debitum petit; ſed
quo animo id fecerit, ne dicatur moleſtia, ab ipſa 35
præſervabitur proteſtando, quod non intendit moleſtiam
inferre, eàque proteſtatione actus dubius declaratur, *l.*
Neſennius, ubi Gloſſa, & Bart. Bald. Angel. Caſtrenſ.
& alii, *ff. de reg. geſt.* Riminald. *conſ. 676. num. 76.* &
è contra legatarii petendo implementum ſine præjudicio
ſui juris, & privationis incurſæ, ſibi non præjudicant
in ea, quia proteſtatio conſervat jus proteſtantis, *l. ſi*
debitor, §. 1. ubi Gloſ. *ff. quibus mod. pign. vel hypoth.*
Oldrad. *conſ. 237. in fine*; Caſtrenſ. *conſ. 311. n. 4. lib. 1.*
Dec. *conſ. 42. in fin.* Clarus *in §. emphyteuſis, quæſt. 10.*
Leand. Galganetus *in tract. de condit. & demonſtrat. par.*
2. cap. 5. quæſt. 10. ſub num. 14.

Multis tamen caſibus, non obſtante moleſtia illata,
hæres excuſatur à pœna privationis, quos recenſet Sur-
dus *ubi ſup. à num. 8.* quando hæres moleſtiam infert ex
nova, & ſupervenienti cauſa, ut declarat Capra *conſ. 9.* 36
n. 8. verſ. (*præterea illud,*) ubi dicit: Præterea hoc eſſe
verum, quando cauſa fuiſſet commiſſa per legatarium;
argum. *l. aut facta, §. cauſa,* ubi Bart. *ff. de pœnis,* ſequi-
tur Dec. *in conſ. 581. n. 12.* ubi movetur etiam, quòd
omnis diſpoſitio intelligitur, rebus ſic ſtantibus, *cap. quem-*
admodum, de jurejurand. & inferunt ambo prædicti ad
caſus notabiles: & dum dicunt reſtringi, quando lega- 37
tarius ipſe cauſam præbuiſſet: facit deciſio Bart. *in l. item*
quæro. §. inter locatorem, n. 1. ff. locati, ubi promittit
non moleſtare, non obligatur, ſi adverſarius cauſam
præbuit: idem dicit in *l. quidam cum filium, ff. de verb.*
obligat. Menoch. qui alios citat, *lib. 3. præſumpt. 38. n. 4.*
ubi allegat *Ruin.* Prohibitio moleſtiæ intelligitur tam ra-
tione juris futuri, quàm præſentis, *l. ſtipulatio, §. quæſi-* 38
tum, ff. de verb. obligat. Capra *conſ. 51. num. 3.*

Excuſatur hæres, qui juſta cauſa movetur contra lega-
tarium, Signorol. *conſ. 111. n. 21.* ubi infert, quòd im- 39
pugnans teſtamentum, ſeu inſtitutionem filii, non in-
currit pœnam probando illum non eſſe filium, ſed ſup-
poſitum fuiſſe, *l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig. l.*
quæro, §. inter locatorem, ff. locat. Simon de Prætis *d. lib. 4.*
interpret. 1. dubit. 10. n. 85. confirmans, ex eo quod po-
nit Bart. *in l. 1. §. parvi, n. 3. ff. quod vi aut clam,* ubi ſi
nulla exceptio opponi poteſt contra inſtrumentum, alle-
gari tamen poterit, quòd non eſt inſtrumentum: ut alle-
gat *Alex. Jaſ. & Felin.* & quòd ea juſta cauſa liceat mo-
leſtare, tenuit Bald. *conſ. 356. lib. 4.*

Excuſatur etiam hæres, quando teſtator prohibuit in
ſuis bonis moleſtari uxorem, ſeu legatarium, tunc enim 40
ſi hæres ſuum aliquod creditum, vel quid aliud petat, non

dicitur

dicitur inſerre moleſtiam, quia bona dicuntur deducto ære alieno, *l. non amplius, §. fin. ff. de leg. 1. l. ſubſignatum, § bona, ff. de verb. obligat.* Bart. *in l. ut juriſjurandi, §. ſi liberi, ff. de aper. libert.* per quæ jura apertè hoc voluit Cuman. *conſ.* 51. *n.* 2. ubi fortiùs vult verum eſſe
41 non obſtante verborum prægnantia: ſequitur Dec. *conſ.* 425. *n.* 11. & 15. ubi infert, quòd detrahere poterit fideicommiſſum, etiamſi prohibitus fuerit non moleſtare, non ſolum in bonis, ſed etiam in hæreditate: Simon de Prætis *d. dubit.* 10. *n.* 86. Quæ concluſio, quando ſolùm dictum eſt *in bonis*, procedit de plano; ſed quando dicitur *in hæreditate*, patitur difficultatem, quia etiam bona aliena dicuntur eſſe in hæreditate teſtatoris, & eadem verſatur difficultas, quando dictum eſt ne moleſtetur *in bonis*: per ea, quæ conſuluit Surd. *in conſ.* 112. *num.* 21. & 27. *lib.* 1.

42 Moleſtare non dicitur hæres, quando illata moleſtia non habuit effectum: Cuman. *d. conſ.* 51. *n.* 3. Caſtrenſis *conſ.* 21. *n.* 2. *lib.* 2. Cravet. *conſ.* 682. *n.* 2. Menoch. *conſ.* 230. *n.* 78. Surd. *d. loco, quæſt.* 26. *n.* 88. ubi ait, quod non dicitur moleſtaſſe, qui movit quæſtionem, ſed non perſeveravit uſquè ad ſententiam, quia ubi moleſtia fuit juſta, non committitur pœna: at cognoſci non poteſt, an ſit juſta, vel injuſta, niſi ſequuto judicis judicio, *l. ſtipulatio, §. haber, ff. de aper. nov. nunc.* ubi ſtipulatio de demoliendo, ſi conſtet injuſtè ædificatum, non committitur, niſi ſequuta ſententia; quòd ſit injuſtè ædificatum: hoc idem voluit Caſtrenſis *in conſ.* 221. *n.* 2. *lib.* 2. ubi concludit, quòd hæres, qui verè in judicio moleſtavit uſufructuarium, non privatur hæreditate, ſi ſuccubuit in judicio, & fuit repulſus. & dicit eſſe caſum in *l. licèt, ff. ut legat. nom. caveat. & in l. avia, §. fin. ff. de cond. & demonſtrat.* & ratio eſt, quia conatus nihil obfuit legatario, *l.* 1. *§. fin. ff. quod quiſque jur.* & ſubdit, quòd ad privationem non ſufficit aliquid de facto fieri, niſi etiam ſequatur effectus; argum. *l. ea quidem, C. ſi mancip. ita cond. fuer. alien.*

Sed, contraria ſententia mihi videtur verior, quòd ſufficiat ſolus conatus ſine effectu: quod probatur *in l. minoribus* 15. *ff. de minoribus*, Bald. *in l. cum hæreditate, in fin. ff. de acq. hæred.* Roman. & Caſtrenſ. *ibi*, quia, ut ipſi notant, maximè intereſt etiam non vexari: & ejuſmodi vexatio, etſi non habeat effectum, habetur pro evidenti damno, *l. fin. §. etſi præfatam, C. de jure deliber.* ubi Bald. *n.* 5. & 6. Abbas *in cap. Rainaldus n.* 17. & *ibi* Covarr. §. 1. *n.* 8. *de teſtamentis*, Leander Galganet. *d. cap.* 5. *quæſt.* 10. *ſub n.* 14. verſ. (*quarta.*)

Si tamen velis tenere primam opinionem, quam tenuit Menoch. *in conſ.* 230. *à n.* 78. ubi ait, quòd non ſufficit unicus actus, ut quis dicatur turbare, ſed requi-
43 ritur perſeverantia; & infert, quòd moleſtari non poteſt quis pro violata, vel turbata juriſdictione, & ſubditum traxerit ad forum ſuum, niſi perſeveraverit, quòd ſi deſtitit, venit abſolvendus; allegat text. in *l. penult. §. ducere, ff. ne quis eum qui in jus vocab.* ubi Bart. Caſtr. Alex. & Jaſ. notant pœnam eximentis non ei infligi, qui cum effectu non exemit de manu judicis, Abbas *in cap. Rainaldus num.* 17. notat pœnam appoſitam propter contraventionem, committi ob ſolam moleſtiam facti, licèt effectus non ſequatur: & ſubdit eſſe dictum notabile,
44 & infert ad pœnam adjectam compromiſſo, aliter tamen diſtinguendo, ubi pœna appoſita eſt promiſſioni de ratum habendo, vel firmum tenendo: Covarr. *d.* §. 1. *n.* 8. approbat hoc, & dicit, quod id eſt juxta voluntatem prohibentis moleſtiam, quæ eſt, ut expenſas,
45 damna, & inquietudines avertat ab uſufructuario: & profectò non videtur, quòd aliud ſit prohibere, ne vexetur, vel inquietetur, quàm prohibere ne moleſtetur; nec attendendum eſt, quid ex ipſo moleſtationis actu ſequatur: cùm ipſa ſola moleſtia producat effectum à teſtatore conſideratum; quod voluit Simon de Præt. *d. dubit.* 10. *n.* 88. *in fin.*

Et etiam excuſatur hæres, quando contenta in teſta- 46
mento ignorabat, quia ignorantia liberat ipſum ab omni pœna, *l. igitur, ff. de liber. cauſ.* Alban. *conſ.* 45. *n.* 17. Ruin. *conſ.* 150. *n.* 5. *lib.* 3. Riminal. *conſ.* 226. *n.* 7. Tiraq. *de pœn. temper. cauſ.* 13. *à n.* 1. Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 90. *inſpectione ſecunda, de pœn. temperand.*

Excuſatur à pœna privationis hæres, ſi ipſe non 47
provocavit legatarium ad judicium, ſed ab eo provocatus reſiſtit: nam parcendum eſt ei, qui provocatus ſe defendit, *l. qui cum major. in fin. ff. de bon. libert.* & defenſio eſt de jure naturali, quæ ideo per generalia verba non excluditur: ultra quod moleſtia, quæ oritur ex facto, & culpa legatarii, cenſetur ſemper excluſa, *l.* 1. *ff. quando actio de peculio eſt annal. in §. fin.* & per prædicta rationes ita tenet Caſtrenſ. *in conſ.* 371. *n.* 4. Hæc tamen ſententia, ſi ita generaliter intelligatur non eſt vera, quia etiam reſiſtendo dicitur quis moleſtiam inferre, *l. non ſolum, §. ſi ſtatus controverſia, ff. de procurat.* Leander Galganetus *d. cap.* 5. *quæſt.* 10. *ſub numer.* 14. verſ. (*ſexta.*)

Notandum eſt, quòd hæres prohibitus ne moleſtiam 48
inferat, ex eo ſolo quòd hæreditatem repudiat, dicitur moleſtiam facere: ita ut relicto privandus ſit; Bart. *in l. filio pater, in fin. verſ.* (aut eſt excluſus,) *ff. de leg.* 1. Ruin. *in conſ.* 47. *num.* 3. *lib.* 2. Quòd quando per repudiationem hæreditatis uxor impeditur conſequi integrum uſumfructum, in quo teſtator gravaverat hæredem, ne quomodolibet moleſtiam inferret, dicitur contravenire, & impugnare, atque facere locum privationi, Marta *d. clauſ.* 65. *n.* 4.

Hæres excuſatur, ſi non ipſe, ſed familia ſua mole- 49
ſtaverit, quia pœna non debet tranſcendere ſuos authores, *l. Sancimus, C. de pœnis, cap. non debet, de regul. jur. lib.* 6. Riminal. *conſ.* 203. *n.* 44. & *in conſ.* 375. *n.* 10. & *in conſ.* 551. *n.* 43. & eſt text. *in l.* 2. *ff. de noxalibus action.* Felin. *in cap.* Petrus, *n.* 2. *de homicidio*, Jaſ. *in l.* 1. *n.* 3. *ff. ne quis eum, qui in jus*: Afflictis *deciſ.* 82. *n.* 2. Barbat. *conſ.* 13. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 21. *n.* 1. *lib.* 4.

Neque obſtat, quòd dominus teneatur pro familia, *l. is, cujus, ff. ſi ſervit. vendicet*, quia loquitur quando familia aliquid fecit de voluntate domini, ut Gloſſa *ibi* declarat, & *ibi* Bart. Bald. & Angel. illo enim caſu dominus tenetur, *cap. conſtitutum*, ubi Gloſſa, *de teſtibus, Clement. ne agro, §. porro, de ſtatu monachorum, cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat.* imò voluerunt multi, quòd factum à ſervo præſumatur de voluntate domini: Roman. *conſ.* 68. *colum.* & *conſ.* 152. *colum. fin.* Alex. *conſ.* 69. *num.* 5. *lib.* 2. Quando enim dominus ex facto familiæ ſentit commodum tenetur, juxta notata per Roman. & Jaſ. *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, ff. de novi oper. nunc.* Alber. *in l.* 2. *§. ſi quis, ff. ne quid in loco publico*, Alciat. *conſ.* 357. *in fin.* Bart. *in l. fin. n.* 5. *ff. de quæſt.* Bal. *in l.* 1. *num.* 22. *ff. de fide inſtrumentorum*, & *in conſ.* 20. *n.* 1. *lib.* 3.

Excuſatur hæres ſi neceſſitate adſtrictus legatariis 50
moleſtiam intuliſſet, quia prohibitio moleſtiæ debet intelligi de voluntaria, non neceſſaria, exemplo *l. alienationes, ff. famil. erciſcun. l.* 1. *ff. de fundo dotali*, Riminal. *conſ.* 551. *à n.* 30. & confirmatur exemplo illius, quòd dicitur alienationem immobilium factam à minore valere ſine ſolemnitatibus, quando alienatur virtute ordinationis paternæ, licèt aliàs ſine ſolemnitatibus non valeat; ut per Jaſ. *in l.* 1. *§. ſuis quæſitum, numer.* 15. ubi Rip. *n.* 10. *ff. ad Trebellian.* & *in l. qui Romæ, §. cohæredes, num.* 21. *ff. de verb. oblig.* Nevizan. *conſ.* 84. *num.* 3. & 4. Gramm. *conſ.* 10. *num.* 2. Roland. à Valle *conſ.* 99. *num.* 39. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 171. *n.* 67. Lambertin. *gloſ.* 1. *n.* 3. Leander Galganet. *in loco allegato, ſub num.* 14. verſ. (octavo.)

Tandem excuſatur, quoties legatarii tacitè remiſe-
rint pœnam privationis, petendo implementum volun- 51
tatis; Gloſ. & Bar. *in l. Æmilius, ff. de minor. in l.* 2. *C.*

de

de jure emphyten. Ruin. *conſ.* 150. *n.* 5. *lib.* 3. *Angel. conſ.* 373. *n.* 1. Cravet. *conſ.* 206. *n.* 2. Corn. *conſ.* 208. *in fin. lib.* 1. Roland. *conſ.* 69. *n.* 46. *lib.* 4. Galganet. *ubi ſup. ſub num.* 14. verſ. [nono excuſatur.)

Lis fuit agitata in Supremo Regio Senatu, inter legatarium quendam, & Marchionem de los Velez, hæredem cujuſdam, & fuit cuidam factum legatum quin-
5 gentorum aureorum, ea conditione adjecta, ne cum rigore tale legatum exigeret à dicto hærede; & licèt pluries monuiſſet hæredem prædictum legatarius, ut ſolveret dictum legatum, noluit, & provocavit in judicium hæredem, qui ſe tuebatur, quòd legatarius non potuerat eum ad judicium trahere, quia teſtator vetuerat id legatum peti cum rigore: & auditis utrimque partibus, Senatus Supremus præceptum de ſolvendo fecit hæredi, ut intra tempus quatuor menſium dictum legatum ſolveret, eiſque tranſactis, & legato non ſoluto, mandatum executionis præſtaretur: eaque ratione motus fuit Senatus, quia rigorem facti, & non juris rigorem teſtator intellexit, ut ſuperiùs latè explanatum eſt *à n.* 16. *& ſeqq.*

QUÆSTIO XLIII.

Si venditor noluit teneri de evictione in inſtrumento, an emptor agat ad pretii reſtitutionem contra venditorem?

SUMMARIUM.

1 *Si venditor nullo modo vult teneri de evictione, emptor non poteſt agere de evictione contra emptorem, ſed ſolum ad pretii reſtitutionem.*

2 *Declaratur, quòd etſi venditor non ſe obliget de evictione, erit tamen obligatus ex natura actus, re evicta, ad pretii reſtitutionem, & ad ſolvenda damna, & rei æſtimationem, & intereſſe lucri, & damni.*

3 *Hoc intellige in emptore bonæ fidei, secùs in malæ fidei emptore, qui nec pretium repetet, nec aliquid ſupra dictum, niſi meliorationes.*

4 *Declaratur, etiam venditor expreſsè dixerit, quòd quocumque caſu nihil evictionis nomine teneatur præſtare, adhuc re evicta tenetur ad pretium.*

5 *Reſtitutio pretii non venit, ſi adſit pactum, quòd nec venditor teneatur ad pretii reſtitutionem.*

6 *Remittentibus jura, ad ea non datur amplius regreſſus.*

7 *Pactum quòd quis non teneatur ad pretii reſtitutionem, an operetur, ſi pretium non eſt ſolutum? & numero* 5.

8 *Limitatur concluſio principalis, quando venditor conveniret nolle præſtare evictionem pro certa cauſa, & perſona, quia tunc non reſtituitur pretium.*

9 *Idem erit ſi venditor dicat, quòd teneatur pro dato, & pro facto ſuo tantum, non aliter, nec alio modo, & re evicta ad nihil teneatur, etiam pretium reſtituere debet.*

10 *Declaratur, niſi pactum reſtrictum ſit ad certam perſonam.*

11 *Opinio* Rubei *refertur.*

12 *Bonæ fidei contractus non patitur, ut emptor rem amittat, & venditor pretium retineat.*

13 *Textus in* l. qui libertatis, *declaratur per textum in l.* emptorem, §. qui autem, ff. de actionibus empti.

14 Covarruv. *refertur, & reprobatur ex ſententia* Caballini.

15 *Ubi habetur caſus legis non eſt ambigendum.*

16 *Venditor non tenetur ad pretii reſtitutionem, quando eſt mutua, & reciproca traditio.*

17 *Ponitur cautela ad tollendum omne dubium.*

18 *Vendens jure crediti ad pretium ſaltem reſtituendum tenetur, licèt non ad evictionem teneatur.*

19 *Quod etiam procedit, etiamſi venditor feciſſet pactum, quòd non teneatur de evictione.*

20 *Ad reſtitutionem pretii quandoque convenitur quis, licèt vigore pacti de evictione non teneatur.*

Hanc quæſtionem diſputarunt Gloſ. & omnes in *l. emptorem*, §. *qui autem*, *ff. de action. empt. l.* 4. *tit.* 14. *part.* 7. ubi Gregor. Lopez, Cartarius *decif.* 70. *n.* 2. *& n.* 5. *gloſ.* 8. Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 17. Palat. Rub. *in repet. Rub. c. per veſtras*, §. 50. *n.* 14. Ferrar. *in praxi, in forma libel. in cauſa venditionis, verb.* (promittens,) *n.* 1. & *ibi* Additio *lit. D.* Ariſmin. Tep. *tom.* 2. *var. ſent. tit.* 423. *cap.* 9. Cardoſo *in praxi, verb.* (emptio,) *n.* 12. Cæſar Cluſian. *de pretio, & æſtim. lib.* 1. *cap.* 4. *fol.* 19. Seſ. *decif.* 14 à n. 1. *lib.* 1. Vinc. de Franch. *dec.* 239. Surd. *conſ.* 36. *n.* 6. & 22. Franciſ. Viv. *decif.* 152. *lib.* 1 Caballin. §. 5. *à n.* 25. Gratianus *tom.* 3. *diſcept.* 566. *n.* 3. Mar. Giurba *decif.* 87. *n.* 12. Gom. de Leon *centuria* 12. Card. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 4. *& tit.* 27. *n.* 20.

Quando venditor in inſtrumento dicit, quod nullo modo vult teneri de evictione, tunc emptor non poteſt agere de evictione contra venditorem, ſed ſolum ad pretii reſtitutionem, *l. emptorem*, §. *qui autem*, *ff. de action. empti*, ubi Paul. de Caſtr. quam ſingularem dicit Roman. *ſingular.* 387. Aretin. *in* §. *actionum*, *num.* 27. *Inſtit. de action.* Anton. de Burgos *in cap. fin. n.* 15. *de emption. & vend.* Corneus *conſ.* 226. *n.* 6. *lib.* 2. Chaſſanæus *conſ.* 55. *n.* 43. Rub. *conſ.* 152. *n.* 2. *& ſeqq.* Alciat. *conſ.* 158. Rebuſ. *tit. de dit. art.* 5. *gl. unic. n.* 51. Card. Mantic. *lib.* 4. *de contract. tit.* 24. *à n.* 3. Maranta *in praxi. p.* 1. *n.* 44. 1

Declaratur, ſi venditor non ſe obliget de evictione, erit tamen obligatus ex natura contractus re evicta ad reſtituendum pretium, & ad ſolvenda damna, & rei æſtimationem, & intereſſe damni, & lucri, *l. non dubitatur, C. de evict. l. venditor, l. evicta, ff. de evict.* Covarr. *lib.* 3. *var. reſol. c.* 15. *n.* 1. Joſeph. Seſſe *decif. Regni Aragonum.* 14. *num.* 1. *tom.* 1. Quod tamen eſt intelligendum in emptore bonæ fidei: secùs autem, ſi haberet malam fidem ſciens tempore venditionis alienam eſſe, non autem ipſius venditoris; nam tunc nec pretium repetet, minùſque habebit actionem ordinariam de evictione ad intereſſe damni, & lucri, & meliorationum contra venditorem [licèt ab evincente poſſit conſequi meliorationes ſecundum diſtinctionem, quæ fit in expenſis factis à malæ fidei poſſeſſore, vel in re ſubjecta reſtitutioni) & ſic nec quantum ad pretium conſequendum à venditore operabitur mala fides emptoris, re evicta, *l. ſi fundum, C. de evict.* Covarr. *ubi ſup. n.* 2. verſ. (*Ad eam quæſtionem*,) Sed ſi venditor dixerit, quòd quocumque caſu nihil evictionis nomine præſtare teneatur adhuc re evicta tenetur ad pretium; Glo. & DD. *in d. l. emptorem*, §. *qui autem*, *ff. de action. empt.* Seſſ. *d. decif.* 14. *n.* 3. quod verum eſt ſivè in genere evictio fuerit excepta ſecundùm Caballinum *d.* §. 5. *num.* 26. Franciſcus Vivius *decif.* 152. *num.* 3. *lib.* 3. Quia generale pactum, quod venditor non teneatur de evictione, non operatur, quin illa ſequuta ad pretii reſtitutionem teneatur venditor; Socinus *regula* 4. Roſental. *de feud. c.* 9. *concl.* 27. Surdus *d. conſ.* 36. *à num.* 15. Mantic. *de tacit. & amb. convent. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 4. *& tit.* 27. *n.* 20. notant DD. *in l. qui Roma*, §. *duo fratres*, & ibi Jaſon. *n.* 38. *ff. de verb. obligat. & in l. pater puella, C. de inofficioſo teſtamen. n.* 4. Gomez de Leon *decif. Hiſpalenſ.* 12. *n.* 10. Maranta *de judic. par.* 2. *n.* 44. Nicolaus Mozius *de contract. de empt. rubr. de naturalib. n.* 5. *&* 6. Cardinalis Tuſchus *lib.* 8. *concl.* 362. *n.* 1. Peregrinus *conſ.* 91. *n.* 6. *lib.* 3. Paſers *conſ.* 111. *n.* 13. communem dixit Alex. *conſ.* 235. *n.* 9. & 10. *lib.* 6. Tiraq. *lib.* 1. *de retract.* §. 12. *glo.* 1. *n.* 10. Cravet. *conſ.* 618. *n.* 6. Marius Giurba *decif.* 87. *n.* 12. Cum relata jura, & ſententiæ loquantur facta pretii ſolutione, & dicunt, quòd venditor non teneatur ad pretii reſtitutionem

tionem, ſi tamen eſſet actum, quòd nec ad pretii reſtitutionem teneatur, dicit Gloſſa in dicto §. qui autem, quòd hoc pactum valet, & cum Gloſ. tranſeunt Paulus de Caſtro, & Alex. ibi, in add. ad Bart. quos congerit Tiraquel. de retract. lignag. §. 12. n. 10. Crot. in repetition. §. Cata, n. 43. ff. de verborum oblig. Franch. deciſ. 239. n. 3. ubi dicit vidiſſe conſultum per excellentiſſimos Doctores hoc pactum non valere, tamquam contra naturalem æquitatem, cum nemo debeat cum aliena 7 jactura locupletari. Tamen Crot. conſuluit contrarium, & ſic obtinuiſſe aſſerit, quia remittentibus jura ſua ad illa non datur amplius regreſſus, l. ſequitur, §. ſi venditor, ff. de ædilitio edicto, nec eſt contra naturalem æquitatem; quia venditor lucratur pretium de voluntate emptoris.

8 Limitatur non procedere, quando conveniret venditor nolle præſtare evictionem pro certa cauſa, & perſona; quia tunc non etiam pretium foret reſtituendum, l. qui libertatis, ff. de evict. & ibi Salycet. dicit tenendum menti, & in l. qui rem, §. quolibet tempore, ff. de evict. Aretin. in §. actionum, n. 30. Inſtit. de act. & ante omnes voluit Gloſ. in l. non dubitatur, C. de evict. & ibi Alberic. & in l. ſi familia, C. famil. erciſcund. Romanus ſingul. 387. Socinus regul. 437. ubi in prima limitatione declarat non procedere, quando venditor dicit ſe nolle teneri pro certa cauſa, vel caſu. Cartarius deciſ. 70. n. 5. Jaſon in l. ſtipulatio iſta, num. 11. ff. de verborum obligat. Afflictus in c. Imperialem, in 13. notab. n. 108. de probib. feu. alien. per Federic. Bald. & Salycet. in l. 1. q. 5. C. de peric. & com. rei vendit. Ripa in l. ſi aliquam, n. 47. ff. de acquir. poſſ. Natta conſ. 181. n. 7. Petrus Surdus conſ. 36. n. 22. Caballin. d. §. 5. n. 26. de evict. & tamquam communem defendunt contra Covarr. lib. 3. variar. cap. 17. n. 2. Anton. Rub. in d. §. morte, n. 446. ff. de novi oper. & Modern. Apoſt. ad Decium conſ. 281. col. 3. circa fin.

9 Idem eſt dicendum, quando dictum eſt, quòd teneatur pro dato, & facto ſuo tantum, & non aliter, nec alio modo: idem etiam ſi dictum ſit quòd re evicta ad nihilum teneatur, ut refert Caſtren. in d. l. emptorem, §. qui autem, tenet Curt. Jun. in l. emptionibus, in fin. ff. de pactis, Ant. de Burg. in d. cap. fin. num. 15. de empt. & vendit. Marſil. ſingul. 656. ubi loquitur, quando convenit venditor nullo modo teneri velle, quia nihilominus 10 pretium reſtituet, niſi pactum ſit ad certam perſonam reſtrictum, ut ſuprà diximus, Surdus conſ. 36. ſub n. 22. Rub. conſ. 152. n. 2. & in l. non ſolum, §. morte, n. 444. ff. de nov. oper. Chaſſan. conſ. 55. n. 43. Alciat. conſ. 158. n. 1. Tiraq. de retractu conſang. §. 12. glo. 1. n. 10. Ant. Gomez lib. 2. variarum, cap. 2. n. 39. verſ. (Primus quando:) ubi tamen intelligit, quando pactum eſt generale, & indefinitum, Natta d. conſ. 181. n. 7. Caballin. §. 3. n. 24. & §. 5. n. 25. de evictione.

11 Rubeus movetur; ubi quis non vult teneri de evictione pro facto alieno, tenetur ad reſtitutionem pretii, ergo idem videtur ubi non vult teneri pro facto Sempronii, cum idem operetur genus in ſuo genere, quod operatur ſpecies in ſua ſpecie, l. ſi duo ff. de teſtam. tutel. & videtur hoc probare text. in d. §. qui autem, verſic. (Ibidem ait,) ubi dicitur quòd ſi in inſtrumento dicatur, 12 nihil evictionis nomine præſtaturum, pretium quidem deberi, licèt non teneatur ad id quod intereſt: & ſubdit text. neque enim bonæ fidei contractus hanc patitur conventionem, ut emptor rem amittat, & pretium venditor retineat, Surdus idem tenet in d. conſ. 36. n. 6. Iſta enim ratio ita concludit, ubi quis non vult præſtare evictionem reſpectu certæ perſonæ, vel cauſæ, ſicut ubi non vult aliquo modo teneri de evictione; quia ſemper 13 militat ratio, quòd ſumus in bonæ fidei contractibus; debet ergo textus in dicta l. qui libertatis, declarari per textum in dicto §. qui autem, ut non præſtetur reſpectu intereſſe, ſed benè reſpectu pretii.

Covarruvias ubi ſuprà arguendo à ſufficienti partium enumeratione, ait, quòd pretium iſtud, vel pertinet ad venditorem, poteſtque ab eo retineri jure venditionis, vel cauſa donationis ſaltem præſumptæ, aut in pœnam emptoris rem alienam ſcienter & mala fide ementis. Sed tamen Caballinus refutat Covarr. ubi ſuprà ſub num. 26. ubi ait, quòd in hac ſpecie nulla harum cauſarum ſufficiens eſt. Igitur pretium iniquè à venditore retinetur, & juſtiſſimè eſt emptori reddendum.

Prima quidem cauſa manifeſtè deficit, eo quòd cum res vendita fuerit aliena, & ab emptore evicta, nec tranſierit in ejus dominium jure venditionis, venditor eo titulo pretium habere nequit. Secunda ratio debilis eſt cum donatio minimè præſumenda ſit ubi alia tractatur cauſa, nempè commutatio rei, & pretii. Nec enim probatur jure, nec enim ſequitur, conſenſu emptoris fuit recepta ſpecialis cauſa evictionis: ergo emptor ſcivit rem alienam eſſe; potuit enim cogitaſſe, & exiſtimaſſe, nihil periculi ſibi evictionis cauſa, quæ excepta fuit, imminere; ſatiſque erit, quòd venditor ſit immunis ab actione evictionis, atque exemptus quoad intereſſe, & alia damna illius cauſa contingentia; & huic ſententiæ fuit Albericus in d. l. qui libertatis, quæ opinio in puncto juris videtur verior, & ſuſtentabilior, quandoquidem text. in d. l. qui libertatis, dicit ſimpliciter, quòd venditor non teneatur evictionis nomine, &c. nec de pretio aliquod verbum dicit, & tamen in d. l. emptorem. §. qui autem, probatur, quòd etſi evictionis nomine nihil debeatur, pretium nihilominus reſtitui debere; & ſic videtur caſus legis expreſſus. Unde non videtur ambigendum, quidquid aliis 14 ſenſerint in contrarium, quorum authoritas probabilis eſt, legis verò neceſſaria; Baldus in l. conventicula, colum. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis, Abbas in cap. 1. in fine, de conſtitutionibus, Socinus Junior conſ. 62. n. 22. lib. 3. Et comprobatur hæc diſtinctio alio ſimili, quòd ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. de pretio, ff. de Public. in rem act. Et tamen ſi aliqua lex generaliter loquatur, & in illomet caſu alia lex diſtinguat; tunc interpretanda eſt lex illa generaliter loquens ſecundum aliam diſtinguentem, ut eſt exemplum in l. quoniam, ff. de condict. furt. quæ indiſtinctè loquitur, quæ per l. falſus, §. ſed etſi, ff. de furt. diſtinguitur.

Non tenetur venditor ad pretii reſtitutionem, quan 15 do eſt mutua, & reciproca traditio, & invicem conventum eſt, ne de evictione teneantur; tunc enim non tenebuntur, nec ad pretii reſtitutionem, Gloſ. ſingularis, in l. familia, C. famil. erciſ. quam notabilem dicunt ibi Bar. & Paul. de Caſtro, Roman. ſingul. 387. Jaſ. conſ. 211. col. 5. lib. 2. Socin. in reg. 437. & ego ſum ejuſdem ſententiæ, ut pretium reſtituatur per ſupra dicta, & tenent etiam Caballin. d. §. 5. n. 27. Ad tollendum 16 omne dubium cautela eſt, ut in inſtrumento apponatur, quòd venditor non vult teneri de evictione, nec ad pretii reſtitutionem, niſi pro ſuo dato, & facto ſuo tantum, quomodocumque, & qualitercumque res evincatur, & quòd emptor renunciat omni Juri, & actioni, & quibus poſſit de evictione agere contra formam prædictam, & tale pactum valet; ut teſtatur Gloſ. in d. §. qui autem, Antonius Rubeus in l. non ſolum, §. morte, num. 447. Caballin. ubi ſup. n. 28.

Ampliatur concluſio, quòd vendens jure crediti, 17 licèt de evictione non teneatur, ſaltem tenetur ad pretii reſtitutionem: Alex. in d. §. qui autem, & in add. magna ad Bart. ibi, ubi plenè quidem oſtendit, quòd creditor vendens jure crediti, ſi in eo non concurrant illa quatuor de quibus per Gloſ. final. & Doct. in l. 1. C. credit. evict. pign. non tenetur, quòd habeat potiora jura, cum aliis ibi connumeratis, eſt in eodem ſtatu, in quo reperitur, qui vendit jure proprio, quia de evictione tenetur: imò plus dicit ibidem in præcedentibus verbis, poſt Bart. & loquitur in fortioribus ter- 18 minis, quòd etiamſi feciſſet pactum expreſſum cum

emptore, quòd de evictione non teneatur, adhuc tamen evictione ſequuta, licèt non teneretur ad alia incommoda & damna, teneretur nihilominus ad ipſius pretii reſtitutionem niſi expreſsè fuerit cautum, quòd ad ejuſdem pretii reſtitutionem non teneatur; ex text. in d. §. *qui autem*, ubi eſt caſus in terminis, quòd licèt in venditione ſit pactum, quod de evictione non teneatur venditor, tamen ſi res ex cauſa vendicetur de præterito, non poterit effugere, evicta re, quin teneatur ad pretii reſtitutionem: tenuit eandem ſententiam Gloſſ. in *l. non dubitatur*, *C. de evict.on.* Bald. *in l. 2. colum. fin. verſ.* (Secundò quæro,) *C. de periculo, & commod. rei vendit.* Joan. Amb. *in add. ad Specul. in tit. de empt. & vend. §. fin. in princ.* Franc. Vivius *dec.* 152. *lib.* 1. Aloiſ. Ric. *collect.* 28. *p.* 1. *& collect.* 382. *ad l. emptor fundi*, *C. de evict. p.* 2.

QUÆSTIO XLIV.

An ſi emptor potuit uſucapere, & præſcribere rem emptam, & non fecit, agat de evictione?

SUMMARIUM.

1 *Emptor, qui potuit uſucapere, & præſcribere rem emptam, & ſua culpa non fecit, ab evictionis actione cadit.*

2 *Emptor ſi non habet rem venditam propter factum ſuum, non agit de evictione.*

3 *Delinquens circa rem non agit de evictione.*

4 *Evictionis actio non datur emptori, quando ſe tueri poteſt exceptione præſcriptionis, ſive illam oppoſuerit, vel non.*

5 *Si emptor ſe tueri non poteſt, datur evictio licèt res poſt longum tempus ſit evicta.*

6 *Evictioni non eſt locus re non tradita.*

7 *Evictionis actio, & actio imperfectionis contractus ſunt contrariæ.*

8 *Evictionis fidejuſſor non tenetur de evictione, ubi agitur de reſciſſione contractus.*

9 *Principalis concluſio non procedit de jure Canonico, quia ubicumque intervenerit bonæ fidei defectus, uſucapionem vitiat.*

10 *Præſcriptio de jure Civili tantùm requirit bonam fidem à principio, licèt in progreſſu interveniat ſcientia rei alienæ, quod ſecus eſt de jure Canonico.*

11 *Actio ex empto de evictione, triginta annis præſcribitur, ſicut cætera actiones.*

12 *Re non evicta non currit præſcriptio.*

13 *Evicto non poteſt imputari culpa, ſi ante evictionem non egit.*

14 *Teſtator, ſi mandet omnia ſua debita perſolvi, an omnem præſcriptionem excludat.*

15 *Præſcriptio cum mala fide non currit.*

16 *Lex, qua cavetur, ut certo tempore præſcribat, qui ſcit ſe debere, non valet.*

17 *Præſcriptio temporalis introducta eſt in pluribus Provinciis per leges circa ſalaria famulorum.*

18 *Clauſula, quod omnia debita ſolvantur in foro animæ, non intelligitur de debitis bona fide præſcriptis.*

19 *Debitum, ſi cum bona fide, & taliter fuerit præſcriptum, prout de jure Canonico præſcribi potuit, non eſt ſolvendum; ſecùs ſi ſine bona fide, & contra jus, Canonicum præſcriptio cucurrerit.*

QUæſtionem hanc tractarunt Benedictus Capra *regul.* 87. *n.* 247. Bartholom. Bertaz. *in conſ. civil.* 106. *n.* 19. Caballinus *d.* §. 5. *n.* 29. *de evictione.* Franciſcus Vivius *deciſ.* 155. *n.* 10. Cardoſo *in praxi judicum, verbo* (emptio) *n.* 27. Quando emptor potuit uſucapere,
& præſcribere rem emptam, & non fecit ſua culpa, non 1
habet regreſſum de evictione: Petrus Surdus *de aliment.*
tit. 9. *q.* 42. *n.* 34. negativam ſequitur, ex *text.* cum Gloſ-
ſa in *l. ſi dictum*, §. *ſed cum poſſet*, *ff. de evict.on.* quia ta-
liter ſe impedivit perquirendo, an aliquis eſſet dominus
rei, vel ſic ſibi fuerit evicta? Socin. *in regula* 438. Vel 2
etiamſi emptor non habuit rem venditam propter fa-
ctum ſuum, non agit de evictione, *l. ſi mancipium*, *ff. de*
evict. Rimin. *conſ.* 205. *n.* 21. Benedict. Capra *reg.* 87.
n. 252. *&* 255. *& n.* 271. ubi loquitur quando contra le- 3
gem venditionis emptor verſatus eſt: & quando delin-
quit circa rem, quòd non habeat actionem de evictio-
ne, probatur in *l. fundum*, & *ibi* Bart. *ff. de evict.on.* tra-
dit Caballinus *d.* §. 5. *n.* 42. *&* 50. Bertazol. *in d. conſ.*
106. *n.* 18. *&* 19. ubi dicit, quòd emptor amittit actio-
nem de evictione, ſi noluerit uſucapere cum potuerit,
vel noluerit perficere contractum, vel adipiſci poſſeſſio-
nem rerum venditarum, Vivius *deciſ.* 155. *ſub num.* 10.
lib. 1. Et melius comprobatur, quia evictionis actio non 4
datur emptori, quando ſe tueri poteſt exceptione præ-
ſcriptionis, ſive illam oppoſuerit, ſivè non, *l. ſi obligata*,
ubi Gl. verb. [*non poteſt,*] & DD. *C. de evict.on. & l.*
ſi rem quam, §. *ſi dupla*, *& l. ſi per imprudentiam*, *ff. de*
evict.on. Si tamen ſe tueri non poteſt, datur evictio, li- 5
cèt res poſt longum tempus ſit evicta, *l. empti actio*, ubi
Baldus, & Salycetus, *C. de evictionibus*, Antonius Cardo-
ſus *in praxi Judic. & Advocat. verbo*, (emptio,) *n.* 27.
Quod tamen declaratur, ſi res non ſit tradita emptori; 6
cùm, re non tradita, non poſſit agi de evictione, *l. evi-*
cta, §. *ſi ſervus*, *ff. de evictionibus*. Bar. & Angel. *in l.* 3.
ff. de dol. mal. met. exceptio. ubi *Com.* ampliat, etiamſi ſit fa-
cta traditio, ſed non plena, Bertaz. *d. conſ. civil.* 106. *n.* 6.

Notandum tamen eſt, quòd actio evictionis, & 7
actio imperfectionis contractus, ſunt contrariæ; ut pro-
bat Bald. *in conſ.* 296. *ante fin. lib.* 2. verſ. [*Præterea.*]
iſti caſus in ſuis terminis ſunt contrarii, ſcilicèt, rem
non eſſe traditam, & evictam; Bertazol. *dicta conſil.*
106 *n.* 4. ubi latè hoc tradit, & dicit, quòd res non di-
citur evicta, ex quo non fuit tradita; & ſic videmus,
quòd fidejuſſor, qui de evictione promiſit, non tene- 8
tur niſi res tradita ſit; nam ſi principalis venditor agat
contra emptorem, remedio *l.* 2. *C. de reſcindenda vend.*
ad reſciſſionem contractus, fidejuſſor non tenetur, ut
voluerunt Petrus, Cin. Alber. Angel. Caſtr. Fulgoſ. *in*
l. fin. C. de fidejuſſ. minorum, idem Alber. *in d. l.* 2. *n.* 20.
Caballinus *in* §. 2. *n.* 20. *de evict.*

Principalis concluſio hodie non procedit inſpecto ju- 9
re Canonico, quòd in materia peccati ubique ſervatur
in utroque foro, quo jure, quandocumque intervenerit
bonæ fidei defectus, uſucapionem vitiat, *cap. fin. de*
præſcrip. Caballinus *d.* §. 5. *n.* 29. ubi ait, quòd imò etiam
perfecta uſucapione, fuere qui in foro conſcientiæ tu-
tum non eſſe poſſeſſorem crediderunt, *c. vigilanti*, *de*
præſcrip. Canoniſtæ *in cap. vigilanti*, *relato*, Alciatus *in*
Rubric. de acquir. poſſeſſ. n. 3.

Licèt enim de jure Civili præſcriptio requirat tantùm 10
bonam fidem à principio, etſi in progreſſu interveniat
ſcientia rei alienæ, *l. unic. C. de uſucapio. transforman.*
l. 2. §. *ſi ſervus*, *ff. pro emptore*, *l. ſi quis*, §. 1. *C. de præ-*
ſcrip. 30. *vel* 40. *annor. c. ſi virgo*, 34. *q.* 2. De jure tamen
Canonico requiritur bona fides, tàm à principio, quàm
in progreſſu temporis, Gloſ. in *d. c. vigilanti*, *& cap. fin.*
de præſcrip. Et in hoc eſt ſervandum illud, quòd diſ-
ponit jus Canonicum, etiam quatenus diſponit in foro
contentioſo, quia ſemper tendit in ſalutem animæ, &
in utilitatem illius, *c. cum contingat*, ubi Gloſ. *verbo*
(debent) *ad med. de jurejur.* Cardoſo *in dict. prax. ver-*
bo. (præſcriptio) *n.* 16. *& ſeqq.*

Animadvertendum tamen eſt, quod refert Balbus 11
in tract. de præſcrip. p. 4. 4. *p. princ. q.* 27. quòd actio ex
empto competens pro evictione præſcribitur triginta
annis, ſicut cæteræ perſonales actiones. Sed tamen non 12

currit præſcriptio antequam naſcatur, id eſt, antequam res fuerit evicta, text. eſt juncta Gloſ. in l. empti, & ibi notat Salycet. C. de eviction.

13 Eſt tamen etiam animadvertendum, quod evictio non poteſt imputari culpa, ſi ante evictionem non egit, ut dicit Alexan. conſ. 106. ſub n. 9. lib. 5. Ant. Monach. deciſ. Florentin. 7. n. 6.

Sed cum hanc quæſtionem ſcriberem, occurrit mihi caſus præſcriptionis valdè pulcher in cauſa cujuſdam Nobilis, quæ vertebatur inter teſtamentarios hæredes ſeu executores ejuſdem, ejuſdemque familiares, qui petebant ſalaria à teſtamentariis; & oponebatur familiaribus, quòd erat tranſactum tempus octo annorum, & erat jam præſcriptum ſalarium; dicti ſervi, ſeu fa-
14 miliares retorquebant, dicentes, quòd dictus Nobilis in ſuo ultimo elogio juſſerat omnia ſua debita perſolvi, & cuicumque petenti, & intelligitur ſolvi mandaſſe de debito, quod præſcriptione, vel exceptione elidi poterat. Et in ſcriptis reſponſum præbui: his fundamentis. Primò quòd dicti teſtamentarii probè ſciebant dictum ſalarium deberi (& hoc non negabant) familiaribus, & ſic non ſolvendo erant in mala fide, quæ mala fides tranſit in teſtamentarios tamquam hæredes Nobilis, l. cùm hæredes, 12. ff. de diver. & tempor. præſcript. l. nec uſufructuarium, C. de uſufructu, Covarr. in regul. poſſeſſor, 2. par. §. 9. n. 1. Surdus conſ. 296. n. 10.
15 lib. 2. Sed cum mala fide præſcriptio non procedit, regul. malæ fidei, de reg. jur. lib. 6. cap. fin. de præſcript. Gironda de gabel. 4. par. §. 2. num. 22. Mexia ad legem Toleti, 10. par. primo fundam. n. 9. & in taxa panis concl. 1. num. 142. Guttier. in l. nemo poteſt, num. 487. ff. de legat. 1. Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 37. n. 17. Alvarus Valaſcus tomo 2. conſult. 125. à num. 5. Gamma deciſ. 335. n. 5. & 7. Jacob. Cancer. tomo 2. var. c. 14. n. 113. Felicianus lib. 2. cap. 1. n. 31. de cenſib. Marius Giurba deciſ. 13. ſub n. 11. Gratian. tomo 1. diſcept. 52. n. 12. & 16. & diſput. 441. n. 6. tomo 3. Surdus conſ. 28. n. 68. & conſ. 234. n. 4. & conſ. 276. n. 28.

16 Secundò non valet lex, qua cavetur, ut ſciens ſe debere, certo tempore præſcribat, tamquam iniqua: ne poſſeſſor cum aliena jactura locupletetur, ſciendo ſe habere alienum, c. fin. de præſcript. Bertrand. conſ. 46. lib. 3. Capella Toloſana, q. 74. & hanc communem eſſe aſſerit Ripa in l. nemo poteſt, n. 116. & communem, & æquiorem, & veriorem dicit Hieronym. Laur. deciſ. Avenion. 86. n. 4. Cancer. ubi ſup. Gratianus diſcept. 403. n. 19.

Tertiò confirmatur, quia dictus Nobilis in ſuo teſtamento juſſerat omnia debita ſua perſolvi ob exonerationem conſcientiæ, & ſic dicti teſtamentarii, cum loco hæredum habeantur, tenentur ſolvere debita præſcripta: Bal. in l. utiliter, C. de fideicommiſſis. & ſalva conſcientia hoc non poterat teſtator retinere, §. habeat, in Authent. ut Eccleſia Romana, collat. 2. Belluga de materia executorum, rubric. 17. §. fin. num. 8. Et quia moriens videtur cogitaſſe de ſalute animæ magis, quàm vivens Bald. in l. 2. ubi Addit. C. de fideicom. Alex. ad Bar. in l. legavi, n. 3. ff. de liberat. legat. idem Alex. in add. ad Bart. in l. ſi is, cui, §. Flavius, n. 3. ff. de ſolut. Felin. in cap. 1. n. 8. de præſcript. Tiraq. de privileg. piæ cauſæ, in præfat. in fin. Hieron. Leo deciſ. 46. Valentina, à n. 4. qui ita pluries refert judicatum.

17 Et etiam ſuadetur, quia lex inducens præſcriptionem circa ſalaria famulorum extat in multis Provinciis, & procedit cum bona fide, ut conſtat ex dictis.

18 Quartò, quòd dicta clauſula adjecta in teſtamento, quòd omnia debita ſolvantur propter exonerationem conſcientiæ, non intelligitur de debitis bona fide præſcriptis, ut aliqui voluerunt, Belluga in Specul. Princip. rubr. 17. §. fin. n. 8. Tiraq. ubi ſup. & § 1. de præſcript. gl. 2. n. 13. & de ceſſante cauſa, limit. 14. Covar. in reg. poſſeſſor 2. p. §. 9. Balb. de præſcript. 2. p. 3. par. princ. q. 9. Natta conſ. 402. n. 56. lib. 2. & plures, quos recenſet Hieronym. Leo d. deciſ. 46. n. 11.

Tamen diſtinguendum cenſeo, aut debitum cum 19
bona fide, & taliter quòd de jure Canonico præſcribi potuit, præſcriptum fuit: & tunc hujuſmodi debitum ſolvendum non eſt; aut debitum ipſum ſine bona fide, virtute legis, vel ſtatuti, contra jus Canonicum præſcriptum fuit; & tunc ſolvendum eſt: quia ex quo in foro conſcientiæ debetur, credendum eſt, teſtatorem de hoc debito ſolvendo ſenſiſſe; Ita Bal. in l. quibus, §. dominus, & ibi Paulus Caſtrenſ. n. 2. & Socin. num. 9. & 10. ff. de condit. & demonſtrat. & hanc diſtinctionem docet etiam Bald. in l. id, quod pauperibus, n. 22. & ibi Addit. C. de Epiſc. & Cler. illam ſequitur Ancarran. in cap. ea, quæ, n. 20. in fine, de reg. jur. Felin. in Rubric. de præſcript. n. 2. & eam amplectitur Balbus de præſcript. n. 2. par. 1. q. 5. n. 14. cum qua tranſivit Senatus Valentinus d. deciſ. 46. n. 12. quam amplector libentiſſimè.

QUÆSTIO XLV.

An ſi vendatur univerſitas rerum, & res particularis evincatur, venditor de evictione teneatur?

SUMMARIUM.

1 *Evictio non extenditur ad venditionem hæreditatis, ſi pars aliqua evincatur, & aſſignatur ratio.*
2 *Limitatur, ſi venditor affirmaverit tot bona eſſe in hæreditate, & non ſint, quia tunc tenetur de evictione.*
3 *Evictio ceſſat, niſi tota res fuerit evicta.*
4 *Contraria ſententia eſt verior.*
5 *Fundis pluribus venditis, uno evicto agitur de evictione pro uno, & tot ſunt ſpecies evictionis, quot ſunt res evictæ, & infertur ad plura ibi uſque ad num. 13.*
6 *Text. in* l. ſi dictum, §. in ſtipulatione, ff. de evict. *procedit in evictione hominis.*
7 *Evictio competit evicta parte domus, non autem evictis cæmentis, aut tabulis.*
8 *Evictio denegatur, ſi partus ancillæ pecorumvè evincatur.*
9 *Evictio non indulgetur evictis rei venditæ acceſſionibus.*
10 *Evictio locum habet evicto uſufructu.*
11 *Evictio non datur pro ſervitute evicta.*
12 *Actio quanto minoris competit, ſi in fundo uti libero vendito ſervitus reperiatur.*
13 *Servitus rei partem non continet.*
14 *Text. in* l. ex mille jugeribus, ff. de evictione. *explanatur.*
15 *Declaratur concluſio, ut actio pro evictione non competat, niſi pro parte rei evicta, & reſtitutio pretii non fit niſi pro rata, & ſi tota ſit evicta ad totum pretium agitur.*
16 *In caſibus in quibus imminet evictio non poteſt retineri pretium, niſi pro parte ſuper qua adſunt moleſtationes.*
17 *Ad ſupra dicta menſura fundi non attenditur, ſed bonitas illius.*
18 *Evictione ſequuta in fundo pro indiviſo totus fundus æſtimari debet.*
19 *Et ubi evictio pro indiviſo debetur quomodo fieri debeat liquidatio.*
20 *Evictio partis fundi ſi fiat pro indiviſo fit æſtimatio quotæ, ſi pro diviſo fit æſtimatio loci evicti.*
21 *Vendens partem rei pro indiviſo trahendo partem pro diviſo non liberatur.*
22 *Evictio quæ debetur à duobus venditoribus non præſtatur,*

præſtatur, niſi pro portione vendita.

23 *Jus habens in fundo pro indiviſo poſſeſſo à duobus pro diviſo, quomodò agere poſſit.*

24 *Finibus fundi certis demonſtratis, ſi quid ex his evincatur, an quando ſit præſtanda evictio*; ad l. fines, 10. C. de evict.

25 *Quæcumque dicuntur, ita ut præſtentur emptori, præſtanda ſunt.*

26 *Sunt autem in hac cauſa, quæcumque ita dicuntur, ut propter hæc, res pluris vendatur.*

INter alios quamplurimos Doctores, qui hanc quæſtionem exornarunt, ſunt referendi principales, omnes Repetentes in *l. 1. ff. & C. de evict.* Anton. Gomez *tomo 2. variarum, c. 2. à n. 44.* Caldas Pereira *in tract. de empt. & vendit. cap. 31. à num. 48.* Franciſcus Bec. *conſ. 106. n. 44. lib. 1.* Pet. Surdus *conſ. 104. n. 6. lib. 1. & conſ. 359. n. 30. lib. 3. & deciſ. 295. à num. 16.* Stephanus Gratianus *tomo 4. diſcept. 757. à n. 9.* Marius Muta *deciſ. Senatus Siciliæ, 24. n. 26.* Card. Mantica *dec. 437. n. 1. part. 1.* Caballin *§ 5. num. 30. de evict.* Alvarus Valaſcus *de partition. c. 1. n. 17.* Joan. Caſtil. Sotomaj. *lib. 4. controver. cap. 42. n. 67.* Cravet. *conſ. 896. num. 14. lib. 5.*

1 Evictio non extenditur ad venditionem hæreditatis, quando aliqua hæreditaria res evincitur, non ipſum jus hæreditatis venditæ, ut notatur in *l. 1. C. de eviction.* quoniam id ex eo procedit, quia vendens hæreditatem, ſolum videtur vendere quæ ad hæreditatem ſpectant, non verò aliena, & quæ extra hæreditatem ſunt: qua ratione ceſſat evictionis remedium. Unde ſi quis integram Petri hæreditatem quaſi ad ſe ſpectantem in ſolidum diſtrahat, & ejus tertia, vel quarta pars evincatur; quia fortè plures erant hæredes, quàm vendens putabat; nemo inficiabitur poſſe illum de evictione conveniri, & obligari; ex *l. ex mille, ff. de evict.* & convenit *l. 5. ff. eodem*, ubi de peculio ſcribitur ceſſare evictionem, ſi ejus aliqua res quaſi aliena evincatur: quod in quolibet alio jure univerſali obtinet, ut in *d. l. 1.* Gloſ. *ibid.* Bart. Petrus, Cinus, Jacob. Faber, Bar. Bal. Angel. Salycet. & communiter in *l. 2. ff. de hæredit. vel action. vend.* latè Anton. Gomez *d. cap. 2. n. 44.* Caballin. *d. n. 30.* Caldas *d. cap. 31. n. 51.* Valaſcus *d. cap. 1. n. 17.* ubi rationem hujus demonſtrat, dicens, quòd vendita hæreditate ſimpliciter, ſi res aliquæ hæreditariæ evincantur, non præſtatur evictio, ſecundùm Baldum *in d. l. 1. C. de eviction.* quia eſt jus univerſale, in quo ſingulæ res non conſiderantur, ſed ipſum jus diſtinctum, & ſeparatum à corporibus: & facit text. *in l. bonorum, 208. ff. de verborum ſignificat.* ubi *bonorum* appellatio, ſicut *hæreditatis*, univerſitatem quamdam ac jus ſucceſſionis, & non ſingulas res demonſtrat: & huc etiam reſpiciunt verba Bart. *in l. dies cautionis, §. Prætor ait, ff. de damno infect. in fin.* quod hæreditas eſt jus quoddam intellectuale non recipiens æſtimationem, & ideò non comprehenditur in ſtatuto loquente de quantitate: ſequitur Decius *conſ. 675. n. 8.* & probatur in *l. hæreditas, ff. de petitione hæredit.* dum dicit, quòd hæreditas etiam ſine ullo corpore, juris intellectum habet: & ſequitur Socin. *regula 438.*

2 Limitatur hæc concluſio, quando venditor affirmavit, tot eſſe in hæreditate, & non ſint: Caballin. *d. n. 30. in fine,* Alvar. Valaſ. *d. cap. 1. ſub n. 17.*

3 Reſultat igitur, ne vendens de evictione teneatur, ſi pars tantum rei venditæ, non integra res vendita fuerit evicta, ut concludit Afflictis *in c. 1. quibus mod. feud. amit. num. 57.* niſi nominatim fuit hoc dictum, per textum in *l. ſi dictum, §. in ſtipulatione, ff. de eviction.* quem text. in duplæ ſtipulatione intelligendum eſt procedere; quia non committitur, niſi integra res ſit evicta, quare quando pars tantùm fuit evicta, ſecundùm communem, ex empto actio ad æſtimationem, & intereſſe competit, ut ibi firmant *Scribentes*, & eſt text. in *l. quidquid, verſ. (ſi uſusfructus,) ff. de eviction.* & in *l. vaccæ, eodem*. quod planè innuit Afflictis *d. n. 57.* quatenus ex empto actionem concedit, & ſic explicat Anton. Gomez *d. cap. 2. num. 45.* quibus addo Gregor. Lop. *in l. 34. & 35. tit. 5. part. 5.* Qualiter hujuſmodi æſtimatio ineunda ſit, ponit Hugo Donel. ad intellectum *l. ex mille, ff. de evict. pag. 394.* licet pagina 334. de hac reſolutione dubitaverit.

In contrarium imò, quòd evictionis beneficium tribuendum ſit, quando ſolum pars rei evicta ſit, videtur probare text. in *l. 1. ff. de evictionibus,* ubi *ſive tota res evincatur, ſive pars, habet regreſſum emptor:* quibus verbis *Ulpianus* hanc rem generaliter videtur definire, & proinde non modò ex empto agi poſſe, ſed etiam ex ſtipulatu ad duplam; ad quod poteſt allegari *d. l. vaccæ emptor, 43. ff. de evict.* quæ planè probat, quòd uſufructu evicto, & ſic parte rei venditæ, ex duplæ ſtipulatione agi poſſit, quod item apertè ſignificat Ulpianus *in l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis fortè ff. de verbor. obligat.* dum ait ſtipulationem hanc, *habere licere,* tunc committi, cum uſusfructus, aut uſus evictus eſt, non enim licere habere videtur ei, cui re uti & frui non licet, aut cui aliquid de jure ſuo minuitur, ut ibi probatur. 4

Ex quibus videtur reſolvendum pro parte rei evictæ, non minus evictionis remedium ad duplam, quam ſi integra evinceretur indulgeri. Nec veritati accedit, quod nonnulli arbitrantur in *d. §. ſi quis fortè*, intelligentes in ſtipulatione ejus, quod intereſt; non autem duplæ, quaſi dupla promiſſa non ſit ſub ea conditione, ſi habere non liceat, ac proinde ea adveniente duplam non deberi, ſed ad intereſſe tantum agendum eſſe; ut voluit Gloſſa 1. & ibi Bald *in l. ratio, ff. de action. empti*, ubi avocata poſſeſſione rei venditæ, Gloſ. & Bart. voluerunt ad intereſſe dumtaxat, non ad duplam agi poſſe; quod videtur ſequutus Alexand. *in d. §. ſi quis fortè, num. 3.* quatenus pro concordia opinionum aſſerit poſſe intelligi Gloſ. & Bart. *in d. l. ratio,* quod ipſe cogitandum relinquit, Jaſon *ibi num. 3.* idem cenſet cum Gloſſa diſtinguens, aliud eſſe, an venditor, qui promiſit habere licere, incidat in pœnam, ſi poſſeſſionem, aut aliud ſimile perturbet: aliud verò, an illo jure à Tertio evicto ad duplam de evictione teneatur? Et primo caſu fatetur venditorem teneri per *dictum §. ſi fortè*, per quem *Angel.* voluit promittentem ſuper re controverſiam non moveri, videri etiam promiſiſſe illam non moturum ſuper poſſeſſione, aut quovis alio jure ejuſdem rei, in quo *Angelum* ſequuntur Moderni, ut per *Alexand.* & voluit Bald. *in l. 1. qu. penult. C. de peric. & commod. rei vend.* Secundo caſu, quando agitur de evictione, arbitratur *Jaſ.* agendum fore actione ex empto ad rem tradendam, quaſi non fuerit tradita, cum poſſeſſio fuerit evicta, & ſic dicit procedere Gloſ. & Bartol. *in d. l. ratio,* per text. *ibi*, quatenus reſpondit, poſſeſſionem pro non tradita habendam fore; quod non placet, quoniam in *d. §. ſi quis fortè*, probatur duplæ ſtipulationem committi, ſi rem habere non liceat, idque procedere tàm quando integram habere non licet, quàm quando partem, aut quando aliquod jus minuitur. Conſtat namque duplæ ſtipulationem committi, quoties emptori non licet rem habere, text. in *l. habere licere, 57. ff. de eviction. & in l. ſi ſervus, 31. ff. eodem, & in l. ſi mancipium, 34. eodem, §. 1.* ubi probatur manifeſtè duplæ ſtipulationem committi, & ea agi poſſe quoties emptori non licet habere: at in *d. §. ſi quis fortè*, probatur, non licere rem habere, quando poſſeſſio uſusfructus, aut quodvis jus aliud habere non licet: ergo conſequens eſt duplæ ſtipulatione agi poſſe, quando integra re omnino non licet uti & frui.

5 Notandum tamen eſt, quòd fundis pluribus venditis, uno evicto, agitur de evictione pro uno, tot enim ſunt ſpecies evictionis, quot ſunt res evictæ; *l. cùm plures fundi, ff. de evict. l. fin.* & *ibi* Bal. *C. de commun. rerum alienat. l. 1. §. venditor, ff. de actionibus empt.* Dec. *conſ.* 483. *num.* 10. Portius *conſ.* 32. *num.* 4. & 5. Marius Muta *deciſ.* 24. *Senatus Siciliæ, num.* 26. Cæſar Barzius *deciſ. Bononien* 62. *n.* 20.

6 Ex quo notatur, quòd venditio dicitur unica, etiamſi plures res venditæ ſint, cum earum omnium unum tantùm pretium in univerſum confusè enunciatur, non in ſingulas diſtributum: argumento text. in *l. ſi duos ſervos, ff. de contrahenda empt. in l. cùm ejuſdem,* & *in l. ſi plura mancipia, ff. eodem,* Odofredus, Bald. Cœpola *in d. l. cùm ejuſdem,* pluralitatem venditionum inferentes non ex pluralitate rerum venditarum, ſed ex varietate pretii in ſingulas conſtituti: idem Odofred. *in d. l. cùm plures,* & *ibidem* Fulgoſius *in fin.* Bart. *in l. ſcire debemus, n.* 2. Caſtr. *n.* 3. Cumanus *n.* 3. Jaſ. *n.* 3. Baldus *conſ.* 60. *n.* 4. *lib.* 3. Boſſius *in praxi, de remiſſ. mercedis, n.* 22. Gabriel. *conſ.* 29. *n.* 10. *lib.* 2.

7 Illud verò intrepidè affirmatur, quòd etſi una fuerit emptio, una earum re evicta, ad reſolutionem totius contractus agi non poteſt ob rem particularem non traditam, ſed ſolùm agi poſſet ad implementum, nempè ut illa res quoque traderetur; & etſi tradi non poſſit, ad intereſſe; juxtà notata in *l. cùm proponas, la 2. C. de pactis,* ubi Riminald. Senior, & *in l. 1. ff. de evict.* & *in l. 1. ff. de action. empti,* & cum de hoc habeamus text. apertos, quibus nullo modo reſponderi poſſit, *d. l. cùm plures, ff. de evict. l. ædiles ajunt, §. ſi plura,* & *§. fin. l. cùm ea, §. 1. ff. de ædil. edicto,* imò verò neque ab unius tantùm rei venditione reſilire liceret; quia pro parte tradi non poſſit. *l. domum, l. ſed ſi communis, ff. de contrahenda emptione, l. fin. de commun. rerum alienat. l. ex mille, §. cæterum, ff. de evict.* Et quemadmodum poſt traditionem plurium rerum, aliqua ex his evicta, tot ſunt actiones de evictione, quot res evictæ, tametſi ſit una earum venditio uno pretio facta, *d. l. cùm plures;* ita ante traditionem tot ſunt actiones ex empto
8 actori competentes, ut ſibi tradantur, quæ traditæ non fuerint; & ſi tradi nequeant, ad intereſſe; *l. ex empto, in princip.* ubi Caſtr. *ff. de act. empt.* clarè ſenſit, eandem actionem ex empto competere ante traditionem, ut res tradatur, & poſt evictionem re tradita, jam evicta, & pro rebus traditis liberationem competere, pro non traditis actionem ſupereſſe vel ad tradendum, vel ad intereſſe; quam opinionem tenet Bar. *in d. l. ſcire debemus, n.* 2. *ff. de verb. obligat.* Cumanus *ibidem, num.* 7. nec eſt conſtituenda differentia, traditæ nè fuiſſent res uno contextu venditæ, & aliqua ex his evicta, an verò nondum traditæ fuerint? & primo caſu, non licere à venditione recedere, ſed ſolùm actionem emptori pro evictione competere: ſecundo caſu, à venditione recedi poſſe ob rem aliquam ex pluribus venditis, quæ tradi non poſſit. Cum verius ſit utroque caſu contractum irrevocabilem eſſe, ſed ita tamen ut primo caſu competat actio pro evictione, & ex empto ad intereſſe; ſecundo caſu ex empto, ut res tradatur, & ea non tradita ad intereſſe: quam opinionem & veriori & crebriori calculo receptam ſenſit Senatus Bononienſis *deciſ.* 62. *num.* 23. *per Cæſarem Barzium.*

9 Nec enim obſtat, quòd obligatio rem tradi ſit individua: idcircò promiſſor partis præſtatione non liberatur, *l. ſtipulationes non dividuntur, ff. de verb. obligat.* Non enim prætereà ſequitur contractum reſcindi debere, namque manet in priſtino ſtatu, cum pro rebus traditis competat liberatio, pro non traditis ſuperſit actio ad intereſſe, & obligatio plures res tradendi, dividua eſt pro dividuitate rerum tradendarum; ut per Fulgoſ. *in d. l. cùm plures, in fin.* facit id, quod ex authoritate Decii *in conſ.* 121. tradit Joannes Baptiſta Plotus *conſ.* 88. *num.* 13. videlicèt, quòd quando fit venditio plurium rerum uno contractu, & uno pretio, licèt probetur læſio in una re poſita in contractu, & non probetur de aliis rebus, tunc non poteſt reſcindi talis contractus reſpectu læſionis.

Stat igitur regula, quòd venditio plurium rerum, 10
quamvis uno pretio facta, in aliquibus earum ſubſiſtit, tametſi aliæ non tradantur.

Quæ tamen limitatur, ut non procedat, ſi conſtare poſſit emptorem partem empturum, aut venditorem partem venditurum non fuiſſe, *d. l. cùm ejuſdem, ff. de ædilit. edict.* & hoc aliquando probandum eſt per eum, qui in hac ipſa limitatione ſe fundat, aliquando à lege præſumitur, ut nec probatione ſit opus, ſed onus probandi contrarium in adverſarium transfertur, veluti in animalibus, & hominibus ejuſdem generis, vel 11
officii: in quibus terminis procedit *d. l. cùm ejuſdem,* & *d. l. ſi duos,* ut ibi poſt Gloſſam declarant Cœpol. Veron. & Alberic. *in l. Labeo, §. fin. ff. de ædil. edicto.* In pluribus enim ſervis diverſi officii uno pretio. ven- 12
ditis admittitur unius tantum redhibitio, vitioſi ſcilicèt, in reliquis venditione firma manente, etiam altera parte contradicente, *d. l. ſi plura, d. l. Labeo, in princip.* qui ſi ſint ejuſdem officii redhibentur omnes, niſi utraque pars conſentiat unius tantum redhibitionem fieri; ad Cœpol. *in d. l. ſi plura,* & *l. Labeo,* & hoc non alia ratione contingit, niſi quòd non eſt veriſimile emptorem partem ſolum empturum fuiſſe, quamvis pretium in ſingulos fuerit diſtributum.

Quod etiam præſumitur, quando res ſunt ejuſmodi, 13
ut dura ſeparatio inducenda ſit, ſi una tantum ex rebus venditis redhibeatur, ut in caſu *l. ædilis, junctis tribus ſeqq.* & *l. plerumque, ff. de ædil. edict.* vel quando emptio in parte tantùm ſubſiſtat, & emptor in communionem incidere cogatur; quia res vendita fortè cum alio communis eſſet, ut in caſu *l. quòd ſi uno, ff. de in diem adjectione,* & *in l. tutor, §. fin. ff. de minoribus,* vel ſi ex pluribus rebus uno pretio diſtractis, illa tradi non poſſit, qua emptor potiſſimum motus fuerit, ut alias compararet, argum. *l. arboribus ff. de contrab. empt.* vel quia aliæ res minus ſibi commodæ, minusve pretioſæ futuræ ſint, ad Gloſſam notabilem in *d. l. cùm plures, ff. de evict.* & tradit Gabriel. *d. conſ.* 49. *n.* 10. Cæſar Barzius *deciſ. Bonon.* 62. *n.* 33.

Et ad principalem concluſionem inducitur bonus 14
tex. per locum ab ſpeciali, in *l. ſi dictum* 56. *ff. de evict. in §. in ſtipulatione,* ubi *Paulus* ſcribit in ſtipulatione duplæ, cum homo venditur partis adjectio neceſſaria eſt; quia non poteſt videri homo evictus cum pars ejus evicta eſt: & advertitur, quòd *Paulus Juriſconſultus* in hominis alienatione probat ceſſare duplæ ſtipulationem, quando totus non fuit evictus, niſi aliud ſit expreſſum, & cautum: manifeſtè innoens aliud regulariter eſſe reſpondendum, & ſic duplæ agi poſſit evicta rei parte, & ſi expreſſim cautum non ſit; quia homo eſt res individua, & evictus dici nequit, quando pro parte tantum fuit evictus, quoniam individua à quolibet domino poſſidentur in ſolidum; quia dividi citra interitum, & omnium dominorum damnum, & præjudicium nequeunt, ut conſideravit Bartol. *in l.* 1. *ff. de evict.* communis namque ſervus non minus dominorum uni ex mandato, aut propria voluntate acquirit, quam ſi proprius eſſet in ſolidum, *l. ſervus communis, ff. de ſtipulation. ſervorum,* qua ratione cum pars ſervi evincitur, perinde eſt, ac ſi neque pars ejus evinceretur, ideòque in eo ſpecialiter ceſſat duplæ ſtipulatio, niſi exprimatur: in cæteris ergo rebus jam manifeſtè liquet in contrarium juris regulam obſervandam; ac proinde hæc videtur ſanior, & verior ſententia, ſecundùm Cald. Perey. *in d. c.* 31. *n.* 50.

Quod autem ſcribitur in *l. nave,* 36. *ff. de evict.* 15

nave,

nave, aut domo vendita, ceſſare beneficium evictionis, ſi quæ cæmenta, aut tabulæ evincantur: ea ratione procedit, quoniam empta nave, aut domo, non ſingula cæmenta, aut tabulæ videntur empta? ubi *Paulus* declarat aſſerens, proinde ceſſare hanc actionem, quoniam pars rei venditæ nequit dici evicta, ibi, *quaſi evicta parte*; atque ita habetur textus planè probans, parte rei evicta, evictionis actionem indulgeri: & hoc verum eſſe conſtat, ſi conſideras cæmenta, & tabulas, domus illius partem non continere, quemadmodum neque ſingulæ tabulæ partem navis, ut in *l. eum, qui ædes, ff. de uſucap.* quapropter ceſſare evictionis remedium, Paul. *in l. nave*, docuit. Ideoque ſi pars domus, aut navis evincatur; actio negari non poterit, *l. Scapham*, 44. *ff. de evict.* ubi gubernaculis evictis actio præſtatur; quia navis partem continet: eodemque jure in domo eſt reſpondendum; ſi qua pars ejus evincatur earum, quas domui adſcribit Javolen. *in d. l. eum, qui ædes, ff. de uſucap.*

16 Ceſſat hoc evictionis remedium, ſi ancillæ partus, pecorumve fœtus, aut generaliter rei venditæ fructus evincantur, conſtat enim hæc rei partem non continere, ſiquidem ſeparari ab ipſa re poſſunt, & ſic procedit text. in *l. ſi prægnans*, 42. *& in l. vacca*, 43. *ff. de evict.* quod tamen intelligi debet de fructibus jam collectis, & à loco ſeparatis; quia pendentes rei partem faciunt, ut in *l. fructus pendentes, ff. de rei vend.* & fœtus, quamdiu eſt in ventre partem facit, *l. 1. §. 1. ff. de ventre inſpic. l. qui in utero. ff. de ſtatu hominum*: quare negari nequit evictionis actio, quemadmodum ſi fructus ſimul cum re evincantur, vel partus cum ancilla, *l. venditor*, 8. *& l. evicta*, 16. *ff. de evict.* non quòd fructus hic partem faciant, ſed quia intereſt emptoris rem cum fructibus non fuiſſe evictam, quod omnino venditor debet præſtare.

17 De acceſſionibus autem à venditore expreſſis, quæ rei partem dicuntur continere, text. in *l. quod ſi nolis*, 31. *ad fin. ff. de ædilit. edict.* dicendum eſt ex empto agendum eſſe, quanti minoris eſſet empturus, ut *ibi*; & eſt bonus caſus in *l. evicta re*, 16. *ff. de evict.* & *ibi* notant Gloſſ., per quem labefactari omnia ſuprà dicta videntur; quia pro acceſſionibus, quæ partem faciunt, ut in *d. l. quod ſi nolis*, ad ſimplum dumtaxat actio conceditur, non ad duplum. Sed eſt animadvertendum, hujuſmodi acceſſiones à venditore expreſſas venditionis potius partem continere, *d. l. quod ſi nolis*, quàm rei venditæ; ut enim pluris vendat, rei quid accedere venditor profitetur; quo non extante, ex empto agendum eſt quanti minoris, non ad duplam: quæ tunc demum locum habet, quando integra res vendita, vel ſaltem rei pars evincitur, non quando aliqua aſſerta qualitas, aut adjectio deficit, quæ quidem evictionis remedium non præſtat, ut reſolvit Caldas *in dicta cap.* 31. *num.* 54.

18 Hinc I.C. *in l. ſi ab empti*, 49. *ff. de evict.* reſpondit emptorem, à quo uſusfructus evincitur, debere venditorem laudare perinde, ac ſi ab eo pars rei venditæ peteretur: ex quo planè colligitur evictionis actionem competere, niſi à venditore defendatur, ut in *l. fundum*, 46. *& in l. vacca*, 43. *ff. de evict.* Impropriè tamen I. C. *in d. l. ſi ab empti*, 49. videtur locutus, quoniam uſusfructus cùm ſit res incorporalis, verè, & propriè loquendo dici non poteſt pars rei corporalis: & induci poteſt text. in *l. ſtipulatio iſta*, §. *ſi quis fortè*, *ff. de verborum oblig. & in l. 4. ff. de uſufruct.* ubi quòd non dicitur res tradita, aut ita, quòd habere illam liceat, quando cum uſufructu non datur, textus eſt in *l. Mævius*, §. *fin. & in l. cùm filius*, §. *dominus, ff. de legatis*, 2. Indici etiam poteſt, quod ſcribitur in *l. 2. §. final. cum l. ſequenti, ff. de action. empt.* Venditorem teneri in emptorem ita transferre, quòd plenam utilitatem conſequatur, quamvis dominum illum facere non teneatur, ut in *l. ex empto, ff. eod. titul.* quocirca cum ratione defenditur, pro uſufructu evicto dari hujuſmodi evictionis remedium.

Hinc etiam reſolvitur, optimè reſpondiſſe Venuleium I. C. in *l. penult. ff. de evict.* pro ſervitute actionem evictionis non dari, quoniam ſervitus non impedit, quominus habere liceat rem venditam, ut *ibi* notatur, & in *l. cùm venderes, ff. de contrahend. empt.* Ideóque rectè Venuleius, [*quod ad ſervitutes* (inquit) *prædiorum attinet, ſi tacitè ſequuta ſunt, & vendicentur ab alio, Quintus Mutius, & Sabinus exiſtimant venditorem ob evictionem teneri non poſſe. Nec enim evictionis nomine quemquam in eo jure teneri, quod tacitè ſoleat accedere; niſi uti optimus maximuſque eſſet, traditus fuerit fundus: tunc enim ab omni ſervitute liberum præſtandum.*] Unde Paulus I.C. *in l. non tantum*, 169. *ff. de verb. ſignific.* non tantum in traditionibus, ſed etiam in emptionibus, & ſtipulationibus, & teſtamentis adjectionem hanc, *uti optimus maximuſque eſt*, hoc ſignificare reſpondit, ut liberum præſtetur prædium, non ut etiam ſervitutes ei debeantur, & ſicut liber à ſervitute ager promiſſus præſtetur, text. in *l. qui uti, & in l. ſi cum fundum, & in l. illa verba, ff. de verborum ſignific.* 19

Adverſari tamen videtur text. in *d. l. ſtipulatio iſta*, §. *ſi quis fortè*, *ff. de verborum oblig.* ubi *Ulpianus* reſpondit, ei non licere habere rem, cui uſusfructus, poſſeſſio, vel uſus rei impeditur, aut quidvis aliud jus rei minuitur: ex quo quia negari non poteſt, ex ſervitute jus rei venditæ minus, ſivè abſit, ſivè adſit evictio ſublata non videtur: nam etiam quando agitur de ſola ſervitute, evictionis remedium excluſum non eſt; quæ fuit ſententia Gl. 2. *in d. l. penult. ff. de evict.* & clarius in *l. cùm venderes, ff. de contrahenda empt.* & Glo. communiter recepta in *d. §. ſi quis fortè*, ſecundùm Alex. & Jaſ. *ibi, n.* 9. & Zaſium *n.* 6. licèt contradicant Cuman. & Duaren. *ibi.* Sed intelligi poteſt, quod ait Ulpianus *in d. §. ſi quis fortè*, de quovis alio jure ſimili ſuperioribus, quibus agitur de uſufructu, & uſu; non autem de jure ſervitutis, quæ longè inter ſe diſſident, quoniam non impedit rem habere licere: qui fuit ſenſus *Cumani*, licèt improbet Zaſius *in d. n.* 6. poteſt etiam intelligi de jure, quod venditor tradere tenebatur, ut *Ulpianus* præſupponit ibi, *ex jure, quod habuit*; ſed cum ſervitute, vel ſine ea venditor non tenetur rem venditam tradere, ut in *d. l. penult. ff. de evict. & d. l. cùm venderes*: ergo ille tex. nihil adverſatur.

Hoc tamen caſu, quanti minoris actio emptori adempta non eſt, per tex. in *l. quoties de ſervitute*, 61. *ff. de ædilitio edicto*, ubi idem *Ulpianus* inquit, cùm de ſervitute agitur, tantùm debere præſtare venditorem, quanti minoris emptor emeret, ſi ſervitutem impoſitam agnoviſſet: quod nos verum arbitramur, quando venditor ſciens ſervitutem deberi, non declaravit, quo caſu ad intereſſe poteſt conveniri quaſi in dolo verſatus, ut in *l. 1. ff. de actionib. empti*: quod idem erit, quando fundum liberum eſſe dixit, cùm non eſſet, ut in *l. penultima, ff. de evictionibus*, quo caſu quanti minoris actione poterit conveniri ex ædilitio edicto: quod ob eam cauſam præſtatur, quoniam, quæ venditor adeſſe, aut abeſſe dixit, non reperiuntur ineſſe, aut abeſſe, tex. in *l. ſciendum*, *in principio*, *ff. de ædilitia edicta*, ubi ſecunda edicti cauſa propter quam Prætor judicium ſe daturum pollicetur, conventionem vendentis reſpicit, nempè ſi aliquam qualitatem rei adeſſe, aut abeſſe dixit, promiſitve, idque falſum reperiatur: tradit Aymon Cravetta in qualibet venditione, *conſil.* 145. *num.* 2. Ex quo ſi venditor bona fide fundum vendidit, nihil de ſervitute enarrans, in nihilo obligatur: & hoc eſt, quod *Juriſconſult. in d. l. penultima* indiſtinctè reſpondit, vendentem non teneri; at ſi ſciens tacuit, ad intereſſe ex empto tenebitur, 20

quia in dolo eſt verſatus. Nec urget, quod in *d. l. quoties generaliter*, Juriſconſult. reſpondit, quòd quoties agitur de ſervitute, venditor quanti minoris obligatur: quoniam proinde non negatur ad intereſſe poſſe obligari, quod plerumque quanti minoris obligationem excedit.

21 Additur tamen ad *d. l. penult. ff. de evictionibus*, quòd ſervitus rei partem non continet, quia incorporea eſt, ideoque rei corporeæ partem eſſe naturâ repugnat. Pars namque rei illa tantum definiri poteſt, quæ ipſi rei cohæret, aliter enim etſi ad rem ſpectet, partem nequit facere: quare ſcapham parvam navis non eſſe partem, ſcribitur in *l. ſcapham, ff. de evictivn.* & *in l. ſi fundo, 53. ff. de eviction.* ubi inquit *Paul. I. C.* ſi fundo vendito res evincatur, ſi ſingula jugera venierint certo pretio, non pro bonitate, ſed quanti ſingula venierint, quæ evicta fuerint, præſtandum; etiamſi ea, quæ meliora fuerint, evicta ſint, ubi *Juriſconſul.* Prædicta omnia interpretatur, ut cum de parte evicta agitur, bonitatis nulla ſit habenda ratio, ſi modò jugera diſtincto pretio empta fuerint: nam ſi unico pretio emptus fuit fundus, non pro jugeribus diſtincto, bonitatis ratio erit habenda, ſi forſan pars evicta præſtantior fuerit. Et rurſus, ſi deterior, *l. 1. l. ex mille jugeribus, 64. verſ. penult. ff. de evictionibus.* Et intelligitur, quando ea pars fuit evicta pro diviſo, ſecus, ſi pro indiviſo, putà, ſi ex fundo vendito tertia, vel quarta pars evincatur; tunc enim cum diviſio debeat fieri æqualiter, mali, bonique ratione habita, non eſt cur in evictione bonitatis ſit ponderanda ratio: imputet namque ſibi emptor in diviſione deceptus.

22 Illud autem eſt notandum, ſi res, cujus pars evincitur per alluvionem, nunc major, minorve ſit cum evincitur, quàm fuerat venditionis tempore, quid juris ſit? in qua re extat elegans *Papiniani* reſponſum, in *l. ex mille. ff. de evictionibus*, Balduinus in *tractatu de evictionibus, pag.* 355. de cujus intellectu plenè, & ad longum tractat Caldas Pereyra *in d. cap.* 31. *n.* 60. & 61. & ut unico verbo omnes caſus *dict. legis* amplectamor, reſolvendum eſt, alluvionis diminutionem, aut augmentum in conſideratione haberi non poſſe, cum de evictione agitur, ſed illud ſolum conſiderandum eſt, quòd fuit evictum ex re vendita, poſtpoſita omni alluvionis conſideratione. Hujus enim augmentum, & detrimentum ſolum ad emptorem pertinet, niſi totus fundus evincatur.

23 Principalis concluſio declaratur, quòd in caſibus in quibus datur actio pro evictione, illa non competit, niſi pro parte rei evictæ, ita ut reſtitutio pretii ſit tantum facienda pro parte *d. l. 1.* ubi Gloſ. Bart. & Alex.
ff. de evict. Bart. in l. ſi dictum, §. in ſtipulatione, ff. eodem, juxtà *l. bonitatis*, 13. cum *duabus ſeqq. l. qui fundum, 45. l. qui libertatis, 69. §. final. l. nave, 36. ff. de*
evict. Decius *in l. ultim. C. de comm. rer. alienat.* Decius
conſ. 483. *n.* 15. Franc. Aretinus *conſ.* 129. *n.* 1. *ad med.*
Caballinus *de evict. §.* 6. *n.* 84. & 85. Roſental. *de feud.*
cap. 8. *concluſ.* 29. *n.* 6. Beccius *conſ.* 106. *n.* 43. Petrus Sut-
24 lus *conſ.* 104 *n.* 6. *lib.* 1. & *in conſil.* 359. *n.* 30. *lib.* 3. &
deciſ. 295. *n.* 5. & 18. ad medium, ubi etiam in caſibus,
in quibus imminet evictio, non poteſt retineri pretium,
niſi pro parte rei ſuper qua adſunt moleſtationes; Joan.
Andr. ad Speculat. *de empt. & vendit.* §. 1. *n.* 8. *in verbo,*
(quia iſte) *in fine*, Stephanus Gratian. *tom.* 3. *diſcept.*
foren. 787. *n.* 8. & 9.

25 Verùm prædicta ſunt intelligenda habito reſpectu ad bonitatem fundi, qui fuerit venditus pro mille, & evincatur quarta pars illius, quæ pro ſui bonitate valeret dimidiam illorum mille partem, ut competeret evictio pro dimidia iſtorum mille, non pro quarta parte, cum non attendatur menſura, ſed bonitas fundi: Paul. de Caſtr. *in l. ex falſis, 42. n.* 11. ubi Salycet. & Riminal, *C. de tranſact.* Petr. Ubald. *de duobus fratrib. p.* 11. *q.* 12. *verſ.* (*Nec debet partes aſſignare*) Parpal. *in repet. l. placet. verſ.* (Et an ſtetur æſtimationi,) *C. de ſacroſ. Eccleſ.* latè Boër. *deciſ.* 46. *n.* 8. juxtà *l. in qualitate, 23. ff. de act. empt. l. ſi fundo vendito, 36. l. ſi duorum fundorum, l. ſi ſervum mihi. 4. ff. de act. empt.* ubi Fulgoſ. & Caſtr. Angelus in *l. conditoris, ff. de diſtract. pign.* Doctores in *l. quid aliud ſunt jura, 8. ff. de verborum ſignific.* Rota Romana per Gratianum *d. deciſ.* 787. *n.* 10. & 11.

Eſt notanda differentia, quæ verſatur, quando quis 26
evincit fundum pro diviſo, aut pro indiviſo; quia hoc ſecundo caſu fit æſtimatio totius valoris fundi, & dimidia illius attenditur, & pro illa tenetur de evictione, qui promiſit; ita Bal. *in d. l. 1. ff de evict.* & Vivianus in figuratione caſus *d. l.* 1. dicit, quòd ſi pro parte res evincitur, multum refert, an pro diviſo, vel pro indiviſo contingat: ſi pro indiviſo, totus fundus debet æſtimari, & pro medietate totius agitur de evictione per emptorem, nec conſideratur bonitas unius partis, vel alterius fundi: ſi verò pro diviſo, tunc pro illa parte evicta tantum agitur, & illius bonitas attenditur: ſic Anton. Gomez *tom.* 2. *var. reſol. cap.* 2. *num.* 34. *in fin. Gloſ. in l.* 1. verſ. (*parte pretii,*) & in *l.* 2. *in verbo* (valere,) *C. communi dividundo*: ſic etiam quando emptor duobus venditoribus retrovendere promiſit, cuilibet partem, id facere tenetur, & hoc caſu res æſtimari debet quantum valet tota ſimul, non quantum valet pars dimidia, Cagnol. *in l.* 2. *ſub n.* 102. *verſ.*
(conſiderandum tamen eſt,) *C. de pact. inter empt.* Cæ 27
ſar Manent. *deciſ.* 26. *Senatus Mantuani, n.* 7. & ita liquidatio debet reſpicere valorem totius partis diviſæ, & tunc capi debet dimidia valoris ipſius, ut ipſe Cæſar Manentius teſtatur *deciſ.* 19. *n.* 92. & ſic Bal. *in d. l. n.* 1. dicit, quòd ſi evincatur pars pro indiviſo, fit æſtimatio quotæ; ſi pro diviſo, fit æſtimatio loci evicti: & Salyc. *poſt princ.* inquit, quod parte evicta pro indi-
viſo, habetur ratio bonitatis, ideoque eſt æſtimanda 28
tota pars diviſa, & illius bonitas, & dimidia illius quando dicitur evicta. Angelus *in l. nave 36. ff. de evict.* dicit, quòd quando evincitur pars pro diviſo inſpicitur bonitas, & qualitas illius rei; ſecus ſi pro indiviſo, quia tunc quantitas, & non qualitas certa conſideranda eſt. Sicut enim vendens partem fundi pro indiviſo, partem pro diviſo præſtando, non libera-
tur, ut inquit text. in *l. ex mille 64. §. fin. ff. de evict.* 29
eodem modo evicta parte pro indiviſo, ſi deinde emptor, vel alius evictionem paſſus, agit pro diviſo contra venditorem, nulliter agit; quia pretium evictionis regulatur, & præſtatur juxta qualitatem rei evictæ, *d. l. 1.* & *d. l. ex mille, ff. de evict.* Item eſt addendus Cagnolus *in l.* 2. *ſub num.* 102. *C. de pactis inter.* verſ. (*item conſiderandum tamen eſt,*) quòd ad cognoſcendum valorem rei, tota res æſtimanda eſt, ut inquit etiam Peralta *in l. Mævius, §. duorum, ff. de leg.* 2. ubi allegat *l. Mævius, ff. commun. divid.* & *l.* 3. *C. eodem.* Cæſar Manent. *deciſ.* 19. à *num.* 94.

Additur etiam textus in *l. Pomponius, ff. de rei ven-* 30
dicat. ubi ſi ego habeo jus in fundo pro dimidia pro indiviſo, & à duobus poſſidetur fundus ipſe pro diviſo non debeo petere ab uno totam ſuam dimidiam, ſed dimidiam dimidiæ ab uno, & tantundem ab altero pro indiviſo illius ſuæ dimidiæ: ad idem tex. in *l.* 1. *§. quinimò,* & *§. ſi ego. ff. ſi pars hæredit. petat.* Cæſar Manent. *deciſ.* 26. *num.* 5.

Notandum tamen eſt ad *l. fures 10. C. de evictioni-* 31
bus, quòd *Hugo Donellus* dixit ad titulum *de eviction.* 45. *lib.* 8. *Codicis, fol.* 741. ubi finibus fundi certis demonſtratis, ſi quid ex his evincatur, an, & quando præſtanda ſit evictio? diſſiniit, atque probavit, quòd ſi venditor fundi fines ejus demonſtravit, & legem dixit, id eſt demonſtravit nominatim adjecta hac lege, & conventione, ne quis in eo ingrederetur, evictionem præſtabit, quod *text. ille in principio* dixit expreſſim.

Imò,

Digitized by Google

Imo, & ſi fines tantum venditor demonſtravit, non legem dixit, neque quidquam nominatim adjecit de his finibus præſtandis, nihilominus tamen eorum evictionem eum præſtare debere conſtat ex *l. qui fundum, C. de evict.* Et rectè, inquit *Donellus*, nam quæcumque dicuntur,
32 ita ut præſtentur emptori, præſtanda ſunt, *l. ſciendum, §. 1. ff. de ædilit. edict.* ſunt autem in hac cauſa quæcumque ità dicuntur, ut propter hæc res pluris vendatur, *l. ea, quæ, ff. de contrah. empt.* & nemo dubitat, quin quò ampliores fines fundi erunt, eò pluris fundi ſit, at-
33 que ideo pluris veneat; quòd ſi venditor fines quidem demonſtravit, ſed ita, ut nihilominus diceret, ſe fundum vendere prout ſuis finibus continetur, quidquid ultra veros fines ejus fundi evictum fuerit, venditor non præſtabit, ut in *dict. l. ſi fines 10. in ſecunda ſui parte*, ſtatuitur.

QUÆSTIO XLVI.

An emptor ſcienter emens rem alienam, agat de evictione.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur Authores, qui hanc quæſtionem tractarunt.*
2 *Si quis emit ſcienter rem alienam, non agit de evictione, etiam ad pretium; & ad plura infertur.*
3 *Ratio redditur hujus concluſionis, & diſputatur.*
4 *Scienti non fit injuria neque dolus.*
5 *Vendens rem uni, ſi eandem poſteà vendat alteri, qui ſcientiam habet primæ venditionis, non tenetur adverſus fiſcum pœna ſtellionatus, nec ſecundus emptor poterit agere ad intereſſe.*
6 *Emptor ſciens rem ſibi venditam eſſe communem cum alio non poteſt agere de evictione.*
7 *Et cenſetur emiſſe partem venditoris tantum, & non totam.*
8 *Emens rem aliquo onere affectam ſcienter, jus tantum venditoris emiſſe dicitur.*
9 *Emptor ſciens in genere rem ad venditorem non ſpectare, non poteſt agere de evictione, quamvis ignoret ad quem pertineat.*
10 *Ad effectum, ut de evictione agere non poſſit, oportet quod clarè ſciat rem eſſe alienari prohibitam, nec ſufficit notitia conjecturalis.*
11 *Scientia ſolet ex diuturna cohabitatione præſumi in his, quæ ſenſu corporis percipiuntur, ſecus in his, quæ dependent ab inſtrumentis, quæ non ſolent in notitiam venire.*
12 *Emptor ſciens rem venditam alienam eſſe, poteſt agere de evictione, quando de illa ſpecialiter, & nominatim in illum caſum fuit ſtipulatus.*
13 *Limitatur ſi generaliter tantum ſit ſtipulatus, quia ſimplex, & generalis ſtipulatio non ſufficit.*
14 *Evictio ex natura rei contingens, nec etiam ignoranti debetur, licèt generaliter promiſſa ſit, niſi ſtipulatio ſit concepta verbis generalibus.*
15 *Hujuſmodi verba univerſalia copulãt majora expreſſis, etiam ex cauſa non conſiderata à jure.*
16 *Declaratur concluſio, ut non procedat, quando rem alienam alienaſſet ſciens, & ſcienter de obligatione voluiſſet teneri.*
17 *Extenditur, ut idem ſit in eo, qui habet jus ad vitam, & ratio redditur.*
18 *Idem eſt in fideicommiſſario vendente, qui licèt alienet ſcienti, & promittat de evictione, ad ſimplum ſolum tenetur.*
19 *Et idem eſt in pluribus dividentibus bona, quorum aliqua ſunt libera, & aliqua feudalia, vel ſuppoſita fideicommiſſo.*
20 *Superiora hac declarantur.*
21 *Extenditur in eo, qui ſcienter emit rem alteri obligatam, vel alienam, quia non datur actio etiam ad pretium.*
22 *Declaratur, ut evictio debeatur, quando fit ex diſpoſitione hominis ex pacto, quia recuperat pretium quod ſecus, quando procedit ex diſpoſitione legis.*
23 *Declaratur, etiamſi emens fuit ignorans recuperat pretium.*
24 *Idem in uſufructuario vendente uſumfructum ſcienti, quia finito uſufructu debetur evictio.*
25 *Extenditur quando eſt duplex prohibitio legis, & hominis.*
26 *Extenditur, quia renunciatio fideicommiſſi, vel feudorum, eſt perſonalis, & non præjudicat vocatis.*
27 *Idem eſt quando ſequitur evictio ſecundum naturam rei.*
28 *Extenditur etiam, quia non poteſt agere de evictione bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, is, qui poſteà ſupervixit ſolus.*
29 *Extenditur, quia evictio non debetur, quæ provenit ex facto communis authoris dividentium, vel emptoris, vel venditoris, tam in diviſione, quàm in alienatione.*
30 *Idem ſi ſequatur ex facto ipſius emptoris.*
31 *Extenditur in caſu contrario, quia quod dicitur de re vendita, idem erit de pretio emptoris evincendo facto communis authoris.*
32 *Limitatur, quando dividentes ignoraſſent bona fideicommiſſo ſubjecta, vel feudalia.*
33 *Limitatur quando emptor ſibi providit de evictione etiam in caſu quòd ex natura, & facto authorum evinceretur.*
34 *Limitatur, quando conſtat de contraria mente contrahentium tacita, vel expreſſa.*
35 *Limitatur, ut non procedat in diviſione bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, quia etſi ſciverit dividentes fideicommiſſum, & de evictione promiſerint, non habet locum, quando ſecundum naturam rei fit evictio, quaſi bona debeant reſtitui deſcendentibus unius ex dividentibus, non repellitur exceptione prædicta.*
36 *Et procedit limitatio, quando utrique parti dividentium obvenerunt bona fideicommiſſo ſubjecta.*
37 *Et etiam limitatur, quando evictio non provenit ex facto authoris, qui non renunciavit fideicommiſſo.*
38 *Non enim procedit reſtrictio relata in ſciente rem emente à fiſco, caſu quo procurator ejus vendens non habuit in mandatis, ut promitteret de evictione.*

HAnc quæſtionem exornarunt omnes Doctores in *l. ſi fundum, C. de evict. & in l. fin. §. emptor, C. commun. de legat.* Caballin. §. 5. *num.* 31. *de evict.* 1
Beccius *conſ.* 106. *n.* 48. & anteà *conſ.* 24. *à num.* 33. *lib.* 1. Card. Tuſchus *tom.* 3. *concluſ.* 267. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. reſolut. reſol.* 13. *de empt. & vendit.* Ferrar. *in prax. in form. libel. in cauſa venditionis*, verbo, [*promittens*,] & *ibi* Thedus Meda, *lit. F.* Cardoſo *in praxi, verb.* (venditio,) *n.* 3. Gutierr. *lib.* 3. *pract. qq. quæſt* 8. *n.* 15. Hercules Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 19. Hieronym. Magonius *deciſ.* 96. *n.* 11. Stephanus *deciſ.* 80. *num.* 2. Cartozius *deciſ.* 96. *n.* 11. Stephanus Gratianus *tom.* 2. *diſcept.* 234. *à num.* 1. Flamin. Cartarius *deciſ.* 70. per *totam*, Farinac. *deciſ.* 44. *n.* 8. inter criminales, *tom.* 1. Surdus *deciſ.* 208. & *deciſ.* 243. Cartozius *de excuſſione bonorum*, 2. *par. quæſt.* 87. *n.* 6. Natta *conſ.* 182. *n.* 8. Fabianus de Monte *in tract. de empt. & vendit. quæſt.* 4. *n.* 7. Greg. Lop. *gloſ. &* 4. *l.* 19. *tit.* 5. *p.* 5. & *gloſ. fin. l.* 21. *tit.* 8. *p.* 5. Anton. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 42. Cald. Pereyra *cap.* 31. *à numero* 105. *in tractatu de empt. & venditione*, Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *ſub numero* 1. Palatius Rubeus *in rub. de donationibus inter.* §. 65. *à num.* 53.

2 Caballinus *d.* §. 5. *num.* 31. reſolutivè dicit, quòd quando quis ſcienter emit rem alienam per *l. ſi fundum, C de evict.* quo caſu non agitur de evictione, Gloſ. fin. in *cap. ad audientiam, de reb. Eccleſ. non alienand.* Gloſ. & Bald. & Salyc. *in l. non dubitatur, C. de evict.* Gloſ. & Bald. Salycet. *in l. jubemus, §. Sanè, e l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſiis*, Abbas *conſ.* 30. *n.* 3. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 411. *n.* 4. Gozadin. *conſ.* 24. *n.* 7.

3 Et ratio redditur, quia licèt evictio ſit de natura emptionis, *l. non dubitatur*, ubi Bal. *C. de evict. in l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de leg.* 3. nihilominus ſcienti non fit injuria, neque dolus, *cap. ſcienti, de regul. juris, lib.*
4 *6. l. cum donationis, C. de tráſact.* Alex. *conſ.* 69. *n.* 3. *lib.* 4. Hercules Mareſcotus *lib. 2. var. reſolut. cap.* 19. *n.* 14. Vel etiam ratio eſt, quoniam ſcienter emens rem alienam videtur pretium donare: argument. *l. cujus per errorem, ff. de reg. jur.* Jaſ. *in l. fin. C. commun. de legat.* Pal. Jac. Rub. *in rep. rub. cap. per veſtras*, §. 65. *n.* 63. & eſt communis teſte Menchaca *lib. 1. quaſt. illuſtr. cap. 2. num.* 16. Aretin. *in l. emptorem, §. fin. ff. de act. empt.* Ant. Gomez *tom. 2. de contract. cap. 2. n.* 42. Cald. *de empt. & vendit. cap. 31. ſub num.* 105.

Huic tamen reſolutioni nimis refragari videtur text. in *l. fin. §. emptor, C. communia de legatis*, ibi: [*Emptor autem ſciens rei gravamen, adverſus venditorem actionem habeat tantùm ad reſtitutionem pretii; neque dupla ſtipulatione, neque melioratione locum habente: cum ſufficiat ei ſaltem pro pretio, quod ſciēs dedit pro aliena re, ſibi ſatisfieri.*] ubi notatur quòd ſcienter emens rem ſubjectam reſtitutioni, pretium repetit, quamvis ceſſet evictio, ut per Cravet. *conſil.* 211. *n.* 7. Crotum *in l. qui Romæ, §. duo fratres, n. 78. ff. de verb. oblig.* Alex. Trētacinq. *lib. 3. reſolut. 13. de empt. & vendit. n.* 1.

In contrarium tamen eſt communis, ut fatetur Caldas Pereira *lib. 2. quaſt. Forenſium, cap. 8. n.* 25. Afflict. *in cap.* 1. §. 1. *de ſucceſſ. feud. n.* 8. de emente feudum Curtius *lib. 4 feud. à num.* 118. idem Cald. *in d. cap.* 31. *ſub num.* 106. *de empt. & vendit.* Nec inſuper verum videtur, hoc caſu ementem voluiſſe pretium donare, quando conjici poteſt, quod animo potius repetendi tradidit, ſi forſan contractus emptionis, & venditionis inducit, & perſuadet; quam ob rem Doctores *in d. §. emptor, & in l. ſi fundum*, magnopere diſcruciantur, ſuper horum jurium explicatione, adeo quòd Aretin. *in l. ſi rem aliquam, ff. de acquirend. poſſ. n.* 5. firmaverit communem Scribentium ſententiam eſſe, ementem hoc caſu non perdere pretium: quod tamen incautè fuiſſe prolatum conſtat ex Covarr. *lib. 3. var. cap.* 17. *colum.* 4. verſ. [*ad eam quæſtionem*,] ubi contra *Aretin.* firmat eſſe tex. expreſſum in *d. l. ſi fundum*, per quem ita ſe habet communis ſententia *ibidem*, & in *d. l. fin. C. communia de leg.* ubi Jaſ. poſt alios, & Palactus Rub. *in d. rub.* §. 65. *n.* 53.

Ut autem eam tueare, dicendum eſt, quòd non obſtat text. in *d. l. fin. §. fin. C. communia de leg.* ubi Gloſſa advertit, quòd text. ille loquitur, quando fuit res vendita ſubjecta reſtitutioni non ſimpliciter, ſed ſub conditione, cujus eventus erat dubius; quapropter tam ex parte vendentis, quàm ementis actum fuit, quòd res uti libera diſtraheretur, & proinde cum ratione ad pretium repetendum datur actio, non ad intereſſe propter dubium conditionis futuræ eventum. In præſenti loquitur in re ſimpliciter aliena, quæ nullo caſu ipſius emptoris, aut venditoris futura ſperatur, & proinde ad caſum noſtrum, ex illo textu, non eſt juſtum argumentum, ut agnovit Covarr. *d. cap. 17. ſub n.* 2.

Cave tamen, quia *Covarr.* non advertit falſam eſſe Gloſ. ſententiam; quoniam textus ille loquitur, & procedit in re ſimpliciter ſubjecta reſtitutioni, ſine ulla die incerta aut conditione, quæ poſſit deficere: unde illa Gloſ. communiter damnatur: teſtibus Ant. Gomez *d. c. 2. num.* 43. & Cald. *d. cap. 31. ſub n.* 107.

Quam ob rem reſpondetur cum Bart. *ibid.* illum textum ſpecialiter procedere in alienatione rei ſubjectæ reſtitutioni: quod probarunt Salycet. Paul. & Cuman. Corneus, & Jaſon, & Ant. Gomez *dict. loco*, qui tamen nullam ſpecialitatis rationem reddunt: quare res adhuc in tenebris, & obſcura eſt, ut inquit Cald. *loco citato.* Nam in caſu *illius text.* magis videbatur excuſandus venditor à pretii reſtitutione, ſiquidem emptor ſciens rem poſt ejus mortem ad alium ſpectare, ſolum videtur emiſſe jus duraturum ad vitam vendentis, ex Socin. *conſ.* 50. *numero* 5. *lib.* 1. Magis etiam urget *ille text.* quatenus in fideicommiſſo ſpecialiter ex ſtipulatu ad duplam vel intereſſe agendi facultatem tollit, quo caſu Doctores non auferunt evictionis remedium, ubi is, qui alienam rem ſcienter vendidit, evictionem promiſit: ergo in caſu *d. l. fin.* quando emitur res ſubjecta reſtitutioni, magis prohibetur evictionis actio, quando res aliena omnino venditur: quapropter quemadmodum in *d. §. fin.* conceditur repetitio pretii, concedenda videtur in qualibet alia rei alienæ alienatione: in qua facilius conceditur evictionis actio, ſi promittatur; *d. l. ſi fundum.*

Ad quæſtionem ad quam digreſſus ſum rediens, 5
ideo dicit Bald. *in conſil.* 240. *lib.* 2. Quod ſi is qui rem uni vendidit, eandem vendat alteri, qui tamen ſcientiam haberet primæ venditionis, non tenebitur adverſus fiſcum pœna ſtellionatus, quia ſcienti non fit dolus; neque aget ſecundus emptor ad intereſſe, quia ſciebat rem alii venditam, Roland. *d. conſ.* 74. *num.* 27. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 98. *num.* 41. Craveta *conſ.* 6. *num.* 104. Boſſius *in praxi, tit. de falſis, num.* 102. optimè declarant Dec. & Cagnol. *in l. nemo fraudare, ff. de reg. juris.*

Ampliatur, ut procedat nedum quando emptor ſci- 6
vit rem eſſe alienam in totum, ſed etiam quando ſcivit eſſe communem cum alio, quia neque tunc de evictione agit, aut ad intereſſe, ſiquidem venditio hoc caſu debet intelligi facta reſpectu juris tantum, quod venditor circa rem venditam habebat, & non reſpectu illius juris quod alius habebat, & illud notum erat emptori; *l. qui tabernas, ff. de contr. empt.* Bart. *in l.* 1. *num. 2. ff. de ſervit. legat.* & notant Bald. *in l. ſi damus, §. fin. in fin. verſ.* [quæritur, *ff. de leg.* 1.] & *ibi* Alex. *ſub num.* 4. qui loquitur in terminis venditionis rei communis cum alio: & concludunt, quòd ſi emptor ſciebat rem illam eſſe communem, & non ſolius venditoris, intelligitur tantum vendita pars venditoris, & non res tota: idem concludit Roman. *conſ.* 396. *n.*
2. Gozadin. *conſ.* 58. *num.* 13. Bertrand, *conſ.* 29. *num.* 7
2. *lib. 1. part.* 2. & tenuit Rota *in una Romana Domus* coram Cardinali Seraphino *deciſ.* 932. *num.* 1. *& in una Eugubina terrarum* 18. *Decembris* 1590. coram eodem Seraphino, relata per Mareſc. *cap.* 19. *lib. 2. var. reſol. num.* 19. In qua fuit dictum, quòd ſi Caſtrum certis finibus deſignatum vendatur, totum in dubio venditum intelligitur, etiam quòd venditoris non eſſet, ſed eſſet commune cum alio, niſi probetur ſcientia emptoris: nam ea probata, non cenſetur venditum reſpectu partis
non ſpectantis ad ipſum venditorem: & ad hoc benè 8
facit, quia emens rem aliquo onere affectam ſcienter, jus tantum venditoris emiſſe dicitur, Gloſ. Cynus & Bal. *in l. 1. C. ſi pign. pig. datum ſit*, Jaſ. *in d. l. ſi domus, §. fin. n. 24. ff. de leg.* 1. Gozadin. *conſ.* 24. verſ. [*tertio reſpondetur:*] & fuit dictum *in una Tiburtina Caſtri Sancti Pauli* 15. *Januarii* 1590. *coram Cardinali Plata.*

Ampliatur, nam ut actio de evictione locum non 9
habeat ſufficit, quòd emptor ſciat in genere rem ad venditorem non ſpectare, quamvis ignoret ad quem pertineat, Bald. *in d. l. ſi fundum, C. de evict.* pro quo facit *l. fin. C. unde vi*, & quòd ſufficiat emptorem ſaltem in genere habere notitiam de jure quod venditor in re habebat, ut tradit Berotus *conſ.* 2. *numero*

17. *lib.*

17. *lib.* 2. Quin imo, ut emptor ab iſta actione ſobmoveatur, videtur ſufficere, quòd facilè ſcire potuerit, rem eſſe alienam, ſeu alicui oneri obnoxiam, ut ea multis probat Tiraq. *de retract. Lign.* §. 12. *gloſ.* 1. *n.* 9. Hercu-
10 les Mareſcotus *in d. cap.* 15. *num.* 26. ubi exiſtimat requiri ſcientiam claram: ita ut non ſufficiat conjecturalis, ſcilicet diuturna cohabitatio: nam licèt ſcientia quandoque ſoleat ex diuturna cohabitatione præſumi in his, quæ ſenſu corporis percipiuntur, ſecus tamen eſt in his quæ
11 pendent à teſtamentis, & inſtrumentis, quæ non probantur penes emptorem aliquando extitiſſe, nec ſolent in notitiam devenire, Aymon Cravetta *conſil.* 168. *n.* 5.

12 Declaratur quando ſpecialiter, & nominatim ſibi emptor de evictione proſpexerit in eum caſum, ut habetur in *cap.* 1. *de inveſtit. de re alien. fact. & in d. l. ſi fundum, C. de evict.* & poſt Bar. & alios latè tradit Gomez *d. cap.* 2. *num.* 34. verſ. (*ſeptimo caſus*) Bec. *conſ.* 24. *num.* 34. Bar. *in l. quemadmodum* poſt Gloſ. *nu.* 10. *C. de agricol. & cenſit. lib.* 10. Corneus *conſ.* 2. *n.* 13. *lib.* 2. Abbat *in c. ſi quis alio in fin. de rebus Eccleſ. non alien.* Tiraq. *ubi ſuprà*, §. 12. *gloſ.* 1. *nu.* 11. Cravett. *conſ.* 64. *num* 4. Secus ſi generaliter tantum ſit ſtipulatus; quia ſimplex
13 & generalis ſtipulatio de evictione non ſufficit, ut inquit Bar. in *l. ſi familia, ad finem*. Bal. *n.* 8. & Angel. *in fin. C. famil. erciſc.* Alex. *conſ.* 21. *n.* 4. juncto *n.* 8. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 42. *n.* 12. *lib.* 1. & *conſ.* 146. *n.* 3. *eodem lib.* Tiraq. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 9. *n.* 56. Surd. *deciſ.* 243. *n.* 3. & 4. Rota *diverſ. deciſ.* 211. *num.* 1. & 2. *par.* 2. & *conſ.* 67. *n.* 53. & *conſ.* 70. *n.* 17. Hercules Mareſcot. *lib.* 1. *var. cap.* 19. *n.* 30.

14 Præſertim ubi evictio ex natura ipſius rei contingit, quia tunc neque ignoranti actio de evictione competit, etiam ſi generaliter promiſſa fuerit, Gloſ. *in dict. l. familia*, in verb. (parte,) *verſus finem*, ibi: *Sed magis puto*: Roman. *conſ.* 503. *n.* 14. Alex. *d. conſ.* 21. *n.* 2. *lib.* 5. Honded. *conſ.* 3. *n.* 4. Niſi ſtipulatio ſit concepta verbis univerſalibus, putà *quandocumque*, *qualitercumque*, *vel quavis de cauſa res evinceretur*; quia tunc comprehenditur evictio quæ fit ex natura rei, ſive emptor ſciat, ſive ignoret rem eſſe alienam. Gloſſ. in *l. enim pœna. ff. de arbitris*, quæ vult quòd etiam ſi re per compromiſſum evicta emptor non agat pro evictione, tamen aliud ſit, quando promiſſa eſt evictio quomodocumquè ſequatur: & illam Gloſſam ſequitur, & notandam dicit Alex. *conſ.* 4. *n.* 1. *lib.* 3. & *in conſ.* 102. *n.* 5.
15 *lib.* 6. Covarr. *lib.* 3. & *var. cap.* 17. *n.* 7. Hujuſmodi enim verba univerſalia copulant majora expreſſis, etiam ex cauſa non conſiderata à jure, Gozad. *conſ.* 14. *nu.* 22. & *conſ.* 63. *lib.* 1. Tiraq. *de retract. lign. ad fin. tit. n.* 98. & ita tenuit Rota *deciſ.* 152. *num.* 5. *par.* 2. *diverſarum*, Mareſcot. *dict. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 33.

16 Declaratur principalis concluſio, ut non procedat quando rem alienam penitus alienaſſet ſcienti, & ſcienter de obligatione voluiſſet teneri: ſecus ſi rem, in qua aliquod jus haberet, alienaſſet; quia nullo modo etiam promittendo tenetur: Cumanus *conſ.* 170. *n.* 3. *in fin.* Card. Tuſchus *tom.* 3. *concluſ.* 367. *n.* 33.

17 Extenditur, ut idem ſit in eo, qui habet jus ad vitam, putà uſumfructum; quia ſi locat ſcienti per decem annos, & promittat manutenere ab omni perſona, non tenetur hæres mortuo uſufructuario ante lapſum decem annorum, Cumanus *d. conſ.* 170.

18 Idem eſt in fideicommiſſario vendente, quia ſi vendit rem ſubjectam fideicommiſſo ſcienti, licèt promittat de evictione, non tamen tenetur, niſi ad ſimplum, Cumanus *d. conſ.* 170. in fin.

19 Idem eſt in pluribus dividentibus bona, quorum aliqua ſunt libera, aliqua verò ſunt feudalia, vel ſuppoſita fideicommiſſo conditionali, quia cum ſciant, ſi uni obveniant omnia bona libera, alteri omnia bona fideicommiſſaria, vel feudalia, mortuo illo, cui obveniunt bona feudalia relictis hæredibus filiabus, non poſſunt illi agere de evictione, etſi ſequatur evictio ex natura rei, ex facto authorum: ita Alexan. *conſ.* 21. *n.* 6. *lib.* 5. & *ibi* Addit. plures allegat Roland. *conſ.* 51. *n.* 9. *lib.* 4. Socin. Jun. *conſ.* 119. *lib.* 3. communem dicit Gratus *conſ.* 28. *n.* 20. *lib.* 1. Bart. Bald. & alii in *lib. ſi familiæ*, *C. famil. erciſc.* Alciat. *conſ.* 131. *numero* 5. & *conſ.* 138. pleniſſimè Phanutius *de inventario*, *par.* 7. *n.* 203. ubi dicit communem: & citat plurimos Cravet. *conſ.* 24. & *conſ.* 211. *n.* 7. Curt. Jun. *conſ.* 49. *n.* 5. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 7. *n.* 19. *lib.* 3. Menochius *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 118. ubi declarat multis modis. Hercules Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 19. *num.* 44. & 45.

Et quod dividentes emphyteuſim maſculinam inter 20
ſe, & promittentes defenſionem, & non moleſtari, & de evictione non teneantur, ſi moriatur unus ſine maſculis relicta fœmina, à qua poſſunt evincere, neque dicantur venire contra promiſſam defenſionem, quæ non comprehendit hunc caſum ſecundum naturam rei; Alex. latè *in conſil.* 21. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 42. *nu.* 19. & *conſ.* 81. *nu.* 2. & *conſ.* 146. *n.* 3. *lib.* 1. & *conſil.* 137. *n.* 12. *lib.* 2. Aretin. *conſ.* 3. Dec. *conſil.* 411. Quod procedit quando dividentes ſciverint; & dicuntur ſciviſſe, ſi ſolverint canonem pro bonis, exemplo hæredis qui ſolvit legata, quia præſumitur ſciviſſe teſtamentum; Alex. *conſ.* 4. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 267. *n.* 2. & *conſ.* 287. *colum. fin.* Nam evictio non debetur, quando ſecundum naturam rei res evincitur, quando contrahentes ſciverunt, & cogitare potuerunt, Federicus de Senis *conſ.* 77. Socin. *conſ.* 199. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 2. & *conſ.* 11. *lib.* 1. latè Romanus *conſ.* 503. *in fin.* verſ. (*ultimo.*)

Hæc tamen ſuperiora declarantur multis modis, ut 21
per Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 158. *per totam*, & *num.* 15. & *ſeq.* quando alteri bona libera obtigiſſent.

Extenditur in eo, qui ſcienter emit rem alteri obli- 22
gatam, vel alienam, quia nequè datur actio ad pretium *l. ſi fundum, C. de evict.* Dec. *conſ.* 411. *in fin.* Alex. *in l. qui Roma.* § *duo fratres*, *n.* 34. ubi Aretin. dicit communem, *ff. de verb. obligat.* Card. Tuſchus *tom.* 3. *concluſ.* 367. *num.* 38.

Declaratur, quando evictio debetur ex diſpoſitione 23
hominis, putà ex pacto; & licèt ſciverit rem alienam, recuperat pretium: ſi verò debeatur evictio ex diſpoſitione legis, nec recuperat pretium ſecundum diſtinctionem Caſtrenſis *in l. emptorem*. §. *fin. ff. de actio. empt.* Cravetta *conſ.* 211. *nu.* 6. Anton. Petra *de fideicommiſſis*, *quæſt.* 14. *num.* 44.

Declaratur, quando emptor fuit ignorans, recuperat 24
pretium. Alex. Aretin. & Jaſ. *in d. l. qui Roma*, §. *duo fratres*, *ff. de verb. obligat.* Dec. *conſ.* 415. ſecùs ſi ſciens, Tuſchus *d. concluſ.* *n.* 40.

Idem declaratur in uſufructuario vendente uſumfru- 25
ctum ſcienti, quia finito uſufructu non debetur evictio; idem ſi fiat diviſio inter uſufructuarios, Roman. *conſ.* 503. *à num.* 13. *ex l. neceſſaria*, §. *fin. ff. de periculo*, & *commod. rei vend.*

Extenditur, quando adeſt duplex prohibitio legis, 26
& hominis; nam licèt alienatio fideicommiſſi facta ſit ab ignorante, tamen quia alienatio eſt nulla, bona poſſunt avocari, Cæphal. *conſ.* 624. *à num.* 22. *lib.* 1. ibi *num.* 27. plures allegat, Paul. de Caſtro *in l. emptorem*. §. *fin. ff. de act. empt.* Natta *conſ.* 181. *n.* 4. *lib.* 1. Flaminius Cartarius *deciſ.* 70. *n.* 2.

Extenditur, quia renunciatio fideicommiſſi, vel feu- 27
dorum, eſt perſonalis; & ideo ſi promittatur de evictione, non præjudicat vocatis, quin poſſint bona fideicommiſſi habere; nequè habet locum evictio promiſſa, quia non venit ex facto promittentis, ſed ſecundum naturam rei; Cravet. *conſ.* 22. *n.* 20. ubi dicit communem, Ruin. *conſil.* 138. *n.* 10. *lib.* 2. Cæpol. *conſ.* 771. *n.* 32. Flamin. Cartarius *d. deciſ.* 70. *n.* 28. quia quando ſequitur evictio ſecundum naturam rei, neque tenetur is, qui de evictione promiſit ad pretii reſtitutionem;

nem, Caſtrenſ. *in d.l. ſi familiæ. num.*2. *C. famil. erciſ.* Jaſ. *in d.l. ſtipulatio iſta*, Curt. Sen. *conſ.* 63. *num.* 19. Dec.*conſ.*411.*num.*34. Cravetta *conſ.*77.*num.*18.Franciſc. Becc. *conſ.*24. *num.*38. *& ſeqq.*

28 Extenditur etiam, quia non poteſt agere de evictione bonorum ſubjectorum fideicommiſſo, is, qui poſteà ſupervivit ſolus, in quo finitur fideicommiſſum, licèt tempore evictionis potuit contrarium evenire, Ruin. *conſ.*7. *num.*19. *& ſeq. lib.*3.

29 Extenditur tam in diviſione, quàm in alienatione, quia evictio non debetur, quæ provenit ex facto communis authoris dividentium, vel emptoris, & venditoris: Phanutius *de inventario*, *par.* 7. aliàs *quæſt.* 244. *num.*203. *in tractatu de Inventario*, Socin. Jun. *conſil.* 119. *in fin. lib.*3. Cravetta *conſ.*211.*n.*6. Pariſius *conſ.* 72. *n.*11. *lib.*4. Jaſ. & Rip. *num.*43. *in d. l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *ff. de verb. obligat.*

30 Idem etiam ſi ſequatur ex facto ipſius emptoris, quia non oritur evictio rei venditæ, Ruin. *conſ.*146. *num.* 3. *lib.*1. *l. ſi fundum meum* 20. *ff. de evict.* & *ibi* notant Bar. Bald. & omnes alii: Phanutius *de inventario*, *quæſt.* 244. *num.*201. Hercules Mareſcot. *d. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 36. Cæſar Manent. *deciſ. Mantuana* 20. *num.* 24. *&* 25.

31 Extenditur in caſu contrario; quod conceditur venditori & ejus hæredibus, ita & ipſi emptori & hæredibus ejuſdem reſpectu pretii repetendi minimè negari poteſt, verbi gratia, ſi is ad quem res ex jure fideicommiſſi, vel alio incertum eventum erat perventura, emat eamdem rem, & demum conditio extiterit, quà ad eum prædicta res devolvitur, tam ipſe, quàm ejus hæredes admittuntur ad pretium repetendum pro ea re ſolutum; vel ſi nondum ſolutum fuiſſet, rectè recuſabunt illud ſolvere; ut habetur in *l. à ſubſtituto*, *ff. de leg.* 1. Jaſ. *in l. hujuſmodi*, §. *qui ſervum*, poſt Bart. Bal. & alios per eum citatos, *ff. de leg.* 1. *& in l. planè*, §. *quod ſi, n.*4. *ff. eodem*, Rip. *in d.* §. *duo fratres*, *n.*92. poſt Bar. & Dyn. *ff. de verb. obligat.* Ruin. *in conſ.*159. *lib.*5. *& in conſ.* 70. *colum. lib.*1. Socin. *in conſ.*16. *n.*25. *uſque ad n.*30. *lib.* 3. & Corn. *conſ.*283. *col. fin. lib.* 4. Raphael. Cumanus *conſ.*33. Phanut. *de inventario*, *d. quæſt.*244. *num.*212.

32 Limitatur quando dividentes ignoraſſent bona fideicommiſſo ſubjecta, vel feudalia, Roman. *conſ.* 503. *ſub num* 9. *&* 10. Ruin. *conſ.* 42. *num.* 19. *& in conſ.* 146. *num.*3. *lib.*1. Cravetta *conſ.* 211. *n.*7.

33 Reſtringitur, quando emptor ſibi providit de evictione, etiam in caſu, quo ex natura rei, & ex facto
34 authorum evinceretur, Alciatus *conſ.* 133. *n.* 5. *& in conſ.*138. Alex. *conſ.*21. *n.* 2. *&* 15. *lib.* 5. Socin. Jun. *conſ.*119. *num.*2. *&* 15. *lib.* 3. & declarant Bart. Bald. Salycet. Caſtrenſ. & alii in *d. l. ſi familia*, *C. famil. erciſ.*

35 Reſtringitur, quando venditor promiſit ratificationem omnium fideicommiſſariorum: ita quòd promittendo factum alienum non excuſatur, & faciendo poſſibilia, vel quando promiſit ſecundum cautelas, de quibus Dec. *conſ.*322. *per totum*, maximè *in fine*, vel quando conſtet de contraria mente contrahentium expreſſe, vel tacita; vel quando in diviſione adſunt clauſulæ prægnantes, Socin. Jun. *conſ.*116. *num.* 64. *lib.* 1. Phanut. *d. tract. de inventario*, *quæſt.* 244. *num.* 210.

36 Reſtringitur etiam, ut non procedat in diviſione bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, quia licèt dividentes ſciverint fideicommiſſum, & promiſerint de evictione; non tamen habet locum quando ſecundum naturam rei fit, ut quia purificatur fideicommiſſum; quare ſi bona debent reſtitui dividentibus, unus ex dividentibus non repellitur exceptione prædicta: Bart. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *num.*22. *in fin.* Crotus, *n.*27. Jaſ. *n.*38. Rip. *n.*33. *&* 95. *ff. verb. obligat.* Bart. Alberic. Bald. Angel. Salycet. Caſtrenſ. & alii, in l. ſi familiæ, *C. famil. erciſc.* Alex. *conſ.*21. *num.*5. *lib.*1. Gratus *conſ.*29. *num.* 46. *lib.*2. Roman. *conſ.*107. *n.* 14. Cur. Sen. *conſ.*49. *n.*79. ubi de communi, Ruin. *conſ.*137. *n.*12. *lib.*2. ubi dicit communem, & *conſ.* 11. *in fin. & conſ.* 7. *num.* 10. & *conſ.*14. *num.*5. *lib.*1. Corneus *conſ.*42. *n.*11. *lib.*4. Dec. *conſ.*411. *n.*34. Cravetta *conſ.*211. *n.*7. Socin. Jun. *conſ.* 108. *num.* 131. *& conſ.* 119. *num.* 2. *lib.* 3. Gozadin. *conſ.*53. *n.*19. Franciſcus Becc. *conſ.*24. *num.*33.

Et prædicta limitatio procedit maximè, quando 37
utrique parti dividentium obvenerunt bona fideicommiſſo ſubjecta, quia mortuum periculum excludit evictionem, Glo. in *l. ſi familiæ. C. ſi famil. erciſc.* Alex. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *n.*34. *ff. de verb. oblig.* ubi Alciatus, *n.*37. Menoch. *conſ.*87. *n.*84. cum *ſeq. lib.* 1. Card. Tuſchus *d. concluſ.*367. *num.*6. *tomo* 3.

Limitatur, quando evictio non provenit ex facto authoris, qui non renunciavit fideicommiſſo, ſed ex facto alterius, quia tunc non dicitur evictio ſecundum naturam rei proveniens; ſed ex facto aliunde cauſato contra promiſſionem; Menochius *d. conſ.*87. *per totum*, Tuſchus *ubi ſuprà*, *n.*7.

Et etiam non procedit limitatio principalis, in ſci- 38
enter emente à fiſco, caſu, quo procurator ejus vendens non habuit in mandatis, ut promitteret de evictione, Bal. *in l. ſi fundum*, *C. de evict.* Chaſſanæus *conſil.* 55. *n.*45. Caballinus *d.* §. 3. *n.*31. *de evict.*

QUÆSTIO XLVII.

An evictio debeatur, quando res evincitur ſecundum ſuam naturam, vel quando venditur jus, quod in re habetur.

SUMMARIUM.

HÆc quæſtio continet duas partes, & unaquæque tractabitur.

1 *Naturalia contractuum dicuntur, quæ tacitè intelliguntur de natura actus.*

2 *Contractus appellatione non venit ſimplex enunciatio.*

3 *Contractus appellatione non venit diſtractus.*

4 *Appellatione contractus aliquando venit diſtractus.*

5 *Contractus appellatione venit compromiſſum.*

6 *Non venit teſtamentum.*

7 *Contractus appellatione non venit contractus nullus ipſo jure.*

8 *Omnis contractus, cui poteſt opponi aliqua exceptio, eſt contractus impropriè.*

9 *Contractus conditionalis, an veniat appellatione contractus.*

10 *Contractus appellatione non venit fidejuſſio.*

11 *Appellatione contractus propriè non venit donatio, & ſtipulatio.*

12 *In materia favorabili venit etiam contractus impropriè.*

13 *Naturalia in contractu emptionis & venditionis, accipiuntur ea, quæ ex judicii poteſtate deſcendunt, & idem eſt in aliis contractibus.*

14 *Evinci res ſecundum propriam naturam quando dicatur, & ſeqq.*

15 *Nemo enim ad evictionem tenetur, quæ à rei natura provenit.*

16 *Limitatur ſi rei naturam ignoravit.*

17 *Creditor vendens jus, quod in re habet, de evictione non tenetur.*

18 *Sed tenetur præſtare rem eſſe ſibi obligatam.*

19 *Licèt creditor non teneatur de evictione, debitor tamen tenetur.*

20 *Vendens jure creditoris, re evicta licet de evictione non teneatur, ad pretium ſaltem tenetur.*

21 *Vendens jure creditoris tenetur inſtrumenta cedere emptori, & cedere omne jus, quod habet contra authorem ſuum.*

Digitized by Google

22 *Limitatur primò, quando creditor expreſsè ſe obliga-*
vit pro evictione.
23 *Limitatur ſecundò, quando creditor mala fide ſciens*
rem alienam eſſe, & non debitoris, vendidit.
24 *Limitatur, quando vendidit ſimpliciter jus, quod ha-*
bet in tali prædio, nullo reperto jure, nulla contra
venditorem competit actio.

QUæſtionem hanc exornarunt Caballin. *in* §. 5. *num.*
33. *de evict.* plures referens, & *num.* 34. Franciſcus
Beccius *conſ.* 24. *à nu.* 33. Gaſpar Theſaur. *lib.* 2. *quæſt. fo-*
renſ. 23. *num.* 13. Maſtrillus *deciſ.* 61. *n.* 4. & 6. Gratianus
tomo 2. *diſcept.* 205. *n.* 22. & *tom.* 3. *cap.* 520. *nu.* 27. Sera-
phinus Olivarius *deciſ.* 468. *n.* 4. & *deciſ.* 1480. *n.* 1. Bor-
gninus Cavalcanus *deciſ* 36. *de contractibus lib.* 1. Petrus
Surdus *conſ.* 15. *n.* 4. & *conſ.* 67. *n.* 8. & *conſ* 311. *n.* 27. *lib.*
3. & *deciſ.* 208. Anton. Monachus *deciſ. Lucēſi* 60. *n.* 8. &
9. & *deciſ. Florētina* 63. *n.* 9. & 10. Menoch. *lib.* 3. *præſūpt.*
115. *num.* 14. Vincent. Carrozius *deciſ.* 10. *n.* 16. Marius
Muta *deciſ. Siciliæ* 59. *n.* 24. Cæſar Manent. *deciſ.* 13. *à*
n. 49. & *deciſ.* 17. *à num.* 49. Menoch. *conſ.* 418. *num.* 10.
Joan. Baptiſta Coſta *de rata, quæſt.* 14. *n.* 7.

Continet hæc quæſtio duas partes, unaquæquè tra-
ctabitur ſuo ordine, & ad præfationem primæ partis ad-
1 vertendum exiſtimo, quòd naturalia contractuum illa di-
cuntur, quæ tacitè intelliguntur de natura actus, ut in
contractu emptionis & venditionis evictio, quæ deſcen-
dit, & provenit ex natura, & ex poteſtate illius judicii,
& venditor omnino eam præſtare tenetur, etiam quòd
nihil ſit dictum; *l. fin ff. de cond. cauſ. dat. l.* 2. *ff. de evict.*
Gloſ. *in l. pacta conventa, ff. de cōtrah. emptione*, Socin. *re-*
gul. 438. Duenas *reg.* 142. Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 17. Fa-
bian. de Mōte *de empt. & vēd. quæſt.* 6. *principali*, vel etiā
poteſt poni exemplum in locatione, in qua naturalia
dicuntur illa quæ ex natura illius contractus procedunt:
putà, ut locator teneatur ad ea, quæ ex bono, & æquo fi-
eri debent, ut feneſtræ fiant, oſtia reſarciantur, & cætera;
& de his naturalibus contractuū plura tradit Jaſ. *in l. eum*
quid, ff. ſi cert. petat. & Bald. *in l. ad exactionem, C. de dotis*
promiſſ. & *in l.* 1 *ff. ſolut. matrim.* Neguſant. *de pign. in pri-*
mo memb. 3. *par. n.* 26. latè, & in ſingulis contractibus,
Petrus Nicolaus Mozius *de contractibus*, ubi tractat
etiam de eorum accidentibus.

2 Hic ſciendum eſt, quod appellatione contractus, pro-
priè veniunt omnes obligationes hinc inde obligatoriæ,
de quibus in *l. Labeo, §. contractus, ff. de verb ſignif.* ſed non
venit ſimplex renunciatio, ſecundum Bal. *in l. ſive apud*
acta, C. de tranſ. colum. 1. Salycet. *in l.* 1. *C. de pactis*. Caſtr.
in conſ. 11. Alex. *in l. unus, §. pactus*, & in add. ad Bart. *ff.*
de pactis. Item nec venit diſtractus, Bald. *in l fin. C. ſi tu-*
3 *tor, vel curat.* ubi inquit textus, *diſtrahentibus, & contra-*
hentibus, & ſic ponuntur tamquam diverſa, & hoc ma-
gis procederet in ſtatutis, ubi verba propriè intelligen-
da ſunt, atque ideo prohibitus contrahere, non poterit
aliquem liberare, quia liberatio donatio eſt, ſecundum
Bar. *in l. ſi unus, §. pactus, colum.* 3. *ff. de pactis*, per *l. in ædi-*
bus, §. 1. *ff. de donat.* & tenet idem Bart. *in l. ſi de certa, C.*
de tranſ. Afflictus *deciſ.* 212. facit etiam text. in §. 1. *In-*
ſtit. quib. mod. re cōtrah. obligat. ibi. *Potiùs animum diſtra-*
hendi, quàm contrahendi.

4 Sed limitatur aliquando, quia appellatione contra-
ctus venit etiam diſtractus, text. eſt pulcherrimus in
l. omnium, C. de omni agro deſerto, lib. 10. ubi ille, qui non
ſolvit, contrahit; & abſque dubio ſi accipiatur contra-
ctus generaliter, & largo modo, comprehenditur, &
venit diſtractus, juxta *l. omnem obligationem, ff. de jud.*
notat Jaſ. *in §. omnium, Inſt. de act.* plenè Tiraq. *de leg.*
connub. in gloſ. [*contracter*,] Rebuff. *de liter. obligat.*
art. 4. *gloſ.* 10. Item nec venit compromiſſum; licèt
5 ſit tranſactio, quia tranſactio eſt impropriè con-
tractus, atque ideo in ſtatuto faciente mentionem de
contractibus, non veniret compromiſſum, nec ar-
bitramentum: Mozius *in proœmio de contractibus, art.* 7.
n. 6. Nec enim per eumdem venit teſtamentum: & 6
Bart. tenet in *l. teſtamentum, C. de tranſact.* quem ſe-
quitur Caſtr. *in l. verba, geſſerunt, ff. de verb ſignificat.*
Gravetta *conſ.* 307. *n.* 6. *lib* 2. Nec venit contractus, qui 7
eſt ipſo jure nullus ſcilicet, in quo non fuit ſervata for-
ma, *Bald. in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi adverſ. ven-*
ditionem, l. 2. *C. de empt.* Idem eſt dicendum de con-
tractu doloſo, quia jure reprobatur, qui nec dicitur
propriè contractus, Bald. *in l. non dubium, in ſecun. notab.*
C. de legibus. Plotus *in l. ſi quando, num.* 271. *C. unde vi*,
ubi reddit rationem, quia omnis contractus, cui po- 8
teſt opponi aliqua exceptio, non dicitur propriè con-
tractus, cum non ſit ultro citroquè obligatorius, Alciat.
in d. l. Labeo in §. contractus. Mozius *ubi ſuprà n.* 8.

Quid autem dicendum ſit de contractu conditiona- 9
li, an veniat appellatione contractus? & dicendum
eſt, ex mente Alciat. *in l. creditores, ff. de verb. ſignificat.*
quòd ſi conditio omnino extitura eſt, veniet: ſi verò
incerta ſit conditio, non eſt contractus, niſi largo modo;
prout declarat Afflictus *deciſ.* 399. *num.* 6. & 7. ſed hæc
quæſtio videtur pendere etiam ex his, quæ tradunt Do-
ctores in *l.* 1. *ff. ſi cert. petat.* Cæphal. *conſ.* 14. *in primo*
volumine.

Nec fidejuſſio venit, cum ſit impropriè contractus, 10
Bald. *in Auth. Sacramēta puberum, C. ſi adverſus venditio-*
nem. verb. (*ulterius quæro.*) Mozius *d. loco, num.* 11. Idem
eſſet dicendum de donatione, & ſtipulatione, & pa- 11
cto, quæ omnia procedunt ſecundum communem in-
tellectum *d. l. Labeo, §. contractus*, ſed in materia favora- 12
bili venit etiam contractus improprius, ut tradunt om-
nes in *Auth. Sacramenta puberum*, Mozius *ubi ſuprà*,
n. 13. *in fin.*

Et cùm naturalia emptionis & venditionis, ut ſupra 13
diximus, accipiantur pro his, quæ ex hujus judicii po-
teſtate deſcendunt, veluti cautio evictionis, quam ven-
ditor præſtare tenetur. Evinci dicitur res ſecundum 14
propriam naturam, quando res aliena vendita eſt ſcienti
emptori, vel quando contractus fuit nullus, & ea ratio-
ne avocantur bona, quia prohibita erant alienari & fue-
runt acquiſita contra præceptum legis, vel teſtatoris;
ita Gaſpar Anton. Theſaur. *lib.* 2. *qq. forenſ. quæſt.* 23.
n. 4. Roſental. *de feud. cap.* 8. *quæſt.* 98. *nu.* 7. Martin. Lau-
denſ. *in cap.* 1. *n.* 4. *tit. de inveſtit. de re alien. fact.* Cæſar
Manent. *deciſ. Mantuana* 13. *n.* 73. & 74. & ibi dicit, quòd
quando promiſſio evictionis venit ex natura rei, vel ex
facto, & culpa evicti, debet eſſe expreſſa, & ſpecifica,
Ruginellus *pract. qq. quæſt.* 32 *à n.* 21. Coſta *de facti ſcien-*
tia, diſtinct. 32. *nu.* 4. & *deciſ.* 17. *n.* 49. Alex. *conſ.* 21.
lib. 5. Rota novíſ. *deciſ.* 152. *n.* 4. *par.* 2. Theſaur. *d. quæſt.*
23. *n.* 13. & non ſufficit ſimplex, & generalis promiſſio
de evictione, ſed requiritur ſpecifica & expreſſa, quan-
do evictio venit ex natura contractus Tiraq. *de retract.*
lign. §. 1. *gloſ.* 9. *n.* 55. Ruin. *conſ.* 11. & *conſ* 42. *n.* 19. *lib.* 3.
& *conſ.* 92. *n.* 28. *lib.* 4. & *conſ.* 146. *n.* 2. *lib.* 1. & *conſ.* 136.
n. 12. & 13. Roland. à Valle *conſ.* 51. *n.* 11. *lib.* 4. Cravetta
conſ. 211. *n.* 7. niſi evictio eſſet promiſſa verbis genera-
libus, & univerſalibus ex Tiraq. *ſup. n.* 55. & 98. Cum ne-
mo teneatur ad evictionem, quæ à rei natura provenit,
Gloſ. in *l. ſi familia, C. famil. erciſc.* Raudenſ. *deciſ.* 22. *n.*
57. Rolandus *conſ.* 51. *num.* 9. *lib.* 4. Theſaur. *d. loco*; 15
n. 1. Card. Tuſchus *tom.* 3. *lit. E. concl.* 367 *n.* 48. Menoch.
conſ. 418. *num.* 2. & 24. Peregrin. *de fideicom. art.* 52. *à*
num. 58. *Surd. conſ.* 67. *numero* 53. Rota Aven. *deciſ.* 133.
Beccius *conſ.* 24. *num.* 38. Marius Giurba *deciſ.* 59. *à*
num. 24.

Limitatur, quando contrahentes ſciebant rem eſſe ta- 16
lem: ſecus ſi ignorabant, tunc enim haberet locum evi-
ctio, Gloſ. & Doctores in *dict. l. ſi familia*, Ruin. *conſ.*
42. *n.* 9. & *conſ.* 146. *n.* 3. *lib.* 1. Roman. *conſ* 503. Cuman.
conſ. 33. *colum.* 2. Cravet. *conſ.* 24. & 211. Joan. Vincēt. de
Anna *allegat.* 48. *n.* 3. Caball. *d. §.* 5. *ſub n.* 34. & 35. dicit,
quòd

Digitized by Google

quòd quando ſciebat emptor, provideat ſibi de evictione, Dec. *conſ.79. & conſ.267.* Alciatus *conſ.138.*

Licèt hæc ſecunda pars quæſtionis latè fuit tractata *ſupr. in quæſtione trigeſima quarta*, tamen quæ ſunt di-
17 cenda veniunt in ejus declarationem, & quæ ibi omiſſa fuerunt in præſenti ſupplentur: ideo creditor vendens jus, quod in re habet, de evictione non tenetur, *l.1. C.credit. evict.pign. non deb. l. cum ea conditione, §.1.*
18 *ff. de evict.* Natta *conſ. 38.* venditor tenetur præſtare rem eſſe ſibi obligatam, *l. ſi nomen, ff. de hæredit. vel act. vend. l.ſi plus, §. fin. ff. de evict.* ſicut qui vendidit nomen debitoris, ſolum præſtare tenetur illum eſſe debitorem, non autem illum fore locupletem, ex *dict. l. ſi nomen, & ex d. §. fin.* Paul. de Caſtro *conſ. 181. lib. 2.* Cravetta *conſ.145. num.21.* Bald. *in d.l.1. n.4.* Caballin. *d.§. 5. ſub n. 35.* ubi quod quamvis ipſe creditor
19 non teneatur de evictione, tenetur tamen debitor, ac ſi ipſe vendidiſſet, *l.ſi ob cauſam, C de evict.* eſt tamen verum, quòd ille qui vendidit jure creditoris, ad pretium ſaltem tenetur, Franciſcus Vivius *deciſ. 152. lib. 1.* Gratian. *diſcept. 175. num. 4. & 6.* Coſta *de clauſulis, clauſula 103. par.2.* Alex. Trentacinq. *lib.3. reſolut.17. de empt.& vendit.* Caſtillo *lib.4. controv. cap. 42. à num.70.* Pallad. *lib.2. cap.fin. par.5. §.16. n.10.* Caldas *de empt. & vendit. cap.31. num.21.* Maſtrillus *deciſ. 28. à n. 4.* Ariſminus Tepat. *tom. 2. tit. 423. cap. 13.* verbo (*creditor.*)

20 Qui enim vendidit jure creditoris, debet inſtrumenta crediti edere emptori, ad hoc, ut emptor poſſit probare jura venditoris, Bertrand. *conſ. 217. lib. 7.* & pro indemnitate emptoris tenetur cedere omne jus ſuum, *l. in creditore, ff. de evict.* Franciſcus Vivius *deciſ.24. num. 1. lib. 1.* Et propterea Notarii in inſtrumentis emptionum apponunt illa verba, *cedens, & concedens eidem emptori omnia jura perſonalia, realia, mixta quæ dicto venditori competunt, & competere poſſunt ratione dictæ rei* Caballin. *ſub d. num. 37.* Bertrand. *conſ. 317. lib. 3. part. 1.* Alciat. *conſ.216. n.7.* ita conſulunt.

21 Limitatur dicta concluſio tribus modis: Primò, ut non procedat, ſi creditor expreſsè ſe obligavit pro evictione, Dec. *conſ.449.n.37.* Secundò limitatur, quando
22 mala fide ſciens rem alienam eſſe, & non debitoris, vendidit, *l. 2. & ibi* Bald. & Salyc. *C. cred. evict. &c.* Tertiò limitatur, quòd vendens ſimpliciter jus, quod habet in tali prædio, nullo reperto jure, nulla contra venditorem ſubſiſtit evictio: Bertrandus *conſ.268. libro 7.* Caballinus *ubi ſup. num. 39.* quibus addo Cantarium *deciſ. 70. num. 40.* & Cæſarem Manent. *deciſ.17. à numero 59.*

QUÆSTIO XLVIII.

Si emptor habuit inexpertum Advocatum, cujus imperitiâ causâ cecidit, an agat de evictione?

SUMMARIUM.

1 *Emptor eligens inexpertum Advocatum ad defendendum rem, non agit de evictione.*

2 *Emptori culpa imputari poteſt, ſi eligat malum Advocatum, & procuratorem.*

3 *Emptor de evictione non agit, ſi ex ſua quantumcumque minima culpa cauſetur evictio.*

4 *Advocatus expertus quis dicatur, ut ejus electio emptorem excuſet.*

5 *Advocatio eſt dignitas, & honorabile officium.*

6 *Author invehitur contra vulgares idiotas, qui dicunt, quod nullus Advocatus fuit Sanctus, cum multi Sancti Advocati fuerint.*

7 *Advocans pro modico ſalario contemptibilis reputatur.*

8 *Advocatus quæ obſervare debet circa competens ſalarium.*

9 *Advocatus mortaliter peccat, ſi recipiat ſalarium, & pro viribus clientulum non defendat, imò perfidus dicitur.*

10 *Advocati imprudentes vocari poſſunt, dum promittunt ſuis clientulis victoriam, cum ſit dubius litis eventus.*

Licèt in hac quæſtione tractatus integer de Advoca- 1
tis fieri poſſit, & de ea paululum attigerimus *quæſt. 5. à num.91.* quod illic defuit per hanc ſuppletur. Si emptor in defendenda re habuit inexpertum Advocatum, hoc caſu venditor non tenetur de evictione, Gloſ. in *l.quod ſi nolit, §.ſi mancipium, verb.* (culpam,) *ff. de ædilitio edicto*: Franciſc. Marcus *deciſ.583.* Riminald. *conſ.205.n.7.& conſ.274. n.16.lib.2.* Rebuf. *tit. de dilat. art.5. gloſ. un. num.18.* Caballin. *§.3. num.159.& §.5. n.40. de evict.* Franciſc. Vivius *deciſ.155.n.10.verſ.* (& in tantum,) *lib. 1.* Quia culpa ei imputari poteſt, ſi elegit malum Advocatum, & Procuratorem, Gloſ. in *l. 2*
non utique, ff. de rei vendicat. Menochius *lib.1. de arbitrar. judicum quæſt. 65. num. 10.* & qui imperitè ve ſatus eſt, ſibi imputare debet, juxta text. in *l. 1. §. hæc actio, ff. ſi menſor falſum modum dixerit.* Et eò magis 3
cum evictio cauſata perſpicuè diſcernatur culpâ emptoris eligentis inexpertum advocatum, ideo emptor non agit de evictione, *l. ſi ideo, ff. de evict. l. emptor, C. eadem tit.* quælibet enim minima culpa excludit emptorem ab evictionis victoria, ita Franciſcus Vivius *d. deciſ. 151. n. 10.* Quod evitabit emptor ſi adhibuerit bonum Advocatum, & expertum qui ſolet frequentare palatium cauſarum, 4
& ſe exercet in litibus forenſibus, & nomen habet excellens; & fama eſt, quòd in exercitio ſit peritus, etſi fortè contingat, quòd in cauſa negligenter ſe gerat, emptor excuſabitur, ut latè diximus *d. quæſt. 5. num. 92.* Qui verò dicantur Advocati optimi, ac eminentis ſcientiæ, recurrendum eſt ad communem opinionem: argum. *l. cum de lanionis, §. aſinam molendinariam, ff. de fundo inſtructo, l. nummis, ff. de leg. 3.* Imola, & Alex. *in l. ſtipulationum quædam,* ubi Jaſ. *num.4. ff. de verb. obligat.* & confert doctrina Innoc. *in cap. cum in cunctis,* quam ſequitur Abbas *num.4. de electione*, ac illos Advocatos in ſupremo gradu collocant, qui ſubtiles quæſtiones ſine revolutione librorum diſcutere, & diffinire norunt, ac in promptu reſponſiones habent: ſed meliùs ſenſit *Decius*, eum Advocatum eminentis ſcientiæ dici, qui ſcit omnes quæſtiones etiam difficillimas cum revolutione librorum jure decidere, cui aſſentit I. C. *in l. incivile, ff de legibus*: & ita ſentit Rebuff. *in concord. in tit. de reg. ad prælat. nom. fact. §. 1.* in verbo, (*eminentis ſcientia*:) Jacobus Bennius, *p. 2. de privilegiis Juriſconſultorum.*

Advocatio eſt dignitas, & exercitium ni-
mis honoratum, & laudabile meritò Advocatus dici- 5
tur conſtitutus in dignitate, & præcipuè hujus Curiæ: *l. Advocati, C. de Advocat. l. laudabile C. de Advocat. diverſ. judic. can. quia Epiſcopus, in fin. 5. quæſt. 3.* Andreas Gail. *lib.1. obſervat.43. num 3. & 4.* Jacob. Benn. *de privileg. Juriſc. par. 2. privilegio 38. n. 2.* Tiraq. *de nobilitate, cap.29. num.11.* Bald. *in l. invitus, col.1. ff. de procurat.* Carroz. *de locat. tit. de fruct. & litium expenſis, n.1.* Lancellot. *in tempor. jud. §.1. quæſt.12. n.26.* Carolus de Graſſis *de effectibus clericatus, cap.21.n 8.* & ſic propter tantam dignitatem ſunt multi in hac Curia, qui munere advocationis funguntur. Nec verum eſt quod aliqui vulgares, & idiotæ, contra tam honeſtum, & utile exercitium dicunt, ſcilicet, quòd ex Advocatis 6
nullus reperitur Sanctus: quia hoc eſt omninò falſum, cum multi tales reperiantur. Nam Sanctus Ambroſius Doctor Eccleſiæ revera eſt Sanctus, & nihilominus per undecim annos advocationis officium exercuit in Curia Romana,

Romana, ut eſt videre apud *Surium*, & apud Voraginem in *deſcriptione vitæ ipſius Sancti Ambroſii*, Sanctus ſuo, Sanctus Germanus Epiſcopus Pariſienſis, & Sanctus Lipardus Frater Sancti Leonardi magni, & alii multi quos congerit Matienzo *in dialogo Relatorum 1. p. à cap. 7. & ſeqq.* Jacobus Bennius *3. p. privileg. 71. n.6.* ubi probant, quòd multi viri inſignes advocationis munia geſſerunt, & gerunt.

Caveant tamen Adocati, ne pro modico ſalario patrocinentur, quia viles, & contemptibiles reputantur,
8 *c.2.3.q.7.* Debetur enim Advocato competens ſalarium ſecundum magnitudinem cauſæ, & laboris, & ſecundum facundiam ſuam, & fori conſuetudinem; ita Placentinus *in tractatu de judic. & de honoribus Advocatorum, tit.4. à num.2.* & eſt textus in *l. quiſquis, C. de poſtulando, cap.2. §. item ſi quis ad ea. 3. quæſt.7.* ibi *ut non ad turpe compendium, & ſtipendium deforme huc arripiatur occaſio, quia ſi lucra, pecuniaque capiantur, veluti arrepti, atque degeneres inter viliſſimos numerabuntur;* argument. *cap. conceſſa, 12. quæſt.2. & cap. de multa, in fin. de præben.* nam is gradus cæteros anteceſſit, quem ſtipendia longiora, & labor prolixior fecerunt eminentiorem, *l. nemo, C. de Advoc. diverſ. jud. l.1. §. in honorariis. ff. de var. & extraordin. cognit. cap. miramur, 51. diſtinct.* Franciſcus Vivius *deciſ.*
9 *123. à n.1. & 2.* Sed ſi Advocatus reciperet ſalarium, & clientulum pro viribus non defenderet peccaret mortaliter, *cap. irreligioſum, 87. diſt.* & in tali caſu perfidus voca-
10 tur non defendens plena fide clientulos. Imò etiam beſtiales meritò nuncupari poſſunt quoquè advocati promittentes victoriam clientulo; cum cavere debeant tamquam ab igne, hujuſcemodi promiſſionem facere, ſtante incerto dubioq; litis eventu, *l. quod debitor, ff. de peculio.*

QUÆSTIO XLIX.

Si venditor conveniret ne pro alieno facto teneatur, ſed pro ſuo tantum, an excludat factum authoris, vel ſui hæredis?

SUMMARIUM.

1 *Emptor ſuccumbens ex cauſa ab ipſo originem trahente non agit de evictione.*
2 *Pactum quòd quis non vult teneri de evictione niſi pro ſuo facto, & dato tantum, dicitur res ex hoc pacto minus valere.*
3 *Promittens ſimpliciter abſque dictione taxativa tenetur de facto ſui hæredis.*
4 *Idem eſt dicendum de facto defuncti ſui authoris.*
5 *Promittens de ſuo facto per dictionem taxativam, quòd teneatur de facto ſui hæredis affirmativè refertur.*
6 *Et quòd non teneatur de facto ſui hæredis negativè refertur, & opinio authoris.*
7 *Idem dicendum eſt de facto ſui authoris defuncti cum eademmet diſtinctione ſine dictione taxativa, vel ſimpliciter.*
8 *Refertur ſententia affirmativa.*
9 *Refertur ſententia negativa.*
10 *Limitatur, ut non procedat in authore univerſali, tamen ſecus eſſet in authore particulari.*
11 *Limitatur etiam quando poſt venditionem à ſe factam ei ſucceſſit.*
13 *Licet promittens de evictione de ſuo facto tantum, non teneatur ad plenam evictionem de facto alterius; tenetur tamen ad pretii reſtitutionem.*
14 *Unum tamen valde eſt notandum ex* Bald. *&* Trentacinq.
15 *Eſt etiam notandum, quòd venditor non tenetur de evictione quando avocatur ſola poſſeſſio.*

HAnc quæſtionem multi exornarunt Authores in *l. ſtipulatio iſta. ff. de verb. oblig.* Fulv. Pacianus *lib. 1. c.31. à n.42. de probat.* Surd. *conſ. 36. n.7.8. & 18.* Hieronym. Cevedo *ſingulari 21. n.4.* Marta *de clauſulis clauſ. 194.* Pittus Maurus Aretinus *de fidejuſſoribus, 1. par. princ. cap.18. n.7.* Bertaz. *conſ. civilis 106. n.18.* Caballin. *§.5. n.43. de evict.* Alex. Trentacinq. *lib.3. reſolut. var. de empt. & vendit. reſolut.8.* Marta *deciſ.129.* Jacobus Puteus *deciſ.230. à n.1. lib.2.* Ariſmin. Tepatus *tom.2. var. tit.423. verb.* (promittens) *fol.662.* Gratianus *diſcept.566. n.3. tom.3.* Gaſpar Antonius Theſaurus *lib. 1. quæſtione forenſi 77. n.3.*

Si emptor ſuccubuit injuſtè in cauſa per objectum ſeu obſtaculum exceptionis, quæ ab ipſo emptore traxit originem, veluti ſi ſervum, quem emit, manumiſit, *l. ſi ſervum, ff. de evict.* ſi permiſerit in re vendita venditorem ſepeliri, *l. ſiquis per imprudentiam, §. ſi quis locum, ff. de evict.* & in ſimilibus facti ſpeciebus, *l. hoc jure, cum ſeq. ff. de evict. l. tenetur, §. ſi tibi,* ubi Bart. *ff. de act. empt.* tunc enim emptor non aget de evictione, tamquam ipſe fuerit cauſa hujus impedimenti, Riminald. *conſ.105. n.22. lib.2.* Franciſcus Becc. *conſ.106. num.19.* 1

Nota, quod pactum, quòd quis non vult teneri de evictione, niſi pro ſuo facto, & dato tantum, dicitur res ex hoc pacto minus valere. Farinac. *in tract. de ſimulationę, q.163. n.13.* Fontanel. *tom. 2. de pact. nupt. clauſ.5. gl.8. p.14. n.95.* 2

Quando quis promittit de evictione de ſuo dato, & facto, dubitatur an teneatur de facto hæredis ſucceſſoris ſui? & pro reſolutione concluſionis duo principales ſunt conſiderandi caſus.

Primus eſt, quando quis promiſit de ſuo dato, & facto & de ſuo dando, & faciendo, an contineatur factum ſui hæredis ſucceſſoris. Secundus eſt, quando quis promiſit de ſuo dato, & facto, & de ſuo dando, & faciendo, an teneatur de facto defuncti.

Quoad primum, quando quis de evictione de ſuo dato, & facto promiſit, abſque dictione taxativa, in hoc 3 caſu Alex. Franc. Aret. Paul. de Caſtr. & alii DD. communiter in *l. ſtipulatio iſta, ff. de verb. oblig.* tenent, quòd dictus promittens teneatur de facto ſui hæredis; probatur hæc concluſio in *d. l. ſtipulatio iſta,* in verſ. [*ſed ſi ſe,*] & ita intelligit Bar. *in l. qui in futurum, §.1 ff. de pact.* Rom. *in rubr. ff. de arbitr. col.9.* verſ. *Setas tamen.*) & *in l. hæres omne jus. ff. de acquir. hæred.* Alex. *conſ.18. in 2. dubio, lib.5.* Barbat. *in c. ult. pen. de empt. & vend.* Curt. *conſ.76. penult.* Fabian. *in tract. de empt. 6. q. princ. col. pen. verſ.* (Circa,) *19. membr.* Everard. *in centur. loco de natura taxati.* Ruin. *conſil. 94 col.4. lib.1.* Dec. *conſ.262. col.2. verſ.* (Sextò,) & *conſ.281.* Tiraq. *de retract. §.1. gl.6. num.4.* & ita eſt communis opinio, ut atteſtatur Boetius *deciſ.97. n.5.* & plures, quos refert Ant. Gabr. *lib.6. comm. opin. tit. de verb. ſignif. concl.5. n.2* Zened. *ſingul.21. n.2.* Alex. Trentacinq. *d. reſolut. 8. ſub n.1.*

Idem concluditur in ſecundo caſu principali, nam 4 hæres promittens de ſuo dato, & facto ſimpliciter abſque dictione taxativa, tenetur etiam de facto defuncti ſui authoris; quia factum authoris videtur factum proprium, cujus perſona in ipſo repræſentatur, ut tenent Bart. & Scribentes *in l. ſi ſervus furtivus, in princ.* per Gloſ. *in verb* (intereſt,) *ff. de cond. ct. furt.* Cremenſ. *ſingul.32. & ſingular.138.* Ruin. *conſ.94. num. 1. lib. 1.* Alex. & Aretin. & alii in *d. l. ſtipulatio* Sardus *conſ.36. n.7. in med.*

Quando quis promittit de evictione de ſuo dato, & 5 facto tantum, cum dictione taxativa, *tantùm, duntaxat,* & ſimili, an in hoc teneatur de facto ſui hæredis? duæ ſunt Doctorum ſententiæ. Prima eſt affirmativa, quam tenent Paul. de Caſtro, & Romanus in *d. l. ſtipulatio iſta,* Baldus *in l. final. C. de action. empt.* & ibi Salycet. Ruinus *d. conſil. 94. lib. 1.* ubi ait hanc eſſe veriorem

opinionem, Paulus de Caſtr. *in d. l. ſi ſervus*, Aretin. *in §. actionum, n. 22. Inſtitut. de action.* Moventur per text. in *d. l. ſtipulatio iſta.* Sed huic textui reſpondetur, quòd non loquitur, quando promiſſio eſt facta cum dictione taxativa. Moventur etiam per text. in *l. neceſſarias, §. de vendendo. ff. de pign. actio.* ubi dictio taxativa poſita in perſonam creditoris, comprehendit etiam ejus hæredem: Sed hunc text. *Alex.* reſpondet, quòd ibi illa taxativa fuit verbum Juriſconſulti, & non partis: nam dicit ubi Juriſconſult. quòd ſolum fuit expreſſa perſona promiſſoris, idem reſponſum traditur per Tiraquellum *in d. §. 1. gl. 6. n. 7.*

6 Secunda ſententia eſt, quòd dicta verba non comprehendunt hæredem, & ideò non tenetur de facto ſui hæredis: hanc tenent Alex. Aretin. Jaſ. ſibi contrarius in *d. l. ſtipulatio iſta.* Bald. *in l. qui ſe partis, verſ.* [Item quæritur ſi vaſſallus,] *C. unde liberi*, & Ruin. *conſ. 42. n. 18. lib. 1.* & quòd ex facto hæredis non committatur obligatio, cum quis promiſit pro ſe tantum, & facto ſuo tantum, vult etiam Bart. *in l. ſi ſic. ff. de verb. obligat.* & ſecundum *Aretin.* hæc eſt communis opinio, quam tenet etiam Cagnol. *in l. 2. ſub n. 45. C. de pact. inter empt.* Ant. Gabr. *lib. 6. com. de verb. ſignif. concl. 5. n. 1.* Zenedo *ſingular. 21. n. 5. & DD.* Moventur per textum in *l. non ſolum, §. tale, ff. de liber. legat.* ubi probatur, per dictionem, *tantum*, excluditur hæres. Huic tamen reſpondet Tiraquel. *in d. §. 1. gl. 6. n. 10.* Moventur etiam per text. in *l. niſi hoc, juriſgentium. §. pactorum, ff. de pact.* & in Regno Aragonum, Zenedo *in d. ſingular. n. 6.* teſtatur receptiſſimam eſſe hanc opinionem, & ita ſæpiſſimè in contradictorio judicio obtentum fuiſſe, & eſt de mente Bart. *in d. l. qui in futurum, §. 1. ff. de pact.* & ſecundum Add. ad Bart. *in d. l. fin. C. de act. empt.* & facit pro hac opinione text. in *l. & hæredi, §. fin. cum leg. ſeqq. ff. de pact.* ubi tex. dicit, quòd pacta, quæ ſunt in rem, proſunt omnibus, quorum intereſt noſtra, illa pacta prodeſſe; unde pactum factum reo, prodeſt fidejuſſori; poſteà adjungitur, quòd tunc non prodeſt, quando eſt actum, quòd à ſolo reo principali petatur: quæ jura ſimul juncta manifeſtiſſimè declarant, quòd quando adjicitur illa dictio taxativa, pactum dicitur perſonale; ſed quando non adjicitur, pactum in dubio cenſetur reale, licèt factum ſit perſonale, ne à reo petatur.

Mihi etiam ſemper viſa eſt vera conciliatio harum opinionum, quam tradit Carol. Ruin. *conſ. 94. n. 6. lib. 1.* ubi aſſerit, quòd aut quis promiſit de facto ſuo tantum in contractu, in quo quis tenetur etiam de facto extranei; & tunc dictio taxativa perſonam hæredis non excludit. Si tamen dictio taxativa fuit adjecta in contractu, in quo quis de facto extranei non tenetur; tunc ne taxativa videatur ſuperfluè appoſita, perſona hæredis excluditur, quam etiam opinionum conciliationem refert, & ſequitur Ant. Gab. *d. lib. 6. comm. opin. tit. de verb. ſignif. concluſ. 5. n. 3.*

In ſecundo caſu principali, an hæres promittens de ſuo dato, & facto, & de ſuo dando, & faciendo, teneatur etiam de facto defuncti ſui authoris, ſimiliter ſunt conſiderandi duo caſus.

Primus eſt, quando promiſſio facta fuit ſimpliciter abſque dictione taxativa; & tunc concludendum eſt teneri, ut ſup. dictum fuit; & licèt Fulgoſ. *in d. l. ſi ſervus*, contrarium teneat, tamen non eſt ab hac opinione recedendum, quam defendit Ruin. *in d. conſ. 94. lib. 1.*

7 Secundus caſus eſt, quando promiſſio facta fuit cum dictione taxativa, ut quando hæres promiſit de ſuo dato, & facto tantum, & in hoc caſu ſunt duæ Doctorum ſententiæ.

8 Prima eſt affirmativa, quam tenet Bal. *in c. 1. qui ſucceſſ. teneant. &c.* & Bar. Bald. *in d. l. ſi ſervus*, in verb. (*intereſt.*) Roman. *in d. l. ſtipulatio*, & *ibi* Paul. de Caſtr. *n. 4.* Cremenſ. *ſingul. 31.* ubi hanc dicit eſſe communem opinionem, Ruin. *d. conſ. 94.* Cagnol. *in d. l. 2. ſub n. 45.* Martin. Laud. *in d. c. 1.* Card. Alex. *in d. c. 1.* Alex. *conſ. 18. lib. 5.* Dec. *conſil. 281. & conſ. 213.* Ant. Rub. *in repet. §. morte, num. 112. in l. non ſolùm ff. de novi oper.* Everard. *in locis legalibus, in loco à natura dictionis taxativæ*, Boër. *d. deciſ. 67.* Alciatus, *in l. ſi cum fundum, ff. de verb. ſignific.* Hippolyt. *ſingul. 656.*

Secunda eſt negativa ſententia, quem tenet Franc. 9
Aretin. *in d. l. ſtipulatio*, Fulgoſ. *in d. l. ſi ſervus*, & moventur ex duobus. *Primò*, quia factum hæredis non eſt proprè factum defuncti: & ideò ſi promittit de facto ſuo tantum, non tenetur de facto defuncti, cùm in contractibus verba propriè capi debeant; *l. quidquid adſtringendæ, ff. de verb. oblig.* Hæc tamen ratio non obſtat, quia natura contractus, ſuper quo interponitur, operatur, quòd verba improprientur. Imò, quando promiſit de facto proprio ſine verbo taxativo, factum extranei non intelligeretur excludi, quod eſt fortius; ut eſt caſus, & ibi per omnes, in *l. emptorem, §. fin. ff. de act. empt.*

Secundò movetur, quia non eſt differentia inter factum hæredis, & defuncti; quia utroque caſu reputatur factum promittentis, Authent. *de jurejuran. à moriente præſtit.* in *principio.* Et ideò uti ex facto hæredis, non dicitur contravenire promittens, quando de facto ſuo tantum promittit, ut ſuprà concluſum fuit. Igitur neque contravenire dicitur hæres, ſi promittit de facto ſuo tantum, licèt ex perſona defuncti contraveniatur. Sed Dec. *conſ. 281.* Ruinus *d. conſ. 94.* ſubtiliter reſpondendo dicunt, quòd diverſa eſt ratio inter caſum, & caſum: nam quando hæres promiſit de facto ſuo tantùm, pactum remanet perſonale, ſed reſpectu perſonæ non obligatur alia perſona quàm promittentis; ex facto tamen verè alieno, quod ſecundum fictionem eſt factum etiam ejuſdem, quidem non remanet obligatus hæres ex promiſſione ſua, quia illa eſt perſonalis; ſed manet obligatus ex facto defuncti, tamquam hæres, qui eum repræſentat, & dicitur eadem perſona cum defuncto, *d. authent. de jurejurand. à morient. præſtit.* Sed reſpondetur quòd quando defunctus promiſit de facto ſuo tantùm, ſi hæres obligaretur ex perſona promittentis, ſecundùm veritatem obligaretur alia perſona ex facto etiam ſuo, & non promiſſoris, ex quo promiſſor ſe obligavit de facto ſuo tantum, quo caſu ejus obligatio non comprehendit hæredem, ut ſup. dictum eſt: & ſic iſto caſu in rei veritate perſona eſt diverſa, & factum diverſum: propterea pactum perſonale non porrigitur ad hæredem: ſed alio caſu attenta veritate eſt eadem perſona: ideò tenetur ex facto proprio verè, & fictè, quamvis pactum ſit perſonale, ex quo non egreditur perſonam paciſcentis verè: probatur ex Bar. *in l. niſi, ff. de pact. in fin.* ubi dicit, quòd pactum dicto caſu dicitur perſonale, quia finitur cum perſona: ſed tamen vivo promiſſore egreditur perſonam, *l. acquirent, l. & hæredi, in princ. ff. de pact.* Satis ergo pactum iſtud dicitur perſonale, quamvis ex facto proprio ficto, & non vero obligatur promittens; quia eo vivo habet locum fictio, ſed alio caſu non; quia eo mortuo ſupervenit caſus quo pactum erat extinctum, & finitum cum perſona. Et ex hac ratione conſiderata per Ruin. Alex. Trentacinq. *ubi ſupr.* advertit non eſſe recedendum à prima opinione, & communi.

Limitatur, ut non procedat in authore univerſali: 10
nam tunc hæres tenetur de facto defuncti ſui authoris, *Anton. de Burg. in c. fin. num. 16. de empt. & vendit.* Secùs in authore particulari, quia ſi author meus eſſet particularis: putà ſi ipſe mihi vendidiſſet, & ego poſteà tibi vendidi, & dixi me velle teneri ex meo dato & facto, & ſine taxativa *tantum*; tamen tunc non tenebor, ſi evincatur ex facto mei authoris particularis, puta quia ipſe aliàs vendidit, vel alienavit, vel ſervitutem impoſuit. *l. fundum meum, ff. de evict.* quem

text.

text. ſingularem dicit Cremenſ. *ſingul.* 158. Marſil. *ſing.* 665. quo pro adducitur Gl. *in l. ſi cum fundum ff. de verb. ſignif.* refert, & ſequitur Tiraq. *de retract. gl.* 6. §. 1. *n.* 5. Caballin. *d.* §. 5. *ſub n.* 44. & 52. Surdus *conſ.* 70. *n.* 17. & *conſ.* 67. *n.* 53.

11 Limitatur etiam, quando poſt venditionem à ſe factam ei ſucceſſit; quia hic adeundo verſatur novum factum venditoris, quod non debet poſt venditionem perfectam facere conditionem emptoris deteriorem; at ſecus eſt, ſi, poſtquam ſucceſſit, vendidit, quia hæc clauſula principaliter adhibetur ad cavendum, ne quis teneatur de facto eorum, quibus jam ſucceſſit, ſed benè hæc clauſula non excludit, quin teneatur venditor cedere actiones ſuas, ſi quas alias de evictione haberet contra authores ſuos: ita eleganter dixit Addens ad Alex. *in conſil.* 18. *lib.* 5.

12 Illud tamen animadvertendum eſt, quòd dato, quòd quando quis promittit evictionem de ſuo facto tantùm, tamẽ nihilominus tenetur ad pretii recepti reſtitutionẽ, ex Alciat. *conſ.* 158. *n.* 1. ubi alios citat, quia & ſi quis dicat, quòd nullo modo vult teneri de evictione, adhuc tenebitur ad pretii reſtitutionem, j. text. in *l. emptorem*, §. *final. ff. de actionibus empti*, & *ibi* Paulus de Caſtro, Romanus *ſingulari* 387. Baldus, & Angelus *in l. non dubitatur, C. de evictionibus*, Cremenſis *ſingulari* 31. Natta *conſil.* 181. *lib.* 1. Cenedo *ſingul.* 21. *n.* 8. Alex. Trentacinq. *d. reſol.* 8. *ſub num.* 1. *in fine*, verſ. (*Quamvis.*)

13 Ad finem notandum eſt, quod quando avocatur ſola poſſeſſio, putà per hypothecariam, vel Salvianum interdictum, eo caſu venditor non tenetur de evictione, Baldus *in l.* 1. *C. de pericul. & commod. rei vendit. & in l. ſi cum venditor, in principio, ff. de evictionibus*, Bart. *in l.* 3. *in princ. ff. de actionib. empt.* Ludovic. Rodolphinus *voto unico*, Joannes Grivellus *deciſione Senatus Dolani*, 117. *à num.* 1. Hercules Mareſcot. *lib.* 2. *variarum reſolutionum, à n.* 1. *in cap.* 79. quod eſt unum inter quinquaginta caſus, in quibus evictionem ceſſare dicunt dictæ deciſiones, & *Caballinus* §. 5. *num.* 44. & *in* §. 3. *n.* 152. ubi poſt Bart. Bald. Socin. & alios docet, quòd ſi fundus evincatur jure poſſeſſionis, non autem jure dominii non poteſt emptor agere de evictione, ſed debet agere primæva actione ex empto ad traditionem, quaſi res non fuerit tradita. Hoc idem probat Maſcardus *de probat. concluſ.* 614. *num.* 6. & 7. ubi ait, quòd ut evictioni locus ſit, requiritur, quòd appareat ſententiam fuiſſe latam ſuper proprietate rei evictæ, ſecus tamen ſuper poſſeſſione. Etenim tunc non poſſet emptor (inquit) agere de evictione, licèt poſſet agere contra venditorem ad rei traditionem.

QUÆSTIO L.

An quando imminet evictio in limine contractus, agatur de evictione?

SUMMARIUM.

1 *Famoſa & elegans eſt materia* l. ſi poſt perfectam, C. de evict. *& plures Authores eam exornarunt.*

2 *Evictio dicitur imminere in limine contractus, quandocumque pretium non eſt ſolutum.*

3 *Ubicumque pars pretii debetur, dicitur lis imminere in limine contractus.*

4 *In limine contractus dicitur ante executionem.*

5 *Ampliatur, ut dicitur in limine contractus, etiamſi facta ſit delegatio pretii, vel ceſſio in aliam cauſam.*

6 *Regula ſit, quòd facta venditione, ſi emptori lis moveatur in limine contractus, poteſt emptor retinere pretium, donec ſibi caveatur pro illa lite, & pro omni alia.*

7 *Ampliatur, etiamſi ſit pactum factum, quòd venditor non teneatur de evictione, neque ad pretii reſtitutionem, nam ſi antequam ſolvat, imminet evictio, poteſt non ſolvere, & pretium retinere.*

8 *Ampliatur, etiamſi non ſint dati à principio fidejuſſores.*

9 *Cautela tamen bona erit, quòd non præſtentur ſi expreſsè conventum ſit quòd non teneatur, etiamſi lis moveatur.*

10 *Ampliatur, ut procedat etiamſi lis moveatur occaſione hypothecæ, quia adhuc tenetur cavere pro illa lite, & omni alia, quæ moveri poſſit.*

11 *Ampliatur in tantum, quia niſi venditor offerat cautionem, non tenetur ad fructus emptor ratione rei, & pretii retentorum.*

12 *Ampliatur, etiamſi venditor eſſet ditiſſimus, quia tenetur dare cautionem pro illa lite, & omni alia.*

13 *Contrarium defendit Alex.*

14 *Ampliatur, ut non ſolum procedat contra venditorem, ſed etiam contra ceſſionarium.*

15 *Ampliatur, quia æquiparatur promiſſio facta per venditorem de dando fidejuſſore evictionis, vel quòd moveatur lis in limine contractus.*

16 *Ampliatur etiam, ut procedat, & ſi is qui movit litem, à lite deſiſtit & ei renuntiavit; quia adhuc tenetur cavere pro illa lite, & omni alia.*

17 *Ampliatur, ſi venditor cavit nolle teneri, niſi pro ſuo dato & facto; quia adhuc cavere tenetur.*

18 *Ampliatur, etiamſi pretium ſit converſum in aliam cauſam, vel aliud debitum.*

19 *Ampliatur, etiamſi evictio immineat quod ex eo viritius, vel conſanguineus vigore ſtatuti velit habere pro ſe fundum; quia tenetur cavere.*

20 *Ampliatur etiam quia cedens poteſt compelli ad cavendum, licèt ſententia ſit lata contra ceſſionarium venditoris.*

21 *Ampliatur, ſi in primo contractu ſint dati fidejuſſores; quia ſi ante ſolutum pretium imminet evictio, non tenetur ſolvere pretium emptor, niſi caveatur idoneè.*

22 *Limitatur, ut non procedat, quando verè eſt ſolutum pretium in totum.*

23 *Contraria ſententia eſt verior, quod etiam pretio ſoluto poſſit mota lite emptor compellere venditorem ad cavendum.*

24 *Limitatur, quando emptor ſciviſſet rem eſſe alienam, vel alteri obligatam.*

25 *Limitatur etiam, quando evictio eſt imminens, & evidens tempore celebrati contractus, & datus fuit fidejuſſor, quia non poteſt retardare pretii ſolutionem.*

26 *Limitatur quando emptor notificavit litem venditori, & venditor notificavit ſuo authori.*

27 *Limitatur, quando mota lite venditor ſuſcepit judiciũ interpellatus ab emptore, & ipſe intimavit ſuo authori, qui pariter ſuſcepit litem; quia ſi dives eſt habetur loco fidejuſſoris, & non tenetur alium dare.*

28 *Idem procedit, quando venditor eſt ditiſſimus, quia ſufficit hypotheca bonorum.*

29 *Contraria ſententia refertur.*

30 *Limitatur, quando per malitiam moveretur lis & jurare compellitur emptor, quòd non fuerit mota lis per malitiam.*

31 *Movens litem tenetur jurare, quòd non faciat ad inſtantiam alterius.*

32 *Declaratur, quod non dicitur per calumniam movere litem, ſi emptor movere faceret, quãdo dubitaret rem eſſe alienam.*

33 *Limitatur, ut non procedat in permutatione.*

34 *Limitatur, quãdo ille, qui movet litem eſt ſub cõditione*

Digitized by Google

creditor, quia ante conditionem non poteſt agere.
35 *Limitatur etiam in multis caſibus, de quibus per* Nattam.
36 *Declaratur, quia ſi res vendita eſt obligata purè, & is, cui eſt obligata, non vellet rem liberare, venditor tenetur liberare rem venditam.*
37 *Ampliatur, quod emptor non tenetur ſolvere pretium, quando evictio imminet in limine judicii, etiamſi offeratur cautio pro illa, & omni alia lite, quando conſtat notoriè, quòd venditor non habet jus.*
38 *Ampliatur, imò etiamſi notoriè non conſtaret, adhuc tamen non tenetur ſolvere pretium, licet ſibi cautio offeratur.*
39 *Contraria ſententia refertur in caſu ampliationis.*
40 *Declaratur ut per* Socinum.
41 *Ampliatur, etiamſi non moveatur lis, dummodo res ſit aliena notoriè.*
42 *Ampliatur, quando res non eſſet libera, ſed alteri obligata, quia non tenetur ſolvere emptor, niſi liberetur.*
43 *Fidejuſſio dari debet, quando imminet evictio in limine contractus, nedum pro illa lite, ſed etiam pro omni alia quæ moveri poſſet.*
44 *Contraria opinio in puncto juris eſt verior.*
45 *Declaratur, ſi mota lite emptor, & venditor concordent de fidejubendo, tenetur pro omni lite: ſi verò non concordant, venditor tenetur ſolum cavere pro illa lite.*
46 *Cautio non eſt idonea, ſi daretur idem fidejuſſor qui obligatus eſt pro evictione.*
47 *Ampliatur, quia cautio pro illa lite, & omni alia movenda debet præſtari.*
48 *Et etiam procedit, ſi venditor extinxit litem motam, vel in ea obtinuit.*
49 *Si venditor non poteſt ſatiſdare expectatur finis litis.*
50 *Remedia venditoris, ne ſummittatur perſona ad litigandum, ſunt plura uſque ad num. 53.*
51 *An ſi fiat emptori ſequeſtrum de pretio per eum debito, dicatur imminere evictio in limine contractus, latè diſcutitur uſque ad finem.*

FAmoſa, & elegans eſt materia *l. ſi poſt perfectam, C. de evict.* & poſt ordinarios multi Authores eam exornarunt, Menoch. *lib. 2. de arbitr. cent. 3. caſ.* 224. Fab.
1 Anna *in add. ad ſing. Vinc. de Anna* 570. Surd. *deciſ.* 183. & 295. & *in conſ. 36. nu.* 14. Carrot. *deciſ.* 96. & *de ſequeſtro 3. par. q.* 10. *n.* 8. Afflictis *deciſ.* 171. & *ibi* Urſil. Franch. *deciſ.* 555. & 557. Maſtrillus *deciſ.* 160. *p.* 2. Rota Genuenſ. 190. *n.* 3. & 12. Marcellus Cala *de modo articuland. & proband. num.* 996. Rota *diverſ. p.* 2. *deciſ.* 281. Riccius in *collectan.* 24. *p.* 1. Hieronym. Leo *deciſ. Valentin.* 47. Alex. Tremacinq. *lib. 3. variarum reſolut. reſolut. 16. de emption. & vēd.* Card. Tuſchus *to.* 3. *practicar. concluſ. lit. E. concl.* 360. Pyr. Maur. Aretin. *d. fidejuſſor. ſect. 3. cap. 18. à n. 20. & in tract. de ſolutionibus, cap.* 45. Coſta *de rata, quæſt. 14. & in praxi convent. 2. p. clauſ. 73. à n.* 1. Caballin. *de evict. §. 5. n.* 49. Anton. Gomez *tomo 2. var. c. 2. n.* 39. Azeved. *in l. 1. à n.* 161. *tit. 21. lib. 4. Recopilat.* Caſtillo Sotomaior *lib. 4. ultimarum volunt. cap. 42. à num.* 72. Fulvius Patianus *conſ. 14. num.* 24. Philippus Paſchalis *de viribus patriæ poteſtat. par. 1. cap. 8. à n. 6. & ſeqq.* ubi omnes eligunt
2 concluſionem, quòd quando imminet evictio in limine contractus, tunc venditor non cogitur de evictione, ſed tenetur præſtare fidejuſſores, *l. habitationum, §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vēd.* Angel. *conſ.* 121. Roman. *conſ. 8. num.* 3. ubi Mandoſ. Bart. *in l. à Divo Pio, §. ſi poſt addictum, ff. de re jud.* Bal. Salycet. Paul. de Caſtro *in l. non idcirco, C. de contrah. empt.* Socin. *conſ. 208. in fin. lib.* 2. Natta *conſ.* 267. Alban. *conſil.* 107. *num.* 5. Bertrand. *conſ. 60. lib. 2. par.* 2. Cæpol. *cautela* 171. Anton. Rub. *in l. non ſolùm, §. morte, n. 461. ff. de novi oper.* Caballin. *d. §. 5. n.* 49. ubi aſſerit, quòd ubi imminet evictio in limine contractus, non cogitur emptor accipere fidejuſſores, & ſic committere ſe fragilitati cautionis, *l. plus cautionis*, cum ſimilibus, *ff. de reg. jur.* Cogi tamen poteſt venditor ad liberandam rem venditam, ex ſententia Caballini, ex text. *in l. ex his prædiis C. de evict.* ubi Albericus, Alex. *in l. 1. §. ſi heres, ff. ad Trebell. & in conſ. 67. lib.* 3. Hieron. Leo *deciſ. Valentin. 47. à n.* 11.

Ad hujus legis declarationem eſt prænotandum, quòd 3
evictio dicitur imminere in limine contractus, quandocumque pretium non eſt ſolum: Bald. *in d. l. ſi poſt perfectam, in princ.* Caſtr. *conſ. 46. in princ. lib.* 1. Socin. *conſ.* 208. *num. 5. lib.* 1. Burſat. *conſ. 294. n.* 13. & *l. habitationum, §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend.*

Et etiam ubicumque pars pretii debetur, dicitur in 4
limine contractus, *d. l. ſi poſt perfectam*, ibi, *ad totius, vel reſidui pretii.* Imò in limine contractus, dicitur ante executionem cōtractus, Aretin. *in fin. Inſtit. de ſuſpect. tut.* 5

Ampliatur, quia dicitur in limine contractus,
etiamſi facta ſit delegatio pretii, vel ceſſio in aliam 6
cauſam; ut putè, quia emptor de voluntate venditoris promiſit ſolvere pro dote filiæ ipſius venditoris, adhuc tamen ante ſolutionem cum effectu poteſt excipere, & retinere, Paul. de Caſtro *conſil. 46. n. 2. lib.* 1.

Regula igitur eſt, quòd facta venditione, ſi movea- 7
tur emptori lis in limine contractus, poteſt emptor retinere pretium, donec ſibi caveatur pro illa lite, & pro omni alia, *d. l. ſi poſt perfectam*: ubi Bart. & communem dicit Fulgoſ. & Mandoſ. ad Roman. *conſ.* 8. in verb. (*immineat,*) Aretin. plures allegans in *§. fin. Inſtit. de ſuſpect. tut.* Burſat. *conſ. 194. n.* 13. Bart. *in l. 1. §. ſtipulationem, ff. de Præt. ſtipulat.* ubi quòd pares ſunt caſus, vel quòd ſit promiſſus fidejuſſor, vel immineat evictio in limine contractus, Roman. *d. conſ. 8 in fin.* Aretin. *in §. actionum, n.* 17. Bertrand. *conſ. 60. lib. 2. p.* 7. Ivol. *in c. ſi venditori, n. 12. de empt. & vend.* & *ibi* Anania *n.* 20. Petrus Surd. *conſ. 36. num. 14. & ſeq. & deciſ. 295. n.* 9. Bart. *in d. l. habitationum, §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend.* Bald. *in l. 1. C. de bon. mat.* Angel. *conſ.* 121. Alex. *conſ. 65. col.* 1. Neguſ. *de pign. in 1. memb. 5. p.* Grat. *conſ.* 135. *in fin.* Caballin. *d. §. 5. n.* 49. Caſtil. Sotomaior *d. lib. 4. c. 42. num.* 72. Franchis *deciſ. 555. n. 2. p.* 4.

Ampliatur ſingulariter, etiamſi fuit pactum factum 8
inter partes, ſcilicèt, inter emptorem & venditorem, quòd venditor non teneatur de evictione, neque ad pretii reſtitutionem; quia licèt ſolviſſet emptor, & res evinceretur, non poſſet agere de evictione, neque ad pretii reſtitutionem, ſecundùm communem, de qua Alex. *conſil.* 235. *numero* 9. & 10. *lib.* 6. ubi dicit communem: Tamen iſto caſu antequam ſolverit, ſi imminet evictio, poteſt retinere pretium, & non ſolvere; quia ſicuti favetur reo excipienti, ne teneatur reſtituere ſecundùm conventa; ita favetur actori, qui eſt reus in ſua replicatione, ſecundùm communem, de qua idem Alexan. *ubi ſuprà.*

Ampliat etiamſi non ſint dati in principio fidejuſſo- 9
res, Grammat. *conſil.* 106. *in princip.*

Erit tamen bona cautela, ut non præſtetur, ſi expreſ- 10
sè convenerit quod non tenebitur, etiamſi moveatur lis. Bald. *in l. non idcirco, C. de contrah. empt.* Fabianus de Monte *de emptione, & vendit. quæſt. 6. in princ. in 7. memb. num.* 52. Joannes Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de emptione, §. 1. n. 8.* verſic. [*Ipſa,*] *Caballin. in d. §. 5. n. 50. in fine.*

Ampliatur etiam, ut procedat etiamſi lis moveàtur 11
occaſione hypothecæ; quia adhuc tenetur cavere pro illa, & omni alia lite, quæ moveri poſſet, Romanus *d. conſ.* 8. Gratus *conſ.* 135. *numero 7. lib.* 2. Burſat. *conſ.* 194. *num.* 13. ubi dicit communem, Coſta *de rata, q. 14. in princ.* Surd. *deciſ.* 295. *n.* 7. Caſtillo Sotomaior *in d. c. 42. num.* 75.

Amplia

12 Ampliatur in tantum, quin niſi venditor offerat cau-
tionem, non tenetur ad fructus emptor ratione rei,
& pretii retentorum, Bald. *in l.1. C. de bon. maternis,*
n.5. licet contrarium teneat Cagnolus *in l.curabit,n.32.*
*C.de action.empt.*ubi dicit communem.

13 Ampliatur etiamſi venditor eſſet ditiſſimus, quia ni-
hilominus tenetur dare cautionem pro illa, & omni alia
lite; Gratus *conſ.135.n.13. lib.2.* Petrus Surdus *conſ.36.*
n.14. etiamſi eſſet notoriè dives, Albericus *in d.l.ex his*
præd.C.de evict. & ſequitur Anton.Rub. *in l. non ſolum,*
*§.morte, num.463.ff.de novi oper.nun.*Surdus *decis.295.*
n.14. Caſtillo Sotomajor *d.cap.42. n.73. & 74.* & pro
hac ſententia facit text. in *l.1.in princip ff ut legat. nom.*
caveatur, in *l.minor, §.fin.cum duabus ſeqq.ff.de procur.*
per quæ, & alia jura Alex. *in l.1. n.12. ff. qui ſatiſd. co-*
gant. reprehendit *Paul. de Caſtro.* dicens, illum minus
benè dixiſſe; idem tenet Alex. *in l.divortia, §.interdum,*
ff.ſoluto matrim. Aretin. ubi allegat *text.* qui dicit deci-
dere hanc quæſtionem in *l. minor vigintiquinque annis,*
§.fin. cum leg. ſeqq. ff. de procurat. & *ibi* Baldus dicit,
quòd etiam locupletiſſimus tenetur fidejubere, quando
ſtatutum mandat, quòd inquiſitus fidejubeat. Et quam-
vis Alex. *in conſ.65. in fin. lib. 5.* contrarium teneat, &
14 communem dicit Natta *conſ. 267. lib. 2.* Afflictis *decis.*
171. n.3. Addit. ad Roman. *conſ.67.* quæ dicit commu-
nem, latè Ancarran. *quæſt.34. lib.3. n.10.* Grammaticus
conſ.106. in fin. Papien. *in pract in forma libel. in cauſa*
vendit.verba (promittens) *n.5.* Angel. *conſil. 121.* Bal.
in l.cùm Clericis, C.de Episc.& Cleric.

15 Ampliatur, ut procedat nedum contra venditorem,
ſed etiam contra ceſſionarium venditoris; quia ſi vult
pretium poſt motam litem, debet cavere, prout deberet
venditor, Paulus de Caſtro *conſ.46.n.1.lib.1.* ubi quòd
ope exceptionis repellitur ceſſionarius ſicut cedens.

16 Ampliatur, quia æquiparatur promiſſio facta per ven-
ditorem, de dando fidejuſſore evictionis, vel quod
moveatur lis in limine contractus Bal. *in l.1. §. ſtipulatio-*
nem, ff.de Præt.ſtipulatio. Angel. *in d. l. ſi poſt perfectam.*

17 Ampliatur, ut procedat, et amſi is, qui movit litem,
deſtitit à lite, vel renunciavit liti; quia adhuc tenetur
cavere pro illa, & omni alia lite, quæ moveri poſſet;
Caſtr. *conſ.46.n.2.lib.1.* Grammat. *conſ.106.per totum.*

18 Ampliatur, ſi venditor cavit nolle teneri niſi pro
dato, & facto ſuo; quia adhuc tenetur cavere pro illa,
& omni alia lite, quia pretium tenetur reſtituere, &
expenſas, in caſu evictionis, Surdus *conſ.36. num. 15.*
ubi latè fundat ex *l.1.ff. de actionibus empt.*

19 Ampliatur, etiamſi pretium ſit converſum in aliam
cauſam, vel aliud debitum, putà, quia emptor promi-
ſit ſolvere pro dote filiæ venditoris; quia adhuc poteſt
exceptionis via retinere, Caſtr. *conſ.46. num.2. verſic.*
(Ad tertium) *lib.1.*

20 Ampliatur, etiamſi evictio immineat; quia vicinus vi-
gore ſtatuti *Congrui*, velit pro ſe, vel conſanguineus
rem habere: quia adhuc non tenetur emptor ſolvere
pretium Mandellus *conſ.107.à num.5.*

21 Ampliatur, ut cedens poſſit compelli ad cavendum,
licèt ſententia ſit lata contra ceſſionarium venditoris,
nam venditor poteſt compelli via juris, aliàs emptor
poteſt licitè recuſare ſolutionem Caſtr. *d. conſ. 46. col.*
fin.

22 Ampliatur, etiam procedere, ſi in primo contractu
eſſent dati fidejuſſores; quia ſi ante ſolutum pretium
imminet evictio, non tenetur ſolvere pretium em-
ptor, niſi ſibi caveatur idoneè; ut probat Gloſſa in *l.*
illud, in verba, (debere.) *in fine, ff. de evictian.*ubi
dicit, quòd de conſuetudine fidejuſſor datur in vendi-
tione libri, & tamen eadem Gl. in §. *noviſſimè Inſtitut.*
de ſuſpect. tutor. in verbo, [*expediat,*] ponit caſum in
venditione libri, in quo erat ex conſuetudine datus fi-
dejuſſor; & Angel. Aretin. & alii dicunt, quòd habet
Cum. *d.l.ſi poſt perfectam.*

Limitatur, ut non procedat, quando non eſt ſolu- 23
tum pretium in totum, Caſtrenſ. *d. conſ.46. verſ.* (Ad
tertium.) *lib.1.*

Contraria ſententia eſt, quòd etiam ſoluto pretio 24
poſſit mota lite emptor compellere venditorem ad ca-
vendum, Jaſ. *in l. à Diva Pio, §. ſi poſt addictum, n.2.*
ff de re judicat. ex mente Joan. Andr. & aliorum, quos
allegat, licèt dubitet, ſed dicit notabile, ſi eſſet verum,
Caſtr. *in l.1.§.ſtipulationem,* circa fin. *ff.de Præt. ſtipu-*
lation. dicit eſſe ſingulare dictum *Joan. And.*ſi eſſet ve-
rum, & *ibi* Imola illum citat; ſed dicendum verius con-
trarium, per Oſaſch. *decis. 24.* ubi pro utraque parte
concludit, quòd debeat fidejubere pro liberatione rei.

Limitatur, quando emptor ſciviſſet rem eſſe alienam: 25
Natta *conſ.267. lib.2. per totum,* idem ſi ſciviſſet alteri
obligatam, vel hypothecatam Natta *in d.conſ.267. n.3.* 26

Limitatur, quando evictio eſt imminens, & evi-
dens tempore celebrati contractus, & datus fuit fide- 27
juſſor; quia non poteſt retardare pretii ſolutionem,
Joan. Fab. *in §. noviſſimè, Inſtitut. de ſuſpect.tur.*ſequi-
tur Jaſ. *in l.à Divo Pio, §. ſi poſt addictum, ff. de re ju-*
dicata.

Limitatur in uno caſu, quando emptor notificavit 28
litem venditori, & venditor notificavit ſuo authori,
qui ſit dives, & ſuſcepit litem; quia habetur loco fide-
juſſoris, & ideo emptor tenetur eo caſu ſolvere pretium
pendente lite, Afflict. *decis.171.*

Limitatur, quando mota lite venditor ſuſcepit ju- 29
dicium interpellatus ab emptore, & ipſe venditor in-
timavit ſuo authori, qui pariter ſuſcepit litem; quia ſi
dives eſt, habeat pro fidejuſſore, & non tenetur alium
dare, Afflictis *d. decis. 171.* Menoch. *de arbitr. caſu*
224 n.4. Et declaratur, quia quando venditor laudavit
ſuum authorem, qui ſit dives in bonis ſtabilibus, &
ipſe comparuit, & ſuſcepit judicium: nam tunc ven-
ditor pro evictione fidejuſſorem præſtare non tenetur,
cùm ille, ut fidejuſſor habeatur; ita fuit judicatum per
Conſilium Neapolitanum affirmat Afflictis *in d. decis.*
171. Caballinus *in d.§.5 n.50.* Et ratio eſt, quia quan-
do conſtat eum, à quo petitur ſatisdatio, idoneum pa-
trimonium, atque ſubſtantiam poſſidere, non tenetur
fidejuſſorem præſtare; *l. de creditoribus, §. ſin autem,*
juncta Gloſſa *in verbo,* (ſufficiente,) *C.de Episcopal.*
audient.l.1.§.Magiſtratus, verſic. (Sed ſi ſatis non exe-
git,) *ff. de Magiſtrat. conveniendis, & l.quicumque, C.*
de fund.patrimon.lib.11. tradunt Bart. *in l.privatæ, C.de*
murilegulis. lib.11. Alexan. *conſ.37.n.15.lib.2.* Paulus de
Caſtro, & Jaſ. *in l.1.ff.qui ſatisdare cogantur, in l.divortia,*
§.interdum.ff.ſoluto matrim. Dec. *in l.plus cautionis ff.de*
reg.jur. Felin. *in cap.ad hæc, verſ.* (Item nota,) *de ſent.*
excommunic. Hippolyt. *in Rubr.de fidejuſſor. n. 220.* &
iſta eſt communis opinio, quam ſequitur Alex. Trentac.
lib.3.variarum reſolut. reſolut.16. de emption. & vendit.
n. 4. Additio ad Romanum *conſ. 67.* & eſt generale ut
obligatio fidejuſſoris evitetur ab eo, qui eſt idoneus, ut
ibi dicit Romanus.

Idem, quando venditor eſt ditiſſimus, quia ſufficit 30
hypotheca bonorum, Natta *conſ. 267.* communem dicit
Alex. *conſ 65.lib.5.*

Contrarium tenent Gratus *conſil. 135. lib. 2. n. 13.* 31
Alber. *in l ſi poſt perfectam, C. de evict. & in l. minor,*
§.fin.ff.de procurat.

Limitatur, quando per malitiam moveretur lis; tunc 32
enim compellitur emptor, & movens litem jurare,
quòd non fuerit mota lis per malitiam; Bart. *in d, l. ſi*
poſt perfectam, Alex. *conſ.65.n.3.lib.5.* Ancarran. *q.34.*
n.6.lib.3. Surdus *conſ.32.n.5.* Et propterea poteſt dari
juramentum tali moventi litem, quòd non faciat ad in- 33
ſtantiam alterius, Ancarran. *q.34. n.7. lib. 3.* idem quan-
do conſtaret, moventem litem nullum jus fovere, Alex.
conſ.65.in princ.lib.5.

Declaratur, quòd non dicitur per calumniam, 34

ſi emptor revera movere faceret litem; quia dubitaret, ut reſolvit Ancarranus *d. q.34.n.8.*

35 Limitatur, quia non procedit in permotatione, vel ſaltem ſi pro parte majori ſit permutatio, licèt in aliqua parte fuerit venditio, quia contractus denominator ab eo, quod eſt poteotius; Fabianus de Moote *de emptione, & venditione, quaſt.2. à num.23.*

36 Limitatur, quando ille, qui movet litem, eſt ſub conditione creditor, qui non poteſt agere mero jure, prout fideicommiſſarius ante purificatam conditionem, vel pro dote ante caſum reſtitutionis; Alex. *d. conſ. 65. lib.5.* ubi quòd ſufficit cautio ante conditionem, noo tamen poteſt emptor agere, ut liberetur; Oſaſchua *deciſ.24. per totam*, Ancharran. *d. q.34.*

37 Limitatur in multis caſibus, de quibus Additio ad Alex. *conſ. 65. verba*, [liberam,] *lib. 5.* obi quid ſi res eſt hypothecata pro alio, vel pro debito conditionali, vel in diem, vel pro alio, quam venditore; iſtis, & aliis caſibus ibi expreſſis ſuffiet cautio venditoris.

38 Declaratur, quando res vendita eſt obligata, & is, cui eſt obligata, non velit rem liberare, tenetur venditor liberare rem venditam: ſi verò obligatio non eſt pura, ſufficit cautio, ita Alex. *in d. conſil.65. n.3. uſque in finem, & ibi* Additio *in verbo*, (liberam.)

39 Ampliatur, in tantum emptorem non teneri ſolvere pretium, quando imminet evictio io limine judicii, ut etiamſi ſibi offeratur fidejuſſio pro illa, & omni alia lite, non teneatur ſolvere, quandu notoriè conſtat, quòd venditor non habet jus aliquod in re vendita, Nevizan. *conſ.37. n.9.* Joan. Fab. in §. *noviſſimè, Inſtit. de ſuſpect. tut.* quem ſequitur Jaſon *in d. l. à Divo Pio, §. ſi poſt addictum, n.2. ff. de re judicat.* Gloſ. *in §. noviſſimè, verbo* [vitioſum,] *in fin.* quam *ibi* ſequitur, & hanc ſeotentiam veriorem dicit Petrus Surdus *conſ. 36. num.14. lib.1.*

40 Ampliatur, imò etiamſi notoriè non conſtaret, adhuc tamen non tenetur ſolvere pretium, licèt ſibi offeratur cautio, ne committat ſe fragilitati cautionis. Ita Antonius Rubeus *in d. l. non ſolum, §. morte, num.161. ff. de novi oper. nunc.* Caballinus *d. §.5. n.49.*

41 Contrarium, quòd in caſu hujus ampliationis teneator ſolvere, dato ſibi fidejuſſore idoneo pro illa lite, & omni alia, tenet Alberic. *in d. l. ex prædiis, C. de evict.* ubi dicit ſe obtinuiſſe: ſequitur etiam Rubeus, *ubi ſuprà*, & dicit, quòd eſſet difficile recedere ab opinione *Alberici*, ita Gratus *conſ.135. n.6. lib.2.* Aretin. *in d. §. fin. Inſtit. de ſuſpectis tutoribus, n.4.* verſ.) *ſecundo videtur male*) Barboſa *in d. l. de diviſione, 5. ff. ſolut. matrimonio, n.69.* Caſtillo Sotomajor *d. c. 42. n. 770.*

42 Hoc tamen declaratur, ut per Socinum *conſ.208. in fin. lib.2.* quia aut venditor petit pretiom, & offert fidejuſſorem, & tunc tenetur recipere fidejuſſorem emptor; aut non offert, & emptor negat teneri, ſed non petit abſolvi, & tenetur recipere; quia judex condemnabit emptorem ad pretium dato fidejuſſore; aut petit emptor conventus abſolvi, & non tenetur recipere fidejoſſorem: & *Socinum* ſequitur Gratus *in dicta conſ. 135. n.6.* & ita tenet Jaſ. *in d. §. ſi poſt addictum, n. 2. circa fin.*

43 Ampliatur, etiamſi non moveatur lis, dummodo res ſit aliena notoriè; quia non tenetur emptor ſolvere pretium, ſi detegitur hoc poſt venditiooem, ita Aretinus *in d. §. fin. n.4.* Nevizanus *conſ. 37. n. 9.* Bald. *in l. non idcirco, in fin. C. de contrah. empt.*

44 Ampliatur quando res non eſſet libera, ſed alteri obligata; quia non teoetur emptor ſolvere, niſi liberetur, vel detur cautio pro illa, & omni alia lite, etiamſi non ſit mota lis, & etiam ſi velit teneri ſolùm pro dato, & facto ſuo, Surdus *conſ.36. n. 14.* Hieronym. Leo, *deciſ. Valentina 47. à n.8.*

45 Fidejuſſio debet eſſe, quando imminet evictio in limine contractus, vel judicii, nedum pro illa lite, ſed etiam pro omni alia lite, quæ moveri poſſit: ita Bart. & Salycet. & Gloſſa *in d. l. ſi poſt perfectam*, & Doctores, & *ibi* Fulgoſ. dicit communem Aretin. *in d. §. final.* & Faber, *Inſtitut. de ſuſpectis tutor.* Caſtr. *conſ.46. lib.2.* Gratus *conſ.135. in fin. lib.2.* plenè Rub. *in d. §. morte, n.463.* ubi quòd omnes ferè Doctores tam antiqui, quàm moderni tenent, quòd debet præſtari pro omni lite, & pro dupla; ita tenet Cin. *in d. l. ſi poſt perfectam*, quem ſequitur Caſtr. *in l. 1. §. ſtipulationem, ff. de Præt. ſtipulat.* Dynos, & Petrus *in l. habitationũ, §.* ante pretium *ff. de peric. & commod. rei vendit.* quos & *ibi* citat Fulgoſ. Jacob. de Aren. & Ricard. Malumb. & Bald. *ibi.*

Contrariam opinionem veriorem in puncto juris 46
tuetur Rub. *in d. §. morte, à num. 464.* Jacob. Butrig. *in d. l. ſi poſt perfectam*, quem refert, & ſequitur Angel. *in l. 1. §. ſtipulationem, ff. de Prætor. ſtipulat.* ubi etiam *Cuman.* idem tenet Rainer. de Forlicc. tenet etiam hanc opinionem in *d. l. habitationum*, §. 1. quem referunt *ibi* Fulgoſ. & Bal. & idem Bald. *in l. non idcircò, in fine, C. de contrah. empt.* & *ibi* Salycet.

Declaratur per Imol. *in d. l. 1. §. ſtipulationem*, quia ſi 47
mota lite concordant emptor, vel venditor de fidejubendo, tenetur pro omni lite, ſi verò non concordant, ſed ſimpliciter petit emptor ſibi ſatiſdari, & venditor offert pro illa lite, & emptor aliud non dicit, tenetur ſolùm pro illa lite.

Cautio non eſt idonea, ſi daretur idem, qoi pro evi- 48
ctione eſt obligatus: ideò ſi vir, & uxor vendiderunt, non eſt idoneus maritus pro uxore, neque pro marito uxor, Caſtrenſis *conſ.46. in fine, lib.1.*

Ampliatur, qoia cautio nedum pro illa lite, ſed pro 49
omni alia movenda debet præſtari, Bald. *in d. l. ſi poſt perfectam*, ubi Salycet. *n. 2.* dicit, quòd hanc tenent DD. & Gloſ. communem *ibi* atteſtatur Fulgoſ. Caſtr. *conſ.46.* & Gratus *d. conſ.135. in fin.* Bart. *in d. §. ſtipulationem.*

Et procedunt ampliationes, etiamſi veoditor extin- 50
xit litem motam, ut quia obtinuit, aut concordavit cum movente litem; qoia adhuc debetur fidejuſſio de omni alia lite, Grammat. *conſ. 106. per totum*, allegat text. in *l. fin. §. emptor, ff. de reſcind. vend.*

Si venditor non poteſt ſatiſdare, expectatur finis li- 51
tis, Ancarran. *q. 14. n.8. lib.3.*

Remedia venditoris, ne ſummittatur perſona ad liti- 52
gandum, ſuot plura; & primum eſt, quia emptor tenetur jurare, quòd non per fraudem litem movit, vel de calumnia, Bart. *in l. ſi poſt perfectam, io fine*, ubi omnes, *C. de evict.*

Secundum remedium eſt, quòd venditor objiciat de 53
fraude, quia judex cognoſcet ſummariè, & ſi per conjecturas hoc cognoſceret, non cogeret eum ad ſatiſdandum, & eſt arbitrarium judici: Joao. de Imol. *in d. l. 1. §. ſtipulationem, ff. de Præt. ſtipul.*

Tertium remedium eſt, quòd venditor non tradat 54
rem, niſi ſoluto integro pretio: Joan. de Imol. *in d. l. 1. §. ſtipulationem, ff. de Præt. ſtipul.*

Quartum remedium eſt, quòd fiat pactum ante, 55
quòd per motionem litis non teneatur fidejubere: Bald. *in l. non idcircò*, circa medium, *C. de contrah. emption.*

Quintum remedium, quòd movens litem juret, quòd 56
non ad inſtantiam alterius movet litem; Ancarran. *q. 34. n. 7. lib. 3.*

Cum aliquando ſequeſtra ſtudioſè, & dedita opera 57
fiant ad favendum debitoribus, ne ſolvant, & ſemper allegent excuſationem ſequeſtri; ideo fit ut *ſuprà* tactum eſt, quòd deferatur juramentum ad detegendam fraudẽ, & malitiam, & ſi jurare recuſaverit ſequeſtrator, judex condemnabit ſtatim debitorem ad ſolvendum, & ſequeſtratorem in omnibus damnis, expenſis, & intereſſe: Baldus *in l. non idcircò, C. de contrahenda emptione, in l. ſi poſt perfectam, C. de evictione*, Curt. *de ſequeſt. quæſt. ultim.* facit textus in *l. manifeſtæ turpitudinis, ff. de*

jure

jurejurando, Bald. *conſil.197.lib.1.* Afflictis *deciſ.369.* Michaël. *patrocinia* 5. ſi verò juraverit, excuſatur debitor, ſi non ſolvat ſtante ſequeſtro; Vincent. Carrot. *de ſequeſtra, 3. par. quæſt. 10. n.4.*

58 Cum ſequeſtri quodammodo ſpecies eſt in materia evictionis, ſi dicatur imminere in limine contractus: nam emptores verſuti, & callidi, cum fidem fallere exoptant, ne tempore præſtituto rei emptæ pretium ſolvant, cum ſolutionis tempus prope eſt, curant, amici, & interpoſitæ perſonæ nomine litem ſuper re ab eis empta moveri; ita ut objicere venditori poſſit evictionis periculum imminere, atque ita cogi non poſſe pretium rei ſolvere, niſi ſaltem datis fidejuſſoribus, *l. ſi poſt perfectam*, *l.ex his prædiis*, *C.de evict. l.habitatiuum*, §. *fin. ff. de pericul. & comm. rei vend.* Surd. *conſ. 32. per totum.*

59 Quam verſutam cautelam eludent venditores, volentes conſequi pretium ſibi debitum primò præſtita fidejuſſione, ut ſuprà dictum eſt, & notant omnes in *d.* §. *poſt addictum*, ubi Jaſ. *n.2.* Socin. Senior, *conſ.208. lib. 2.* Nevizan. *conſ.37.n.15.* & 16. Carrotius *de ſequeſtro, 3. p. quæſt. 10. n.7.*

60 Evitabitur etiam hujuſmodi cautela, implorato judicis officio, ad quod ſpectat fraudibus occurrere, *l. hæ autem*, 12. *ff. ſi cui plus quam, per legem Falcidiam*, ut deferatur juramentum emptori, an ſtudiosè curaverit litem moveri, ita Curt. *in l.unica, in fine*, *C. de prohibit. ſequeſtrat. pecun.* Socinus Sen. *d. conſil. 208.lib.2.* & ſi detegeretur calumnia, emptor repelleretur, Carrot. *ubi ſup. n.10.*

61 Verum hæc cautela periculoſa eſt, quoniam emptor ita pronus erit ad jurandum, quàm ad litem iniquè moveri curandum, & ſentit Baldus *in d. l. ſi poſt perfectam*, dicens, hodie juramenta hæc parvi pendi; ſi tamen juramentum eſſet deferendum, melius eſſet actori litem moventi deferre, an ab aliquo requiſitus litem moverit? nam is facilius rei veritatem jurabit, cum tanti ſua non interſit, Surd. *conſ.32.n.17. in fine.*

62 Evitabitur iterùm hujuſmodi cautela, & fraus emptoria, allegando id per dolum factum, ne pretium ſolvat, quem dolum, & fraudem conjecturis probare poterit concurrente judicis authoritate, attenta qualitate perſonarum, & facti: Curt. Senior. *in citat. loco*, qui ſubdit, bonum eſſe, habere Judicem propitium, ſicut & in aliis arbitrariis cauſis, ut docuit Abbas *in c. 5. n. 15. de conſtitut.* Menochius *de arbitrar. caſu 214.* Caballin. §.2. *à n.9. de evict.* Cavalcanus *deciſ.4. in fin. par.1.* Carrotius *ubi ſup. n.12. & n.13.* dicit ſe vidiſſe in dubium revocatum, an ſi fiat ſequeſtrum emptori de pretio per eum debito, dicatur imminere evictio in limine contractus, ſicut quando movetur quæſtio ſuper re vendita? & reſolvit, quòd non, quia pretium non ita afficit, ſicut quæſtio ſuper re ipſa.

QUÆSTIO LI.

In quibus caſibus etiam evictio locum non habeat?

SUMMARIUM.

1 *Emptor cadens à poſſeſſione ſua culpa, non agit de evictione.*
2 *Quando evinco rem ex facto ſuo, vel ſui authoris.*
3 *Evictio locum non habet, quando vitium rei venditæ poſt contractum ſupervenit.*
4 *Evictio locum non habet, quando emptor domino rei venditæ hæres extitit.*
5 *Et quando dominus rei ſucceſſit emptori.*
6 *Nec evictio datur, quando promittitur ſervus noxa ſolutus, qui delicti publici reus eſt.*
7 *Evictio non præſtatur, ſi res perit antequam evincatur.*
8 *Evictio non habet locum, cum res in judicio evicta non eſt.*
9 *Quando etiam res evicta dependet ſolùm à re vendita, non datur evictio.*
10 *Emptor non ſequutus conſilium venditoris, non agit de evictione.*
11 *Nec etiam agitur de evictione, quando pignora ſunt evicta creditori debitoris ceſſi.*
12 *Et quando evictio pacto remiſſa eſt, quod eſt intelligendum tribus modis uſque ad num. 15.*
16 *Emptor habens rem pro derelicta amittit actionem de evictione.*
17 *Idem, quando emptor non eſt conſequutus rem ratione obligationis.*
18 *Venditor non tenetur de evictione, ſi tacuit cauſam, quam ignorabat.*
19 *Re non tradita, non procedit evictio.*
20 *Nec pro re vendita cauſa ludi.*
21 *Evictio non procedit, quando emptor venditori ſuccedit, vel è contra.*
22 *Vel quando datur in dotem dominium rei.*
23 *Nec agitur evictione, quando legatur res in ſpecie, illaque evicta eſt.*
24 *Nec etiam cum pars ſervi evincitur.*
25 Matheſilani *dictum reprehenditur.*
26 *Venditor tenetur de evictione ante ſolutum pretium.*
27 *Quando res evincitur remedio extraordinario, non agitur de evictione.*
28 *Vel etiam, quando venditio reſcinditur remedio l.2.C.* de reſcinden. vendit. *& num.29.*

ANton. Gaſpar. Theſaurus *lib. 2. forens. q.23.n.25.*
Surdus *deciſ.208. n.16.* per *l. ſi mancipium, 34. l.*
ſi dictum, 56. §. ſi compromiſero, & § ſi cum poſſes, l. He-
rennius, 63. §. fin. l. ſi cum venditor, 66. ff. de evictian. l. ſi
controverſia, ubi Gloſſa, Bald. & alii. *C. eodem, l. ſi rem*
quam, §. ſi dupla, ff. eodem, dicunt, quòd ſi emptor ce-
cidit à poſſeſſione rei emptæ, vel culpa ſua rem amittit, 1
non agit de evictione, & etiam non aget pro damnis paſ-
ſis culpa, & negligentia propria, Franchis *deciſ.112.* Anſ-
minus Tepatus *tom.2. variarum, titul.423. cap.9. l.36. tit.*
5. par. ita firmat Caballinus *in §.5. n.51.* ubi dicit, quòd
ſi emptor faciat conſcribere in inſtrumento rem eſſe ſibi
datam in ſolutum, vel cauſa permutationis, ut jus &
neceſſitatem retractus evitaret, non aget re evicta, ſed
perdet pretium, retracta re per proximiorem, ſi frau-
dis particeps extitit, Afflict. *de jur. prælatius.* §. *uiſi, n.6.*
Rebuf. *tit. de dilat. art.5. gl. unic. n.20.*

Nec venditor de evictione etiam tenetur, quando 2
evinco rem ex facto ſuo, vel ſui authoris, non teneor
ſibi de evictione, *l. fundum, ff. de evictionib.* Corn. *conſ.*
42. col fin. lib.4 Roin. *conſ.7. n.21. lib.3.* Petrus Surdus
conſ.67. n.53. & conſ.70. n.17. & antea *conſil.15. n.14.*
Unde ſi tibi in dotem dederim fundum alteri pignora-
tum pro mea filia, tuque ei in teſtamento prælegaveris,
hæres tuus non poteſt cogi, ut illum fundum liberet;
quia facto meo obligatus eras, *l. licèt, ff. de dote prælegat.*
Franc. Bec. *conſ.24. n.31.*

Quando enim vitium rei venditæ poſt contractum 3
ſupervenit, tunc enim emptor non agit de evictione,
l. 3. ff. de evictionibus, ubi notat *Bald.* quæ emergunt
poſt contractum, non veniunt in contractu; futuros
caſus evictionis poſt venditionem contractam ad ven-
ditorem non pertinere, ait tex. in *l. Lucius, ff. de evi-*
ction. ſi enim actio cœpit poſt evictionem, non debetur
evictio, & dicit text. in *l. 1. C. de pericul. & comm. rei*
vend. evictionem eſſe præſtandam in his ſolum caſibus,
qui evictionis cauſam parant, ex tempore, quod ante-
cedit evictionem, & dicit *ibi* Bartol. quòd venditor
non præſtat evictionem, ſi cauſa evictionis oritur poſt
contractum: ſequitur Bald. & Salyc. & Paul. de C. ſt 4

ibi, n. 1. Surd. conſ. 15. n. 27. & in conſ. 70. n. 18. Roman. conſ. 503. n. 13. & ibi Mandoſ. Hercul. lib. 2. var. reſolut. c. 19. n. 41. & 42. & 43. Felician. de Solia lib. 2. tom. 2. cap. 2. de cenſibus, num. 15. & 16. ubi plures allegat, Stephanus Gratianus tom. 4. diſcept. 745. n. 53. Oſaſch. deciſ. 48. Natta conſ. 181.

4 Si emptor domino rei venditæ ſibi ab alio hæres extiterit, tunc etiam non aget de evictione; quia res ſibi non obſtat, ſed aget actione ex empto ad pretium, l. ſi vendideris, ff. de evict. & ibi Baldus hanc appellat tacitam evictionem; quia ei evinci non poteſt, nec ipſe ſibi videtur evincere, l. ſi ei, cui, §. item ſi domino, ff. de evictionibus, l. ſi ſervum Titii, ff. mandati, Cuman. conſil. 33. col. 1. Bertaz. de clauſ. clau. 6. gl. 1. n. 3. verſ. (In contrarium,) Socin. qui meliùs declarat, d. l. ſi ſervum Titii, conſ. 154. n. 12. lib. 2.

5 Quòd ſi dominus rei ſucceſſit emptori, idem erit; quod explicat Boër. deciſ. 27. n. 17. ubi concludit, quòd confirmatur venditio, l. venditrici, juxta ſecundùm intellectum Gloſſæ ſecundæ, C. de reb. alien. non alien. und. l. Seia, & ibi Bart. & Bald. ff. de evictionibus, Scribentes in l. cùm vir, ff. de uſucap. è contra verò, ſi ipſe emptor erat dominus, & ignoranter emit ſuam rem, ſi hæres extiterit venditori, ſibi ipſi evincere poteſt, Angel. & alii in l. cùm emptor, ff. ad l. Falcid.

6 Nec agitur de evictione, cùm promittitur ſervum noxa ſolutum eſſe propter eas noxas, quæ publicè coërceri poſſunt, l. Lucius, §. 1. ff. de evict. & ſi noxæ appellatione omne delictum continetur, l. plebs, § fin. ff. de verborum ſignif. tamen in edicto ædilium comprehenditur ea, quæ privatim, & non publicè coërcetur, l. ſi quis fugitivus, §. quod aiunt, ff. de ædilit. edicto, unde, qui promittit ſervum noxa ſolutum, intelligitur, quod noxali judicio ſubjectus non ſit, l. hæc ſtipulatio, ff. de verb. ſignif. Bald. in l. ſi prædium, C. de ædil. act. n. 15. & dicit, quòd publica judicia non ſunt inventa propter privatam utilitatem, ſed propter publicam vindictam, l. penult. ff. ſi ex nox. cauſ. agatur. Præterea cùm publica ultio ſit in promptu, judicium noxale eſſet momentaneum, argum. l. 1. C. de cuſtod. reor. cùm velox pœna conſumeret ſceleratos, & propterea Prætor actionem noxalem ex publicis criminibus non inſtituit.

7 Evictionis beneficio non fruitur emptor, ſi res pereat antequam evincatur, & ſtipulatio duplæ non committitur, quia nemo eam evincit, ſed fatum humanæ ſortis. Tamen agi poteſt de dolo, ſi dolus interceſſerit, l. ſi ſervus, in princip. ff. de evict. l. ſi quis ſervum, C. eod. ubi Bal. notat, quòd periculum evictionis interitu rei finitur, l. utique, ff. de rei vendic. l. fin. tit. 23. p. 3. ubi Greg. Lop. gl. 5. Afflict. deciſ. 150. Rimin. conſ. 490. n. 4. lib. 3.

8 Vel etiam non gaudet emptor evictione, ſi res in judicio evicta non eſt, l. non tamen, cum Gloſ. ff. de evict. nam requiritur, quòd quæſtio ſuper re mota ſit, & coram judice, l. emptor, l. ſi cùm quæſtio, C. de evict. & quòd res ſit evicta per ſententiam, l. qui rem, C. eod. t. fin. de empt. & vendit. Nec venditor tenetur ad ſumptus ante ſententiam; quia nondum eſt certum debitum iri, Bald. in l. cum teſtamento, ubi Gloſſa C. de teſtam. manumiſ. l. petitor, ff. de liberat. legat. Rebuf. tit. de dilat. art. 5. gl. unic. n. 15.

9 Nec etiam potitur evictione, quando res tantùm evincitur, quæ à re venditâ deſcendit, non tamen venditionis tempore erat in rerum natura; veluti fructus agri, vitulus vaccæ, vel partus ancillæ, quia hujuſmodi non cenſentur vendita; l. ſi prægnans, 42. cum duabus ſeqq. ff. de evict. Roman. conſ. 503. dubit 4.

10 Nec etiam fruitur beneficio evictionis emptor, quando, fuit monitus à venditore, ut certa actione ageret, & non fecit; venditor non tenetur de evictione, l. ſi cum venditor, in princ. ff. de evict. quia in culpa fuit emptor non ſequendo conſilium venditoris melius inſtructi de juribus ſuis, l. ſi fundo, §. 1. ff. de evict. quod eſt intelligendum, ut ſequatur conſilium venditoris circa ea, quæ reſpiciunt naturam contractus, Bald. in d. l. ſi locum cum venditor. Vel etiam evictio non habet, quando pignora ſunt evicta creditori debitoris ceſſi, l. cùm ea conditione, §. creditor, ff. de evict. 11

Petrus Surdus conſ. 36. num. 5. ponit alium caſum, in quo non debetur evictio, ſcilicèt, quando quis de evictione pacto non tenetur, ita ut ab initio contractus conventum ſit ne venditor de evictione teneatur, l. illud quæritur, l. emptor, eod. l. 1. §. ſtipulatio dupla, ff. de Prætor. ſtipul. l. pacta conventa, ff. de contrah. empt. Bertrand. conſ. 112. lib. 3. p. 2. & conſ. 101. lib. 6. Maſcard. tom. 2. concl. 614. n. 19. de probat. Quod tamen pactum ad tria non extenditur. Primò, ſi venditor fuit in dolo, l. tenetur, §. fin. & ibi Bart. ff. de actio. empt. ut quia ſcivit cauſam, ex qua evinci poterat, & tacuit: Bald. in l. traditia, q. 5. C. de act. empt. Secundò, ſi ipſe, vel ejus hæres evincat, l. ſi emptorem, ff. eodem tit. Tertiò, poteſt tamen repeti pretium, quia pretii quod emptor non ſolvit petitione, non repellitur, d. l. cùm ea conditione, in princ. ff. de evict. l. emptorem, §. fin. ff de act. empti, Aufrer. in add. ad deciſ. 360. Capellæ Toloſan. Bertrand. conſ. 205. lib. 2. p. 2. & in conſ. 217. lib. 7. 12 13 14 15

L. 36. titul. 5. part. 5. verſ. [El quarto,] ponit alium caſum inter plures, ſi emptor rem, quam emit, pro derelicta habuit; tunc enim actionem de evictione amittit, quia donaſſe videtur, l. fin. ff. de evict. l. quod ſervus, ff. de ſtipulat. ſervorum, intervenit in emptore, quod illi imputari poteſt, Riminald. conſ. 274. n. 15. lib. 2. Et etiam non agit de evictione, quando emptor non eſt conſequutus rem ratione obligatione ex perſona ſua, ut quia fuit celebratum pactum de non petendo in favorem rei venditæ poſſeſſoris, ad jusjurandum ei detulit, & juravit ſuam eſſe, l. hoc jure, ubi Gloſ. ff. de evict. 16 17

Nec emptor agit etiam de evictione, quando venditor exprimit ſervum ſtatu liberum eſſe, & cauſam non expreſſit; tunc ſi ignorabat, non tenetur; ſi verò ſciebat, & tacuit, empti judicio tenetur, l. minor, l. qui libertatis, §. ſed & ſi quis, ff. de evict. Et ratio eſt, quia interpretatio ſit contra venditorem, qui potuit apertiùs legem dicere, l. Labeo, l. cùm lege, ff. de contrahen. empt. l. veteribus, ff. de pactis. 18

Nec in caſu l. evicta, §. ſi ſervus, ff. de evictionibus, & l. 3. ff. de doli mali except. ubi Bart. & Angel. emptor agit de evictione, quando res ſoit tradita emptori, Bartholomæus Bertazolus conſil. civil. 106. num. 3. & 4. lib. 1. 19

Nec quando venditur res cauſa ludi, vel res ipſa in ludo perditur, non agitur de evictione, per text. in l. 35. tit. 5. p. 5. Farinac. quæſt. 109. de ludo, tom. 3. Ariſminus Tepatus tom. 2. variarum, tit. 423. cap. 9. verſ. [Vel non,] in fin. Cæſar Manent. deciſ. Mantuan. 7. n. 21. per l. fin. §. 1. ff quar. rer. act. non detur: ſed Steph. Coſta in tract. de lud. dubit. ult. num. 4. diſtinguit poſt Bart. in l. ſi quis eum ſciret, ff. pro emptore, quòd ſi ludens vendat colluſori, non tenetur de evictione, d. l. fin. ſi vendit alteri, tenebitur; Angelus in d. l. fin. §. 1. gloſſa 3. in fin. cap. Clerici, & eam ſequitur Abbas de vit. & honeſt. Cleric. quæ ſimpliciter loquitur: Angelus in d. l. fin. quem referunt, & ſequuntur Paris de Puteo de lud. num. 24. Caccialup. eodem tract. num. 37. Quærit, an ſaltem pretium repetat juxtà l. emptorem, §. fin. ff. de actian. empt. & tenet, quòd non, ſi luſit illud pretium, ſecùs ſi non luſit. 20

Alius caſus ponitur in l. ſi ei, cui, ff. de evict. & in l. 2. C. eod. quando emptor ſucceſſit venditori, vel è contra, tunc amittitur actio de evictione. Et ratio eſt, quia ſucceſſio habet vim ſolutionis, l. Uranius, ff. de fidejuſſor. notat Bart. in d. l. ſi ei, ubi notandum eſt, quòd in r tione legis Falcidiæ imputatur ſimplum ad 21

legata

legatariorum favorem, *l. cùm emptor*, *ff. ad l. Falcid.* ubi *Bar.* exploſis quibuſdam in contrarium facientibus, ſecundum Paul. de Caſtro & Alex. *ibid.* Bal. Paul. de Caſtr. Alex. & Jaſ. *in l. fin. ſ. in computatione*, Gloſ. *verbo.* (confunduntur,) *C. de jure deliberandi.*

22 Nec etiam agitur de evictione, quando res datur in dotem domino rei, ſed mulier contra venditorem habet actionem ex empto, *l. non tamen*, *ff. de evict.*

23 Vel etiam de evictione non agitur, quando legatur res in ſpecie, & illa evicta eſt: *l. heres ſervum*, *ff. de evict.* ſecùs ſi in genere, *l. ſi domus*, §. 1. *ff. de legat.* 1. de quo diximus *ſup.*

24 Sed etiam amittitur evictio, cùm pars ſervi evincitur, niſi ſpecialiter ſit promiſſa, *l. ſi dictum*, §. *ſtipulatione*, *ff. evict.* ſecùs in aliis rebus, *l.* 1. ubi Bar. & Bal. & Salyc. *in l. nave*, *ff. de evict.* Bal. *in d. l.* 1. *C. eod.* agitur actione ex empto, ubi notatur in *d.* §. *ſtipulatione.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 305. *n.* 1. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 483. *n.* 15. Aret. *conſ.* 129. *n.* 1.

25 Et in eo, qui fundum emit, & pretii aliquam partem certa die ſe ſoluturum juravit, cenſuit Matheſilan. *notab.* 50. eum cadere à jure petendæ evictionis: quem ſequuntur Jaſ. *in l. ſi quis major*, *notab.* 4. & Cagnol. *n.* 50. *C. de tranſ.* Dec. *conſ.* 452. *n.* 8. Roland. à Valle *conſ.* 31. *lib.* 2. quam deciſionem non puto veram, & illam meritò reprobat Alciat. *in d. l. ſi quis major, in fin.*

26 Nec venditor de evictione tenetur ante ſolutum pretium ab emptore ſibi, *l. ex empto*, *ff. de act. empt.* Speculat. *tit. de actione*, verb. [*Item repellitur venditor*,] vel etiam quando res evincitur remedio extraordinario, 27 putà, per reſtitutionem in integrum. Item ſi patronus ageret contra donatarium, per Calviſianam ſeu Favianam, *l. qui res*, §. *diverſum*, cum Gloſ. *ff. de ſolut.* Bal. *in l.* 2. *in fine*, *C. de evict.* & eſt tamen intelligendum ſano modo, ſecundum Paul. de Caſtro *in d.* §. *diverſum*, ut procedat in cauſa lucrativa, ſecus in oneroſa, *l. ſi minor*, *ff. de evict. in princ.* ita ſentit *Alciat.* & approbat hanc opinionem *conſ.* 340.

28 Evictio etiam locum non habet, ſi venditio reſcindatur remedio, *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* ita Rebuf. *tit. de reſciſ. contract. art.* 1. *gloſ.* 15. *n.* 29. *tom.* 2. *ad ll. Gallic.* & fidejuſſores dati pro evictione liberantur, ut advertit Jacob. *in l.* 1. *C. de fidejuſſ. minorum*, quia reſoluto contractu principali, regulariter contractus fidejuſſorum reſolutus cenſetur, *l. lex vectigali*, *ff. de pignor.* Boër. *deciſ.* 182. *num.* 46. Franch. *deciſ.* 165. *n.* 5. Guid. Pap. *deciſ.* 585. Joan. Vincent. de Anna *ſingul.* 546. Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. matern.* 3. *p. n.* 72. Quia promiſſio evictionis non obligat, ex quo contractus principalis fuit nullus, cùm ſit acceſſoria evictionis obligatio, *l. non dubium*, ubi Salyc. *C. de legib.* & *in l. ſi is*, *C. de præd. min.* Corneus *conſ.* 27. *n.* 14. *lib.* 4. Cæſar Manentius *deciſ. Mantuana* 13. *n.* 4. & 38. ubi dicitur, quod evictio, quæ ſequitur ex reſolutione contractus, tanquam nulli non præſtatur; quoniam reſoluto contractu, perinde eſt, ac ſi numquam celebratus fuiſſet, Gloſ. fin. *in l.* 1. *C. quando liceat ab emptione diſced.* Alberic. *in l. ab emptione ff. de pact.* Vincent. de Franchis *deciſ.* 64. *num.* 16. & *deciſ.* 369. *circa fin.* Cæſar Manent. *conſ.* 129. *n.* 9. *par.* 2. & *deciſ.* 20. *à num.* 37. Hier. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 110. *num.* 7.

29 Nec emptor agit de evictione contra Tertium, ſi cauſa non fuit defenſa, ſcilicet, quia ſententia lata contra aliquem, cauſa non defenſa, numquam præjudicat Tertio, ut eſt text. *in l. ſi ideo*, *ff. de evict.* Romanus *conſ.* 154. *n.* 5. & *conſ.* 329. *num.* 10. & 11. Cæſar Manent. *deciſ. Mantuana* 15. *n.* 42.

QUÆSTIO LII.

Si res evincatur ex facto Principis, an venditor de evictione teneatur?

SUMMARIUM.

1 *Text. in* l. Lucius, ff. de evict. *commendatur.*
2 *In* dict. l. *DD. tractant de poteſtate Principis.*
3 *Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt auferre dominium alicujus nulla ſubſiſtente cauſa.*
4 *Contraria ſententia eſt verior.*
5 Fortunios Garcia *laudatur.*
6 *Princeps ex cauſa publicæ utilitatis, aut pacis, defenſionis civitatis, & aliis, quæ publicam utilitatem reſpiciunt poteſt auferre alicujus dominium.*
7 *Sufficit omnis ratio naturalis movens Principem.*
8 *Princeps auferendo dominium, jus, aut rem alicui, tenetur ſolvere pretium.*
9 *Pretium debet eſſe tantundem, vel æquivalens ſatisfactio.*
10 *Text. in* l. item verberatum, §. ſi forte: *explicatur, ibi*, Modico dato.
Modicum pretium dicitur, licèt ſit juſtum, reſpectu voluntatis domini à quo inviſo res extorquetur, ibidem.
11 *Princeps ſine cauſa in dominio utili rei feudalis, vel emphyteuticæ, illud de perſona in perſonam ad ſuum arbitrium transferri poteſt, ut vidimus in ædificanda Platea magna hujus ingentis Curia.*
12 *Fidejuſſor cenſus per tranſlationem factam de uno corpore ad aliud per Principem non remanet liberatus, quia remanet idem cenſus.*
13 *Rem ſuam quis cogitur vendere ex cauſa publicæ utilitatis.*
14 *Idem favore Religionis.*
15 *Nemo invitus cogitur rem ſuam vendere.*
16 *Inhumanum eſt, quòd quis invitus rem ſuam vendat.*
17 *Emere, & vendere eſt actus naturalis libertatis.*
18 *Injurioſum videtur, ut homines inviti aliquid facere cogantur.*
19 *Limitatur favore Eccleſiæ, quia ſumma ratio pro Religione facit.*
20 *Nullus judex debet moveri ad tollendum dominium alicujus ſine beneplacito Principis ex* Covarruvia.
21 *Hoc limitatur in Eccleſia Parochiali, vel Cathedrali, quæ moraliter neceſſaria eſt.*
22 *Refertur* Covarruvias.
23 *Monaſterium non gaudet hoc privilegio, ſi aliunde poteſt extendi.*
24 *Propter neceſſitatem inevitabilem, etiam pro extendendo Monaſterio invitus quis compellitur vendere domum.*
25 *Compulſus, & invitus vendere propriam domum Monaſterio, interdum recipit notabilia detrimenta.*
26 *Damnum infert qui alium cogit.*
Damni loco habetur, ſi perdatur voluntas, ibidem.
27 *Modicum pretium ſemper dicitur, etiamſi ſit juſtum, reſpectu voluntatis domini à quo inviſo res extorquetur.*
28 *Referuntur verba* l. 12. ff. de Religioſis.
29 *Diſcretus judex debet conſiderare & diſtinguere neceſſitatem à ſimplici utilitate.*
30 *Privilegium nocivum cum rationis moderamine eſt ampliandum.*
31 *Eccleſia ſeu Monaſterium non debet ædificari in loco, qui præjudicet aliis Eccleſiis jam conſtructis.*
32 *In pari cauſa privilegii, favorabilior eſt qui damni excuſationem proſequitur.*

33 Reli-

Digitized by Google

33 *Religioſi, quando in ſuo Monaſterio non habent locum competentem, debet eis aſſignari favore Religionis.*

34 *Oſtentatio Monaſterii non debet attendi, ſed decens, & neceſſaria ædificatio.*

35 *Verus intellectus* d. l. ſi quis ſepulchrum.

36 *Ubicumque intervenit magnum præjudicium, ceſſat favor Religionis.*

37 *Illud quis compellitur vendere, quod ſupereſt.*

38 *Monaſterium ad ædificandum de novo, & illud ampliandum, cogit vicinum ad vendendum.*

Referuntur Authores externi, qui defendunt Monaſterium, ibidem.

39 *Idem etiam defendunt plures Authores noſtri.*

40 *Non requiritur quòd ſit neceſſarium moraliter, ſed quòd ſit utile, ſufficit Monaſterio, ut poſſit cogere vicinum ſibi vendere domum contiguam.*

41 *Vicinus cogitur vendere domum, aut fundum Monaſterio, pro ejus conſtructione, & ampliatione.*

42 *Refertur deciſio* Rotæ, *qua reſpondet* Covarr.

43 *Favor Religionis idem militat in Eccleſia Parochiali, ſicut in Monaſterio.*

44 *Referuntur plures deciſiones in favorem Religioſorum.*

45 *Ratio naturalis eſt anima legis.*

46 *Parificantur bonum publicum, & favor Religionis.*

47 *Cauſa facit recedere à regulis juris.*

48 *Refertur praxis Politiæ in hac Curia Regia.*

49 *Conſtruens palatium poteſt cogere vicinum, ut vendat ſibi domus contiguas deformes ad illud conſtruendum.*

50 *Idem in paupere habente domum deſtructam.*

51 *Favor Religionis, juſtum motivum eſt, ne quis cogatur ſuam domum vendere.*

52 *Favor Religionis non ſolum privatæ, ſed publicæ utilitati præponendus eſt.*

53 *Non ſolum pro conſtructione, ſed pro ampliatione, ſcilicet pro dormitorio extendendo, & pro viridario, & pro neceſſaria ſui clauſura, & pro omni eo quod eſt connexum Monaſterio, & num. 54.*

55 *Dummodo hæc compulſio ſit pro ſuo Monaſterio, & non, ut aliis complaceat.*

56 *Vel etiam fiat venditio ſine vendentis incommodo.*

57 *Aut etiam res illa æſtimetur juſto pretio.*

58 *An ſit dandum pretium ab aliis oblatum? ibi diſtinguitur, & n. 59. uſque ad fin.*

60 *Non poterit quis compelli vendere partem rei, ſed totam.*

61 *Venditio partis multa fert incommoda.*

62 *Contrarium deciſum refertur, ex* Maſio Giurba.

63 *Vicinus non cogitur domum vendere habita fide de pretio, ſed præſenti pecunia.*

64 *Hoc tamen fallit ni extrema urgeat neceſſitas inevitabilis.*

65 *Princeps auferens dominium alicujus per viam legis generalis, non tenetur ſolvere pretium.*

66 *Contrarium defenditur.*

67 *Evictio ſumens cauſam ex novis legibus, vel contra jus commune, non attenditur in detrimentum venditoris.*

68 *Litigandum non eſt contra Principem.*

69 *Venditor regulariter de evictione tenetur.*

70 *Caſus fortuitus dicitur factum Principis, & factum ſuperioris.*

71 *Venditor an teneatur de caſu fortuito inſolito.*

72 *Quando res evincitur ex facto Principis, venditor non tenetur de evictione.*

73 *Hoc limitatur in ſciente, Principem hoc eſſe facturum.*

74 *Amplia hoc in venditore, qui rem vendidit pluris, quando adeſt rumor circa mutationem valoris rerum; & quid de ſolutione facta tempore murmurationis promulgationis Edicti circa diminutionem monetarum, an ſit valida? & num. 75.*

76 *In qualibet diſpoſitione cenſetur reſervata authoritas Superioris.*

77 *Tenetur ad pretium ſaltem ſi à Principe conſequutus eſt, quod eſt præſumendum.*

78 *Venditor in caſu* d. l. Lucius, *agit ad pretium, multò magis poteſt illud retinere.*

79 *Refertur Imola in* cap. quia diligentia, de electione.

80 *Refertur nova, & vera declaratio* d. l. Lucius, *contra omnes, & 81. & 82.*

TExt. in *l. Lucius, ff. de evict.* elegans eſt, & multum practicabilis, & commendatur ab omnibus Scribentibus in ejus repetitione, præcipuè Alber. Bar. Bald. & Salycet. Bald. *conſ.* 460. *lib.* 4. Natta *conſ.* 181. Alciatus *conſ.* 340. Gaſpar Caball. *de evict.* §. 5. *num.* 57. Gaſpar. Ant. Theſaur. *lib.* 1. *quæſt. forenſ.* 77. & *lib.* 4. *q.* 10. Gomez de Leon, *centur.* 33. *n.* 4. Arias Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. par.* 3. *c.* 2. *n.* 22. Hieronym. Laurentius *deciſ. Avenion.* 133. *per totam*, Alphan. *Collectan.* 321. Joan. Bapt. Coſta *de facti ſcient. inſpect.* 28. Petrus Surd. *conſ.* 15. *à n.* 27. idem Coſta *de ratа*, *q.* 136. *n.* 21. & 22. & 23. Gamma *deciſ.* 349. *n.* 8. Rota Romana *deciſ.* 381. *lib.* 3. *ſub Puteo*, Andreas Gail. *cent.* 2. *obſerv.* 56. *n.* 8. Ariſmin. Tepat. *tom.* 2. *var. ſent. tit.* 423. *cap.* 9. Caſtill. Sotom. *lib.* 2. *pract. c.* 28. & *lib.* 4. *c.* 42. *n.* 68. & 109. Nicolaus Mozius *de contract. tit. de empt. & vēdit. rub. de naturalib. & accidētalib.* Sebaſtian. de Medicis *in tract. de caſibus fortuitis, q.* 13. *n.* 6. Stephanus Gratianus *tom.* 3. *diſp. forenſ.* 520. *à n.* 22. & *ſeqq.* Gregor. Lopez. *in l.* 37. *tit.* 5. *par.* 5. verb. (*No ſeria tenudo el vēdedor.*) Cevall. *tom.* 2. *commun. q.* 532. Surdus *deciſ.* 326. *n.* 15. & *n.* 22. 1

Doctores in *d. l. Lucius*, tractant de poteſtate Principis, ut eſt videre per Franciſc. Topium *de poteſtate Principis, cap.* 6. Carolum de Tapia *in rub. de conſtitutionibus Principum c.* 1. ubi latiſſimè, Petram *de poteſtate Principis, per totum*, & *c.* 24. Alponſum Modicium, *in* §. *Principum placita, dubit.* 14. Ludovicum Rodolphinum *de abſoluta poteſtate Principis, cap.* 6. *n.* 152. Caſtill. Sotom. *lib.* 6. *controv. c.* 6. Nonnulli juris periti in diverſos errores inciderunt propter ignoratas veræ doctrinæ radices, Angel. *in l. item ſi verberatum*, §. 1. *num.* 1. *ff. de rei vendicat.* dixit, quod Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt auferre dominium rei meæ, etiam nulla ſubſiſtente cauſa: Decius poſt alios in *cap. ultima n.* 31. *de confirmat. util vel inutil.* & damnat Cravett. *conſ.* 241. *n.* 2. Igitur Princeps nulla ratione neceſſitatis conſtrictus poterit adverſus rationis dictamen, ut teſtatur Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 6. *num.* 8. qui cenſuit diſtinctionem poteſtatis ordinariæ, & abſolutæ malè à Doctoribus conſtitutam fuiſſe; latè ſequitur Pinel. *in l.* 2. *par.* 1. *rub. à num.* 24. *C. de reſcind. vendit.* Mendoça *in lib.* 1. *diſput. jur. cap.* 5. *num.* 5. Angelum ſequuti ſunt multi more ovium, quos refert Fernand. Vaſquez *lib.* 1. *controv. illuſtr. cap.* 5. *num.* 15. quorum fundamentis ſatisfacit Hipp. Riminald. *conſ.* 45. *à n.* 60. *lib.* 1. 2 3

Proinde contra *Angelum* ſtat excellentis ingenii vir Fortunius Garcia *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum, num.* 290. & 309. & *ſeqq. ff. de lib. & poſthum.* & Cravett. *in d. conſ.* 241. *n.* 12. inquiens, quòd *Angelus*, qui contrariæ ſententiæ fuit anteſignanus, non ut *Angelus*, ſed ut homo mendax locutus eſt, & contra eum eſt communis opinio; & Additio ad Dec. *in conſ.* 269. affirmat *Angeli* dictum eſſe falſum, & adulatorium aſſeverat Jaſon *in l. Barbarius, verſ.* [Tertio decimo,] *ff. de officio Præt.* quibus concinit Cagnol. *in proœm. ff. n.* 9. Cravet. *in conſ.* 238. *num.* 11. ubi inquit, quòd Princeps jus nullum habet in bonis & rebus privatorum, niſi reſpectu ſuperioritatis, & juriſdictionis; & in *conſ.* 154. idem affirmat de bonis Univerſitatis. 4 5

Non

6 Non tamen ita limitata eſt Principis poteſtas, ut aliquando alterius dominium auferre non poſſit, ex cauſa publicæ utilitatis, pacis, & aliis quæ ad Reipublicæ conſervationem ſunt neceſſaria, & ſecundum juris divini, & humani regulas, à quibus illi præceptum eſt, ut regat, & protegat, & faciat omnia, quæ ad conſervationem Reipublicæ ſunt neceſſaria, & ad eundem finem poteſt uti bonis ſubditorum, *l. item verberatum*, §. 1. *ff. de rei vendicat. d. l. Lucius, l. quod ſemel, ff. de decretis ab ordin. faciend. l. ut gradatim*, §. *reprobari*, ubi Gloſ. *ff. de munerib. & honorib. l. venditor.* §. *conſtat ff. commun. præd. l. bene à Zenone, C. de quadr. præſcript.* Innoc. Imol. Joan. Andr. Butr. & Abb. Felin. & Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* D. Thom. *in opuſc.* 21. *ad Duciſſam Britanniæ*: Covarr. *in reg. peccatum*, 2. *par.* §. 9. *n.* 6. Navarr. *in cap. novit. de judic. notab.* 3. *n.* 100. Alphonſ. de Caſtr. *lib.* 1. *de lege pœnali*, Alphonſ. Gerrerius *in ſpeculo Princip. cap.* 54. *num.* 41. Franciſc. Patritius *lib.* 2. *de Regno*, & *de Regni inſtitutione*: Job. Nonius *conſ.* 88. *n.* 26. Boſſius *in praxi criminal. tit. de Principe*, Baldus *de præſcript.* 1. *par. princ. quæſt.* 5. *n.* 3. Petrus Surd. *conſ.* 203. *num.* 17. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 53. *num.* 128. & *de jure fiſci*, *lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 49. Antonius Gabr. *tit. de jure quæſito non tollend. conſil.* 2. *num.* 1. Capic. *deciſ.* 166. *n.* 6. Marta *vota deciſivo Piſano* 166. *à num.* 21. Carol. de Tapia *in rub. de conſtit. cap.* 1. *num.* 59. Franciſc. Topius *de poteſtat. Principis, à n.* 9. Modic. *in* §. *Principum placita, dubit.* 14. *à n.* 1. Caſtillus à Bobadilla *in ſua Politica*, *tomo* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 14. & *cap.* 5. *n.* 26. ubi plures refert, Molina *lib.* 1. *de primog. cap.* 8. *à num.* 28. & *lib.* 3. *cap.* 3. *à num.* 11. Bellug. *in ſpecul. Princip. rubr.* 9. *num.* 26. Joannes Caſtill. Sotom. *tom.* 5. *controver. cap.* 89. *n.* 93. & *ſeqq.*
7 ubi ſuo more plures congerit: Cabedo *deciſ.* 19. *n.* 10. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 10. Ludovicus Rodolphinus *de abſoluta poteſtate Principis, cap.* 6. *num.* 160. Ubi *in fine* dicit, quòd non ſolum ſufficit cauſa publicam utilitatem concernens, ſed omnis ratio naturalis movens Principem ad ſic agendum, ut aiunt Boſſius *in praxi, tit. de Principe*, *num.* 188. & Peregrinus *de jure fiſci lib.* 1. *tit.* 3. *ſub num.* 69. Et etiam addit, quòd ultra cauſam, adhibeat Princeps cauſæ cognitionem in privando aliquem jure ſuo, Surd. *conſil.* 203. *num.* 17. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 196.

8 Requiritur ergo, quòd Princeps auferendo dominium, jus, aut rem alicui, ſolvat pretium, vel tantundem reddat: *dict. l. item verberatum*, §. *ſi forte*, vel æſtimationem rei, quam aufert: ut ait Jaſ. *in l. Barbarius*, *n.* 36. & 39. *ff. de offic. Prat.* Felin. *num.* 18. & Dec. *n.* 91. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* idem Dec. *in l. id, quod noſtrum, ff. de reg. jur. n.* 3. Menochius *conſ.* 721. *n.* 27. *lib.* 8. Boſſius *tit. de Principe*, *num.* 187. Ant. Gabr. *concluſ.* 2. *num.* 25. *tit. de jur. quæſit. non tollendo.* Surd. *conſ.* 203. *n.* 17. *lib.* 2. Peregrinus *de fideicom. tit.* 52. *num.* 128. & *de jure fiſci*. *lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 40. Marta *vota deciſivo*, 166. *n.* 24. Cabedo *deciſ.* 20. *n.* 5. *lib.* 2. Pinel. *in l.* 1. *par.* 3. *n.* 62. *C. de bonis matern.* & *in l.* 2. *par.* 1. *cap.* 2. *n.* 14. *C. de reſcind. vend.* Jacob. Puteus *deciſ.* 381. *num.* 3. *lib.* 3. Stephanus Gratianus *tomo* 3. *cap.* 520. *num.* 23.

9 Cum itaque præfati Doctores affirment, juſtum pretium Principem debere præſtare, ſive æquivalentem ſatisfactionem, ut ſentit Pinel. *in l.* 2. *par.* 1. *rub. num.* 14. *cap.* 2. *C. de reſcind. vendit.* Peregrinus *de jure fiſci*, *lib.* 5. *tit.* 2. *poſt n.* 52. Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *idem reſcripſit*, *num.* 158. *ff. de lib. agnoſcend.* Caſtill. Sotom. *lib.* 3. *controv. cap.* 16. *à num.* 14. *l.* 2. *tit.* 2. *p.* 1. *l.* 31. *tit.* 18.
10 *p.* 3. Venit explicandum, quod ſit pretium æquivalens: & text. in *d. l. item verberatum*, §. *item ſi forte*, *ff. de rei vendicatione*, ibi [*modico dato*] intelligitur de juſto pretio, ut *ibi* per Cyn. & Jocob. de Arena, Belluga *in ſpeculo Principum*, §. *donum. rub.* 46. *n.* 4. *verſ.* (nec obſtat.) *l. Lucius, ff. de evict.* cum enim pretium æquale rei debeat eſſe, cum modicum nuncupatur, id fit reſpectivè ad voluntatem domini, à quo invito extorquetur, Gloſſa in *l. nec quaſi*, *ff. de rei vendicat.* Bald. *in l. non intereſt*, *ff. quod metus cauſa*, quia conſideratur intereſſe voluntatis; Andr. *in l. Imperialem*, *n.* 4. *ff. de prohibita feud. alienat. per Federic.* Tiraq. *de retract. in præfat. num.* 25. Petrus Surdus *conſ.* 440. *n.* 30. *lib.* 3. Nam qui me cogit, damnum infert, & damni loco habetur, ſi perdo libertatem voluntatis, Bal. *in l.* 1. *col.* 5. *in* 1. *lectura*, *ff. de leg.* 2. Andr. *in cap.* 1. §. *ſimiliter*, *n.* 27. *de Capitaneo, qui curiam vend.* & *ibi* Afflictis. *n.* 6. ubi dicunt, quòd in *d. l. item verberatum*, accidit modicum fuiſſe datum reſpectu voluntatis domini, à quo invito res extorqueretur, ſed de jure non ſufficiebat; quia debebat ſolvi integrum pretium, Marta *voto Piſano* 166. *num.* 27. & 28. & 174. *num.* 10.

Explicatur ſuprà dicta reſolutio, quia licèt Princeps 11
non poſſet aliquem dominio privare, niſi ex cauſa publica: ſecus eſt in dominio utili rei emphyteuticæ, vel feudali: illud enim de perſona in perſonam ad arbitrium transferri poteſt, ex quacumque cauſa, etiam non reſpiciente publicam utilitatem, ſed privatã; ita Auguſtin. Beroius *in cap. quæ in Eccleſiarum*, *n.* 137. *de conſtit.* Jaſ. *in l. Barbarius*, *n.* 39. *ff. de offic. Prat.* & ſic fecit *Philippus Tertius Hiſpaniarum Rex*, qui tranſtulit cenſus qui erant impoſiti ſuper domibus Plateæ antiquæ in villam Matriti, ut faciliùs conſtrueretur Platea magna hujus ingentis Curiæ.

Circa quod eſt valde notanda pulchra animadverſio; 12
utrum fidejuſſor cenſus tranſlati de uno corpore ad aliud remaneat liberatus? quòd non ſit liberatus, extat Deciſio *in Romana cenſus*, per Alex. Ludoviſium relata 345. ubi fuit concluſum, fidejuſſores non fuiſſe liberatos per motum proprium *Clementis Octavi*, hoc enim operatur vis ſubrogationis, ut prætenditur, quia contrarium fuit in alio cenſu reſolutum. 20. *Junii* 1602. præſertim, quia fidejuſſores ſe obligarunt in ſolidum, uti principales, & principaliter, Bart. *in l. reus. ff. de duobus reis*, Aretin. *conſ.* 33. *n.* 8. Put. *deciſ.* 58. *in fin. lib.* 3. Fuit dictum *in una Romana Dohanæ ſalis* 10. & 11. *Junii* 1581. *coram Lancelano.* Non obſtat quòd fidejuſſor, qui acceſſit pro una re, non cenſeatur pro alia obligatus: quia jura, & Doct. ad hoc allegati loquuntur, quando ageretur de extenſione obligationis, & Gabr. *conſ.* 43. *num.* 8. *lib.* 1. & Surd. *deciſ.* 212. *num.* 2. & alii, qui ex adverſo allegantur in terminis ſubrogationis, non loquuntur de ſubrogatione, ſed (prout alii) de extenſione; & ab extenſione non benè infertur ad ſubrogationem, per quam non augetur obligatio fidejuſſorum: præſertim, quia ſubrogatio fuit facta quoad effectum, & exercitium hypothecarum, non quoad ſubſtantiam cenſus, Oliverius Beltraminus *in n.* 7. *in addit. ad hujuſmodi deciſionem* ſequitur Ludoviſium, ibi: (Tranſlato cenſu de uno fundo ad alium, fidejuſſores non remanent liberati,) Gratianus *tom.* 1. *diſcept.* 113. *n.* 81. & *tom.* 4. *diſcept.* 454. *n.* 15.

Salva pace tanti viri Alex. Ludoviſii, qui fuit *Gregor. Decimusquintus Pontifex Maximus*, contrarium tenendum cenſeo; quia fidejuſſio non extenditur ultra conventa, cum ſit ſtricti juris, *l. quidquid adſtringendæ*, *ff. de verb. oblig. l. blanditus*, *ff. de fidejuſſorib.* Abb. *conſ.* 75. *vol.* 5. Alex. *conſ.* 41. *in fin. lib.* 6. & in tantum hoc eſt verum, quia fidejuſſio nec de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum extendi debet; tradunt Bald. *conſ.* 142. *lib.* 5. Hieronym. Magon. *deciſ. Florentina* 57. *n.* 21. Jaſ. *in l. age cum Geminiano*, *n.* 9. *C. de tranſ.* Quoties enim res variatur cauſa, vel actio, fidejuſſor non tenetur, Petrus Surdus *deciſ.* 212. *n.* 2. Burſatus *conſ.* 193. *n.* 6. *p.* 2. Maſtrillus *deciſ.* 135. *n.* 44. ibi: [Quomodocumque res alteretur, ſive mutetur modus, & qualitas adminiſtrationis, ſive aliter novetur, fidejuſſor liberatur.] Idem reſolvit fuiſſe judicatũ Stephanus Gratianus *tom.* 1. *diſcept.*

3. num.

3. n.27. ibi: [Cujus fidejuſſio non poteſt illis ſuffraga-
ri, cum ſit ſtricti juris, neque extendatur variata re,
cauſa, judice, vel actione,] Sed cum cenſus non re-
maneat in eodem ſtatu, in quo erat quando fidejuſſor
ſe obligavit, ſuiſque variatus, fidejuſſor liber manſit per
dictam tranſlationem de uno corpore ad aliud ſine ejus
conſenſu: & ratio eſt, quia quælibet diſpoſitio de mun-
do intelligitur, rebus ſic extantibus, & aliquo non ſu-
perveniente de novo; Gloſ. in *cap. quemadmodum,*
jurejur. l.fin.ff.ad municipal.& de incol. l.cum quis,ff.de
ſolut. Gloſ. in *cap.*2. ubi Abb.*n.*8.*de renūciatione,* Tiraq.
*in l.ſi unquam,in præfat.C.de revocand.donat.num.*166.
*& n.*167. dicit, hoc eſſe perpetuum in omnibus actibus,
& diſpoſitionibus, ex quibus obtinui in prima, & in
ſecunda inſtantia in hac Curia contra creditorem quen-
dam, qui agebat contra fidejuſſorem cujuſdam, cum-
que cauſa fidejuſſionis variata fuit, liber fidejuſſor re-
manſit.

13 Ampliatur dicta limitatio, ex *l. nec emere, C. de jur.*
delib. ut ex cauſa publicæ utilitatis, quia rem ſuam
vendere cogatur, Doctores in *d.l. invitum, & in d. l.nec*
emere, Natta *conſ.*554.*n.*2.*&* 3.*lib.*3. Covarr. *lib.*3.*var.c.*
14.*n.*7.*l.ædificia,l.ſi quando,C.de ædific.privat.* Guilliem.
Alberic. Florian. *in l ſi quis ſepulchrum,ff.de Religioſis,* Jaſ.
*in l.*2.*n.*4 *ff.ſolut.matr.* Maſtrill.*deciſ.*17. Surd.*conſil.*2.*n.*
20.*&* 21. Jacob.de Gratiis *deciſ.*113.*n.*13.*lib.*3.*caſuum*
conſcientiæ, Gaſpar Anton. Theſaur. *lib.*1. *quæſt. forenſi*
64. Jacob. Cancerius *lib.*1.*var.reſolut.Cathaluniæ cap.*13.
*à num.*77. Aloyſius Riccius *Collectan.deciſ.*1851.*par.*5.
Grammatic. *deciſ.*75. Afflictis *deciſ.*265. Vincent. Car-
tez.*deciſ.*16. Franchis *deciſ.*223. Alvarus Valaſc.*conſult.*
22. Cabedo *deciſ.*105.*n* 6.*lib.*1. Seraphinus Olivarius
*deciſ.*847. Steph.Grat.*tom.diſcept.* 149.*n.* 32. Aloyſius
Ricc. *deciſ.*138. *& deciſ.* 147. *par.*1. Hieronymus Leo
deciſ.Valentiæ 90. Nicolaus Mozius *de contractibus,tit.*
*de his quæ vendi poſſunt,n.*58. Ant.Gomez *in l.*70.*Tau.*
*n.*27. Greg.*in l.*3 *tit.*5.*par.*5. idem Anton.Gomez.*tom.*2.
*var.cap.*2.*n.*51. Cevallos *tom.*4.*qq. commun.quæſt.*906.
à num. 344. Fontanel.*de pact.nupt.clauſ.*4.*gloſ.*12.*à num.*
26. Petrus Surdus *conſ.*62.*n.*8. Boerius *deciſ.*321.*n.*2.
Frāciſc. Marcus *deciſ.*535.*& deciſ.*636.*par.*1. Bobadilla
*tom.*2. *Polit. lib.*3.*cap.*5.*n.*26.*lit.G.* Coſta *de remed.ſub-*
ſidiar.remedio 76. Pater Molina *tract.*4. *diſp.*34.*de juſt.*
Matien. *in l.*1. *tit.*15.*gloſ.*9. *& in l.*1.*tit.*11.*gloſ.*2.*n.*41.
*lib.*5.*Recop.*

14 Ampliatur etiam dicta limitatio favore Religionis,
ita ut dominus domus, aut fundi contigui alicui Mona-
ſterio, cogatur vendere domum, aut fundum, ad am-
pliandum Monaſterium: ſed quia hæc quæſtio magnis
viribus frequenter agitatur, libuit pro utraque parte
diſputare.

15 Pro parte negativa adſunt plura, ut invitus dominus
rei non cogatur vendere ſuam domum, aut fundum, *l.*
nec emere, C.de jure deliberandi, l.invitum, C.de con-
trahenda empt. ubi communiter Doct. aſſerunt, quòd
nemo invitus cogitur ſuam rem vendere etiam juſto
pretio, Boerius *deciſ.* 312. *n.* 2. Menoch.*de arbitr.ca-*
ſu 462.*n.*12. Petrus Surd. *conſ.*2.*n.*20. Marius Giurba
*deciſ.*86.*à n.*1. Inhumanum, inquit Surdus, eſt, ex *l.quam-*
vis,ff.de pignor.act. quòd quis invitus ſuam rem vendat,
16 cum contractus procedere debeant à libera hominum
voluntate, non autem à neceſſitate; ut notat Covarr.
lib. 2. *var. cap.*14. *n.* 8. à ratione ex juris principiis
petita, quòd in re ſua quilibet eſt moderator, & arbi-
ter, & de re propria dominus liberè, & abſolutè diſ-
ponat: Vaſquez *Illuſtr. qq. quæſt.*17. *n.* 2. *& quæſt.* 8.
17 *n.* 8. emere, & vendere eſt actus naturalis libertatis,
Menoch. *lib.* 3.*præſumpt.*130. *n.* 54. Fabius de Anna
*conſ.*47.*n.*41.*ex l. dudum,C.de contrahēd.empt.* quæ libe-
ram omnibus tribuit facultatem vendendi. Injurioſum
eſt enim, ut homines inviti aliquid facere cogantur,
18 nec eſt interdicenda liberis hominibus libera rerum ſua-
rum diſpoſitio, *l. non uſque adeo, ff. ſi quis à parente*
fuerit manu. D. Garcia Maſtrillus *conſ. unic. poſt.* 1. *par.*
Dec. n. 36.

Et quamvis iſta regula limitetur favore Eccleſiæ, quia 19
ſumma eſt ratio, quæ pro Religione facit, *l.ſunt perſonæ,*
ff.de religioſ.& ſumpt.funer. Rochus de Curte *de jure-*
*patronatus, in §.cauſraxit,n.*19. Padilla *in l altius, n.* 21.
C.de ſervitutibus, Hector Æmilius *de jure feud.cap.*72.
*à n.*30. Thomas Grammat. *deciſ.*75.*à n.*1. Gaſpar The-
ſaur.*deciſ.*64.*n.*6. Jacobus Bennius *de privilegiis Juriſcō-*
*ſultorum,privileg.*8, Tamen veritas eſt, quòd jura allega-
ta per præcitatos Authores nullatenus probant ſuam
opinionem, & omnibus reſpondet Covarr.*d.lib.* 3. *cap.*
14.*n.*8.verſ. (*cæterum ſi controverſiam,*) ubi *in fine* con-
cludit, quòd ſine reſcripto Principis juris alieni dero- 20
gatorio, nullus judex debet moveri ad tollendum domi-
nium liberum dominis rerum ſuarum, nec poſſeſſionem
earum, neque eos compellere ad ſic vendēdum pro ædi-
ficanda ſeu amplianda Eccleſia, vel Monaſterio, niſi ad
ædificandam Eccleſiam Parochialem, vel Cathedralem 21
moraliter neceſſariam toti Reipublicæ, exemplo text.
in *cap. audientiam, de Eccleſiis ædificandis:* cui diſtin-
ctioni eleganter annuit Vincentius Cartez. *deciſ.* 26.
præſertim *n.*27. ibi: [Declaratur ex capite *Covarr.* jam
citato, ut ſi loquamur de Eccleſia Cathedrali, vel Paro-
chiali, in quibus Sacramenta miniſtrantur, hoc ſit abſo- 22
lutè verum, in aliis, non niſi concurrente Principis be-
neplacito, ex quo non militat adeo urgens ratio, (Ibi-
dem refertur Georgius Cabedo *deciſ.*105.*n.*5. *lib.*1. ibi:
[Idem dicit, ſed addit amplius, ſcilicet: Nos autem
nunquam vidimus apud nos hoc fieri lite ordinaria pro-
poſita, ſed obtentum à Rege per ſupplicationem in Se-
natu Palatii: vidimus tamen contra proviſionem obten-
tam exceptiones objectas, & ad ordinarium Judicem re-
miſſas, & in eo judicio cauſas contentas in ſupplicatione
diſcuſſas,] Quod etiam ſentit Alvarus Valaſc. *con-*
*ſult.*22.*n.*2. ibi: (Poſt obtentum Principis beneplacitum,
domini rerum debent audiri in judicio plenario.) Cæterū,
quia ſi Monaſterium habet alium modum ex quo poſſit 23
extendi, non debet gaudere privilegio tam nocivo, *l.ſi quis*
ſepulchrum, ubi Alberic.*n.*2.*ff.de Religioſis,* verſ. (*ſi ali-*
unde viam non habeat,) mirabiliter Thomas Grammatic.
*deciſ.*75. *num.*1. ibi: [Sed in particulari, prout in cauſa
de qua agitur, ſi Monachi vellent ampliare Monaſte-
rium, vel extendere dormitorium, vel ſimilia facere, &
habeant loca, ſeu domos contiguas, nec aliter poſſint ſe
extendere, & ampliare, niſi eiſdem conceſſis locis, ſeu
domibus vicinis, certè poterunt domini illarum domo-
rum compelli ad vendendum officio judicis pro hujuſ-
modi ampliatione, ut voluerunt Guil. & Florian. *in l.*2.
§.locus,ff.de Religioſis, Bald.& Angel. ſubdit, ſe ita de
facto obtinuiſſe: Joannes de Imola *in cap. Apoſtolicæ, de*
donat. Cœpola de *ſervit. urban. præd. circa fin.*]

Igitur in Parochiis, aut Eccleſiis Cathedralibus hoc
privilegium limitatur; & ut extendatur ad Monaſteria,
& Collegia, intelligendum eſt, ſi aliter non poſſunt ſe
extendere, & ampliare, ut in *eadem deciſione, cal.fin.* ibi:
[Quia quando locus eſt junctus Monaſterio, putà aliqua
domus; & Monachi volunt extendere Monaſterium,
neque aliter poſſunt niſi conceſſa illa domo, in qua for-
tè volunt extendere dormitorium, vel ſimilia; tunc do-
minus vicinæ domus poteſt compelli ad vendendum. Et
tandem ibi: (*Per quæ, conſideratis conſiderandis maximè*
manſionibus ejuſdem Monaſterii, certè anguſtiis inſpecta n.
quinquaginta Monialium fuit per Sacrum Conſilium com-
munis vota ſic pronunciatum.)

Ex qua deciſione deducitur, quòd ubi alia forma non
poteſt conſuli Monaſterio, quàm quòd vicinus domus
contiguæ compellatur ad vendendum ſuam domum pro-
pter neceſſitatem inevitabilem, eâ cognitâ habet locum
dictum privilegium, & non aliter, cùm ſubſtantia privi-
legii conſiſtat in præciſa, & neceſſaria indigentia ſine
alio

Vel etiam, quia ſi vicinus ſimpliciter compellere-
tur invitus ad domum vicinam Monaſterio vendendam,
reciperet notabilia detrimenta, fortè cogeretur invitus
25 deſerere ſuam propriam habitationem, quam vel ædifi-
cavit, vel à ſuis majoribus habuit, *l. ſi in emptionem 35.*
ff. de minorib. ibi: *Volui, quòd majorum fuerit.* Hieronym.
Leo *deciſ. Valentiæ 90. n. 5.* vel etiam ortum habuit in
ea domo: & quærere aliam domum contra ſuam vo-
luntatem ſatis lugubre eſt; *l. lex quæ tutores, ff. de ad-*
26 *miniſtrat. tut.* Vel etiam, quia qui cogit alium, illi
damnum infert, cum damni loco habeatur, ſi perdatur
voluntas, ut ex Bald. Mart. & aliis diximus *ſup. num.* 10.
Etiamſi præſtetur juſtum pretium, quod ſemper eſt modi-
cum reſpectu voluntatis domini à quo invito extorque-
tur ſua domus, Gloſ. in *l. nec quaſi, ff. de rei vendic.* Natta
conſ. 554. n. 3. lib. 3. ubi quòd cum tanto præjudicio no-
luit lex, quòd Religio ſit tam privilegiata in gradu tam
27 extraordinario, *d. l. ſi quis ſepulchrum*, ibi: [*Præſes etiam*
compellere debet juſto pretio iter ei præſtari, ita tamen
ut judex etiam de opportunitate loci proſpiciat, ne vi-
cinus magnum patiatur detrimentum:] ubi Alberic. *n. 2.*
ibi: Et hoc eſſe verum, ſi ſine magno incommodo
fieri poſſit. Felin. *in cap. 1. de Judæis, numer. 2.* ibi:
Quia cogitur quis vendere, quod ſibi non nocet, & al-
teri prodeſt. Egregiè Gaſpar Ant. Theſaur. *lib. 1. quæſt.*
forenſi 64. num. 9. ubi extendit dictum privilegium ad
multa, & doctiſſimè aſſerit: (Ut autem prædictæ limita-
tiones, & fallentiæ locum obtineant, aliqua à Doctori-
bus noſtris requiruntur; & primò, ut illa venditio fiat
ſine magno vendentis incommodo, & cum parvo il-
lius nocumento, unde hoc prudentis judicis arbitrio
relinquitur, qui re cognita ſtatuet, ne vicino magnum
nocumentum afferatur, ut pulchrè denotat Juriſc. in
d. l. ſi quis ſepulchrum, §. Præſes.) Et paulò inferius di-
xit idem Theſaur. pro qua re eſt text. in *l. 1. §. ſunt qui*
putant, ff. ne quid in loco publico, ibi: [*Sunt qui putent*
excipiendum hoc interdicto, quòd ejus ripæ muniendæ cau-
ſæ non fiet, ſcilicet, ut ſi quid fiat, quo aliter aqua
fluat, ſi tamen muniendæ ripæ cauſa fiat, interdi-
cto locus non ſit. Sed nec hoc quibuſdam placet, neque
ripæ cum incommodo accolentium muniendæ ſunt.
Hoc tamen jure utimur, ut Prætor ex cauſa æſtimet
an hanc exceptionem dare debeat.] ubi Gloſ. verb.
[*exceptionem dare.*] Vincentius Carroz. etiam *dec. 26.*
numer. 8. ibi: (Conſiderabit etiam diſcretus judex
neceſſitatem à ſimplici utilitate, & damnum, quod
contingere poteſt venditori.) Quod idem refert Ma-
rius Giurba *deciſ. 86. numer. 16. circa finem*, prout
etiam omnia jura pro hac parte adducta demonſtrant.
Covarr. *in d. lib. 3. cap. 14. colum. fin.* verſ. [*ulti-*
28 *mo.*] ibi: (Ultimo hac in controverſia non diffiteor,
æquiſſimè judicem facturum, qui uſus frequentiſſi-
ma Doctorum ſententia, coëgerit quempiam ad ven-
ditionem propriæ rei, agri, domus, aut fundi, quoties
is fuerit utilis ad Eccleſiæ conſtructionem, vel amplia-
tionem, ſi attentis circumſtantiis, quæ diſcreti judi-
cis arbitrio ſunt examinandæ, nullum, aut ſanè par-
vum detrimentum privato inferatur.) Andreas Aſer.
conſ. 42. n. 28. lib. 2. fol. 114. ibi: [Nam ceſſat Religio-
nis privilegium, quoties vicinis coactis diſtrahere ſuas
poſſeſſiones, grave aut non modicum præjudicium re-
ſultat.]

29 Item etiam quando, quod negatur, hoc privilegium
eſſet extendendum ad Monaſterium, non debet latè
interpretari, ſed cum moderamine rationis eo eſt uten-
dum, ut ſatis deducitur ex animadverſionibus tradi-
tis per Florianum, & Aſinium *in d. l. ſi quis ſepulchrum,*
ff. de Religioſis, Georg. Cabedo *d. deciſ. 105. num. 10.*
lib. 1. ibi: [Illud adde ad complementum hujus deciſio-
nis, quod de facto vidi, an pro ampliando circuitu Mo-
naſterii poſſit cogi vendere agrum ſuum? dixi quod
ſic, dummodo circuitus non ſit exceſſivus, nec factus ad
æmulationem, ſed neceſſarius, & moderatus.]

Item etiam, quia ſi hujuſmodi privilegium latè in- 30
terpretandum foret, eſſet præjudicium notabile Eccle-
ſiis Parochialibus, quia ex diſpoſitione juris commu-
nis non debet conſtrui Eccleſia in loco, ſi præjudi-
cet jam aliis conſtructis; *cap. quicumque, 16. quæſt. 1.*
cap. 2. de Eccleſiis ædificandis, & ibi Gloſ. verb. [*veteri-*
bus,] & verbo [*aliorum injuriam:*] Cardinalis *conſ. 8. n.*
3. Seraphin. Olivarius *dec. 847. n. 1.* Unde favorabilem
prærogativam ſuſtinent Eccleſiæ Parochiales, & ſic
favendum eſt piæ cauſæ, ut aliis non fiat injuſtitia; *cap.*
ex tenore, de foro competenti, Abbas *conſ. 27. n. 2. lib. 1.*
Card. Tuſchus, *tomo 6. concluſ. 335. n. 23.* In parique 31
cauſa privilegii, favorabilior eſt, qui damni excuſatio-
nem proſequitur; *l. verum, §. fin. ff. de minorib. l. Procu-*
lus 2. ff. de damno infecto, l. et ſi quis, §. ſed ita, ff. de
Religioſis, Bart. *in Auth. quas actiones, numer. 3. C. de*
Sacroſ. Eccleſiis. Aymon Cravetta *conſ. 936. n. 33. lib. 5.*

Et licèt, ſine præjudicio veritatis, concedatur hujuſ-
modi privilegium Monaſterio, omninò debet egere Mo-
naſterium loco proprio, ubi ædificetur, & extendatur,
ut præter citatos Doctores, quos expendimus, agnoſ-
cit Guilielm. Cuneo *in l. decernimus, num. 2.* ibi [Si non
habent locum eis competentem,] *C. de Epiſc. & clericis*,
Franciſc. Marc. *deciſ. 335. num. 3.* verſ. [*& illa ratione*]
quando Religioſi in loco ſuo non habent loca idonea ad
ædificandum, & debent eis aſſignari favore Religionis,
ut vicinus cogatur vendere domum, Cœpol. *de ſervit.*
urban. præd. cap. de ſepulchro, num. 4. & 5. interpretan-
do *d. l. ſi quis ſepulchrum*; per quam legem dixit *ibi*
Guilielm. quem ſequitur *Florianus*, quòd Religioſi non
habentes in loco ſuo locum eis convenientem, vel ſuf-
ficientem, poſſunt petere, quòd loca eis condecentia aſſi- 32
gnentur propter favorem Religionis, & hac ratione vi-
cinus domum vendere cogatur, Ant. de Burg. *in repet.*
cap. ut menſura, n. 24. de empt. & vendit. ubi concludunt,
non eſſe attendendam oſtentationem Monaſterii, ſed
quòd aſſignatio nova non ſit exceſſiva, & extraordi-
naria, ſed decens, & neceſſaria: ex quo reſultat verus
intellectus *d. l. ſi quis ſepulchrum*, ſcilicet, quòd ſi vi-
cinus pateretur notabile damnum, non debet invitus
compelli domum vendere, qui eſt intellectus legalis
illius legis, ex illis verbis, *ne vicinus magnum patiatur*
detrimentum: ſequitur utique per locum ab oppoſitis, 33
quòd ubicumque magnum intervenit præjudicium,
omnino ceſſat privilegium Religionis, Florianus de
Sancto Petro *in l. qui propter funus, §. locum, num.*
1. & 2. ff. de Religioſis, ita ut non debeat tolli vicino, 34
niſi illud ſolum, ſed non ſine quo poterat commodè
vivere cum tanta commoditate, abſque eo quòd illi
inferatur grave præjudicium: ita Felin. in *d. cap. 1. de*
Judæis, n. 1. verſ. [*quia cogitur*,] Gaſpar. Theſaur. *d.*
quæſt. 64. n. 9. Vincent. Carroz. *d. deciſ. 16. n. 8.* & æqui-
tate inſpecta non debet pronunciari in favorem Mona-
ſterii, debetque obſervari celebris diſtinctio *Covarr.*
quam refert obſervatam in *Senatu Luſitano* Alvar. Va-
laſ. *conſult. 20. num. 2.*

His tamen minimè refragantibus, affirmativam ſen- 35
tentiam veram, & magis communem ſequendam exi-
ſtimavi, ex ſequentibus; quia Monaſterium habet pro 36
ſe communem, & ſecurom concluſionem, quæ limi-
tat regulam deſumptam ex *d. l. invitum, C. de con-*
trahend. empt. & d. l. nec emere, C. de jure delib. quæque
docet, favore Religionis poſſe Monaſterium ad ædifi-
candum de novo, & ad ampliandum jam conſtructum,
compellere vicinum domus contiguæ ad vendendum
fundum ſibi contiguum, ut ex antiquis tradunt Bald. *in*
l. 1. colum. 5. ff. ſolut. matr. ubi Angel. *colum. fin.* Jaſ. *in l. 2.*
hoc tit. n. 4. Florian. *in d. l. ſi quis ſepulchrum, in princ. ff. de*
Religioſis. Guilielm. de Cuneo *in l. decernimus, C. de Epiſ-*
copali audient. Cœpola *de ſervit. urban. præd. cap. 82. n. 5.*
Socin. *regula 435. fallent. 9.* Ripa *in tract. de peſte, tit. de*

X *remed.*

Digitized by Google

remed.præſervat.num. 183. Imola *in cap. Apoſtolicæ de donat.colum.*1. Felin. *in d.cap.*1.*de Judæis, n.*2.

Idem defendunt Rochus de Curte *de jure patronatus, in verb.* (dixit,) *num.*19. Cujac. *lib.*3.*obſervat. cap.*20. Matthæus de Afflictis *decis.*75. Peguera *decis.*88. Joannes Aloyſius Ricc. *collectanea* 1851. *part.*5.*&* *dec.*138. *à numer.*1.*&* *deciſ.* 147. *numer.* 2. *lib.*1. Fabianus de Monte, *in tract.de empt.& vendit. quæſt.* 5. *n.*38. Mindyngerus *conſil.*81.*n.*11. Arismin. Tepat.*tom.*2. *var. ſent. tit.* 393. nec emere, nec vendere quis cogitur: Marius Giurba *deciſ.*86.*à n.*1.Ant.Gizarellus *deciſ.*38.*à n.*1.

37 Ex noſtris etiam tenet firmiter Anton. Gomez *in l.*70.*Tau. n.* 27. *& tom.*2. *var. cap.*2. *n.* 51. Padilla *in l. altius, n.*21.*C.de ſervit. n.* 24. Pater Molina *diſp.* 341. *n.*2. Petrus Barboſ. 2.*par. l.*1.*ff.ſolut.mat. n.*39. Petrus Auguſt. Morla *emporii par.*1. *tit.*9. *quæſt.*1.*n.*7.Gregorius Lopez *in l.*3.*tit.*5.*part.*5.*gloſ.*1. Covarr. *lib.*3. *var. cap.*14. *n.*7.Bobadilla *in Polit.tom.*1.*lib.*3.*cap.*5.*n.*6.*lit.* T.Cabado *dec.*105. *par.*1.& plures deciſiones à me relatas vide *ſup.n.*21. Cevall. *tom.*4. *pract. qq. quæſt.*906. *à n.*344. ubi refert Martam *de juriſdict.* 4. *part. cent.* 2. *caſu* 271.*à n.* 1. plures referentem, & dicit ſe ſcire plures qui ſunt infeſti Monachis, & Monialibus, non velle admittere hanc ſpeculationem, ſed ſolum cum ad eorum æmulationem ſit, ædificia eſſe prohibenda, & non amplius, ut ea pluribus exornat Hieronym. Leo, Auditor præſtantiſſimus in Conſilio Aragonum Supremo, *deciſ.*90.*Valentiæ*, *à n.*9.*tom.*1.Coſta *de remed. ſubſidiariis remed.*76.*n.*8. Alvar. Valaſc. *conſult.*22. Anton. Gizarell. *dec.*38.*Neapolit.* Et quamvis, qui tenent negativam cum *Domino Præſide Covarr.* illis videatur requiri præciſè, & moraliter eſſe neceſſarium ædificium, ut vicinus cogatur invitus vendere ſuam poſſeſſionem; & quòd non ſit ſufficiens, quòd ſit utile Eccleſiæ ad hujuſmodi remedium
38 comparandum; communis tamen & magis recepta opinio eſt contraria, quam defendimus. Quia ſufficit utile eſſe pio loco, domum, agrumvè ſibi vendi, ut cogatur dominus ad vendendum: ſentiunt Cœpola *ubi ſup.* & adducit Florianum *in l.*4.§.*locus,ff.de Religioſ.* & Angel. *in l.*1. *ff.ſolut.matrim.* qui dicit, de facto obtinuiſſe; Greg. Lopez *in d.l.*3.*tit.*5.*part.*5. ibi: [Et ea ratione cogitur vicinus vendere domum, quia favore publicæ utilitatis compellitur quis vendere rem ſuam.] Camillus de la Ratha *conſ.*45.*à num.*9.

39 Quod non ſolum procedit ad novè ædificandum, ſed ad ampliandum Monaſterium jam conſtructum præciſèque neceſſarium, ut decenter, & cum reverentia divina officia celebrentur, ut tradit Grammatic. *deciſ.* 35. *numer.*1. *ad fin.* ex Socino; ibi: (Quod quando locus eſt junctus Monaſterio, puta aliqua domus, & Monachi volunt extendere Monaſterium, nec aliter poſſunt, niſi conceſſa illa domo, in qua fortè volunt extendere dormitorium, vel ſimilis, quod tunc dominus domus vicinæ poteſt compelli ad vendendum.) Et paulò inferiùs, ibi: [Pariter eſſet, quando Eccleſia eſſet ædificanda, ſeu amplianda, quia tunc poſſunt loca vicini deſtrui, & vendi Eccleſiæ invitis ipſis dominis.] Et fuit per S. Regium Conſilium commune votum pronunciatum: quod idem refert judicatum Vincent. de Franchis *deciſ.* 223. *numer.* 5. *&* 6. Gizarell. *ſup. numer.* 4.

Neque huic obſtat, quod antea dictum eſt, quòd ex hujuſmodi privilegio tam largè ſumpto cauſaretur præjudicium Eccleſiis Parochialibus, & diminueretur concurſus populi accedentis ad parochialem, & ſic detraheretur decori, & honori earum, cauſabiturque
40 damnum pecuniarium. Cui objectioni reſpondetur cum Seraphino Olivario *deciſ.*847.*num.*3. ubi *Rota* ait, (ſed hoc non eſſe præjudicium conſiderabile cenſuerunt Domini, cùm ex alia parte præponderet favor augmenti Cultus divini, ut benè per Butrium *in cap. cum olim, de conſuetudine*: nam in eo conſiſtit honor iſte, ut Cultus Divinus augeatur, *cap. ad audientiam, de Eccleſiis ædificandis.*)

Advertitur tamen, quòd hæc concluſio æqualiter 41
obſervatur in Eccleſia Cathedrali, vel Parochiali, & in Monaſterio Religioſorum, ſine eo, quod conſiſtat opinio *Domini Præſidis Covarr.* ſuprà relata: quia Doctores in prædictis locis, & paſſim indiſtinctè loquuntur, & nulla poteſt dari ratio congruæ differentiæ cur potius in Parochiali, quàm in Monaſterio; quarè in Monaſterio Monialium deciſum fuit in Neapolitano Conſilio, & in Monaſterio Divi Auguſtini in civitate de Leon de Franchia fuit determinatum, ut teſtatur Anton. Theſaur. *quæſt.*64. *n.*8. & in Monaſterio Monachorum loquitur Cœpola, & Marius Giurba *deciſ.*86. *n.* 16. in Religione Societatis Jeſu pro erigenda, & complenda tribuna Eccleſiæ, & in ipſa Societate judicatum refert Hieronym. Leo *deciſ.Valentiæ* 90. Etiamſi domus fuiſſet majoratui ſubjecta, ut ibi; quia favor Religionis, qui eſt cauſa efficiens, idem operatur in Eccleſia, quàm in Monaſterio, licèt ipſa eſſet magis neceſ- 42
ſaria: nam prudens neceſſitas, & moralis ampliandi Monaſterium eſt ſufficiens, ut idem privilegium ei concedatur.

Conſideratur etiam, quòd eſt vera, & ſolida opi 43
nio relata conſonans naturali rationi, quæ eſt anima legis, quia licèt directè non probaretur ex *d.l.ſi quis ſepulchrum, ff. de Religioſis,& l.*1.§.*hujus ſtudii, ff.de juſt. & jure, l.*1. *C. de communi ſervo manumiſſo*, & ex aliis, quæ paſſim à Doctoribus traduntur ad hujus Theologiæ confirmationem, quæ præcipuè probant hanc limitationem: ſufficeret tamen probatio inductiva per argumentum, ubi communiter Doctores deducunt iſtam communiſſimam concluſionem, ſcilicèt, quòd favore Religionis compelletur quis vicinus (etiam renitens, & invitus) domum ſuam vendere; abſque ſcrupuloſa indagatione *Domini Præſidis Covarr.* & hoc pluribus corroboratur rationibus.

Primò, præcipua ratio deciſiva, in qua fundatur di- 44
cta communiſſima concluſio, eſt ex fallentia communi vulgaris regulæ, quæ docet neminem ad vendendum invitum cogi poſſe; quòd parificatur, & valet argumentum de bono publico ad favorem Religionis; ſed propter publicæ rei, ſeu domus conſtructionem privatæ ædes dirui poſſunt, ut probat text. in *l.præſcriptio, l.omnes,C.de operibus publicis*, imò propter favorem publicum quis fundum proprium vendere cogitur, *l. Lucius, ff.de evict. l. venditor*, §.*conſtat*, *ff. communia præd.l. item verberatum*, §.*ſi fortè, ff.de rei vendicat.l.*2. §.*ſunt qui putant, ff. ne quid in loco publico*, *l. ſi locus*, §.*cum via, ff.quemadmod. ſervit. amittantur, l.circa, ff.ad Syllanian.l.*1. *&* 2. *C. pro quibus cauſis, &c.* Speculat.*tit.de ſatis dat.*§.*eſt quoque.*Roman.*ſingul.*734. Natta *conſ.*554. *n.*2.Rub. Alex. *conſ.*92.*n.*2.Flaminius Pariſius *de reſignat. benef.lib.*3. *quæſt.*18. *n.*15.Loſeus *de jure univerſitatis*,3. *p.cap.*6.*n.*42.Nam cauſa facit ut recedatur à regulis juris, *l. ſi hominem, ff.mandati.* Decius *in c.cùm ſit Romana,* 45
de appell. Manochius *lib.*2. *de arbitrar.centur.*1.*caſu* 52. *n.*5.& eſt cõmuniter ab omnibus traditũ, Arias Pinel. *in l.*2.*par.*1.*rub.c.*2.*n.*6.*de reſcind.vend.* Mieres *de majorat.* 1.*par.quæſt.*48.*n.*39.*in antiquis*, Pariſius *de reſignat.benef. lib.*3. *quæſt.* 18. *n.*16. Farinac.*deciſ.*853. *n.*1. Platea *in l.*2.*C.de debitis civit. lib.*11.*colum.*2. Petrus Surd.*de alimẽtis,tit.*8.*privileg.*94.*n.*3.Nam publicè intereſt civita- 46
tes ornari domibus,& palatiis, *l.cætera,ff.de leg.*1.*l. Senatus.ff.de contrah.empt.l.*2.*& l.poſt hanc*, cum *duabus ſequentibus, C.de ædificiis privatis,l.præſcriptio,l.ſi quando, C.de operibus publicis.* Et ideo infertur ad practicam hujus Curiæ, quæ quotidie eſt in praxi per Judices poli- 47
tiæ, qui deſtrui jubent domum privati pro Curiæ ornato, ut advertunt Paris de Puteo *de ſyndicatu*, §. *judicis ſuprema poteſtas*, *n.*26. Roman. *ſingul* 710. Rip. *in rub. ff.de damno infecto, n.*5. Gaſpar Ant. Theſaur.*d.quæſt.*64.*n.*4.

ibi

48 ibi, poterit vicinus, qui palatium conſtruere vult, cogere
vicinos ad vendendum domunculas deformes ſibi cohæ-
rentes, ſicuti poteſt Officialis domum privati deſtruere
49 pro decore Civitatis. Et nobilis pauper habens palatium
deſtructum, compellitur illud vẽdere dividi volenti ædi-
ficare, ut dicit Thomas *in addit. ad Alex. in d. l. nec eme-
re*, & Ripa *ſuprà*, *n.* 5. Herculan. *in tract. de non offen-
dendo*, *cap.* 6. *nu.* 2. Carpan. *ad ſtatuta Mediolan.* 433.
n. 83. Roman. *ſingul.* 784. Aloyſius Riccius *deciſ.* 138.
num. 2. *verſ.* 4. Hieronym. Leo *deciſ.* 90. *Valentiæ*, *n.* 21.
50 Secundò etiam, quia favor Religionis eſt juſtum mo-
tivum, ut ad rei propriæ venditionem quis adſtringatur,
cùm Eccleſia, & reſpublica æquiparentur, *l. reſpublica*,
ex quib. cau. major. Bart. *in l.* 1. §. *fin. ff. quod cujuſque uni-
verſit. nom.* Menoch. *conſ.* 80. *n.* 24. *lib.* 1. Nicolaus Everar-
dus *in topicis*, *locus* 69. *à n.* 1. Multo enim magis propter
Religionem: & hoc ſolido fundamento uſus eſt Gaſpar
Anton. Theſaur. *d. quæſt.* 64. *n.* 6. ibi: (Et quamvis domi-
nus Covarr. *in d. cap.* 14. de ſtrictu jure defendat non ſub-
ſiſtere hanc limitationem; arbitror tamen illam ſuſtineri
commodè poſſe ex ratione antè ſcriptæ ſallentiæ. quia
cauſa Religionis ad publicam ſpectat utilitatem, imò ſi-
cuti propter publici ædificii conſtructionem privata ædi-
ficia dirui poſſũt, *d. l. præſcriptio*, *l. omnes*, *C. de operibus pu-
blic.* multo magis favore Eccleſiæ dicendum, poſſe ali-
quem ad vendendum cõpelli, cùm favor Eccleſiæ, & illius
cõmodum, non ſolum privatæ, ſed publicæ utilitati præ-
ponendum ſit; *l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſiis*; & ſi favore bo-
ni publici quis fundum proprium vendere cogatur, ut in
l. venditor, §. *ſi conſtat*, *ff. communia præd.* Doct. *in l. divor-
tio*, §. *ſi vir in fundo*, ubi Bart. *n.* 13. *ff. ſolut. matrim.* idem
Religionis favore concedendum erit, prout doctè, &
ſubtiliter ratiocinatur Aſyn. [*in d. l. ſi quis ſepulchrũ, &c.*]
Idem ſequutus eſt Anton. Gomez in *l.* 70. *Tau. n.* 27. *in
fine*, verſ. (*idem eſt*,) cujus verba ſunt pulchra, & notanda
concludimus: ergo ex re ſæpius examinata, tot oculis ſpe-
ctata, tot inſinuata ſenſibus, & tot inſuper in tuto loca-
ta manibus, juxta *l. hac conſultiſſima, in fine*, *C. qui teſ-
tament. facere poſſunt*, quòd fortiùs idem ſit dicendum
favore Eccleſiæ, & Religionis, quo quis compellitur
vendere quod ſuum eſt, ex Authoribus, & pluribus de-
ciſionibus ſuprà citatis, cujus favor, & commodum ne-
51 dum rei privatæ, ſed publicæ utilitati, proponendum eſt,
ex *d. l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſiis*, *Auth. de non alienand. aut
permutand. reb. Eccleſiæ*, §. *ſi minus*, *l. ſicut* 9. *C. de adi-
fic. privat.* Hieronym. Leo. *deciſ.* 90. *nu.* 11. Religionis
enim favore nedum ad Eccleſiæ Parochialis, vel Monaſ-
terii conſtructionem, quis cogitur vendere, ſed ad jam
conſtructi ampliationem ob frequentem Religioſorum
numerum, Auguſtin. Morla *in emporio juris*, *tit.* 9. *num.* 7.
Hieronymus Leo *ubi ſuprà*, *n.* 11. Franciſcus de Ponte *de
poteſtate Proregis*, *tit.* 2. *de abundantia Civitatis*, §. 4. *n.* 18.
Joannes Baptiſta Toro *in compẽdio dec. verb.* (vicinus, &
52 pro ampliatione viæ,) & *tit.* 4. *nu.* 66. Scotus *conſ.* 3. *n.* 39.
lib. 7. *tom.* 2. Pater Molina *de juſt. & jure diſp.* 341. Ubi
hoc extendit pro dormitorio extendendo: *Scotus ubi ſup.
n.* 17. Socin. *fallent.* 8. *regul.* 435. Riccius *d. deciſ.* 138. *n.* 3.
ſive pro Monaſterii viridario, ejuſque viridarii amplia-
tione, extendunt Joan. Baptiſta Coſta *de remed. ſubſid.* 76.
53 *num.* 9. Marcus Ant. Macerat. *lib.* 1. *reſolut.* 112. *caſu* 20.
Imo etiam cogi poteſt vicinus ad vendendam ſervitu-
tem altius non tollendi etiam via publica intermedia, Pa-
dilla *in l. altius*, *n.* 9. *C. de ſervit.* Vincent. de Franchis *de-
ciſ.* 223. *n.* 4. extendit etiam pro neceſſaria viridarii clau-
ſura palmum terræ licet capere, ne viridarium poſſit ab
54 omnibus videri, & in eo inſpiciantur Monachi, vel
quòd tuti ſint; Scotus *ſup. num.* 20. atque pro omni eo,
quod connexum eſſet Monaſterio: Quidquid ſit in
Capella, vel in Oratorio; Vincent. Carroz. *deciſ.* 26.
n. 17. Tiraq. *de privil. pia cauſa* 67. Covarr. *d. cap.* 14.
55 verſ. (*& eſt tertius.*) Dummodo Eccleſia id pro ſe
petat, non ut aliis placeat: Franchis *d. deciſ.* 223. *n.* 7.
Tamen, ut prædicta juris conc'u io locum habeat;
aliqua à Doctoribus præmittuntur.
Primò, ut venditio fiat ſine vendentis incommodo, 56
ut ex *Felin. Alberic.* & aliis diximus, & tenet Theſaur. *d.
quæſt.* 64. *n.* 9.
Secundò, quòd res illa æſtimetur, & juſto pretio ven- 57
datur, per tex. in *d. l. ſi quis ſepulchrum*, & ibi Alber. & *in
d. l. venditor*, §. *conſtat. l. fin. C. ad l. Jul. de annona. l. ſi poſſeſ-
ſor*, §. *fin. ff. petit. hereditat. l. ſi fidejuſſor.* §. *fin. ff. de leg.* 1.
l. 2. *C. ex quib. cauſ. ſerv. prop. l. alienus*, *ff. ad l. Falcid.* Glo.
in l. ſi hæres, *ff. de act. emp.* Alval. Valaſc. *cõſult.* 22. *n.* 4. & 5.
Pater Molin. *d. diſp.* 341. *n.* 1. notat Pinel. *in l.* 1. *p.* 1. *cap.* 2.
n. 14. *C. de bonis mater.* Petrus Surd. *conſ.* 52. *n.* 48. & *de
alim. tit.* 8. *privileg.* 77. *n.* 14. Morla *ubi ſup. tit.* 9. *qu.* 1. *n.* 8.
Roland. *conſ.* 72. *n.* 9. *lib.* 3. Cæſar Cluſianus *de pretio*, &
æſtimat. lib. 2. *cap.* 23. *n.* 1. Nemo enim viliori pretio co-
gitur vendere, *d. l. ſi fidejuſſor.* §. *fin. ff. de leg.* 1. Petrus
Sur. *deciſ.* 39. *n.* 9. & *conſ.* 203. *n.* 38. *lib.* 2. Petrus Caliſtus
Ramirez *de lege Regia*, §. 30. *num.* 50. *additio. H.*
Præterea eſt advertendum, an ſit dandum regulariter 58
pretium ab aliis oblatum? & diſtinguendum eſt, aut
ſumus in illo caſu, quo lex mandat, ut uni potius, quàm
alteri vendatur; & tunc quod ab aliis oblatum eſt,
pretium dandum eſt: aut ſumus in eo, qui ſimpliciter
tenetur vendere: & tunc ſufficit dare juſtum pretium;
ita diſtinguit Cumanus *in l. qui Romæ*, §. *cohæredes*, & *ibi
n.* 30. Jaſ. *ff. de verb. oblig.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 1.
gloſ. 18. *n.* 10. poſt Rip. *in l.* 1. *in fin. ff. de privilegiis
creditorum*, Bal. *in l.* 2. *numero* 2. *C. de comm. rer.
alienat.* quia iſta facultas cogendi ad vendendum vi-
cinum, intelligi debet ſine damno alterius, *l.* 2. §.
ſi quis à Principe, *ff. ne quid in loco publico*: neque
enim multiplicanda ſunt ſpecialia in damnum ejus,
qui vendere cogitur, *l.* 1. *C. de dotis promiſſione*, *l.
navis* 6. §. *cum autem*, *ff. ad leg. Rhod. de jactu.* &
quod juſtum pretium non debeat eſſe commune, ſed
quod ab aliis fuit oblatum, eſt Deciſio Rotæ *Vigle-
valen. locationis*, 30. *Octobr.* & 27. *Novemb.* 1600.
Nam ſatis eſt, quem cogi ad vẽdendum abſque eo quòd
perdat pretium oblatum ab aliis, quaſi nimis inhumanum
videatur quemquam ad hujuſmodi venditionem com-
pelli, ex *d. l. quamvis* 6. *ad med.* verſ. [*invitum*,] ubi
Gloſ. *verb.* (inhumanum,) *ff. de pignorat. act.* Stephanus
Gratianus *tom.* 1. *diſcept. forenſ.* 149. *num.* 28. & 29.
quem ſequutus eſt Marius Giurba *in d. deciſ.* 86. *n.* 12.
Tertiò requiritur, quòd non poteſt quis compelli ad 59
vendendum partem rei, ſed qui vult emere tenebitur
totam rem ipſam comparare, *l. penult.* §. *fin. l. Julianus*, §.
idem Celſus, *ff. de act. empt. l. cum in fundo*, §. *ſi fundus*, *ff.
de jure dot.* Joan. Baptiſta Coſta *remed. ſubſidiar.* 76. *n.* 1.
Gaſp. Theſaur. *quæſt.* 64. *n.* 11. Nam aliàs magno affice-
tur vendens incommodo, ſi partem rei tantum contra
voluntatem ſuam vendere cogeretur, & æquum eſt, ut
qui in uno gravatur, in altero releveтur; Mexia *de taxa
panis concluſ.* 5. *n.* 128. & Bart. & Bald. *in l.* 1. §. 1. *C. de ca-
duc. tollend.* per *l. ſi non ſortem*, §. *ſi centum*. *ff. de cõdict. in-
debiti*, *l.* 2. *C. quando*, & *quibus quarta pars debeatur*, dicit, 60
quòd venditio partis multa adducit incommoda, Alciat.
conſil. 3. *n.* 8. *lib.* 2. Ubi dicit, vicinum ad venditionem par-
tis cogendum non eſſe ad palatii conſtructionem, propter 61
grave damnum, quod ex venditione partis pateretur.
Hoc tamen non obſtante reſpondet Scotus, *dict.* 3. 62
conſ. ad partis venditionem compelli poſſe rei domi-
num, præſertim ſi concurrant neceſſitas, & utilitas:
concludunt idcirco Alber. Aſynius & Gaſpar Theſaurus,
ubi ſuprà, *n.* 11. rem iſtam ex bono, & æquo, & non ex
juris rigore agendam eſſe; ita quòd ultra pretium ſolvatur
damnum: & judicatum teſtatur Marius Giurba *d. de-
ciſ.* 86. *numero* 14. ibi: Ut à Dominis delegatis in
cauſa à Prorege datis ſervatum vidimus, die 23. Mar-

tii 9. indict. M. DC. XI. quòd Domna Maria Caggio, & Domna Julia Spatafora cogentor vendere R.P. Præpoſito domus-profeſſæ Societatis Jeſu cannas quinque in longum ſui Mazageni, & totidem ex viridario, ſoluto priùs pretio arbitrando per expertos à judicibus in cauſa eligendos, ita tamen quòd dictæ de Caggio ultra pretium ſolvatur etiam plus, videlicèt, æſtimatio damni ſibi contingentis cauſa dictæ venditionis, arbitrandi etiam per dictos expertos.

63 Quartò requiritur, quòd ſi ea cauſa cogitur invitus vendere, non tenetur hoc facere, habita fide de pretio (ut vidi non bene feciſſe judicem quemdam hujus Curiæ, qui condemnavit vicinos quoſdam ad vendendum habita fide de pretio,) ſed præſenti pecunia, Gloſ. I. *in verb.* (neceſſitatem,) *l.1.C. de Comun.ſerv. manumiſ.* quam *ibi* ponderat Bald. Tiraquel. *L.1. de retract.* §.1. *gloſ.* 14. *n.* 44. Alvar. Valaſc. *conſ.* 22. *n.* 6. Bertazol. *de clauſ. clauſul.* 38. *gloſſa* 1. *n.*24. Bald. *conſ.*98. *n.*3. *lib.*1. Gratianus *tomo* 1. *d. diſcept.*149. *n.*25. & 26. Hoc tamen eſt intelligendum, niſi extrema urgeat neceſſitas inevitabilis, juxta text. & notata in *cap. propter neceſſitatem, de furtis*, nam quæ neceſſitas, & utilitas facit, ut nolens & invitus cogatur vendere, eadem permittit & adſtringit, ut cogatur pretii ſolutionem pro tempore expectare: alioquin fruſtra cogeretur, ſi Eccleſia de præſenti non eſt ſolvendo, non ſuccurretur neceſſitati inſtanti. Ita etiam ſervatum refert Marius Giurba *d. deciſ.*86. *ſub num.*16. *in fin. pro Religione Societatis Jeſu.*

64 Advertendum tamen eſt, quòd ſi Princeps tollat dominium alicujus rei per viam legis generalis, tunc nulla fit pretii reſtitutio, *l. Antiochenſium, ff. de privileg. credit. l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commun. prad.* ubique Bart. Dec. in *cap. quæ in Eccleſiarum, num.*91. *de conſtit.* Gozadinus *conſ* 5. *n.*21. Alex. *conſ.*190. *num.*17. *lib.*2. Menoch. *conſ.*701. *num.*88. *lib.*8. Peregrin. *de jure fiſci lib.*5. *tit.* 2. *num.* 54. Boſſius *in praxi, tit. de Principe, n.*201. Carolus de Tapia in *rubr. de conſtit.* §.1. *num.*63. Cabedo *deciſ.*19. *num.* 11. *lib.* 2. Mariençus *in Dialogo relatoris*, 4. *par. cap.* 12. n. 3. & in *l.*6. *tit.* 10. *gloſ.* 1. *num.*20. & *in l.*11. *tit.*7. *gloſ. fin. num.*8. Caſtillus Sotoma. *tomo* 5. *cap.*89. *num.*178.

65 Contrarium tenuerunt Jaſ. *in l. Barbarius Philippus, ſub* n.44. *ff. de offic. Prætoris*, Rochus de Curte *in cap. fin. de conſuetudine*, Abbas *in cap. fin. de conſtit. n.*8. Afflict. *in conſtitut. Neapolit. in tit. quod nulli Prælati, num.*13. Ant. Gabr. Roman. *lib.*3. *commun. concluſ. de jure quæſita non tollendo, concl.*2. *num.*26. Federic. Scot. *conſ.*1. *num.* 190. *tomo* 1. *lib.*1. ubi ait: Quòd legitimè non poteſt auferre dominium alicui rei ſuæ, niſi ſoluto pretio: pro quo facit Ant. Gabriel. *ubi ſup. concl.*5. *n.*34. ubi ait: Principem per viam legis generalis non poſſe privare vaſſalios feudo ſine cauſa. Ludovic. Rodolphinos *de abſolut poteſt. Principis, concl.*6. *num.*165. & 166. Gregor. Lopez *in l.*31. *Taur. n.* 11. Menchaca *controverſ. illuſtrium, lib.*1. *cap.*5. *n.*15. & *uſufrequentium, lib.* 1. *cap.* 1. *num.*6. Marta *de juriſdict.* 4. *p. caſu* 195. *num.*12. & 25. Mexia *in taxa panis. concl.*6. *n* 80. & *in l. Toleti*, 2. *fundament. par.* 17. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *numera* 28. & *lib.*3. *c.*3. *num.* 14. *cum ſeqq.* Azeved. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* num. 23. & 26. Guttier. *in l. nemo poteſt, num.* 73. & 74. *ff. de legat.* 1. Bobadil. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 5. *numero* 11. *litera B.* & *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 142. Ribadeneyra *de Principe Chriſtian. lib.* 2. *cap.*9. *pag.* 325. Bernardus Greveus *lib.*2. *pract. ad Gail. concl.* 56. *conſiderat.* 2. Colleri. *de proceſſibus executiv. par.* 2. *cap.* 3. *num.*326. Marc. Anton. Peregrin. *de jure fiſc. lib.*5. *tit.*2. *n.*52. & *de fideicom. art.*52. *n.*128. Fachin. *lib.*8. *controv. c.*63. verſ. (*Oportet tamen Principem,*) Menoch. *de arbitrar. q.*48. & *in conſ.*103. *n.*26. & 27. & *conſil.*307. *n.*50. & *conſ.*377. *n.*7. & 8. & *in conſ.*721. *n.*27. & 447. *n.*10. & 975. *n.*27. Petrus Anton. de Petra *de poteſt. Princ.* 32. *quæſt.* 7. *q. principal. num.* 34. & 35. *fol.* 579. Surd. *deciſ.* 326. *n.* 22. Roman. *conſ.*178. Ripa *de privileg. cauſa peſtis, num.*27. Natt. *conſ.*610. *n.*6. & *ſeqq.* ubi pulchrè loquuntur.

Notandum tamen eſt, quòd evictio ſumens cauſam
ex novis legibus diſponentibus circa deciſoria, ultra, vel 66
contra jus commune; tunc non pertinet ad venditoris
detrimentum: ita Baldus *conſ.*460. *n.*4. *lib.*4. Stephanus
Gratianus *tom.*3. *cap.* 520. *n.* 24. Si communes regulas
ſequamur, ut pluries dictum eſt, venditor tenebitur, cum
expreſsè promiſerit, ſi res vendita evinceretur, *l. obli-*
gationum, §. verbis, ff. de actionibus, & obligationibus,
l. 1. *ff. de pact.* etiamſi petita in integrum reſtitu- 67
tione, rem oporteret reſtituere, *l. ſi cum venditor,*
§.1. *ff. de evict.* ſiquidem omnino emptor ad ſuum autho-
rem revertitur, *l. ſed ubi, ff. de minoribus, l. minor, ff. de*
evictionibus, Hieronymus Laurent. *deciſ. Avenion.*133.
*n.*2. cumque factum Principis, vel Superioris, caſus for-
tuitus vulgariter dicatur, *d. l. Lucius ff. de evict. l. item ver-*
beratum, § ſi fortè, ff. de rei vendicat. l. apud Julianum, §.
conſtat. ff. de legat. 1. Baldus *in l ſi falſus*, n.30. *C. de fur-*
tis. Gratianus *tom.*3. *d. c.*520. Joannes Baptiſta Coſta *de*
fact. ſcient. inſpectione 38. à *n.* 1. Surd. *d. deciſ.*326. *n.*15.

Ex quibus infertur, quòd ſi venditor vendendo, & 68
tradendo dicat tibi, transfuli in te omne jus, necnon for-
tuitum, & violentum caſum ſecundùm naturam contra-
ctus non tenetur de evictione, *l.* 1. *C. de pericul. & com-*
mod. rei vēdit. l. neceſſariò, ff. eodem, l. fin. C. de actionib. em-
pti, ubi dicitur: Venditorem non teneri de illata em-
ptori violentia. Ancaranus *conſil.*87. veluti ſi judex per
imprudentiam judicaverit, *l. ſi per imprudentiam, ff. de evi-*
ctionibus. Si res vendita periret incendio, ruina, naufra-
gio. *l. quæ fortuitis, C. de pigneratt actione, l. damnum C. de*
locato, l. incendium, ſi certum petatur; quia caſus fortui-
tus cedit domino rei, quando ſine culpa venditoris con-
tingit, *l ſi merces, §. culpa. ff. locati, l. ſtipulatio iſta, in*
principio, ubi Bart. & Alex. *n.*14. & Jaſ. *ibidem, ff de verb.*
obligat. Bald. *in d. l fin. C. de action. empt.* Ruinus *conſ.*85.
*n.*5. & 10. *lib.*1. & *conſ.*59 *n.*14. *lib.*4. Hieronymus Laur.
*deciſione Avenionenſ.*133. *n.*4 *in fin.* ubi dicit, quod iſte
non eſt caſus fortuitus, qui ex facto Principis evenit. *d. l.*
Lucius ff. de evict. In quo tamen caſu ab evictionis peri-
culo venditor liber manet, & non tenetur de evictione, 69
Bald. *conſ.*460. *lib* 4 Natta *conſ.*181. *n.*4. Alciat. *conſ.*140.
Surd. *conſ.*15. *n.*27. & 28. & *deciſ.*326. *n.*15. Anton. Gom.
tom. 2. *variar. c.* 2. *ante n.*41. Abb. *in c. fin. n.*7. & Barbat.
colum. penult. & Anton. de Burgos *col.* 9. *de emption. &*
vendition. Maynerius *in l. non videtur ff. de regul. jur. n.*5.
Caballin. *de evictionibus*, §.5. *n.*17. Cald. Pereira *de emp-*
*tion. & vendit. cap.*31. *n.*101. ubi dicit: Quòd evictio-
ni locus non eſt, quando ex mandato Principis re em- 70
pta emptor privatur; Gregorius Lopez *in l.*3. *tit.* 5. *par.* 5.
litera K. quod verum cenſet, niſi vendens ſciverit Princi-
pem id facturum fuiſſe, quoniam eo caſu in dolo verſa-
tur; argumento eorum, quæ de legem ſciente promul- 71
gandam, tradunt Doct. paſſim, & Padilla *in l. conſtitutio-*
*nes, n.*8. *C. de jur. & fact. ignorant.* Bart. *in l. quæro, ff. de*
action. empt. Bald. *in l.*2. *C. de pericul. & commod. rei vend.*
Hippolyt. *in l. ſtatu liber, n.*17. *ff. de quæſtionib.* Bartol. &
Paul. *in l. cōtra legem. ff. de legibus*, Covarr. *in regula, pec-*
catum, 2. *part.* §.4. Afflict. *deciſ.*399. *n.*9. ubi ſi aliquis 72
de conſilio Regis, vel civitatis, ſcit prope diem taxandum
fore pretium frumenti, vel vini, vel alterius rei, & ſcien-
ter id cariùs vendat, tenebitur reſtituere, vel minuere
pretium, juxta id quod publicatur. Qua in re non inep- 73
tè *Hippolytus* hoc intelligit, quando publicanda eſt
conſtitutio intra breve ſpatium, tunc enim ver-
ſatur fraus; non ita in conſtitutione longius differenda,
quia tunc poterit emptor diſtrahere, & ſibi cavere;
quod idem erit dicendum in aliqua alia perſona par-
ticulari, cui id revelatum fuerit; ex Bald. *in lib.* 2.
C. de pericul. & commod. rei vendit. Afflict. & Caldas

Digitized by Google

Pereira, *ubi ſup. num.* 102. *in fin.* & ego *ſup. q.* 13. *num.* 136.

74 Cavendum eſt ab acceleratione ſolutionis factæ tempore murmuſationis edicti circa mutationem, ſeu diminutionem valoris monetarum, vel circa reprobationem, quoniam ſolutio non eſt valida, nec depoſitum fungeretur vice ſolutionis, veluti minùs integrè factum, & incongruo loco, & tempore, nec creditor arctandus eſt ad recipiendam ſolutionem, niſi murmuratio multum temporis abſorberet, & longo intervallo præceſſerit edictum, Pinel. *in l.* 2. *par.* 3. *cap.* 2. *n.* 22. *C. de reſcindenda vendit.* Vincent. Carrotius *deciſ.* 63. *à num.* 1. *&* 11. Menoch. *conſ.* 952. *n.* 25. Ant. Theſaur. Jun. *de augment. monet. p.* 2. *c.* 70. Joan. Bapt. Coſta *in praxi convent. clauſ.* 3. *n.* 5. *& de fact. ſcient. centur.* 2. *diſt.* 98. *n.* 3. *& de rata*, *q.* 121. *ſub n.* 9. Marius Giur. *deciſ.* 87. *n.* 17.

75 Hinc fit, quòd evictio proveniens ex facto Principis, vel ex novis legibus, reputatur caſus fortuitus, & non pertinet ad venditorem, cum in qualibet diſpoſitione, & promiſſione cenſeatur reſervata Superioris authoritas, *l. fin. & ibi* Jaſ. *ff. qui ſatisdar. cogan. & in l. ſi quis major, num.* 19. *C. de tranſact.* Gratian. *tom.* 3. *diſcept.* 520. *n.* 26.

76 Tamen ex Caballini ſententia, §. 5. *num.* 56. tenebitur ſaltem ad pretium, ſi a Principe, conſequutus eſt, quod eſt præſumendum; Ariſmin. Tepa. *tom.* 2. *var. tit.*
77 423. unde cum evictio ex facto Principis ſit nata poſt venditionem, venditor tenetur de evictione, per tex. *in d. l. Lucius.* Nec eſt bona reſponſio, quòd ille textus tantùm loquatur de ſtipulatione duplæ, cùm ille textus dicat, quòd venditor poteſt agere ad pretium, multo fortiùs illud retinere, Jacobus Puteus *deciſ.* 381. *lib.* 3. *num.* 1. ubi dicit: Nec obſtat, quod dicit Imola *in c. quia diligentia*, *de electione*, & Dec. *in cap. fin. co-*
78 *lum.* 3. *de conſtit.* quòd iſto caſu quando res evincitur, quòd emptor poteſt agere ad pretium contra fiſcum; non autem dicit contra venditorem, cùm quando de plenitudine poteſtatis Princeps vult præjudicare quoad reſtitutionem bonorum: tunc etiam honeſtum ſit, quòd
79 ipſe Princeps teneatur ad pretium: & ita intelligendus eſt Imola *in cap. quia diligentia*: aliàs obſtaret text. in *dict. l. Lucius*, qui vult, quòd ſequuta evictione ex facto Principis, quòd venditor poſſit pretium petere, à fortiori ergo retinere.

80 Iſta lex, *Lucius*, in utramque partem flectitur, & ſervit utique venditori, ut futuros non teneatur præſtare caſus, qui poſt venditionem contigerunt; veluti ſi Princeps prædia vendita militibus aſſignaverit, tenetur nihilominus emptor pretium prædiorum exſolvere venditori, & pati illum fortuitum caſum: & hoc dicit quòd caſu evictionis ibi evenerit poſt contractam venditionem; ſed ſi eveniſſet ante venditionem, venditor præſtabit; quia emptor adhuc non erat rei dominus. Præterea dicitur in *d. l. Lucius*, ex præcepto Principis poſſeſſiones partim fuiſſe diſtractas, id eſt, publicatas, ſecundùm Gloſ. ex delicto emptoris, alioqui ſi ex delicto venditoris hoc fuiſſet iniquum, ut probat *l. ſi fundus ff. legati*, ut Gloſ. in *utraque lege* ita declarat, *& ibi* Albericus, & Paulus de Caſtro, *n.* 2. Ideo Princeps utrumque fecit, & diſtractionem & aſſignationem ex delicto emptoris, & una determinatio æqualiter determinat, *l. jam hoc jure*, *ff. de vulgari*, unde Hie-
81 ronymus Laurentius *deciſ.* 133. *n.* 14. (licèt alii aliter ſentiant) ait, legem *Lucius*, non probare voluntatem Principis fortuitum eſſe caſum, aut quòd poſſit dominium rei alteri auferre; quia ſecundùm Gloſ. communiter approbatam emptor delictum commiſerat, quo caſu jure communi ejus bona ad Principem deferebantur, *l.* 1. *ff. de jure fiſci*: ita ut ille caſus facto emptoris acciderit poſt perfectam venditionem: nil mirum igitur ſi dicat ad venditorem non pertinere, cui alienum factum nocere non debet, *l. ſancimus*, *ff. de pœnis.* Et quia dicit ex principali præcepto, quòd cauſa cognita proficiſcitur, *l.* 1. *ibi*: (Vel ex edicto præcipit,) *ff. de conſtitut. Princip.* quæ quidem verba ſunt potius juris quàm facti demonſtrantia ex juſta cauſa emanaſſe, tantum abeſt, ut tale præceptum dicatur fortuitus caſus, *l. quia contra legum præcepta*, *ff. de inceſtis nuptiis*, hinc juris præcepta dicuntur.

Illa autem quæ velo velato, & immaturè à Principe fiunt, vel fieri mandantur, non ſolent habere executionem, *l. ſi vendicari*, *C. de pœnis*, *cap. ſi quando*, *de reſcriptis*, *cap. cum teneamur*, *de præbendis.* Et ſi dicatur quòd ratio in *lege* poſita aliter videtur perſuadere, ibi: *Futuros caſus evictionis*, &c. Reſpondetur, quòd delictum etiam caſus dicitur fortuitus, *l. contractus*, *ff. de regul. juris*, notatur in *l. quæ fortuitis*, *C. de pignorat. actione*, Bart. *in l. bis, in principio*, *ff. ſoluto matrimonio.* Et ſi iterum impugnaverit, quòd hoc modo lex modicam haberet dubitationem: Reſpondetur eandem habere quæ conſideratur in *d. l. ſi fundus ff. locati*; quis etiam negat, ſi fundum mihi locaveris, & is ex delicto tuo ſit publicatus, liceat mihi pretium repetere, quamvis per te nõ ſtet, quominus eum mihi præſtes? ita & hic, per venditorem non ſtat quominus emptor re empta frueretur.

QUÆSTIO LIII.

Si res vendatur ex neceſſitate officii, an venditor teneatur de evictione?

SUMMARIUM.

1 *Authores, qui hanc quæſtionem tractant, referuntur.*
2 *Vendens ex neceſſitate officii de evictione non tenetur.*
3 *Executor teſtamentarius vendens non tenetur de evictione.*
4 *Vendens ut tutor vel curator, non tenetur de evictione.*
5 *Evictionis promiſſio facta à tutore in contractu geſto cum pupillo non tenet, ubi pupillus læderetur.*
6 *Vendens coactè, vel aliter contrahens ex neceſſitate, non tenetur ſe obligare de evictione.*
7 *Tenetur tamen ad reſtitutionem.*
8 *Pupillus non obligatur de evictione, quando tutor alienat rem alienam, & illam dividit.*
9 *Tutor, vel curator contrahendo, non poteſt excedere terminos juris.*
10 *Evictio præſtatur etiam à pupillo in re ſua vendita, quatenus tamen pretium converſum eſt in ejus utilitatem.*
11 *Executor teſtamentarius omnia teſtatoris inſtrumenta circa rem emptori tradere tenetur, qua evicta contra hæredem agit emptor.*
12 *Refertur* Ariſminus Tepatus, *qui in multis perſonis hanc quæſtionem extendit, & eſt ennino videndus & notandus.*
13 *Procurator alieno nomine contrahens non tenetur, nec obligatur de evictione.*
14 *Contrahens appoſito nomine officii, eo nomine cenſetur obligatus, & non aliter.*
15 *Qui procuratorem non obligat ejus nomine privato, non ſequitur illius fidem.*
16 *Contractus non obligat ultra agentium intentionem.*
17 *Procurator contrahens mandato domini efficaciter obligatur.*
18 *Omnis obligatio à perſonis contrahentium initium ſumere debet.*
19 *Procuratori acquiritur directa actio ex contractu ab ipſo celebrato.*
20 *Efficaciter etiam obligatur procurator.*
21 *Procurator volens obligare propriam perſonam, vel perſonam domini, ejus voluntas quæcumque modo ſortitur effectum.*

22 *Procurator contrahens mandato domini efficaciter obligatur.*

23 *Traditur verus intellectus* text. in l. fin. ff. de inſtit. action.

24 *Contrahens ſuper re ad dominum pertinente, licet ſimpliciter contrahat, cenſetur ac videtur contrahere ſub nomine officii.*

25 *Reſtringitur tamen hoc, ut non habeat locum in Tertio; quia Tertius poteſt ipſum, cum quo contraxit, tanquam ſibi obligatum convenire.*

26 *Ampliatur concluſio, quando procurator cum mandato generali, ſibi, & non domino emit, niſi mandati mentio in contractu fiat.*

27 *Ampliatur etiam, quando nominis proprii, & procuratoris mentio facta eſt, cenſetur nomine procuratoria tantùm.*

28 *Declaratur, ut cenſeatur geſtus nomine procuratorio, ſat eſt, ut in una ejuſdem Capitulo, illius nominis fiat mentio.*

29 *Actio competit adverſus procuratorem, qui tacita procuratoris nomine contraxit, non verò contra dominum, vel alium Tertium.*

30 *Limitatur, ut non procedat, quando procurator contraxiſſet facta mentione ſuorum hæredum, quia tunc nomine proprio agere præſumitur.*

1 HAne quæſtionem præter Scribentes in *l. ſi pignora ff. de eviction.* Bart. *in l. alio, ff. de adimend. legatis,* DD. tractant in multis locis, Caldas *cap. 31. num. 19. & 20. & in cap. 17. n. 17. de empt. & vendit.* Caballin. *in §. 5. n. 62. de evict.* Gardoſo *in praxi judic. verb.* [emptio] *num. 25.* Ariſminus Tepatus *tom. 2. var. ſent. tit. 423. fol. 861. col. 2. in princ.* Franc. Vivius *deciſ. 24. n. 3. Matienc. in l. 14. tit. 4. glo. 1. n. 33. lib. 5. Recopilat.* Cæſar. Manent. *deciſione Mantuana 13. n. 32. & deciſ. 21. n. 23. &* 35. Nicolaus Loſæus 3. *par. cap. 7. n. 12. in tract. de jure univerſitatis. & in l. procurator, qui pro evictione, ff. de procuratoribus, & in l. fin. ff. de inſtit. actio.* Petrus Sayra *in prax. Valentina, quæſt.* 10. Afflict. *deciſ. 64.* Hieronym. Laurent. *deciſ. Avenion.* 76. Carrot. *deciſ.* 77. Boer. *deciſ. 8. & deciſ. 80. & deciſ. 114. & 273.* Franc. de Claper. *deciſ. 39. p. 1.* Seſſe *tom. 2. deciſ. 176.* Maſtrill. *deciſ. 64. n. 5. & 8.* Mart. *deciſ. 103. à n. 17.* Vincent. de Anna *alleg. 141. n. 13.* Magon. *deciſ. Lucenſ. 25. à n. 52.* Maſcard. *tom. 3. de probat. concl. 1234.* Menoch. *lib. 3. præſ. 46. num. 18.* Caldas etiam *c. 7. à nu. 20. de empt. & vendit.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap. 27. par. 1. n. 136. & ſeqq.* Boerius *deciſ. 273.* Greg. Lopez *in l. 60. tit. 18. p. 3.* Spino *de teſtam. tit. de execut. n. 31.* Marius Giurba *in conſuetud. Meſſanenſ. cap. 3. glo. 2. par. 1. n. 13. ampliat. 4.* Guttierez *de tutel. 1. p. c. 1. num. 22.* Paulus Montanus *de tutel. cap. 31. effectu 5. n. 7.* Joan. Baptiſta Laderch. de Imola *conſ. 36.* Rota Genuenſ. *deciſ. 15.* Cabedo *deciſ. 80. par. 2. n. 4.* Surdus *conſ. 15. à n. 6. & in conſ. 183. num. 48. lib. 2.* Ex quibus omnibus, & aliis ſequentes eliciuntur concluſiones.

2 Si res vendatur ex neceſſitate officii ſibi incumbentis, venditor non tenetur de evictione, text. in *l. ſi pignora,* ubi Bald. & Salycet. *ff. de evict.* & notat, & decidit Bart. *in l. alia, n. 25. ff. de adimend. legat.* quod executor teſtamentarius vendens rem hæreditariam, &

3 quod fortius eſt promittens de evictione ſecundùm conſuetudinem loci, non tenetur de evictione, ſed hæres, Tellus Fernandez *in l. 32. Taur. n. 6.* Matienç. *in l. 14. tit. 4. gloſ. 1. n. 33. lib. 5. Recopilat.* Caballinus *d. §. 5. n. 62. de evict.* Et ſub *eodem num.* inquit: Quòd ſimili-

4 ter vendens rem ut tutor, vel curator, non tenetur de evictione, *l. 1.* ubi Bar. Bald. & Salycet. *C. credit. evict. pign. non deb.* Bart. *in l. qui erat, ff. famil. erciſcunda,* Alberic. *conſ. 12. n. 9.* & reddit rationem Jaſ. *in l. à Divo Pio, §. ſi poſt addictam, n. 5. ff. de re judicata;* quia officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet, *l. ſi quis ex conſignatoribus, ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, cap. cùm non deceat, de elect. lib. 6.* Joan. de Platea, Angel. Aretin. & Viglius *in §. ſi tutor, Inſtit. de inoffic. teſtament.* Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. gl. 9. n. 266.* Menoch. *conſ. 58. n. 53. lib. 1.* Guttier. *de tutel. 1. p. cap. 1. num. 22. & par. 2. cap. 13. à num. 1.* Boërius *deciſ. 80.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tom. 2. tit. 423. de evict. fol.* 862. verb. [*tutor.*]

Declaratur concluſio, quòd evictionis promiſſio fa- 5
cta à tutore in contractu geſto cum pupillo, illum non obliget, niſi in contractu valido, & licito; ſecùs ſi illicitus eſſet, & læſus, remaneret, ut ſcribit Anton. Gaſpar. Theſaur. *lib. 3. quæſt. forenſ. 14.* in fine, & ultra eum eſt tex. in *l. 1. C. de fidejuſſ. minor.* Oddus *de reſtit. in integr. q. 57. n. 47.* Cæſar Manent. *deciſ. Mantuan. 21. n. 35.*

Et ita vendens coactè, vel aliter contrahens ex ne- 6
ceſſitate officii, non tenetur ſe obligare de evictione, *l. qui erat hæres, 50. ff. famil. erciſc.* Gloſ. 1. *in l. emptori duplum, 31. ff. de evict.* Cæſar Manent. *deciſ. 13. Mantuan. 32.* Niſi ad pretii reſtitutionem: Bart. *in l.* 7
item verberatum, §. 1. ff. de rei vendicat. Benedict. Capr. *regula 83. num. 25.* Cæſar. Manent. *d. deciſ. 13. num. 33. & num. 46.* dicit: Quòd pupillus non obligatur de 8
evictione, quando tutor alienat rem alienam vel illam dividit. Et tutor, vel curator in contrahendo non poteſt 9
excedere terminos juris, ut *n. 47.* decidit.

Pupillus tenetur de evictione pro re vendita, quate- 10
nus pretium verſum eſt in ejus utilitatem, *l. illud, 4. §. ſi impuberis, & ibi* Salyc. *ff. de evict.* quòd ſi nihil eſt verſum, non tenetur, ut decidit Senatus Mantuanus in *d. deciſ. 13. n. 48.* per text. *in l. fin. ff. ſoluto matrimon.*

Nota, quòd executor teſtamentarius tenetur omnia 11
teſtatoris inſtrumenta circa rem emptori tradere, qua evicta, contra hæredem agit emptor; Spino *de teſtam. tit. de executoribus, n. 31.* quia officii nomine contrahens executor non tenetur de ſuo, *l. 1. & ibi* Bart. *C. cred. evictian. pign. non deb. l. ſi non ſubſcripſiſti, l. cùm quidam, C. de adminiſtrat. tut.* Bart. *in l. alio, num. 25. in fin. ff. de adimend. leg.* Ripa *in l. 4. n. 10. ff. de re judic.* Rota Avenion. *dec. 76. n. 1.* Riminal. *conſ. 641. n. 14. & 15.* Burſat. *conſ. 298. n. 6* Sylvanus *conſ. 8.* ſicut nec executor contractus de evictione tenetur, *d. l. ſi pignora, ff. de evict.* Popon. *conſ. 77. num. 21.* Alban. *conſ. 20.* Socin. *conſ. 154. lib. 2.* niſi nomine proprio ſe obligaſſet executor; *l. procurator, qui pro evictione, ff. de procurat. l. ſi is quem, C. de præd. minor. l. 4. §. in cum, ff. de adminiſtrat. rerum ad civitat. pertin l. ſi creditor, C. ſi tutor vel curat. l. ſi pupilli, §. 1. ff. de negot. geſt.* Bald. *conſ. 333. lib. 5.* Gabr. *conſ. 71. n. 1. lib. 1.* Dec. *conſ. 510. à n. 4.* Natta *conſ. 641. n. 2.* Montan. *de tutel. cap. 31. effectu 5. num. 7.* Marius Giurba *in conſuet. Meſſanenſ. c. 2. gloſ. 13. par. 2. num. 13. ampliat. 4.*

Ariſmin. Tepat. hanc quæſtionem ampliat in multis 12
caſibus *d. titul. 423. de evict. in verb.* (officialis,) *& verb.* [vendens,] *& verb.* (qui vendidit,) *& verbo,* [procurator,] *& verb.* [promiſſio,] in quibus idem procedere aſſerit.

Sed inde benè ſequitur, an procurator alieno nomi- 13
ne contrahens obligetur? Partem negativam videlicet procuratorem alieno nomine contrahentem non obligari, defendunt relati à Bart. *in l. ſi ſe non obtulit, n. 2. ff. de re judicat. & in l. procurator, ff. mandat.* Paul. de Caſtr. *in l. 1. §. exercitorem, ff. de exercit. act. & in conſ. 22. n. 2. lib. 1.* Dec. *conſ. 510. n. 4.* qui omnes dicunt communem opinionem. Pro qua ſententia facit primò, text. in *l. final. ff. de inſtit. actio.* ubi contrahens appoſito 14
nomine officii, cenſetur nomine officii, & non proprio nomine obligatus: ita Afflict. *deciſ. 64.* & plures Doctores relati *in primo numero,* ita decidunt. Secundò facit, 15
quòd qui non obligat procuratorem nomine ejus privato, non ſequitur illius fidem privatam, ſed procuratoriam, vel conſtituentis; ergo procurator non obliga-

tur

tur civiliter, nec naturaliter; argum. text. in *l. cùm amplius*, §. *hac natura*, *ff. de reg. jur.* & ſibi debet imputare, qui cum eo contrahit, *l. qui cum alio*, *ff. de regul. jur.* Tertiò facit, quia contractus agentium,
16 non debent ultra eorum intentionem operari, *l. non omnis*, *ff. ſi certum petatur*; ſed contrahens ut procurator, nomine proprio non vult contrahere, vel obligari, ergo nomine proprio non obligatur.

17 Sed contrariam ſententiam (videlicèt, procuratorem contrahentem mandato domini efficaciter obligari) defendont relati à Jaſone *in d. l. ſi ſe non obtulit*, *num.* 2. & 3. & *ibi* Angel. referens, ita Florentiæ fuiſſe judicatum.
18 Pro qua ſententia facit, primò, quòd omnia obligatio in perſonis contrahentium initium ſumere debet, *l. quacumque gerimus. ff. de obligat. & actionibus, l. ea, quæ civiliter, ff. de acquirenda rerum dom. l. ſtipulatio iſta*, §. *alteri*, *ff. de verborum oblig. l. ſolutum*, §. *per liberã*, *ff. de pignor. act.* & ideò nec per procuratorem dominus obligari alteri non poteſt. Unde ſi obligatio naſcitur ex eo, quòd contractus valet, ipſum procuratorem contrahentem obli-
19 gari neceſſe eſt, & contra eum dari actio. Secundò facit, quòd ex contractu procuratoris, ipſi procuratori acquiritur directa actio, *l. in cauſa*, *l. procurator*, *ff. de procurat.* & dominus gerere non poteſt, niſi priùs mandatis actionibus, *l. ſi procuratorem*, §. *ſi liber homo*, *l. idem*, §. *ſi quis alieni*, §. *fin.* *l. cùm ſervus*, §. *ultim. ff. mandati.* Ergo mutuæ obligationes inter procuratorem, & alterum contrahentem oriuntur, & ipſe procurator efficaci-
20 ter conveniri poterit. Ultimò facit text. in *d. l. procurator, qui pro evictione*, *l. ſervum Titii*, *ff. mandati*, *l.* 1. §. *eſt autem*, *ff. de exercitoria actione*, *l. ſi quis mancipiis*, §. *ſervum*, *ff. de inſtit. action.* *l. illud*, §. *impuberis*, *ff. de evict. l. prior*, §. *in eum*, *ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin.* Ex quibus conſtat procuratorem efficaciter obligari.

21 Sed hanc controverſiam Doctores communiter ita componunt; quòd aut procurator voluit obligare perſonam propriam, vel perſonam domini, & utroque caſu voluntas ejus effectum habet: aut ſimpliciter contrahit; & tunc ſi ex illo contractu aliqua obligatio ſibi acquiritur, etiam ipſe manebit obligatus, ut in ſpecie text. *in dicta l. ſervum Titii*, *ff. mandati*: aut ex contractu nihil acquiritur procuratori; & tunc nec ipſe procurator obligatur, juxta text. *in dict. l. fin. ff. de inſtitor. action.* quam diſtinctionem obſervat Bart. *in d. l. procurator, qui pro evictione*, Caſtr. *n.* 2. Imola *n.* 1. Jaſ. & Vincent. *n.* 4. *in d. l. ſi ſe non obtulit*, *ff. de re judic.* & receptam concordiam teſtantur Ripa *ibidem num.* 11. Socin. *conſ.* 154. *lib.* 2. Joan. Baptiſta Laderchius de Imola *conſ.* 36. *n.* 2. pro qua interpretatione induci ſolet text. in *l. ſolutum*, §. *per liberam*, *ff. de pignorat. action.* Sed convincitur hæc interpretatio communis; quia attenta ea doctrina dicendum eſt indiſtinctè, procuratorem teneri ex omni contractu, ex quo mutuæ proficiſcuntur actiones, cùm ſemper actio directa procuratoria ac-
22 quiratur, *l. ſi procurator*, *ff. de procurator.* Unde rejecta hac concordia, verior eſt ſecunda opinio, videlicèt, procuratorem contrahentem mandato domini efficaciter obligari, juxtà tex. in *d. l. procurator, qui pro evictione*, qui quamvis loquatur eo caſu, quo ſimpliciter contrahit, indiſtinctè tamen procedit, ut conſtat ex text. in
23 *d. l. ſervum Titii*, & ex ſimilibus citatis. Neque obſtat text. in *d. l. fin. ff. de inſtit. actione*, cujus fundamento Doctores *ſupr.* citati priorem opinionem defendentes reſpondent. Nam ibi Octavius Terminalis inſtitor nullum contractum celebravit; quia Caius Seius non credidit ei pecuniam; ſed menſæ nummulariæ Lucii Titii, nec Terminalis inſtitor promiſit Caio Seio pecuniam illam redditurum, ſed ad fidem præſtandam dedit cautionem, qua declaravit menſam mille denarios accepiſſe numerandos certa die. Unde Terminalis nec ex cauſa crediti conveniri poterit, cum ipſe nihil acceperit; nec ex verbis epiſtolæ, cum nullam contineant promiſſionem, ſed fidem negotii celebrati cum menſa. Quod inter alios rectè advertit Bart. *in d. l. ſi ſe non obtulit*, & Fulgoſ. *ibid.* quam interpretationem ſequitur Alex. *conſ.* 28. *n.* 5. *lib.* 6. Socin. *conſil.* 154. *n.* 2. *lib.* 2.

Ampliatur concluſio, quòd contrahens ſuper re ad 24
dominum pertinente, licèt ſimpliciter contrahat, videtur contrahere ſub nomine officii, *d. l. final. in princ. l. cùm poſt*, §. 1. *ff. de adminiſtrat. tutorum*, *l. poſt mortem*, §. 1. & *ibi* Gloſ. & Bart. *ff. quando ex facto tut.* Bart. *in l. pœna*, §. *quamvis*, *ff. de condict. indeb.* Natta *conſ.* 161. *n.* 7. *lib.* 1. Gratianus *tom.* 3. *diſcept.* 401. *n.* 35. Secùs autem quoad Tertium, quia Tertius poteſt 25
ipſum cum quo contraxit tamquam ſibi obligatum convenire, *l. quod Julianus*, §. 1. *ff. ad Macedonianum*, Petrus Surdus *conſ.* 19. *n.* 9. *lib.* 1. *infra n.* 29.

Ampliatur, quando mandatum procuratoris eſt gene- 26
rale, quo caſu niſi mandati mentio inſeratur contractui, nomine proprio geſtum dicitur; Crot. *in l.* 1. §. *nunciatio*, *n.* 26. *ff. de novi oper.* & *ibi* Jaſon, *n.* 4. & *in l. poſt dotem*, *ff. ſoluta matrim.* Corneus *conſ.* 9. *n.* 8. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 3. *de præſumpt. præſumpt.* 39. *num.* 18. ubi reſolvit, quòd quoniam procurator contrahit, non expreſſo proprio nomine procuratoris, ſuo nomine proprio præſumitur tantum contrahere voluiſſe. Et rurſus *n.* 22. ubi ait, procuratorem habentem mandatum generale ſimpliciter contrahentem præſumi nomine proprio facere: cui accedit ratio, quoniam in actu non intelligitur perſona extrinſeca, *l. ſi ita ſtipulatus*, §. *Chryſogonus*, *ff. de verborum obligat.* Surd. *conſ.* 19. *n.* 7. Caldas Pereira *in tractatu de emption. & vendit. cap.* 7. *n.* 1. ubi ait, quòd hoc caſu poteſt admitti Bart. & ſequacium ſententia, quæ optima foret concordia, ſi *Bart. & Baldi* verba illam paterentur, quoniam loquuntur, ubi adeſt ſpeciale mandatum. Vera tamen eſt hæc ſententia, & omnino amplectenda, ex Jaſ. *in d.* §. *nunciatio*, *n.* 3. & *in d. l. poſt dotem*, *n.* 17. & Alciat. *in regula* 2. *præſumpt.* 24. *n.* 10. Hoc tamen ita temperandum eſt, niſi procurator exponat, quòd rem domini agit, aut aliàs ſuper re domini contrahit; quoniam hoc caſu, etſi mandati mentionem non faciat, domini tamen negotium gerit ut voluit Felinus *in cap. cum M. de conſtit. n.* 2. Alciat. *d. præſ.* 24. *n.* 10. Romanus *in d. l. ſi poſt dotem*, *ff. ſoluta matrim.* Menoch. *d. præſ.* 49. *n.* 25. Maſcard. *tom.* 3. *de probat. conſil.* 1234. *n.* 13.

Cæterum Jaſ. in *d. l.* 1. §. *numeratio*, *n.* 4. *ff. de nov. oper. nunciat.* revocat in dubium, quando utriuſque nominis in contractu mentio adjecta eſt, nempè proprii, & procuratorii: & reſolvit procuratorii nomen prævalere; quoniam aliàs ſupervacuum foret adjectum: citat Gloſ. & Angel. *in l. quocumque*, *ff. de procurator.* tunc enim omnia, quæ ſequuntur, vel procedunt, procuratorio nomine acta præſumuntur, ita voluit Bart. *in l. qui ſervum. ff. de verborum obligat.* & *in d.* §. *Chryſogonus*, *colum. fin.* Doctores communiter in *d. l. poſt dotem*, & *in d.* §. *nunciatio*, Ruinus *conſ.* 61. *n.* 34. *lib.* 5. aſſerens totum proceſſum procuratorio nomine actum præſumi, ſi ſemel in judicio expreſſum fuerit ab aliquo, quòd procuratorio nomine gerebat, Felin. *in c. cùm M. de conſtit. not.* 1. Bald. *in d. l. procurator, qui pro evictione*, *in fin. ff. de procur.* Maſcardus *d. concl.* 1234. *n.* 19. quòd procedit, ſi quis dicat ſe procuratorio nomine facere, ſivè ſimpliciter faciat mentionem mandati, vel procurationis, latè Tiraquel. *de retractu convent. ad finem*, *n.* 109. Jaſon, *in l. ſi fundum per fideicommiſſum*, *n.* 30. *ff. de legat.* 1. Ruinus *conſ.* 94. *n.* 7. *lib.* 1. ubi poſt Baldum *in d. l. procurator*, & Salycet. *in l. et, qui*, *ad fin. C. quod cum eo*, ubi inquit, quod ſi contractus habet plures partes, & in una parte mandati mentio facta ſit, qualificando ipſam obligationem, & in aliis partibus loquatur ſimpliciter, totus contractus intelligitur qualificatus, ut ſic eodem nomine procuratorio omnia acta intelligantur, idem tenuit Hieronym. Gabr. *conſ.* 71. *num.* 2.

Paul. Pariſ. *conſ.* 117. *n.* 19. *lib.* 1. Joſeph. Ludovicus *concluſ.* 46. *amplat.* 11. Maſcardus *tom.* 3. *concl.* 1234. *num.* 19. Caldas Pereira *d. cap.* 7. *de emptione & vendit.*

27 Unde infertur contrarium fore ſervandum, quando conſtat contrahentes id egiſſe, ut nomine proprio, non procuratorio eſſet contractus gerendus: eo enim caſu non eſt curandum de nominis procuratorii expreſſione, quoniam demonſtrationis gratia expreſſio facta videtur. Aliter ſemper nomen procuratorium prævalet; quia adjectum videtur animo reſtringendi contractum, ut dicatur geſtus nomine domini, niſi demonſtrationis gratia illa adjectio fiat. Plerumque enim ita Notarii addere ſolent, *Comparuit Petrus procurator Joannis,* raro aut numquam, *Comparuit procurator Joannis Petrus*: nihil autem intereſt, vel procurator dicat ſe nomine meo rem emere, vel pro me, tex. in *l. ſi per ignorantiam, C. de condictione indeb.* Jaſon. in *l.* 1. § *nunciatio. ff. de nov. oper. nunciat. num.* 5. Felinus *in d. c. cùm M. n.* 1.

28 Additur autem ſatis eſſe in uno ex pluribus capitulis contractus exprimi nomine procuratorio negotium geri, ut in aliis idem repetitum intelligatur, Jaſon *in l. ſi ita*, §. *Chryſogonus*, *ff. de verborum obligat. n.* 38. Felin. *in d. cap. cùm M. n.* 2. Crotus *in l.* 1. §. *nunciatio*, *n.* 38. *ff. de novi operis nunciat.* Joan. Laderchius de Imola *conſ.* 36. *n.* 8. Moſcard. *d. concluſ.* 1234. *num.* 16.

29 Ulterius declaratur, ut prædicta procedant inter dominum, & procuratorem: non verò inter dominum, & vendentem, aut quemlibet alium Tertium, adverſus quos nulla domino competit actio; ac proinde contrahens cum procuratore alicujus, quem ignorabat habere mandatum, & eſſe procuratorem, poteſt contra ipſum procuratorem, qui ſimpliciter contraxit, experiri, tamquam ſibi proprio nomine obligatum; argument. *l. ſed Julianus,* §. 1. *ff. ad Macedonianum*, & ita tenet Bart. *in l. qui aliena*, §. *ſiis*, *qui putabat*, *ff. de acquirenda hered.* Cuman. Alex. & Jaſ. *in d. l. poſt dotem*, *n.* 74. & *in d.* §. *nunciatio*, Alciatus *in regula* 2. *præſ.* 24. *num.* 5. Cum iſte Tertius ſit in præſumpta ignorantia mandati præcedentis, meritò non debet compelli agere contra dominum, cum quo fortè non fuiſſet contracturus, ſi ſciviſſet. Corneus *conſ.* 6. *colum.* 2. *lib.* 2. Socin. Senior *conſ.* 68. *colum. penult. lib.* 3. Tiraquel. *de retract. convent. ad finem*, *num.* 118. Menoch. *d. præſumpt.* 49. *lib.* 5. *n.* 16. Ex quibus re integra agere debet mandans adverſus procuratorem, ut actiones cedat adverſus vendentem, non verò adverſus illum, ut tradat ut in *l. generali*, §. *fin. ff. de uſucap.* Alex. *conſ.* 58. *lib.* 1. Gregor. Lopez *in l.* 8. *tit.* 11. *p.* 5. *gloſ. fin.* Caldas *d. cap.* 7. *n.* 24.

30 Limitatur, ut non procedat, quando teſtamentarius vel executor, vel procurator, qui ad ſimilia judicantur, ſe obligaſſent facta mentione ſuorum hæredum; quia tunc nomine proprio agere præſumuntur; ita voluit Bald. *in l. es*, *qui*, *C. quod cum eo*, Socin. Senior *conſ.* 154. *n.* 9. *lib.* 2. Nam ſi voluiſſet acquirere procuratorio nomine, non recepiſſet pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, ſed pro hæredibus & ſucceſſoribus domini; Corneus *conſ.* 172. *circa* 1. & 3. *lib.* 1. Purpuratus *in l. ex conventione*, *n.* 3. *C. de pactis*, Beccius *conſ.* 42. *n.* 7. & poſt Beroium, & Bald. conſuluit Roland. *conſ.* 64. *n.* 9. & *ſeqq. lib.* 4. D. Garc. Maſtrillus *deciſ. Regni Siciliæ*, 34. *à n.* 9. *lib.* 1.

QUÆSTIO LIV.

An venditor teneatur de evictione eorum, quæ tacitè inſunt?

SUMMARIUM.

1 *Venditor non tenetur de evictione eorum, quæ tacitè inſunt.*

2 *Prædium ſi non eſt liberum, ſed debet ſervitutem; venditor non tenetur de evictione, evicta ſervitute, ſed actione ex empto.*

3 *Venditor tenetur prædium liberum præſtare ab aliis oneribus; alioquin tenetur actione quanto minoris de evictione.*

4 *Intellige de oneribus ordinariis, non de extraordinariis.*

5 *Explicatur concluſio, quòd ſi res empta reperiatur habere ſervitutem, venditor tenetur quanto minoris.*

6 *Venditor promittens dare poſſeſſionem liberam, & poſteà quis vadat per eam, non dicitur libera.*

7 *Venditor ubicumque ſciens non certioravit emptorem de qualitate rei, propter quam res empta minoris eſſet, tunc emptori ignoranti tenetur ad intereſſe.*

8 *Venditor in cauſis prædictis tenetur ad damna, & intereſſe erga emptorem.*

9 *Venditor poſt venditionem factam nihil poteſt addere, nec diminuere, nec quid aliud in præjudicium emptoris facere.*

10 *Servitus rei partem non continet.*

11 *Evictio locum habet evicto uſufructu.*

Pater Molina *diſp.* 380. *nu.* 5. *tom.* 2. *de juſt. & jur.* dicit: Si verò ſervitus aliqua, ſivè ruſtica, ſivè urbana evincatur, ita videlicèt, quòd poſtquam res empta eſt, aliquis in ea evincat ſervitutem, ut itineris, altius tollendi, aut aliam; tunc ſi is, qui prædium vendidit, affirmavit illud non habere ſervitutem, quia dixit eſſe optimum, hoc eſt carere vitio, vel ſciens habere ſervitutem, id non ſignificavit emptori, poteſt emptor agere de evictione, etiam ad intereſſe, & damna ſubſequuta, ſaltem empti actione; ita habetur in *l.* 1. §. *venditor*, *l. Julianus, in princip. & l. quæro, ff. de action. empt. l. penult. ff. de ſervit.* Additur in *d. l. quæro*, quòd ſi venditor in pactum deduxiſſet, ſe nolle teneri de ſervitute, ſi quam id prædium haberet: ſi tamen ſciebat illud habere aliquam, idque non expreſſit, non ſecus tenetur actione empti, quàm ſi id in pactum non deduxiſſet, ſed benè aget actione quanto minoris, aut etiam redhibitoria, ſi rem non erat empturus cognito eo defectu. Ratio eſt, quoniam ſervitus, aut defectus in qualitate, vitia ſunt ob quæ competunt actiones illæ, quando nihil dictum eſt ab emptore, & venditore de ſervitutibus, ſed ſi venditor ignorabat ſervitutem habere, tunc non poterit emptor agere de evictione, etſi ſervitus poſteà evincatur, *l. penultima*, & *ibi* Gloſſa, *ff. de evictionibus*, intelligit, quoad damna, & intereſſe ſubſequuto: Poteſt tamen intelligi quoad duplam, quæ interdum in contractu oneroſo promittitur, ſi res evincatur. Nihilominus agere emptor poterit actione quanto minoris, ut ſcilicèt reddatur illi, quantum res illa minùs valet cum hac ſervitute, non tamen redhibitorio, ut in *l. quoties*, *ff. de ædil. edict. l. ſi quid*, *ff. de evict.* Neque verum eſt, inquit Pater Molina *l.* 36. *tit.* 5. *par.* 5. concedi redhibitoriam actionem in re, de qua diſputatur, ut Ant. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 45. autumat, quia lex illa loquitur in quodam alio eventu particulari vitii occulti.

Caballinus *in* §. 5. *num.* 70. *de evict.* dicit, quòd venditor non tenetur de evictione eorum, quæ tacitè in- 1
ſunt *l. quoad ſervitutes*, ubi Salyc. & Baldus *ff. de evictionibus*, quod ille, qui vendidit prædium, intelligitur vendere tale, quale eſt. *l. cùm venderes*, *ff. de contrahenda emptione*. Et ideò ſi non eſt liberum, ſed debet ſervitutem, evicta ſervitute, non aget emptor de evictione, 2
ſed benè aget actione quanto minoris contra venditorem, ſi ignorabit illam ſervitutem, *d. l. quoties*, cum Gloſſa, *ff. de ædilit. edicto.* Secus ſi ſciebat, *l. in vendit. ff. de action. empti*, ubi Paol. de Caſtr. Dec. *conſ.* 483. *num.* 18. niſi venditum ſit, uti optimum maximumque eſſet, *l. cùm fundus*, *ff. eodem titul.* & *l. non*

tantum

3 *tantùm, ff. de verborum ſignific.* Ab aliis tamen oneribus rem ipſam liberam præſtare debet venditor, alioquin tenetur quanto minoris; *l. ſi prædium, C. de evictionibus,* Aretin. *conſ.* 105. Alciatus *in d. l. non tantùm.* Et
4 ſi venditor dixerit fundum eſſe liberum ob omibus datiis, intelligitur de extraordinoriis, non de ordinariis: fuit dictum Baldi *in l. ſi fiſtulas, §. frumenta, ff. de contrahen. emption.* Cremenſ. *ſingular.* 108. Et ideò expli-
5 catur concluſio, quòd ſi res vendita reperitur habere ſervitutem, venditor tenetur quanto minoris emptor eam emiſſet, atque ad damna, & intereſſe. per textum in *l. quoties, ff. de ædilit. edict. l.* 1. ubi Gloſſ. & Bart. *ff. de actionibus empt. l.* 2. *vacua, ff. eodem,* Dec. *conſ.* 483. *n.* 15. Barbas Cornozanus *deciſione Lucenſi* 108. *n.* 1. ubi per Bart. *in l. ſi qui fundum, & in l. Julianus,* §. 1. & *ibi* etiam Paulus de Caſtro, *ff. de action. empt.*
6 ubi dicit: Quòd ſi venditor promiſit in inſtrumento poſſeſſionem liberam, & poſteà quis vadit per eam, non dicitur libera, facit text. in *l. Labeo, ff. de contrahenda emption. & in l. quoad ſervitutes, ff. de evictioni-*
7 *bus.* Nam venditor ignorans tenetur quanto minoris emptor fuiſſet empturus, ſi ſciviſſet; ſecùs ſi venditor ſciviſſet, & tanquam rem liberam vendidiſſet; quia tunc ad omne intereſſe emptori teneretur. Caſtr. *in d. l.* 1. §.
8 *venditor ff. de action. empt.* Alex. *conſ.* 63. *n.* 5. & 9. *lib.* 6. *& in conſ.* 95. *n.* 5. *in fin. lib.* 5. Dec. *conſ.* 483. *n.* 18. Pariſ. *conſ.* 78. *n.* 23. & 24. *lib.* 3. & ibi ponit venditorem teneri ad damna emptori, per textum in *l. quod ſi nolit, §. Pomponius, ff. de ædil. edict.* ubi Gl. Cornazan. *d. deciſ.* 109. *n.* 8.

9 Noto, quòd venditor poſt venditionem perfectam nihil poteſt addere, nec diminuere, nec quid aliud in præjudicium emptoris facere, ut per Bald. *in l. fin. C. de act. empt.* Cornazan. *d. deciſ.* 109. *num.* 7.

10 Hinc denique ad *d. l. penul.* additur, ſervitutem rei partem non continere; quia incorporea eſt, ideoque rei corporeæ partem facere natura repugnat: Pars namque rei illa tantùm diffiniri poteſt, quæ ipſi rei cohæret; aliter enim, etſi ad rem ſpectet, partem nequit facere, quare ſcapham parvam navis non eſſe partem ſcribitur in *l. ſcapham, ff. de evictionibus, in l. ſi fundo, ff. eodem,* ubi *Juriſconſul. Paulus* prædicto interpretatur, ut cum de parte evicta agitur, bonitatis nulla ſit habenda ratio, ſi modo jugera diſtincto pretio empta fuerunt: nam ſi unico pretio emptus fuit fundus, non pro jugeribus diſtinctè bonitatis ratio erit habenda, ſi forſan pars evicta præſtantior fuerit. Et rurſus ſi deterior, *l.* 1. *l. ex mille,* 64. *verſ. pen. ff. de evictionibus.* Et intelligitur, quando ea pars fuit evicta pro diviſo, ſecùs ſi pro indiviſo, puta ſi ex fundo vendito tertia, vel quarta pars evincatur; tunc enim cum diviſio debeat fieri æqualiter, mali bonique ratione habita, non eſt cur in evictione bonitatis ſit ponderanda ratio, imputet namque ſibi emptor in diviſione deceptus, Caldas Pereira *d. cap.* 31. *num.* 58.

11 Tandem text. in *l. ſi ab emptore,* 49. *ff. de evictionibus,* ubi Juriſconſult. reſpondit emptorem, à quo uſusfructus evincitur, agere de evictione, & tenebitur venditor illius quantum is æſtimabitur, *l. ſed ſi quid l. vacca ff. de evictionibus.* uſusfructus enim quaſi pars prædii æſtimabitur, *l.* 4. *de uſufructu,* Anton. Gomez *dicto cap.* 2. *n.* 45. Pater Molina *tomo* 2. *diſp.* 380. *n.* 4. Caballinus *de evictionibus,* §. 5. *n.* 74.

QUÆSTIO LV.

An emptor agat pro bonitate rei, habita ratione ad tempus evictionis, vel ad tempus contractus?

SUMMARIUM.

1 *Authores referuntur, qui de hac quæſtione ſcripſerunt.*
2 *Actio ex empto in cauſa evictionis habet duo capita.*
3 *Caput primum habet reſpectum ad bonitatem, quæ fuit tempore contractus.*
4 *Alterum caput habet reſpectum ad bonitatem, quæ fuit tempore rei evictæ.*
5 *Explicatur ſecundum caput, in quo actione ex empto non agitur ad pretium, ſed ad id quod intereſt.*
6 *Refertur origo ſtipulationis duplæ.*
7 *Externa augmenta non veniunt in cauſa evictionis.*
8 *Explicatur text.* in l. 1. *& text.* in l. bonitatis, ff. de evict.
9 *Refertur ratio dubitationis, & diſcuſſionis.*
10 *Senatus Neapolitani deciſio refertur.*
11 *Laudatur Aloyſius Riccius, qui ampliat text.* in l. bonitatis, *ſivè agatur de evictione ex empto actione, ſivè ex ſtipulatu.*
12 *In actione ex ſtipulatu clarum eſt in jure, quòd tempus contractus ſit attendendum ad cognoſcendum rei valorem.*
13 *Ad juſtitiam, vel injuſtitiam pretii emptionis, & venditionis dignoſcendam, tempus contractus eſt conſiderandum.*
14 *Limitatur, ſi traditio rei, vel executio negotii conferatur in futurum, non tempus conventionis, ſed executionis attenditur.*
15 *Cum in æſtimando, temporis ratio habeatur, Falcidiæ æſtimatio fit ex tempore mortis.*
16 *Semper etiam æſtimatio referri debet ad tempus contractus.*
17 *Paraphernalia æſtimantur ex tempore traditionis.*
18 *Quanti plurimi æſtimatio quando fiat.*
19 *Æſtimatio fit ex tempore ſolutionis.*
20 *Æſtimatio fit juxtà tempus delicti.*
21 *Æſtimatio fit juxtà tempus litis conteſtationis.*
22 *Æſtimatio fit juxtà tempus ſententiæ.*
23 *Æſtimatio fit habita ratione temporis, in quo quis eſt locupletior.*
24 *Æſtimatio fit ex mora.*
25 *Æſtimatio fit ratihabitione.*
26 *Æſtimatio fit ex eventu.*
27 *Æſtimatio fit ex ædibus ruinoſis.*
28 *Æſtimatio fit ex loco.*
29 *Vendens ad vitam alicujus, quod tempus conſideretur, ut læſio ſit, vel non ſit.*

Circa hanc quæſtionem multi ſcripſerunt, Marcus Anton. Peregrin. *de fideicommiſſis, art.* 52. *n.* 55. Joannes Garcia *in cap.* 18. *à num.* 4. *de expenſ.* Caldas Pereira *de emptione, & vendit. cap.* 31. *num.* 40. Scribentes *in l.* 1. *& in l. bonitatis, ff. de evict.* Hercules Mareſcot. *lib.* 2. *variar. cap.* 79. *num.* 5. & 6. Ariſmin. Tepot. *tomo* 2. *var. tit.* 423. *cap.* 9. *fol.* 861. Afflict. *deciſ.* 278. *n.* 3. Gratian. *tom.* 2. *diſcept.* 205. *num.* 38. & 39. Franchis *deciſ.* 297. Coſta *de rata, quæſt.* 14. *à n.* 9. *& in praxi conventional. par.* 2. *clauſ.* 73. *n.* 7. *& clauſ.* 78. Vincentius de Anna *allegat.* 125. *n.* 21. Petrus Surd. *conſ.* 52. *à n.* 59. Cæſar. Manent. *deciſ.* 19. *à num.* 19. Joann. Baptiſta Toro *in addit. ad Franciſcum de Ponte, de poteſtate Proregis, tit.* 4. §. 4. *num.* 6. Sempronius Aſcius *in determinatione Archiepiſcopatus Barenſis,* 41. *n.* 1. 2. & 3. Caballin. *d.* §. 5. *num.* 86. Farinac. *deciſ.* 13. & 378. *in novíter noviſſimis, num.* 1. Joann. Aloyſius Riccio *in collectan. dec. collect.* 1495. Magon. *deciſ. Florentin.* 110. *num.* 2. Jul. Cæſar. Cheſian. *in tract. de pretio, & æſtimation. lib.* 2. *c.* 7. Gratian. *tom.* 2. *diſcept.* 361. *numero* 21.

Notare convenit, quòd actio ex empto habet duo 2 capita in materia evictionis, ſcilicèt ad pretium, iſtudque perpetuum, & naturale eſt huic actioni, & quod in ea ſemper reperitur; neque enim ullo pacto ulla circumſtantia unquam videtur remiſſum pretium; in cauſa evictionis

ctionis denique eſt perpetuum, & natura huic actioni ex empto, ut emptor, qui evictionem rei emptæ paſſus eſt, pretium à venditore conſequatur. Alterum caput hujus actionis eſt non naturale, nec perpetuum, ſed incidens, & ut aliqui dicunt, caſuale, quòd aliquando incidat, & contingat, aliquando verò non; iſtudque eſt præter pretium, id quod intereſt rem non fuiſſe vendicatam; in quo capite inſunt expenſæ, & meliorationes, & augmenta, quibus res facta eſt melior; *l. Titius*, *l. emptorem*, §. *fin. ff. de act. empt. l. ſi in venditione*, *l. evicta, la 2. l. ſi plus, ff. de evict.* quæ duo capita appellantur à multis per actionem ex ſtipulatu, & actione ex vendito, Sempronius Aſcius *determinat.* 41. *numera* 1. & 2.

3 Illud præterea advertendum eſt circa hæc duo capita, quod primum caput, ſcilicèt quod dirigitur ad pretium, ſemper habet relationem ad bonitatem, & pretium, quod erat tempore contractus reſpectu ejus quod evictum eſt: ita probant text. in *l.* 1. & *in l. bonitatis*, *ff. de evict.* Itaque ſi ex re, quæ mille conſtitit, dimidium evictum ſit, ex hoc capite quingenta tantùm poteſt petere evictionem paſſus, non integra mille? quia hoc primum caput certum eſt, & habet ſuam relationem ad tempus antiqui contractus, non verò ad tempus evictæ rei, & ita ſunt intelligendæ *d. l.* 1. & *l. bonitatis.*

4 Alterum caput hujus actionis, quod eſt ad id, quòd intereſt emptoris rem emptam non fuiſſe ablatam, & evictam, habet relationem ad tempus evictæ rei, ita à tempore ſecutæ evictionis intereſſe partis incipit, *l. ſi ſterilis*, §. *per venditorem*, *ff. de action. empt.* Bald. *in l. ſi traditio*, *q.* 4. *C. eod.* Farinac. *in deciſ.* 15. *in noviter noviſſimis*, *num.* 2. non contractus, ideòque patitur diminutionem, & augmentum prout res empta, vel melior, vel deterior facta reperiebatur tempore evictionis, *d. l. Titius*, *ff. de act. empt. l. emptori, l. evicta, l. ſi in venditione, l. ſi plus, ff. de evict. l. ſi controverſia, l. ſi cum quæſtio*, *l. empti, C. de evict.* Aloyſius Riccius *in collect.* 1495. *lib.* 5. Hieron. Magon. *deciſ. Florentina* 110. & juxta hoc traditum concilianda ſunt jura prædicta cum *d. l.* 1. & *l. bonitatis*, *ff. de evict.* Et eſt ſenſus verus ex fundata juris ratione, ad quod non advertentes facilè errant. Ad hoc ſecundum caput, ejus, quod intereſt rem non fuiſſe evictam, quod augmentum, & diminutionem recipit, referenda eſt *d. l. ſi cum venditur*, §. *diviſione*, *ff. de evict.* de qua eſt ſermo, eaque verba id ſignificant, videlicèt ut cauſa, hoc eſt, quæ ſuper agrum mota eſt, facti, id eſt, qui factus eſt melioris, aut deterioris, id eſt, melior, aut deterior excedat, aut diminuat finem, id eſt, modum, & quantitatem pretii, quo fuerat æſtimatus tempore diviſionis, cum enim diviſio facta ſit bonorum, quæ emptio eſt, *l.* 1. *C. commun. utriuſque judicii*, facit *l. cùm pater*, §. *hæreditatem*, *ff. de legatis* 2. Jureconſultus diſtinguit evictionis cauſam à vero pretio ſequutus alterum caput evictionis, quod eſt ad id, quod intereſt, quod aliquando majus eſt, aliquando minus, quàm ſit pretium, & vocatur intereſſe vulgò extrinſecum; illud, intereſſe intrinſecum.

Ex quibus reſultat verus ſenſus ad omnia jura, quæ dicunt, æſtimationem rei eſſe faciendam reſpectu temporis contractus; quia referenda ſunt ad ſolum pretium, *l. Titia* 62. *ff. de jure dotium*, ibi (*Referendam in hoc tempus, quo in dotem datus eſt.*) Et in *l. cùm in fundo*, §. *ſi fundus communis*, *ff. eodem*, ibi: (*Tantum pretii nomine à muliere, quantum dedit ex condemnatione ſocio;*) quia illud pretium nec recipit augmentum, nec diminutionem, ſed tamen non eſt intelligendum non venire augmentum, & meliorationem; ex ſecundo enim capite hæc veniunt, ut eſt dictum, *d. l. Titia*; & textus in *d. l. cùm in fundo*, §. *ſi fundus*, non negant actionem ad augmentum, & meliorationem, quia diverſa ſunt.

5 Animadvertendum eſt in hoc ſecundo capite, in quo actione ex empto agitur non ad pretium, ſed ad id, quod intereſt; ita demum teneri venditorem, ſi emptor expenſas, & meliorationes conſervare ſibi à vendicante non potuit; tunc enim evictionem paſſus, id à venditore antiquo ſibi conſervat. Contrarium in caſu contrario decidendum eſt, ſi cum res empta à ſe exigeretur, ſciens, prudenſque tradiderit, nihil de his agens; tunc enim ipſa ſua voluntate ſibi nocuiſſe comperitur, *d. l. Titius*, *l. idque Julianum*, *ff. de actionibus empti*, unde neceſſariò illud fatendum eſt requiri in *d.* §. *diviſione*, ex fundata juris ratione: & habetur ex his expoſitio & conciliatio *d.* §. *diviſione*, & *l. Titius*, *l. idque Julianum*, *l. emptorem*, *l. evicta*, *l. in venditione*, *l. ſi plus*, cum *l.* 1. & *l. bonitatis.*

Cum de actione ex empto ſit dictum, ita interpretatur in ſtipulatione duplæ, cum in aliquibus concordent, in aliquo verò diſſideant. Stipulatio duplæ fuit inveterato uſu, & aſſidua, & antiqua conſuetudine excogitata, & inventa, & legibus approbata, & poſita loco actionis ex empto ad intereſſe in eadem cauſa evictionis; *l. final. ff. de Præt. ſtipulation.* §. *fin. Inſtitut. de verborum obligationibus*, idque receptum eſt quòd difficilis eſſet probatio ejus quod emptoris intereſſe poterat rem eſſe evictam; ſic enim homines illo ſeculo jam cautiores probationem ejus quod intereſt, ſtatim in ipſo contractu providebant ſibi interpoſita ſtipulatione duplæ, ſi res vel pars ejus, quam emiſſent, auferretur, vel non traderetur: unde ſtipulatio duplæ habet id commune cum actione ex empto, quod utraque habet ſuam utilitatem circa illud caput primum; nam ſivè tota res, vel pars evicta ſit, emptor evictionem paſſus ad venditorem reverſus habet totum pretium, & duplum ipſius, loco ejus quod intereſt, vel partem pretii, quæ correſpondeat parti rei evictæ, & duplum, quod quidem ſtipulatum fuit: & in hoc conveniunt apertè, quod verſatur in altero capite evictionis, & actionis ex empto. 6

In eo verò differunt, quia in ſtipulatione duplæ non continetur augmentum, nec decrementum rei externum, quod aliunde rei accidit; ſicuti accidit in actione ex empto: itaque qui agit ex ſtipulatu ad duplum, pretium, aut pretii partem cum duplo accepturus eſt, ex natura ipſius ſtipulationis, quæ interpoſita eſt, quæ cum ſolum de duplo interpoſita ſit, & concepta rei certo pretio venditæ, ad alia, de quibus actum non eſt, nempè ad externum augmentum, ſcilicèt meliorationes, & expenſas, & ſumptus extendi non poteſt: extenditur autem actio ex empto, idque ex natura illius actionis, quæ hujuſmodi augmenta, & acceſſiones continet, 7
ex tex. in *l. mille*, *ff. de evictionibus*, ubi apertè acceſſiones, & externa augmenta non veniunt in cauſa evictionis, contra reliqua omnia jura, quia ibi de ſtipulatione duplæ agitur, & ita quadrat cum *l. Titius*, *l. emptorem*, *l. evicta*, *l. in venditione l. ſi plus l. idque Julianum*: & niſi ad hæc advertas, nulla erit conciliatio; hactenus enim patet conciliatio harum legum cum *l.* 1. & *l. bonitatis*, circa unum, & cum *l. ex mille*, circa alterum, propoſita natura, & vera ratione actionis ex empto, & ſtipulationis duplæ.

Dices enim, quorſum de bonitate rei venditæ agitur, 8
deque ejus qualitate, ſi ad pretium agendum eſt ex hac evictionis natura, & vera, & propria ratione actionis ex empto, ex *d. l.* 1. & *d. l. bonitatis.* Verbi gratia, pone fundum venditum emptori traditum, & evictum, conſtat emptorem evictionem paſſum à venditore conſequi non rem, ſed pretium, ex primo capite actionis ex empto, in quo eſt dictum, bonitatem eſſe conſiderandam, quæ fuit tempore contractus, non verò evictionis; diverſum in ſecundo caſu, quando agitur ad quod intereſt; cum igitur diximus *d. l.* 1. & *d. l. bonitatem*, in primo capite evictionis, ſcilicèt, cum agitur ad pretium, & quantitatem, quæ erat tempora contractus, cum id ſit certum, nempè pretium conventum, quor-

ſum conſideratur bonitas rei, quæ fuerit tempore contractus, ut in dicta *l. 1. & l. bonitatis*, ſi res eſſet omnino tradenda ex hac actione ex empto opportunè inveſtiganda eſſet bonitas rei venditæ, ut talis traderetur, qualis tradita eſſet tempore contractus: ſed cum hæc actio competat ad pretium, non ad rem ex primo ca-
9 pite, quorſum rei bonitas inveſtigatur, in *d. l. 1. & in d. l. bonitatis*, cum non ad rem, ſed ad pretium agatur ex empto, & ex primo capite: hæc ratio poſcit verum intellectum ad *d. l. 1. & d. l. bonitatis*, quæ bonitatem rei conſiderant tempore contractus, cum ejus bonitas ex certo, & conſtituto pretio, certa, & diffinita, & conſtituta ſit: plaoè ſi emptor ædes quingentis emerit aureis, etiamſi mille valeant, idque tempore contractus, evictionem paſſus, ex hoc primo capite à venditore, ſi res evicta ſit, vel non ſit tradita, ſolos quingentos actione ex empto conſequitur, ad pretium enim non ad rem agitur ex hoc capite: ita omnia jura conſtituunt, quæ plura ſunt, *l. Titius, in fine, verſ.* [non enim,] *de action. empt. l. ſi in venditione, l. ſi evicta re, l. ſi plus, ff. de evictionibus, l. ſi perempti, C. de eviction.* & ferè nullum jus eſt, quod dicat de evictione agi ad rem, ſed ad pretium, & poſteà ad id, quod intereſt ex ſecundo capite: idem ex *Accurſ. & Scribent.* deciſum eſt in *l. cùm ſucceſſores, in fin. C. de evict.* licèt pro contraria ſententia ſoleat adduci: & hanc opinionem defendit Tiraq. *de retractu lign. §. 31. n. 3.* quæ cum ita conſtituta ſint, non erat profectò requirenda bonitas rei venditæ, quæ tamen inveſtigatur in *d. l. 1. & l. bonitatis*, & hæc eſt alia inveſtigatio, in qua leges illæ mutuò quoque pugnant.

Sed ad *l. 1. & l. bonitatis*, ita valet explicatio, ut valor, & æſtimatio, de qua ibi, fiat ſolum ad effectū diſtributionis pretii conventi inter partem prædii partis evictæ. Ponas, vēditum fuiſſe fundū quingentis, in quo fundo ſunt plura prædia, ſcilicèt, ſalictum, olivetum, vinetum, domus, pratum, hortus, agerque frumentarius, & ſalictum eſt evictum, emptor evictionem paſſus reverſus ad venditorem partis evictæ pretium exigit bonitatis ſalicti, & utilitatis ratio quæritur, quæ fuerit tempore contractus, ut univerſis quingentis diſtributis inter omnes fundi partes vera æſtimatio, & verum pretium ſalicti conſtituatur, quod emptori ſolvatur: ita conveniunt verba *d. l. 1.* ibi: (*Quid enim ſi quod fuit in agro pretioſiſſimum hoc evictum eſt, aut quod fuit in agro viliſſimum, æſtimabitur loci qualitas, & ſic erit regreſſus.*) hæc I. C. Addendum eſt, æſtimationem faciendam eſſe, quæ fuerat tempore contractus, non evictionis, ex *d. l. bonitatis*, ibi: *Proculus rectè putabat, qua fuiſſet venditionis tempore, non cum evinceretur.* Habetur verus ſenſus ad *d. l. 1. & l. bonitatis*, & habetur etiam concordia plurium jurium, quæ pertineant ad *d. §. diviſione*, ubi ad inſtar venditionis, natura actionis id exigit, ut frater agens quadam veluti actione ex empto ad id quod intereſt, ex ſecundo capite cauſam agat, quæ diminuat, vel excedat quantitatem pretii, quod fuit in agro tempore diviſionis factæ. Denique conſequetur externum augmentum, & acceſſiones expenſas, & meliorationes, quæ continentur in illa actione nomine ejus quod intereſt, ſaltem pro portione, quam accepiſſe intelligitur à cohærede.

10 Explicatur meliùs propoſita quæſtio per Vincent. de Franch. *deciſ. 297.* ubi Senatus Neapolitanus clariùs noſtram quæſtionem dilucidavit, ubi, quòd venditor tenetur reſtituere venditori pretium, quod valebat tempore ſtipulationis contractus venditionis, ſcilicèt, ducat. ſexcentum, non obſtante, quod fundus juxtà venditionem denuo factam valeret duc. quatuorcentum, per textum in *l. ex mille, §. 1. l. bonitatis, ff. de evictionibus*, per quæ jura ita concludit Caballin. §. 5. n. 86. *de evictionibus*, Boër. *deciſ. 46. n. 8.* ubi dicit: Attendendam eſſe bonitatem rei tempore venditionis. Ex adverſo dicebatur in *d. deciſ.* quòd erat inſpiciendum tempus evictionis, ſivè res ſit melior, ſivè deterior, *l. evicta re, la 2. ff. de evictionibus, l. Titius, ff. de actionibus empt.* Pro ſolutione hujus difficultatis jura prædicta hoc modo concordantur, ſcilicèt, quòd quando agitur actione ex ſtipulatu, attenditur valor temporis contractus, *dict. l. ex mille, §. 1. & d. l. bonitatis.* Quando verò agitur actione ex empto, attenditur tempus evictionis, ſive res ſit melior, ſive deterior facta, & procedunt text. in *d. l. evicta re, & in d. l. Titius.* Ita jura prædicta concordat Gloſ. in *d. l. evicta re*, in verbo (*emptionis*,) Odofred. & Gloſ. *in d. l. Titius*, in verbo (*deterior*,) ubi etiam Bart. *in ſecundo notabili*, idem Odofred. *in d. l. bonitatis*, ubi etiam ponit formam evictionis.

Aloyſius Riccius *ad l. bonitatis, ff. de evict. in collecta-* 11
nea 1495. dicit, quòd valor rei evictæ juxta tempus evictionis æſtimabitur, non autem celebrati contractus: cujus concluſionis illa potiſſimùm videtur ratio, quoniam ex natura evictionis veniunt damna, & intereſſe, inter quæ computatur amiſſio augmenti valoris prædii evicti, juxta tex. in *l. ſi cōtroverſia, l. ſi cum quæſtio, l. empti, C. de evict.* & juxta hanc opinionem fuit in *Rota Romana* reſolutum *in una Placentina, evictionis, 10. Junii coram Illuſtriſſimo Blanchetto*, & ibi etiam dicit, quòd ampliatur concluſio textus, ſive agatur de evictione actione ex empto, ſive actione ex ſtipulatu in ſpecie promiſſis, ut fuit reſolutum *in una Romana Caſalis Palazzi, 13. Januarii 1589. coram Oriolenſi.*

Et clarum eſt etiam in jure, quòd in actione ex ſti- 12
pulatu ad cognoſcendum rei valorem tempus conventionis, ſive contractus eſt attendendum, *l. ſi voluntate, C. de contrah. empt. cap. cum cauſam, cap. cum dilecti, de empt. & vendit. l. 56. tit. 5. part. 5.* ubi Greg. *gloſ. 5. l. 1. tit. 11. lib. 5. Recop.* ubi Azeved. *n. 12.* Matienço, *gloſ. 4.* nec ex præterita venditione attenditur, *l. non intelligitur, §. divi fratres, ff. de jure fiſci*, ubi Doctores. Alvar. Valaſc. *conſult. 43. n. 28.* Gratianus *tom. 3. diſcept. 415. num. 8.* ubi circa æſtimationem rerum attenditur tempus contractus, non habita ratione temporis præteriti, Bald. *conſ. 410. col. 2. verſ. 4. lib. 1.* Card. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 15. n. 22. l. Rutilia Polla, ff. de contrah. empt.* Cagnol. *in l. 2. à num. 223. ff. de reſcind. vendit.* & ibi Arias Pinel. *3. par. cap. ult. n. 15.* Petrus Surdus *conſ. 451. n. 33. lib. 3.* Roſa Aven. *deciſ. 66. num. 2. & 3.* Franc. Vivius *deciſ. 436. num. 13. lib. 3.* Ant. Gabr. *lib. 3. commun. opp. de empt. & vendit. concl. 1. num. 47.* Marius Giurba *deciſ. 105. à n. 2.* Farinac. *deciſ. 110. n. 7. & deciſ. 357. n. 2. tom. 2. criminal.* Olaſchus *deciſ. 41. n. 5.* Caputaquenſis *deciſ. 264. num. 9. part. 3.* Mantica etiam, *lib. 4. tit. 20. n. 51. de tacit. & ambig. convent.* Natta *conſ. 373. lib. 2. num. 1.* ubi dicit, unde ſuccedit id, quod dicit Bald. *in l. 2. C. de reſcind. vend.* quòd æſtimatores debent referre æſtimationem ad tempus contractus, *c. cum cauſam, de empt. & vendit. l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend.* Ideo ſi facies rei eſſet mutata, putà, quia ibi olim erat terrenum arratorium, nunc ſunt vites, vel ibi olim erat incultum, nunc cultum, vel è contra, non procederet teſtificatio æſtimatorum, quia quod oculus non videt teſtificari non poteſt, & eorum debet eſſe teſtimonium, non judicium; & *Bal.* ſequitur Imola *in d. cap. cùm cauſam.* Idem dicit Paul. de Caſtro *in l. 2.* referens quod *Angel.* dicit, quòd modus traditus per *Bart.* ad probandum valorem rei per æſtimatores non valet obolum: quia æſtimatores æſtimabunt rem ſecundum pretium hodierni temporis, quòd non ſufficit, cùm debeat probari pretium, quod erat tempore venditionis. Sed *Paul. de Caſtro* dicit, quòd iſte modus probandi valorem valet: quando ex præſenti tempore præſumitur in præteritum, niſi eſſet breve ſpatium, nec apparet aliqua cauſa extrinſeca

mutans

mutans pretium; per ea quæ notat Cyn. *in l. ſi mino-rem, C. de in integ. reſtit.* illud melius explicat Caſtr. *in d. l.* 2. ubi in effectu concludit, quòd ex ſolo tempore non eſt dicendum variationem pretii contingere, niſi accedat eatrinſecùs alia cauſa, puta guerra, vel pax, & tunc erit in arbitrio judicis diſcernere, an probatio quæ fit de valore præſenti ſufficiat quoad præteritum. Quando autem intervenisſet longi temporis diſtantia, puta decennium, vel ultra, prædicta probatio non ſufficeret, etiam ſi nulla exterior cauſa probaretur, Natta *d. conſil.* 353. *num.* 2.

13 Limitatur præcedens concluſio, quando traditio rei, vel executio negotii confertur in futurum, non attenditur tempus conventionis, ſed executionis; Abbas *in cap. in civitate, de uſur. numer.* 3. Decius *conſ.* 111. per textum in *cap. ſuggeſtum, de decimis*, Jaſ. *in l. quominus*, *in* 22. *quæſt. ff. de fluminibus*, Jaſ. & Alex. *in l. vinum, ff. ſi certum petatur*, ubi in ſpecie notat Robeus, *n.*133. *ubi* Pinel. *in d. cap. ult. n.*16. Seraphinus *de privilegiis jurament. privileg.* 83. *n.* 95.

14 Confirmatur dicta concluſio, quòd valor rei, & ejus æſtimatio inſpicitur tempore contractus, juxta *d. l. ſi voluntate*, & præter allegatos affirmat Rodoanus *de rebus Eccleſiæ alien. vel non, q.* 20. *cap. ad aures*, *eodem tit.* Sempronius Aſcius *determinat. Archiepiſcop. Barenſis* 90. à *num.* 1. & 4. Ant. Theſaur. *deciſ.* 239. *num.* 4. Ant. Gom. *tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 12. Cevall. *tom.* 2. *comm. opp. q.* 763. Dec. Cameral. 134. *num.* 18. Gratian. *tom.* 3. *diſcept.* 461. *n.* 2. ubi *Romana Rota* decidit, quod in rebus immobilibus verior eſt opinio, ut non requiratur probatio anterioris, vel poſterioris temporis, ſed ſolùm ſufficiat inſpici tempus conventionis, Oſaſchus *d. deciſ.* 41. *num.* 5. latè Sylv. *conſ.* 49. *num.* 10. Pariſius *conſ.* 16. *num.* 83. *lib.* 2. Cœphal. *conſ.* 403. *num.* 42. *lib.* 3. Aymon. Cravet. *conſ.* 114. *n.* 16. Menoch. *conſ.* 358. *n.* 13. *lib.* 4. & quòd ſolùm in rebus immobilibus teſtes debeant deponere per plures dies antè, vel poſt; voluit etiam Valaſcus *conſult.* 43. *n.* 28. Rebuff. *in l. unic. in gloſ. in verb.* (ſubtilitatem,) *num.* 31. & 43. *C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.*

In æſtimando cujus temporis ratio habeatur? quæſtio eſt.

15 Doctores in *l. vinum, ff. ſi certum petatur*, per *l. cum res legata eſt, ff. de leg.* 1. & *in l. quæſitum eſt, §. cum hæres ubi Gloſ. verba* (conteſtabitur,) *ff. de leg.* 1. & an requiratur interpellatio, eáque judicialis cum litis conteſtatione? & quæ differentia ſit inter contractus bonæ fidei, & ſtricti juris? neque enim una regula dari poteſt ad perpendiculum, quæ deſerviat omnibus caſibus, imperitéque ageret ſi quis vellet eam exquirere, quemadmodum imperiti Medici uno collyrio omnes oculos ſanare.

16 In imponenda ratione legis Falcidiæ æſtimatio refertur ad tempus mortis, vel in imponenda ratione legis Falcidiæ omne æs alienum deducitur etiam quod ipſi hæredi tempore mortis debitum fuerit, quamvis aditione hæreditatis confuſæ ſint actiones, & omnia legata ad contributionem dodrantis pro rata cujuſque temporis revocantur ob hanc cauſam, Gloſ. in *l. ſi hæres, ff. ad l. Falcid.* verb. [*deciſione*] ait, non proficere legatariis tranſactionem cum creditoribus hæreditatis: nam hæres erat non ſolvendo tempore mortis, caſus eſt *l. teſtator filium, ff. de leg.* 2. *in §. qui indiviſam*, ubi æſtimatio refertur ad tempus mortis, quamvis enim teſtamenti tempore eſſet minor, augetur tamen poſteà ex veriſimili mente teſtatoris: Julius Cæſar Cluſianus *lib.* 2. *cap.* 7. *de pretio, & æſtimatione*, per Calienſem *in tract. de ſocietate, cap.* 16. *poſt n.* 95. de fideicommiſſo, deberi capitale, & lucra facta poſt mortem teſtatoris, *l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebellian.* de æſtimandis rebus ſubjectis fideicommiſſo æris alieni cauſa alienatis, Menoch. *conſ.* 245. *n.* 11. *lib.* 5. & *l. his verbis, ff. de leg.* 3. verb. [*quæ mortis tempore.*] In ſocietate æſtimatio ad tempus contractus, refertur, *l. nam Servius, §. ſi vivo, ff. negot. geſt.* Gloſ. *in l. verum, §. in hæredem, ff. pro ſocio*, communiter recepta; Oſaſchus *deciſ.* 76. *n.* 3. & de eo, qui feudum conceſſit recepto pretio, ita ut poſſet ſe liberare per contracambium; illud enim æſtimandum juxta tempus contractus, in *l. Titio, in fin. ff. de jure dotium*, *in l. ſi hominem certum, ff. mandati*, cúmque æſtimatio debeatur jure obligationis, inſpicitur tempus contractus, aliàs tempus moræ: *l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. oblig. l. fundum Cornelianum, ff. de novat.* Rota Peruſina *deciſ.* 53. *n.* 13. Card. Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 7. *titul.* 8. *num.* 13. Bal. Novel. *de dote, part.* 8. *pag.* 18. Neguſant. *de pign. memb. par.* 5. *n.* 9.

17 In paraphernis æſtimatis, ut dominium transferatur, fit æſtimatio temporis, quo pereunt, ſin minus traditionis; Joan. Lupus, de Palatios Rubeus *in cap. per veſtras, §.* 11. *verſ.* (intellige,) *n.* 11. *verb.* (ea quo,) *de donationib. inter vir. & uxor. l. bonitatis*, ibi: [Bonitatis æſtimationem faciendam cum evincitur, quæ fuiſſet venditionis tempore,] *ff. de evict.*

18 Quandoque in æſtimando habetur ratio temporis, quo res plurimi fit eo anno, in quo debebatur, ut ex primo capite legis Aquiliæ, ex tertio capite infra triginta dies: in qua Aquilia venit omnis utilitas, quæ ex re perempta percipi potuiſſet, quæque intra annum rem pretioſiorem facere poterant ſecundum valorem communem, *§. pen. Inſtit. de l. Aquil.* Hoc autem quod dicitur de æſtimatione quanti plurimi habet locum cum pretium crevit: nam ſi non crevit æſtimatio, refertur ad aliud pro varietate negotiorum; Rota Genuæ *deciſ.* 173. de eo, qui ob merces non traditas fuit condemnatus ad intereſſe lucri ceſſantis, damni emergentis, & expenſas; & *deciſ.* 211. de eo qui oleas non tradidit ſuo tempore, quamvis allegaret ſe promiſiſſe oleas nondum natas, & hanc promiſſionem non valere, deciditur, *cap. in civitate, de uſuris.*

19 Quandoque habetur ratio temporis in ſolutione, *l. ſtipulatus ſum te ff. de verb. oblig. cap. ſi quis clericus*, 14. *quæſt.* 4. verb. [*decretum,*] Qui loco pecuniæ recepturus eſt frumentum, recipere debet pretio quo valet tempore ſolutionis, ſi pretium eſt definitum: ſecus ſi æſtimabitur quanti valet tempore petitionis. In mutuo æſtimatio fit ex loco ſolutionis, ſi de eo liquet; ſin loci, ubi petitur: petitur autem in foro rei, *l.* 2. *C. de juriſd. omn. judic.* nulla habita ratione perſonæ emptoris, aut venditoris; Maſcard. *tom.* 3. *concluſ.* 1396. *n.* 18. & anteà *concl.* 658. *n.* 3.

20 Quandoque etiam fit æſtimatio delicti in actione rerum amotarum, *l. rerum, ff. rer. amotar.* ſic in furto, *l. quamvis, ff. de furtis*, hoc ita ſi poſt tempus delicti res non ſit effecta melior, ut locus ſit regulæ percipienti, in delictis habendam rationem quanti plurimi: nec enim continuatione delicti, ut furti, fit melior conditio furis, *l. inficiendo, §. infans, ff. de furtis, l. in re furtiva, ff. de furtis.* Si ex cauſa furtiva res condicatur, cujus temporis æſtimatio fiat, quæritur? & placet quo plurimi, ſicut etiam in affini judicio rerum amotarum, & in emptione liceat repetere, ut addam *l. ratio poſſeſſionis, ff. de act. empt.* verb. [*ſi per venditorem vini mora, &c.*] nec diſtinguitur utrum eodem modo peritura eſſet, niſi cum quis juſtam cauſam litigandi habet, Gloſ. in *l. cum res legata, §. final. verb.* (vendere,) *ff. de legat.* 1. Cagnolus *in l. vinum, n.* 22. *ff. ſi certum petatur*, & in locatione, *§. ſed addes, Inſtit. de locat.* & in æſtimatione injuriarum, *l. injuriarum æſtimatio, ff. de injuriis.*

21 Si quis omiſſa actione bonæ fidei certi condictione agat, quæ concurrit cum omni actione, qua certum petimus, non veniunt fructus à die moræ, prout in bonæ fidei judiciis ſolet, ſed à die litis conteſtatæ, cùm condictio certi ſit actio ſtricti juris, naturamque propriam retineat, Gloſ. in §. *actionum, Inſtit. de act. l.*

cum

Digitized by Google

eum filius, §. *penult. ff. de leg.* 2. Bald. *in l.* 1. §. *hac actio. ff. ſi quis teſtam. lib*.... Alciat. *in l. certi condictia, verb.* (ex omni cauſa) *ff. ſi certum petatur, n.* 30. *l. quod autem, ff. de donat. inter vir.* Idemque ait, ſi maritus uxori pecuniam donavit, ex qua prædia comparavit, quæ hodie viliſſima ſunt, litis conteſtatæ tempore æſtimantur: planè ſi magni pretii prædia ſunt, ſumma numerata erit reſtituenda, non etiam uſuræ pretii.

22 Quandoque in æſtimationibus habetur ratio temporis, in quo ſententia fertur, Gloſ. *in l.* 2. *ver.* (quanti,) *ff. de vino, trit. oleo*: An verò ſententiæ, vel mortis patris, ſive potius delicti, ſive accuſationis tempus ſpectandum ſit in legitima ob delictum fiſco debita, calculo deducenda ex facultatibus patris? Nellus *de bannitis, par.* 2. *pag.* 35. Jaſ. *in Auth. noviſſima, C. de inoff. teſtamento*, Salycet. *in l. ſcimus*, §. *repletionem, eod. tit.* Greg. Lop. ad tempus mortis, Gloſſ. *in l.* 17. *tit.* 1. *p.* 6. *l. cum quæritur, C. de inoffic. teſtam.* debita filio ob delictum patris, ſecundùm tempus delicti unà cum fructibus, Boſſius *in prax. tit. de bonor. publicat. n.* 7. & in ejus æſtimatione fœminæ excluſæ à ſtatuto faciunt partem in aliis civitatibus, ſecus etiam in aliis, quibus ad hoc habentur, ac ſi non eſſent in rerum natura.

23 Quandoque inſpicitur tempus, in quo quis factus eſt locupletior, *l.* 1. *ff. de petitione hereditatis*, quandoque inſpicitur tempus rei liquidandæ, Afflict. *deciſ.* 205. quod idem eſt ac ſi diceretur, ſententiæ tempus, *l.* 3. §. *in hac, ff. commodati*, etſi liquidatio fiat quandoque poſt ſententiam, Mandellus *conſ.* 182. *num.* 39.

24 Inſpicitur etiam quandoque tempus moræ, ſive in quo aliquid fieri debuit, *l. ita ſtipulatus ſum te, ff. de verb. oblig. l. qui autem novo, ff. ſi quis caut.* verb. (*illud tenendum*:) æſtimationem intereſſe, referri ad illud tempus, quo quis ſiſti debuit, non quo agitur, quamvis deſierit ſua intereſſe, *l. ſciendum, ff. de ædilit. edict.*

Sciendum eſt hæc omnia præſtari, ſi ante judicium facta ſint, poſteà verò tam fructus quàm intereſſe quòd res deterior facta ſit, cæteràque veniunt, *l. ex die, ff. de vi, & vi armata*: ex die quo quis dejectus eſt fructuum ratio habetur; quamvis in cæteris interdictis, ex quo edita ſunt, non retro computentur, *l.* 1. *ff. de uſur.* ubi latior favore pupillorum interpretatio facta eſt, ut uſuræ præſtentur, ſive judex accipiatur, ſive ſine judice tutela reſtituatur, & *l.* 1. & *l. in fideicommiſſa, ff. eodem.* ubi certè poſt rem judicatam tempus immune eſt à fructibus dependendis, quia eſt in poteſtate actoris judicatum exigere, *l. pactum, ff. de uſur.*

25 Interdum inſpicitur tempus, quo quis ratum habet id quod geſtum eſt; exemplum de fratre, qui emit communi nomine cum promiſſione de rato: tenetur ratificatione ſequuta partem cum fructibus reſtituere, neque intereuſuria poteſt à fratre exigere, qui non fuit in mora; Natta *conſil.* 303. *n.* 22. *lib.* 2. Bal. *in tract. de duobus fratribus, num.* 28.

26 Interdum eventus docet, quomodo facienda ſit æſtimatio, ut in frumento, quod quis in herba depaſtus eſt, & in re de qua lis eſt, Alex. *conſ.* 42. *lib.* 1. *num.* 11. Purpurat. *conſ.* 332. Menoch. *conſ.* 603. *n.* 27. *lib.* 7. *l. qui res ſuas obligavit, ff. de ſolut. l. ſervus legatus in fuga*, §. *ſi Titius, ff. de legat.* 1.

27 In æſtimando damno ab ædibus ruinoſis habetur ratio quandoque temporis, quo quis miſſus eſt in poſſeſſionem, quandoque temporis quo judex decrevit mittendum, ſi fortè per adverſarium ſtetit, quominus mitteretur, *l. ſi finita*, §. *illud quæritur, ff. de damno infecto*, & *l. ſi quis miſſum, ff. eodem*; alienato verò prædio judex æſtimabit omne quodcumque ante judicium contigit.

28 Interdum habetur ratio loci, ut in arbitrariis, *l. centum Capuæ, ff. de eo quod certo loco*, Bar. *in l.* 7. *de erogatione tit. anno. l.* 4. *ff. de condict. tritic.*

De hac quæſtione, an habeatur ratio temporis in emente rem ad vitam vendentis, vel è contra, multi tractant: & eſt caſus multùm contingens: Salycet. & ferè omnes in *l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.* Angel. *in l. ſi pater, num.* 2. & Paul. de Caſtro, *C. de inoffic. teſtamento*, Oldrad. *conſ.* 207. Bald. *conſ.* 332. *lib.* 1. Joannes Lupus *de uſuris in cap. naviganti*, §. 2. *n.* 96. *de uſur.* Avendan. *de cenſib. cap.* 21. & 33. Cevallos *quæſt.* 80. Molina *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 42. *de primog.* Marcus Anton. *in prax. Neapolitana, cap.* 15. *n.* 8. & 9. Aſin. *de execut.* §. 7. *cap.* 192. Surd. *conſ.* 162. *n.* 35. *lib.* 2. & *conſ.* 488. *n.* 34. *lib.* 4. Carroz *deciſ.* 131. Andreas Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 8. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *par.* 3. *à n.* 101. Natta *conſ.* 498. *n.* 13. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæſt.* 11. & *dec.* 298. *n.* 29. Coſta *de facti ſcientia inſpect.* 46. *n.* 2. & *de rata, q.* 1. Capit. *dec.* 159. *n.* 16. Dec. *conſ.* 123. Gratianus *tom.* 4. *diſcept.* 756. Bald. *in l. ſi ea pactione, C. de uſuris*, & *in d. l. ſi pater puella, C. de inoffic. teſtam.* ubi Jaſ. & Caſtr. & ſubdit *Bald.* quod ſi contrahens eſt adeo juvenis, quòd veriſimiliter poterat tanto tempore vivere, ut extinxiſſet non ſolum capitale, ſed etiam alias pecunias, tunc in foro conſcientiæ tenetur reddere quod ultra recepit, Dec. *in d. l. de fideicommiſſo, col. fin.* verſ. (*ſecunda concluſio*,) Surd. *de aliment. privil.* 11. *n.* 20. & infert *n.* 21. quòd ut cognoſcatur, an adſit læſio, vel non in ſimili contractu, quòd ratio dubii eventus admittitur ſolùm, quando eadem ſpes lucri, & damni eſt ab utraque parte æqualis; aliàs ſi in contingentia facti dubium eſſet ab una parte tantùm, contractus non eſſet licitus, ut benè conſiderat Aretinus, *in d. l. de fideicommiſſo*, plura congerit circa hoc Stephanus Gratianus *d. diſcept.* 756. *num.* 27.

QUÆSTIO LVI.

An evictioni ſit locus quando res evincitur in judicio poſſeſſorio?

SUMMARIUM.

1 *Evictioni an locus ſit, quando res eſt evicta in judicio poſſeſſorio.*
2 *Evictioni ut ſit locus requiritur, quòd appareat ſententiam latam fuiſſe ſuper proprietate.*
3 *Actio ex empto de evictione, & actio empti ad traditionem, quid inter ſe differant.*
4 *In lite ſuper poſſeſſorio admittitur authoris laudatio adverſus quem agitur de evictione; & quomodo id procedat, & num.* 5.
6 *Venditor in re tradenda debet præſtare emptori, ut in lite de poſſeſſione potior ſit.*

QUæſtionem hanc tetigerunt Bart. & alii Doct. *in l.* 2. *ff. de act. empt.* Bartholomæus Cœpola *cautela* 97. *num.* 2. Gaſpar Caballin. §. 3. *num.* 152. & §. 4. *n.* 44. *de evict.* Hercules Mareſcot. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 79. *n.* 1. Ludovicus Rodolphinus *in voto unic. num.* 51. *poſt tract. de abſolut. poteſt. Princip.* Maſcard. *num.* 2. *de probat. concluſ.* 614. *num.* 7. & nos diximus *quæſt.* 13. *num.* 117.
quaſi per tranſennam. In hac quæſtione ceſſat evictio 1
ſecundum aliquos, quando avocatur ſola poſſeſſio, ſive in
poſſeſſorio judicio, ſive reali, ut actione hypothecaria,
vel Salviano interdicto, tradit Caballin. *in dict.* §. 3. *n.* 152.
ubi poſt Bar. Bald. Socin. & alios docet, quòd ſi fundus
evincatur jure poſſeſſionis, non autem jure dominii, non
poteſt emptor agere de evictione, ſed debet agere primæva actione ex empto ad traditionem, quaſi res non
fuerit tradita; hoc probat Maſcard. *ubi ſup. n.* 6. & 7. ubi
ait, quòd ut evictioni locus ſit, requiritur, quòd appareat 2
ſententiam fuiſſe latam ſuper proprietate rei evictæ; ſecus ſi tantum ſuper poſſeſſione, etenim tunc non poſſet emptor agere de evictione, licèt poſſet agere contra venditorem ad rei traditionem; ita reſolvit

Digitized by Google

eſiam Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. reſol. de empt. & ven-*
dit. reſolut. 4. n. 15. & probatur in *l. datio*, & ibi Gloſſ. &
Bart. *ff. de act. empt.* & Bald. *in l. 1. C. de peric. & commod.*
rei vendita, Aretin. *in l. ſi aliquam, ff. de acq. poſſ. n. 2.* Se-
raphinus Olivarius *deciſ. 671. num. 6.*

3 Quid autem interſit inter utramque actionem? id
vel ex eo maximè conſtat, quòd actione ex empto de
evictione non tantum pretium, ſed & intereſſe, & ſum-
ptus litis emptor conſequitur, *l. ſi cum quæſtio, C. de evict.*
l. evicta, ff. de evict. actione verò empti ad traditionem
rei venditæ, id tantum conſequitur, ut res tradatur,
vel quanti rem habere intereſt, *leg. 1. ff. de action.*
empt.

Contrariam, & veriorem ſententiam tenendam eſſe
exiſtimo, ex text. in *l. 3. & l. ex empto, §. idem Nera-*
tius, ff. de act. empt. ubi *Ulpianus*, ex ſententia *Juliani*,
dicit rem non videri traditam, ſi ſuperior in poſſeſſione
emptor futurus non ſit, ideoque agendum ex empto: ſi
hoc non præſtetur, in lite etiam ſuper ſola poſſeſſione
4 rei mota admittitur authoris laudatio, adverſus quem
agitur de evictione, ut teſtatur judicatum fuiſſe Joan-
nes Grivellus *in Senatu Dolano deciſ. 117. num. 4.* adhi-
bita diſtinctione, quam adfert Bald. *in l. emptor, num. 7.*
C. de evict. ubi ait advertendum eſſe, an emptor con-
veniatur poſſeſſorio ex proprio facto, an verò ex facto
5 authoris; ut primo caſu non ſit locus evictioni, ſibi
enim imputet ſi ſuo facto à poſſeſſione cecidit: ſecundo
verò caſu ſic; noſtram ſententiam tenuit, & ſequutus
fuit Ludovicus Rodolphinus *d. voto unic. num. 51.* ubi
ait, quod etiam verius, quòd actio de evictione com-
petit, quamvis evicta fuerit ſola poſſeſſio. qui citat Ca-
rolum Ruinum *in conſ. 146. ſub num. 5. lib. 4.* Cœpol.
in conſ. 117. num. 2. idem tradit Seraph. Olivarius Ro-
manæ Rotæ Auditor, *d. deciſ. 671. num. 7.* ubi deciſum
teſtatur, quòd quando ſola poſſeſſio evicta eſt, veniunt
damna, & intereſſe evictionis, ex Baldo & Salyceto
in l. 1. C. de pericul. & commod. rei vendit. Riminald.
conſ. 409. num. 30. lib. 3. Stephanus Gratianus *tomo 2.*
diſcept. forenſi 22. num. 5. & diſcept. 950. n. 18. tom. 5.
Seraphinus *deciſ. 671. num. 7.* Rota diverſor. *deciſ. 77.*
num 4. part. 2. Ales. Ludoviſius *deciſ. 88. num. 5.* & ibi
Additio, ubi aiunt, *Rotam* tenuiſſe, ſcilicet, quòd nec
de aliqua evictione conſtat, cum non appareat fuiſſe
ablatam poſſeſſionem, aut proprietatem: Petrus Surdus
deciſ. 22. num. 6. & 7. ubi probat ex Caſtr. *in d. l. empto-*
rem, §. idem, Neratius, ff. de act. empt. & in l. datio, eod.
Auguſtin. Berous *conſ. 158. num. 54. lib. 1.* dicitur enim
res evicta quando poſſeſſori eſt ablata, ex *Surd.* qui al-
legat *l. ſi ſervus vendit, §. 1. l. habere licere, ff. de evict.*
Aymon. Craveta *conſ. 682. num. 6. volum. 4.* ſecundum
quam ſententiam veriorem, judicavit Senatus Dolanus
die 9. Novembr. anno 1604. ut refert Joannes Grivellus
d. deciſ. 117. & reſolvit Hercules Mareſcotus Bononien-
ſis *lib. 2. variar. reſolut. cap. 79. num. 3. & 4.* ubi dicit,
quòd antequam poſſeſſio avocetur, non poteſt agi de
evictione, ſed ſolùm ad intereſſe: & ita loquitur textus
in l. ſervus quem, §. ſi ſciens, ff. de actionibus empti.

QUÆSTIO LVII.

An de evictione agatur pendente contro-versia rei?

SUMMARIUM.

1 *Refertur Gaſpar Caballinus.*
2 *Concluſio juris eſt, quod pendente controverſia rei non currit tempus.*
3 *Tempus retractus non currit, dum res eſt in controverſia inter emptorem & venditorem.*
4 *Beneficio controverſo non currit tempus promovendi ad Sacerdotium.*
5 *Tempus eligendi non currit pendente lite ſuper eligendi facultate.*
6 *Vaſſallus non eſt in mora petendi inveſtituram, ſi patiatur feudi controverſiam.*
7 *Quid erit, quando adeſt ſtatutum in retractu, quòd currat tempus ignorantibus, minoribus, & abſentibus.*
8 *Tempus querelæ non currit pendente nullitate teſtamenti.*
9 *Et pendente nullitate ſententiæ, appellandi tempus non currit.*
10 *Pendente lite ſuper admittendis, vel non admittendis articulis, non currit tempus.*
11 *Tempus probationum non currit durante concordia partium.*

GAſpar Caballin. *in §. 5. num. 87.* dicit, quòd emptor 1
non cogitur interim pendente controverſia agere,
ſed poſtquam res eſt evicta, Bal. *d. conſ. 3. & conſ. 23.*
lib. 1. Franciſ. Marcus *deciſ. 584.* & hoc declarat, niſi
venditor rem defendat, *l. ſi plus, §. mora, ff. de evict.*
& poſtquam res eſt evicta per ſententiam poteſt pur-
gari mora in caſu evictionis, ut in *l. fidejuſſor cum ibi*
notatis. *ff. de doli except.* Rip. *in l. inſulam, n. 72. ff. de*
verb. oblig. Coroeus *conſ. 149. num. 8. lib. 4.* Sigiſmundus
Scaccia *de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. num. 275.* Jaſ. *in*
§. ſed iſte, num. 61. & 62. Inſtit. de act. Tiraq. *de retract.*
lign. §. 1. gloſſ. 10. num. 36. Matienç. *in l. 7. tit. 11. gloſſ. 10.*
n. 21. lib. 5. Recop. l. 8. tit. 29. part. 3. Concluſio juris firma 2
eſt, quod pendente controverſia non currit tempus, *leg.*
contra majores, C. de inoffic. teſtam. l. 4. tit. 8. par. 6. Ant. Pi-
chard. *in §. qui autem, Inſtit. de ſuſpect. tut.*

Nec etiam currit tempus legis, vel ſtatuti, quando in 3
cauſa retractus ſuboritur controverſia inter emptorem,
& venditorem, fortè ſuper traditione rei venditæ,
quia venditor negat, aut aliter impugnat venditionem,
& interim labitur tempus retractus, an conſanguineus
admittatur ad retractum poſt tempus finitæ controver-
ſiæ? quod admitti debet; quoniam non dicitur ſcire
alienatam rem fuiſſe ante exitum litis; *argum. l. quam-*
diù, C. qui admitti, tenent Petr. de Bellap. Cyn. Bald. &
Salycet. *in d. l. contra majores.* Collect. *in cap. conſtitutus,*
colum. pen. Bellam. *col. 10. de reſtit. in integ.* Maſuer. *in tit.*
de retract. colum. ult. Matienç *in d. l. 7. tit. 11. gloſſ. 6. n. 2.*
lib. 5. Recop.

Facit etiam text. in *cap. commiſſa*, ubi Gloſſ. in verb. 4
[*pacificam*,] & Doct. *de electione, lib. 6.* ubi tempus
anni præſtitutum ad promotionem Ordinis Sacerdotalis
ei, qui beneficium curatum obtinuit, non currit quam-
diù lis ab initio pendet ſuper hujuſmodi beneficio. Idem
etiam valet, quod tradunt Hoſtienſ. Joan. Andr. Abb.
In cap. quoniam, de jurepatronatus, quòd pendente lite 5
ſuper poteſtate eligendi, non currit tempus præfixum
electioni faciendæ: & probatur per *cap. 2. de in integ.*
reſtit. quamvis ſecus ſit, ſi lis ſit ſuper jurepatronatus,
per *d. cap. quoniam, cap. eam te, cap. cum propter, de ju-*
repatronatus.

Idem quoque in vaſſallo, qui non eſt in mora peten- 6
di inveſtituram, quandiù patitur controverſiam feudi ab
alio, qui ipſum feudum occupat: Guill. Cun. Bald. Sa-
lycet. Fulg. Raphael. Cumao. Caſtr. *in l. ſolemnibus, C.*
de rei vendicat. Bald. Jacob. Alvar. Cardin. Alex. *in cap. 1.*
qua fuit cauſa benef. amit. in uſib. feud. per *d. l. quamdiu;*
Ancar. *conſ. 174. colum. ult.* Bertrand. *conſ. 104. n. 6. lib. 2.*
& in conſ. 15. n. 3. lib. 4. Guid. Pap. *dec. 165.* B... *conſ. 28.*

Verùm quantum ad retractum, *l. 7. tit. 11. lib. 5. nova* 7
Recop. determinat, quod tempus retractus currat mino-
ribus, & abſentibus, & aliis impeditis; quod etiam vo-
luit Tiraq. *d. gloſſ. 10. num. 39.* Ubi dicit, quòd ſi contro-
verſia à Tertio fuerit mota, non impedit curſum retra-
ctus; ſed cùm præcedens ſermo fuerit, cum contro-
verſia ſit inter emptorem, & venditorem, & alium
extraneum contendentem rem ſuam eſſe, & eam
vendicantem; tandem conſanguineus ſuccubuit, &
tempus

Digitized by Google

tempus ſtatuti labitur. Sed an intra tempus finitæ con-
8 troverſiæ poterit conſanguineus uti jure retractus? Joan. Faber nuncupatim in *d. l. contra majores, & in §. qui autem, Inſtit. de excuſat. tut.* & utrobique dicit eum eſſe admittendum: & eſt caſus in *d. l. contra majores*, ubi quæſtione nullitatis teſtamenti pendente non currit tempus querelæ; ex quo notant Jacob. Aretin. Cyn. Alberic. Caſtr. & omnes, quòd pendente quæſtione nullitatis ſententiæ non currit tempus appellandi; quod voluerunt Aretin. Bart. Alberic. *in d. l. quamdiu*, Bald.
9 & relati *in l. qui teſtamento, ff. de excuſat. tut.* Bart. *in l. expreſſim, ff. de appellat. & in l. 1. C. quando provocare non eſt neceſſe*, Hippol. de Marſ. *ſingul.* 152. Sigiſmund. Scaccia *de appell. quæſt.* 12. *n.* 163.
10 Nec utique pendente lite currit tempus ſuper admittendis, vel non admittendis articulis, aut etiam alia dilatio currit data pro producendis teſtibus, Specul. *tit. de dilat. §. ult.* per *d. l. contra majores*, ſequitur Bald. *in leg. quamdiu, ff. de acquir. hæredit. & in l. intra utile, ff. de minoribus*. Tiraq. *ubi ſuprà, num.* 41.
11 Tempus probationum, ſi partes ſe ponunt in concordia, non currit durante dicta concordia, & quo modo hoc intelligatur, dicendum videtur, quòd tempora probatoria, ſi partes ſe ponunt in concordia, non currunt, atque ita ſi per dictam concordiam non fuerit terminatum negotium, poſt temporis lapſum poterit judex procedere ad ulteriora, & teſtes recipere: facit text. in *Clement. quamdiù, de appellat. & in Auth. ſi tamen, C. de tempor. appellat.* in quibus juribus apparet, quòd per compromiſſum, vel aliàs de conſenſu partium expreſſo, impeditur curſus temporis fatalium datà jure, vel ab homine, ad proſecutionem appellationis. Quod eſt intelligendum, quando tempus proſequendi litem eſt commune partibus; quia tunc cum partes veniant de communi conſenſu ad concordiam ſeu compromiſſum, dictus communis conſenſus facit curſum litis dormire. Quibus etiam facit, quòd legitimè impedito tempus juris, vel hominis non currit; *cap. 1. de præſcript. cap. illud. de conceſſ. præbenda. cap. quia diverſitatem, de electione, cap. ſi electio de appellat. lib. 6.* Quod ſecus dicendum eſt in caſu in quo tempus datur tantùm uni parti, ut eſt tempus decem dierum conceſſum ad appellandum, cujus curſum communis partium conſenſus non impedit: quia illud tempus tantùm datur uni parti ad ſuſpendendam ſententiam, vel gravaminis effectum, Nota *in novis, tit. de dilat.* Peguera *deciſ.* 102. & 182. ubi ita fuit concluſum.

QUÆSTIO LVIII.

An venditor promittens reſtitutionem pretii in caſu evictionis teneatur ad uſuras decurſas poſt evictionem pro rata pretii?

SUMMARIUM.

1 *Emptor cui promiſſa eſt in caſu evictionis reſtitutio ſolius pretii, ſuo ſumptu litem ſuſtinet, uſque ad cauſæ exitum.*
2 *Evictione ſequuta in caſu promiſſæ reſtitutionis pretii ad quid venditor teneatur.*
3 *Evictionis caſus quando intelligatur eveniſſe.*
4 *Intereſſe neutiquam debetur ceſſante mora.*
5 *Venditor non poteſt conſequi intereſſe ratione pretii non ſoluti ultra fructus rei venditæ.*
6 *Intereſſe quid, & quando debeatur.*
7 *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, niſi quinque ſimul concurrentibus.*
8 *Intereſſe lucri ceſſantis, quando debeatur Nobili non negotiatori.*
9 *Intereſſe extrinſecum quando concurrat cum intrinſeco.*
10 *Intereſſe num debitum ſit [illegible] primo duntaxat anno?*
11 *Intereſſe lucri ceſſantis in quibus diſtinguatur ab intereſſe damni emergentis.*
12 *Ruinus* in conſ. 55. lib. 2. *explicatur.*
13 *Cagnoli opinio in d. l.* unic. num. 45. C. de ſent. quæ pro eo: *rejecta.*
14 *Lucrum lucri non datur, nec qualitas qualitatis.*
15 *Fructuum fructus quando licitè exigantur, & numera* 16.
17 *Intereſſe calculatum quando juſtè convertatur in ſortem.*
18 *Cambiorum periculoſa negotiatio.*
19 *Fructus percepti ex contractu pignoratitio, vel uſurario, vel illicito, extenuant ſortem, & quando imputentur in ſortem.*
20 *Fructus rei hypothecatæ non compenſantur, ſed loco pignoris detinentur.*

HÆc quæſtio integrum tractatum requirebat, cum de intereſſe materia ſit copioſa, & paſſim à multis latè ſcripta; omnes in *l. unic. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt; & in l. curabit, C. de act. empt.* Covarr. *lib. 3. var. cap.* 4. Caſtillus Sotom. *lib. 2. quotid. cap.* 1. Joan. Bapt. Lup. *in d. l. curabit, comment.* 1. §. 5. Alea. Trentacinq. *lib. 1. var. reſol. de intereſſe, ſeu eo quod intereſt*, Eſcobar *de ratiociniis, lib. 3. quæſt.* 7. & omiſſis penè infinitis Authoribus, ſolùm in præſenti noſter ſermo erit circa materiam evictionis, licèt ſuperiùs aliquid retulimus quaſi per transſennam.

Promiſſa per venditorem in caſu cujuſcumque evi- 1
ctionis reſtitutione ſoluti pretii, duo præ cæteris conſurgunt effectus, alter eſt, ut emptor ſuo ſumptu litem viriliter pertractet, & illi incumbat ſedulò ad exitum uſque rei judicatæ, & omnimodæ ſuccumbentiæ, atque ita tenetur appellare, & appellationem proſequi, ad quæ aliàs non teneretur (facta tamen opportunè denunciatione litis motæ) ut in *præcedentibus quæſtionibus* à nobis latè diſputatum fuit; & conſuluerunt Natta *conſ.* 208. *lib.* 1. Berretus *conſ.* 145. Olaſchus *conſ.* 46. Pedroc. *conſ.* 13.

Alius eſt, quia ſequuta evictione tenebitur venditor 2
ſub prædicta pactione reſtituere pretium, atque ad uſuras decurſas pro eo tempore quo pretium retinuit poſt evictionem ad rationem temporis, deinceps ad tempus ſolutionis fructuum, & quidquid paſſus eſt emptor ſic condemnatus à tempore litis conteſtatæ, quo tempore omnes poſſeſſores reputantur pares, tanquam incommodum medii temporis percutiat ſolum ipſum emptorem abſque ſpe regreſſus, *l. evictis agris, ff. de uſuris, l. habere licere, ff. de evict.* Carol. Ruin. *conſ.* 146. *num.* 5. Fabius de Anna *conſ.* 15. *num.* 7. *cum ſeqq.* Intelligendo evictionem pro effectuali rei abdica- 3
tione, & reali executione contra emptorem, ut notat Fabius de Anna *ubi ſup. num.* 1. Vincentius Carræ. *deciſ.* 165. *num.* 7. vel quando probabiliter timetur executio ex vi rei judicatæ, Antonius Theſaur. *deciſ.* 102.

Fallit, primò in emptore, qui fructus retinuiſſet, quia cum dictis fructibus compenſare tenebitur: Alberic. *in d. l. evictis agris*, Fabius de Anna *d. conſ.* 15. *numero* 12.

Limitatur ſecundò ceſſante mora venditoris circa 4
pretii reſtitutionem, tunc pariter ceſſat obligatio ad intereſſe, Gloſſ. in *d. l. evictis*, verſ. (præſtabuntur,) Fabius de Anna *ſuprà, num.* 10. Joan. Baptiſta Lupus *in d. l. curabit, comment.* 1. §. 5. *num.* 109.

Iſtud tamen intereſſe non poteſt excedere fructus rei 5
venditæ ex vi ſubrogationis: imò correlativè, cum nec venditori liceat ratione pretii non ſoluti, aut partis cujuſlibet plùs conſequi ab emptore ex æquitate *d. l. curabit.* Afflictis *deciſ.* 20. Fabius de Anna *ubi ſuprà, n.* 15. Anton. Gabriel. *lib. 3. commun. opin. tit. de empt. &*

vendit. concluſ. 4. *n.* 17. Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap.* 29. *num* 96. Nec excedere debet pretium principalis cauſæ, Salycet. *in l.* 2. *C. de ſportulis.* Petrus Surd. *conſ.* 40. *n.* 42. *lib.* 1. & *ſuprà* diximus, *cap.* 23. *num* 95. Nec etiam iſtud intereſſe debet excedere duplum rei, Greg. Lop. *in l* 70 *tit.* 18. *par.* 3. *gloſ.* 4. *in G.* & computo ſimplo pœnam ad duplum taxavit Caldas *d. loco* n. 4. ubi de pœna conventionali, & de intereſſe nonnulla dixit.
6 Cum intereſſe ſit, quod uni abeſt, & alteri adeſt, eſt debita uſura. Gloſ. *in cap. pervenit, in verſ.* (indemnem,) *de fidejuſſoribus, cap. conqueſtus, cap. ſalubriter, de uſuris,* Roland. *conſ.* 35. *lib.* 1. Dummodò agatur ad intereſſe damni emergentis, & probatum ſit per venditorem, illud petentem, cum ſit recompenſatio alterius utilitatis, & non loco pœnæ, poſtquam æquitate ſuadente debetur illud intereſſe, ne quis cum jactura aliena locupletetur, *l. nam hoc natura, ff. de cond. indebiti*, Alex. *conſ.* 141. *lib.* 1. Cagnol. *in d. l. curabit, num.* 32. Gabriel. *conſ.* 147. *lib.* 2. Alciat. *conſ.* 18. *& ſeqq. lib.* 5. Alban. *conſ.* 303. *lib.* 2. Burſat. *conſ.* 453. *lib.* 4. Hondedeus *conſ.* 50. *lib.* 1. Coller. *d. proceſſibus execut. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 103. *cum ſeqq.* Seraph. *de privileg. juram. privil.* 30 Riminald. Jun. *conſ.* 281. *& conſ.* 304. *lib.* 3. Id quod exten-
7 ditur ad intereſſe lucri ceſſantis, quinque concurrentibus. *Primum*, quòd præcedat debitum liquidum. *Secundum* quòd interveniat mora. *Tertium*, quòd creditor ſit ſolitus mercari, & negotiari cum pecuniis. *Quartum* quòd certum ſit creditorem fuiſſe lucratum, ſi pecuniam habuiſſet. *Ultimum*, quòd debitor non ſolverit debitum ob aliam cauſam, quàm per impotentiam; Afflict. *deciſ.* 20. *n.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 45. *n.* 39. Roland. *conſ.* 35. Burſat. *conſ.* 68. *num.* 40. *lib.* 1. ubi declarat Af-
8 flict. *ſupra.* Proinde vix in Nobili, vel in non negotiatore datur caſus extra prærogativam pupillarium pecuniarum, in quo conſiderari poſſet intereſſe lucri ceſſantis, etiam ſi conſtaret, quòd eſſet empturus fundum, cum emere fundum, vel domum non ſit actus quæſtuarius, *l. cum villico, ff. de inſtit. act.* niſi verè probaretur, quòd creditor omnino fuiſſet empturus prædium, ex quo fructus ad rationem ſex pro quolibet centenario percipere potuiſſet: & hoc tum articulatum, tum etiam probatum eſſet, nihil ſuffragante præſumptione, juxta opinionem Pauli de Caſtro *in l. divortio, ff. ſolut. matr.* Petr. Surd. *deciſ.* 261. *n.* 1. de quo videatur
9 Riminal. Jun. *conſ.* 281. *n.* 44. *cum ſeqq. lib.* 3. Eo quoque minus habetur in conſideratione intereſſe extrinſecum, tametſi aliquando concurrat cum intrinſeco, Bart. *in l. ſi ſterilis*, §. *cum per venditorem, ff. de act. empt.* Jaſ. *in l. nummis, ff. de in litem jur.* Dec. *in cap. cum venerabilis, num.* 61. *de except.* Phanutius *de juram. in lit. cap.* 4. *n.* 14. *cum ſeqq.* præclarè Anton. Fum. in *tract. de eo quod intereſt.* Tholoſ. *de uſuris, lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 18. Joan. Baptiſta Coſta de Rata, *quæſt.* 142. *num.* 4.

Verùm enim verò gravis ſerpit difficultas, Quid in intereſſe debeatur, quandoquidem Curt. Jun. *in l. unic.*
10 *verſ.* [alias etiam quotidianæ,] *C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt*; concludit, quòd tantum pro primo anno debeatur lucrum ceſſans, non pro aliis annis ſequentib. Purpuratus *d. conſ.* 282. *n.* 85. *in fine*, ubi talis diſ-
11 curſus non poteſt fieri circa intereſſe, ne res procedat in infinitum: Dec. *in cap. cum venerabilis. ſupra cit. n.* 61. Confirmatur objectum, quia non datur fructus fructuum, nec uſuræ uſurarum, nec acceſſio acceſſionis, *l. fin.*
12 *C. de uſuris rei judicat.* Ruin. *conſ.* 55. *lib.* 2. Berretus *conſ.* 25. *l.* 2. §. 2. *ff. de adminiſtrat. rer. ad civit. pert.* Marc. Anton. de Amatis *deciſ* 142. *num.* 5. Hoc enim eſt omnino interdictum, nimirum fœnoris renovatio, Rota Romana *deciſ.* 315. *nu.* 8. *par.* 2. *in noviſ.* Gaſpar Roderic. *lib.* 3. *de annuis redd. quæſt.* 7. *num.* 27. & 28. Amplius in probatione lucri ceſſantis non datur juramentum ſuppletorium, ut probat Gratus *conſ.* 401. *ad fin. l.* 3.
13 Econtrà Cagnol. *in d. l. un. n.* 45. relatus per Gabr. *d. conclu.* 10. *in fin.* ſenſit deberi intereſſe abſque reſtrictione ad primum annum, Rota Genuenſis *deciſ.* 78. *nu.* 16. & *deciſ.* 87. *n.* 9. Burſat. *conſ.* 88. *n.* 42. *lib.* 1. Cagnolum refert Cartoz. *de locato par.* 1. *tit. de natura locat. n.* 10. Vincent. de Franch. *deciſ.* 254. *n.* 13. *par.* 2. (Quare diſtinctionis fœdere opus eſt, ut in damno emergenti poſſit fieri diſcurſus circa intereſſe, ſed non in lucro ceſſante;
Dec. *in d. cap. cum venerabilis, n.* 60. Honded. *conſ.* 50. 14
n. 28. *lib.* 1. exploſa prorſus opinione *Cagnoli*, veluti nutritiva malæ conſcientiæ; ut advertunt Hond. *ſupra numero* 40. Moroſius *conſ.* 65. *num.* 3. Rota Gen. *d. deciſ.* 87. *num.* 8. Peregrinus *conſ.* 100. *num.* 35. Ubi non da-
tur lucrum lucri, nec officium officii, nec ſervitus ſer- 15
vitutis, nec qualitas qualitatis, ita quoque Fabius de Anna *conſ.* 48. In odium tamen moroſi aliquando replicari lucrum, donec integra ſequatur ſatisfactio, concludit Burſat. *d. conſ.* 68. *num.* 21. vidiſſe practicatum, & judicatum, ex Natta *conſil.* 370. *num.* 5. *lib.* 2. Vel poſſet eligi temperamentum fructuum, qui pendent omnino ex
induſtria hominis, & tunc non dantur fructus fru- 16
ctuum, & eorum qui naturaliter à re proveniunt, & tunc in odium moroſi debentur fructus fructuum, ut in fœtibus animalium: ſic reſpondet Laderchius de Imola *conſ.* 99. *num.* 11. qui ita expendit conſ. præallegatum Ruin. 55. *lib.* 2. (Neque pœnitenda fortè eſſet conſideratio eorum, qui dixerunt, ex intereſſe calculato, jamque redacto in capitale deberi aliud intereſſe:
quoniam de eo judicatur æquè: ac ſi foret ſors, dum- 17
modo abſit depravata intentio, & concurrant requiſita, quæ non ſinunt poni in diſcrimine conſcientiam, Cephal. *conſ.* 85. *n.* 8. *lib.* 1. Nevizan. *conſ.* 77. *in fin.* Cavalcan. *deciſ.* 14. *num.* 24 *par.* 2. & *deciſ.* 26. *n.* 23. *par.* 3. Riminald. Jun. *conſ.* 166. *n.* 15. *lib.* 2. Fab. de Anna *ubi ſup. nu.* 26. & 27. Alioqui ſicut ſunt prohibitæ uſuræ uſurarum, pariter vetitum eſt illas redigere, & convertere, mox pro tota ſumma uſuras ſtipulari: ſcitiſſimè declarat Roderic. *lib.* 3. *de redditibus, quæſt.* 7. *num.* 28.

Hinc vehemens fervet declamatio, & meritiſſimè, ſicut piiſſimè (ne animæ ſalus periclitetur) torquentes per cambia, & recambia, tot bullas ſanctiſſimorum Pontificum, de quibus Coſta *in tract. de fact.*
ſcientia, diſt. 24. *numero* 8. & 9. *centur.* 1. & *de Ra-* 18
ta, d. quæſt. 142. *numero* 14. Bald. *conſ.* 348. *lib.* 1. Petrus de Ubaldis *tract. de ſociet. par.* 5. *quæſt.* 31. Borgninus *deciſ.* 2. *num.* 23. *par.* 2. Thomas de Vio *in tract. de camb.* Tholoſanus *de uſuris*, Rebellus *de obligatione juſtitia, lib.* 11. *quæſt.* 13. Leſſius *de juſt. & jure, lib.* 2.
cap. 23. Quoties autem fructus percipiuntur ex contra- 19
ctu uſurario, aut pignoratitio, hi extenuant pro rata ſortem principalem, *cap. ad noſtram, de empt. & vendit. cap. illevor. de pign.* Natta *conſ.* 498. *lib.* 3. Petrus Surdus *conſ.* 327. *n.* 29. *lib.* 3. non obſtante contraria conventione, niſi quando jure Canonico eſſent permiſſæ uſuræ: Neguſan. *de pign. par.* 5. *memb.* 5. *nu.* 10. dummodo pernitentem compenſationem, vel extenuationem probetur, quòd fructus ſunt conſumpti, vel veriſimile ſit eos amplius non extare, alioquin non compenſarentur,
ſed loco pignoris detinerentur, ex *Bald. Neguſant.* & 20
aliis protulit Gallia *conſ.* 32. *num.* 4. ubi refert hoc eſſe pronunciatum ſingulare, nec fructus dicuntur conſumpti per commixtionem etiam probata conſumptione (ut oportet) *l. Pomponius ſcribit, ff. de rei vendicat.* niſi fluxerit triennium à tempore perceptionis, *l. unic. ff. de glande legenda*, Neguſant. *d. loca, num.* 12. In conſumptis autem attenditur æſtimatio non ad rationem quanti plurimi, ſed habita ratione medii temporis: & ubi incertum ſit tempus conſumptionis, credendum eſt fuiſſe conſumptos anno collectionis, & perceptionis, cum creditor non teneatur eos ultra aſſervare: Bart. *in l.* 1. *C. de pignorat. actione*, idem & Bald. *in l.* 1. *C. ſi ſervus exterus.*

QUÆSTIO

QUÆSTIO LIX.

An maritus vendens rem, & ſe obligans cum juramento, & pœna ſe curaturum cum effectu, quod uxor ſua de evictione obligetur, ſi uxor non vult, ad quid maritus teneatur?

SUMMARIUM.

1 *Obligatio alieni facti an teneat.*
2 *Maritus vendens rem, obligans ſe cum juramento, & pœna, curaturum, & facturum, quòd uxor ſua obligetur de evictione, ſi uxor non vult ſe obligare, & maritus fecit quidquid potuit, ad quid teneatur.*
3 *Maritus non tenetur de perjurio ſi fecit, quidquid potuit ut uxorem adduceret ad ſe obligandum.*
4 *Nec tenetur ad pœnam.*
5 *Difficultas excuſat à pœna.*
6 *Et an maritus teneatur ad intereſſe.*
7 *In obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe poſt moram.*
8 *Proponitur opinio certa.*
9 *Intereſſe dicitur pœna legalis.*
10 *In obligationibus facti difficultas excuſat à mora.*
11 *Explicatur text. in* l. cum ſtipulatus ſim, §. fin. ff. de verborum obligat.
12 *Quid importent verba,* ſe facturum, & curaturum, *ex ſententia* Abbatis.
13 *Refertur opinio* Franciſci Aretini.
14 *Refertur ſententia* Abbatis.
15 *Explicatur text. in* l. qui autem, §. ſed ſi quis, ff. de conſtituta pecunia.
16 *Difficultas, quæ inerat tempore obligationis, non excuſat, & num. 17. & ſeqq.*

1 IN primis neceſſariò præmittitur, an facti alieni promiſſio valeat? & aliqui citandi Authores faciunt diſtinctionem inter jus commune, & jus Partitarum, & novum jus Regium: & incipiendo à jure civili, dicitur quòd facti alieni promiſſio minimè valet, tex. in §. *alteri, Inſtitut. de inutilibus ſtipulat.* & de jure Partitarum extat *l. 11. tit. 11. par. 5.* Si tamen quis promittat ſe facturum, & curaturum, ut tertius id exequatur, valet promiſſio, quia eſt facti proprii: ſi verò non exprimeret ſe curaturum, ſed abſolutè promitteret factum alienum, non ſubintelligitur ſe facturum, & curaturum, & ideò talis promiſſio facti alieni minimè valeret, *l. ſtipulatio iſta, §. habere, & §. ſed ſi quis, ff. de verb. obligat.* Abb. *in cap. ex literis, de ſponſalib. n.* 2. ubi Alex. de Nevo *n.* 12. Covarr. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib. 6. 2. par. §. 5. numero* 1. Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 10. n. 23.* Greg. Lop. *in d. l. 11.* verb. (*qua procurare.*) Gutierr. *de juramen. cap. 44. n. 1. par. 1.* Gamma *deciſ. 32. n. 2.* Matienc. *in l. 2. tit. 16. gloſ. 6. n. 3. lib. 5. Recopil.* ubi Azeved. *n.* 2. Thomas Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp.* 24. Cevall. *tom. 3. comm quæſt.* 846. de jure tamen Regio, attenta *d. l. 2. tit. 16. lib. 5.* valet promiſſio facti alieni, ut adſtringatur promittens ſe facturum & curaturum, ut alius efficiat: ſic docent Greg. Lop. Gutier. Azeved. Matien. *ſuprà* allegati, & Olanus *in concordia juris, lit. O. n. 9.* & ita concludit communiter Cevallus *ſup. num.* 14. Bertazol. *de clauſulis, clauſ. 4. gloſ. 6.* Petrus Surd. *conſ. 3. à num. 1. & num.* 5. De Cameralis 38. *per Sylveſt. Zachiam recollect.*

2 Quo ſuppoſito in facti contingentia obvênit, quòd maritus dum venderet fundum ſe obligavit cum juramento, & pœna, curaturum cum effectu, quòd uxor ſua haberet ratam venditionem, & ea ſe obligaret de evictione fundi venditi: evenit quòd maritus fecit quidquid potuit rogando, & adſtringendo uxorem ſuam, ut de evictione obligaretur, uſque ad minas; tandem uxor tenuit, & noluit ſe obligare; & ſic jam per maritum non ſtetit: ad quid igitur maritus tenebitur?
Et primò concludendum breviter, quòd maritus non 3
tenetur de perjurio, Gloſ. fin. *in cap. ex reſcripto, de jurejurando,* ubi clarè dicitur, quòd ſi is, qui promittit factum alienum cum juramento, fecit quidquid potuit, non eſt perjurus; ad idem eſt text. in *cap. brevi, & in cap. ego enim, & in cap. querelam,* ubi Abb. & Felin. *de jurejurando,* ubi habetur, quòd difficultas excuſat quem à perjurio: nam Deus animum jurantis ſolùm reſpicit: *c. ſi quid inveniſti, 14. q. 5.* & ſola difficultas adimplendi inſpicitur in juramento, *cap. Beatus, 22. quæſt. 2.* Quia ergo maritus fecit quidquid potuit cum uxore, & illa noluit ſe obligare, non eſt perjurus, quia etiam excuſatur propter difficultatem facti, ut notant *Bar.* & communiter DD. in *l. quod te, ff. ſi certum petat.* & Gloſ. *in cap. ubi, 30. quæſt. 1.* Oſaſchus *deciſ. 92. numero* 10.

Secundò nec tenetur maritus ad pœnam, ita ſe habet communis opinio, quam tenet Bart. *conſ. 236. per l.* 4
ſi vehenda, § penult. ff. ad l. Rhod. de jactu, l. 2. ff. ſi quis caut. Abb. *in cap. ſignificantibus. de offic. delegat. & in c. gemma, de ſponſ.* Butr. *in cap. ex literis. de ſpõſalib.* Afflict. *deciſ.* 292. Franciſc. de Aretin. *in l. ita ſtipulatus, §. poſſum, ff. d. verb. obligat.* ubi dicit, quòd iſta eſt communis opinio, & ſervatur in praxi: & quòd difficultas excuſet à
pœna, tenet Bal. *in l. ſi pater, C. de collat.* Imola *in l. Titia,* 5
ff. de verb. oblig. Socin. *conſ. 3. lib. 1.* Federic. de Senis *conſ.* 117. & eſt veriſſima omnium concluſio maximè in obligationibus facti, ut notant Bart. Alex. & omnes *in d. l. quod te, & in l. continuus, §. illud, ff. verb. obligat.*
Tertiò, quia maritus tenetur ad intereſſe ex *l. qui au-* 6
tem, §. ſed ſi quis, ff. de conſtitut. pecun. ubi promiſi dare Titium in fidejuſſorem meum, & Titius non vult fidejubere, teneor ad intereſſe non obſtante quòd promiſi factum alienum, vel teneor præſtare alium fidejuſſorem æquè idoneum: ita videtur dicendum, quòd ſi illa mulier non vult ſe obligare, teneatur promittens ad in-
tereſſe, per regulam vulgatam, quòd in obligationibus 7
facti poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe, *l. ſtipulationes non dividuntur, verſ.* (Celſus.) *ff. de verb. oblig. l. ſi quis ab alia, §. fin. ff. de re jud.*
Sed præmiſſis non obſtantibus, putarem quòd in 8
contrarium ſit veritas, ſcilicèt, quòd maritus ad intereſſe minimè teneatur, ſi fecit ſuum conatum: & moveor primò, quia non poteſt recta ratio aſſignari inter pœnam, & intereſſe: nam intereſſe dicitur pœna
legalis, ut notat Ang. Alex. in 3. *col. in l. inſulam,* 9
ff. de verb. oblig. ſed dictum fuit, maritum non teneri ad pœnam: ergo eadem ratione minimè debebit teneri ad intereſſe: & ſic ad pœnam legalem: Afflict. *deciſ. 102. ſub num. 10. & deciſ.* 295. ubi Grammat. Pariſius *conſ. 110. lib. 1. n. 26.* Franch. *deciſ.* 624. Grammat. *deciſ. 202. ſub num.* 110. Thoro *in compendio dec. verb.* (promittens,) *& verb.* (vir.)
Secundò moveor, quia in obligationibus facti diffi- 10
cultas excuſat quem à mora, adeo quòd quandiù durat difficultas, numquã cenſeatur quis eſſe in mora, Gl. communiter approbata in *l. quod te. verb.* (in poteſtate) *in fin. ff. ſi cert. pet.* & *ibi* Bar. & Alex. & Doct. nam talis difficultas impedit moram cõmitti: Bar. *in d. l. continuus, §. illud in fin. per l. 1. §. ſi frater, ff. de coll. bon.* Ex quo ſequitur inevitabilis conſequentia: nam omnia jura, quæ dicunt obligatum ad factum, teneri ad intereſſe, loquuntur poſt moram commiſſam, ut in *d. l. ſtipulationes non dividuntur,* & *ibi* Bar. *q. 5. & in d. l. ſi quis alio, §. final.* Sed dictus maritus, qui fecit ſuum conatum, non fuit in mora propter difficultatem, propter quam non committitur pœna: ergo etiam intereſſe committi non debet; tenet Covarr. *in d. cap. quamvis pactum, 2. par. §. 5. num.* 2. Dec. Cameralis 38. *numero* 7

11 Tertiò ad hoc pondero text. in *l. eum ſtipulatus ſim*, *§. fin. ff. de verb. oblig.* ubi ille, qui promiſit fidejuſſores præſtare, tenetur ad intereſſe, ſi fuit in mora; ubi hoc expreſsè dicitur: Ergo à contrario ſenſu, ſi non fuit in mora, non tenetur ad intereſſe. Et ita etiam probatur in *l. ſi fundum, eod. tit.* ſed dictus maritus non fuit in mora, cum ab ea excuſetur propter difficultatem: ergo etiam ad intereſſe non tenetur.

12 Quartò etiam moveor, per id quod dicit Abb. *in d. cap. ex reſcripto*, *col. fin. in fin.* quòd ille qui promittit factum alienum, tenetur ſolùm curare, & præſtare illam operam, quam poſſit, & ſic ad aliud non teneatur; ſed dictus maritus fecit omnem ſuam operam, & conatum, ideòque ad unguem adimplevit quod promiſit, ita ut ad aliud non teneatur. Nec obſtat ſi diceretur, quòd imò promiſit factum proprium, ſcilicet, ſe curaturum *cum effectu*, notant Alex. & Doct. *in l. ſtipulatio iſta, in princ. ff. de verb. obligat.* quia ad hoc reſpondetur in ſequenti.

13 Quintò adduco Franciſc. Aretin. *in conſil. 142. col. 4. verſ.* [*nec credo,*] ubi dicit, quòd licèt promittens factum alienum obliget ſe facturum, & curaturum *cum effectu*: tamen iſta verba non important aliud, niſi quòd ſimpliciter, & bona fide, & ſine fraude curabit faciendo omnem ſuam diligentiam, ut factum promiſſum executioni mandetur, non tamen obligant ad impoſſibile; quod idem retulit Petrus Surdus *conſ. 3. num. 2.* Dec. Cameralis 38. *num. 2.*

14 Sextò adducitur dictum Abbatis *in cap. gemma, circa finem, de ſponſalibus*, ubi dicit, quòd quando quis ſe obligat curaturum, & facturum quòd aliquis conſentiat matrimonio, ut ſuprà dixerat, ſi fecit quidquid potuit, & ille non vult conſentire, non tenetur ad pœnam. Deinde quærit *in fin.* an teneatur ſaltem ad pœnam, vel intereſſe, ſi promiſſio illius facti fuerit facta per ſtipulationem? & concludit de mente *Jacob. de Aret. & Cyn.* quòd non, niſi dolo verſatus fuerit: & ita dicit communiter Maranta *diſput. 7. num. 17.*

15 Septimò allegatur Franciſ. Aret. *in d. l. ſi ſtipulatus, §. paſſum*, ubi ſemper loquitur copulativè, tam de pœna quàm de intereſſe, & ita intelligit Gloſ. in *d. cap. ex reſcripto*, ut loquatur etiam de intereſſe; & deinde *in ſecunda columna*, in verb. *& quia, ut dixi, &c.* refert opinionem ſuam, quam ipſe tenet in puncto juris contra communem, ſcilicet, quòd licèt quis faciat quidquid potuerit; tamen tenetur promittens ad intereſſe: & poſteà immediatè ſubdit hæc verba, *opinio tamen contraria ſequeretur in practica propter authoritatem contradicentium, &c.* Unde, quia loquutus erat de intereſſe, & poſtea dicit ſervandam eſſe in practica contrariam opinionem, ſequitur, quòd etiam ad intereſſe non tenetur promittens ſecundum veram opinionem, quæ in practica ſervatur, ſecundum *decis.* Afflict. 295. & Marantam *diſp. 7. num. 18. & in conſil. 41. num. 10.* quod etiam tenet Greg. Lop. *in l. 11. tit. 11. par. 5. gloſ. 2.*

16 Non obſtat text. in *d. l. qui autem, §. ſed ſi quis. ff. de conſtit. pecunia*, in quo ſe fundant tenentes contrarium. Quia pluribus modis reſponderi poteſt ad illum tex. *Primò*, quia ibi non probatur, quòd promittens fecit omnem ſuum conatum, ut hic dicimus. *Secundò*, quia ibi promiſſum fuit factum alienum continens id, ad quod ipſe promittens erat principaliter obligatus: Unde cum potuiſſet ſe liberare ſolvendo, vel dando æquè idoneum fidejuſſorem, & non fecit, meritò tenetur ad intereſſe: ſed in caſu noſtro fuit facta promiſſio de mero facto alieno, nec poterat alio modo hanc promiſſionem explicare, niſi faciendo quidquid poſſet, ut fecit: & hanc reſponſionem fecit Franc. de Aret. *in d. §. paſſum*, & intelligitur ex mente Bald. *in l. qui autem, §. ſed ſi quis: in lectura antiqua*, ubi facit mentionem de illa difficultate, quando aliquis promiſit extrahere fidejuſſorem de obligatione: nam faciendo quidquid potuit, excuſatur; & eſt de mente Ludov. Rom. *conſ. 510. num. 22.*

Neque obſtat ratio eorum qui tenent contrarium, 17
in quantum dicunt, quod quando difficultas inerat tempore obligationis non excuſat, quia imputatur ei, qui ſe poſuit in difficultate: argumento *cap. ſcienti, de reg. juris, lib. 6. l. ſi fidejuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatisdare cogantur*, Seraph. *de privileg. jurament. privileg. 47. num. 14.* Petrus Surd. *deciſ. 262. n. 15.* Joan. Baptiſta Coſta *de facti ſcient. inſpect. 58. n. 2.* Nam poſito, & conceſſo, quòd iſta ratio urgeret etiam in caſu noſtro; difficultas ſupervenit poſteà, nam tempore obligationis potuit quis cogitare ſe poſſe illum adducere ad faciendum, cujus factum promiſſum eſt, cum nondum ſuam voluntatem ſciviſſet; ſed poſteà faciendo ſuum conatum, ille non vult conſentire; & ſic ſupervenit difficultas, quæ debet excuſare, ſecundum Bart. *in d. l. continuus, n. 6. & 7. & in d. l. quod te, n. 14.* ubi Alex. *n. 9.* & Socin. *n. 30.* Dec. *n. 51. & 52.* Rip. *num. 39. & 40.* Sebaſtianus Medices *in tract. de fortuitis caſibus, par. 1. quæſt. 4.* qui omnes communiter dicunt, quòd is, qui promittit factum alienum, cenſetur promittere tantùm facere omnem diligentiam, pura, & bona fide; & non tenetur ad aliud. Nec me latet *Surdum*, qui in *conſ. n. 3. 5. lib. 1.* ubi tenet, quòd venditor promittens ſe curaturum, & facturum quod alius faciet, obligatur efficaciter *d. §. ſi quis alium, Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* quia tunc factū proprium videtur promittere ſecundum Gloſ. *ibi* in verb. (*effecturum,*) & Gloſ. *in l. quoties quis alium, verb.* (acturum,) *ff. de verb. oblig.* & Angel. *in d. §. ſi quis alium*, Corneus *conſ. 26. col. 2. lib. 1. & conſ. 192. col. penult. eodem lib.* Paul. Pariſ. *conſ. 109. n. 8. & ſequenti. lib. 1.* Ruin. *conſ. 67. n. 1. lib. 4.* Stephanus Bertrandus *conſ. 309. nu. 1. lib. 3. & conſ. 225. n. 2. lib. 4.* Franciſ. Beccius *conſ. 105. n. 5.* Roland. *conſ. 53. n. 11. lib. 1.* & cum his, & aliis ab eo citatis n. 6. concludit, quòd venditor non obſervando tenetur ad intereſſe. Sed quidquid dicat iſte Author, non licet recedere à ſuprà dicta ſententia, cum *Rota Romana*, vel *Camerali deciſ. 38. ſuprà allegata*, ubi extat deciſum, à *num. 1. & 2. & ſequentibus.* eiſdem ex cauſis, quibus ſupra dictam ſententiam retulimus; jam igitur deinceps non erit hæſitandum, cum habeamus deciſionem expreſſam.

QUÆSTIO LX.

An vendens rem in ludo, ſi evincatur, de evictione teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur Authores qui de hac materia diſputarunt.*

2 *Contractus, & promiſſio in ludo prohibito, vel occaſione ludi, non valet.*

3 *Nec contra principalem, nec ejus fidejuſſorem.*

4 *Nec venditio valet, ſi facta ſit colluſori, licèt ſecus ſit facta tertiæ perſonæ.*

5 *Promiſſio de vendendo in ludo, & extra ludum facta, valet.*

6 *Quod eſt intelligendum quando venditio facta extra aleam, ex intervallo poſt receſſum ab ea; fuiſſet facta.*

7 *Quod non procedit, quando ludens fuiſſet minor.*

8 *Quid quando contractus venditionis factus fuiſſet antequam venditor eſſet in alea, & ſedenti in aleâ paratur ſolutio ad manus ludentis.*

9 *Vendens rem ſuam in ludo colluſori, ſive alteri extraneo. non tenetur de evictione.*

10 *An ſi vendens non tenetur de evictione, teneatur ſaltem ad pretii reſtitutionem.*

11 *Explicatur*

Digitized by Google

11 *Explicatur verba* l. partitæ, *ut procedat in ludo prohibito.*
12 *Quod procedit etiam in ludo permiſſo.*
13 *Tranſactio non valet ex cauſa pecuniarum ludo amiſſarum.*
14 *Contractus factus in ludo, vel occaſione ludi, an juramento confirmetur?*
15 *Mutuum factum luſori non valet, & denegatur ejus repetitio.*
16 *Nec etiam valet mutuum factum luſori à colluſore.*
17 *Nec valet mutuum factum minori, ut ludat.*
18 *Etiamſi ſit factum minori ab alio minore.*
19 *Multò magis eſt prohibitum mutuum factum colluſori cum aſara.*
20 *Mutuans pecuniam ludentibus punitur tamquam particeps ludi, cum ludus ſit crimen.*
21 *Et ſecundum aliquos etiam ludi inſpectores puniuntur pæna impoſita ludentibus.*
22 *Promiſſio, & ſponſio de non ludendo, & pæna in caſu, quo quis ludat, valet.*
23 *Si tamen pecunia in ludo non perdatur ab eo, qui illam mutuo recipit, tunc poteſt repeti.*
24 *Quod non procedit in mutuo facto ludenti non à colluſione, ſeu à retinente ludum, ſed à tertia perſona: nam repeti poteſt.*
25 *Licèt contractus, & promiſſio inter colluſores non valent; ſi quis tamen ex intervallo, & extra ludum promittat ſe ſoluturum mutuum, quod accepit, valet promiſſio, & datur repetitio.*
26 *Non attenditur vis, quæ præceſſit, ſed actus voluntarius qui poſt vim ſequitur, approbans actum, in quo vis intervenit.*
27 *Caſus de facto refertur in hac Curia comprobans ſuprà dicta.*
28 *Debitor delegatus ſciens exceptionem ſibi competere, & in acceptatione ceſſionis illam non oppoſuit, ei renunciare videtur.*
29 *Omnis exceptio competens contra principalem debitorem, competit etiam contra ſingularem ſucceſſorem, num. 30. 31. 32. 33.*

1 LUdi, & luſorum, ſive aleatorum, qui idem ſunt, materiam, & tractatum nonnulli Doctores abundè ſcripſerunt, & integrum tractatum deſiderabat materies iſta, ſed tantum in præſenti tractabitur circa ſubjectam materiam evictionis, ſcilicet contractus, & obligationis in ludo: omnes Authores in *tit. ff. & C. de aleatoribus, & alearum uſu, & in l. alearum, C. de Religioſis, & ſumptibus funer.* Baptiſta Caccialupus, Stephanus Coſta, Paris de Puteo *in tract. de ludo, tomo 4.* Troil. Malvet. *in tract. de ſortibus, in 2. par. de ludo taxillorum, ſub tit. de ſortibus,* Boniſac. *in tract. de maleficiis, in rub. de ludo Azardi, & alearum,* plura etiam collegit Angel. & *ibi* Auguſtin. *in tract. de maleſic. in meridore, de mali dadi,* Lancellotus Conradus *de pratore. lib. 1. cap. 9. §. 3. de offic. Prætoris in cauſis criminalib. fol. 419.* Auguſtin. Murla *in emporio juris, in tit. de aleatoribus,* Proſp. Farinac. *tom. 3. criminal. quæſt. 109.* quos omnes tranſcripſit Joannes Vincent. de Anna *ſingulari 108. & ibi* Fabius de Anna, Alphonſus Villagot. *decis. 20. Neapolitana,* Seſſe *deciſ. 144. par. 2.* Alex. Ludovicus *deciſ. 47.* Azevedus *in tit. 7. lib. 8. Recop.* & Didac. Perez *in gloſ. l. 37. tit. 19. lib. 8. Ordinamenti, fol. 385.* Covar. *in regul. peccatum, 2. par. §. 4.* Guttierr. *de juramento, cap. 53. par. 1.* D. Joann. Vela *de pænis delictor. cap. 42.* Parlad. *lib. 2. rer. quotidian. cap. 7.* Julius Clarus, & *ibi* Joan. Baptiſta Bayardus, *lib. 5. §. fin.* verb. (*ludus,*) Menoch. *lib. 2. de arbitr. caſu 3 9. & 400.* Pater Molina *diſp. 510. de juſt. & jure,* Bonacoſa *in commun. opin. criminal.* verb. [*ludus,*] Aſſmin. Tepat. *tom. 2. var. ſent. tit. 539.* Martinus Bonacina *in contractib. de reſtitut. quæſt. 3. de reſtitut. quæ conſurgit ratione ludi,* Pater Molina etiam qu. 521. Cardinalis Tuſchus *tomo 5. lit. L. concluſ. 456.*

Igitur ſit regula communis, quòd contractus, & 2
promiſſio facta in ludo prohibito, vel occaſione ludi, non valet, *l. quibus, in fin. ff. de aleat. & alear. uſu, l. fin. verb.* (*inſtrumenta,*) *C. de Religioſis,* Alber. *in rub. ff. eodem, n. 3.* ubi Odofred. *in l. 1. a. 3. eodem* & *ibi* Bal. & Salyc. Azo *in ſumma, C. de Religioſis,* Paris de Puteo *ſub num. 15. & 21. & 41.* Caccialupus, *num. 34. in traditionibus de ludo, & num. 63. in fin.* Angelus *de maleficiis, ubi ſup. num. 12.* & *ibi* Auguſtin. *poſt num. 14.* Amadæus *de Syndicatu, num. 94.* Franciſc. Aretin. *conſ. 81.* Jacob. Damaud. *in pract. criminal. cap. 126. num. 7.* ubi infert ad omnes contractus venditionis, emptionis, locationis, conductionis, mutui, permutationis, tranſactionis, aut ſimiles quos in luſu præfati DD. volunt eſſe irritos, & nullos, Borgninus Cavalcan. *deciſ. 34. par. 2.* ubi dicit, quòd pacta à ludentibus eodem modo ſint reſolvenda, quo fuerunt inita, quia ex ludo non oritur actio, *l. fin. C. de Religioſis,* Alex. Ludovic. *deciſ. 47. num. 2.* ubi teſtatur fuiſſe judicatum *in Rota,* ibi: Ita omnes contractus, & inſtrumenta ejus occaſione (ſcilicet ludi) celebrata ſunt, & inania. Abb. *in cap. Clerici, el 2. de vita, & honeſtat. Cleric.* Bar. & omnes, in *l. ſi quis cum ſciret, ff. pro emptore,* Cardoſus *in praxi, verb.* (*ludus,*) *num. 5. l. 8. tit. 7. lib. 8. Recop.* & *ibi* Azeved. *num. 14.* Palladorius *d. cap. 7. num. 17.*

Ampliatur primò, ut ſicut non datur actio contra 3
principalem luſorem de eo, quod amiſit in ludo, & non ſolvit, ita nec etiam datur contra ejus fidejuſſorem, & expromiſſorem, ſecundum Caccialup. *n. 35.* Par. de Puteo, *num. 25. in ſuis traditionibus de ludo.*

Ampliatur ſecundò, ut non valeat venditio facta per 4
luſorem colluſori, licèt ſecus ſi ſit facta tertiæ perſonæ, Bar. *in d. l. ſi quis cum ſciret, in fin. num. 2.* & Imol. *num. 9 ff. pro emptore.* Marianus *in cap. inter dilectos, num. 71. de exceſſibus Prælat.* Paris de Puteo *de ludo, n. 34. in 5. & 6. caſu,* Angel. *ubi ſup. n. 12.* Amad. *de Syndicat. n. 94.* Jacob. Damaud. *d. cap. 126. n. 7.*

Quid ſi in alea facta ſit promiſſio de vendendo, & 5
poſteà extra aleam facta ſit venditio? & videtur, quòd valeat, quia principium promiſſionis factæ in alea, purgatur per venditionem factam extra aleam, argument. *l. 2. C. quod met. cauſ. & l. ſi ob turpem, ff. de condict. indeb.* ubi *Bart.* dixit, quod per talem promiſſionem purgatur prima cauſa turpitudinis, & tenet Angel. *l. ſi ventri, §. 1. ff. quar. rer. actio non dat.* Quod videtur declarandum 6
quando venditio ipſa facta extra aleam, fuiſſet facta poſt receſſum ab alea ex intervallo; ſecus verò ſi immediatè, quia tunc videtur fieri in fraudem, *l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de privilegiis credit.* ubi Gloſſa, *verb.* (*benignè,*) *in fin.* Hippol. *conſ. 3. & in l. ſtatuliberi, ff. de quæſtionibus, à num. 11.* Hieronym. Magon. *deciſ. 76. num. 12. & 13.* Vincent. Carr. *2. deciſ. 1. num 15. ſecunda conjectura:* Matienç. *in l. 7. tit. 16. gloſ. 5. num. 9. lib. 5. Recopilat.* notatur per Bar. *in l. poſt contractum, ff. de donat.*

Quod etiam limitatur, ut non habeat locum, ſi lu- 7
dens fuiſſet minor, quia qua ratione non habet adminiſtrationem rerum ſuarum ludendo, non habet etiam adimplendo promiſſionem; per *l. quod ſi minor, §. reſtitutio,* ubi Gloſ. *ff. de minorib.* Farinac. *tom. 3. quæſt. 109. num. 208.* qui hoc indeciſum relinquit.

Quid verò, quando contractus venditionis fuit fa- 8
ctus antequam fuiſſet in alea, & ſedenti in alea paratur ſolutio? ſicut mihi contingit in proceſſu, quem in manibus habeo, contra hæredes Comitis de la Mejorada reo, ex una parte: & ex alia erat quidam Janſeniſ, qui emit lectum Indiarum à quodam amico, ipſeque illum vendidit dicto Comiti pro pretio ducentorum Regalium (*de a ocho*) ſolvendo ad manus in ludo à dicto Comite, quo mortuo inſolvente, ab ejus hæredibus

p tut dictus Januenſis, ut illi ſolveretur pretium dicti lecti. Hæredes replicabant, quòd cum dicta ſolutio fuiſſet deſtinatata ad manus in ludo, non tenebantur illud pretium ſolvere, duabus rationibus. Prima, quia ſolutio fuit parata ad manus in ludo, quæ eſt prohibita, & nulla, ut diximus de contractibus in ludo factis. Secunda, quia probata fuit per hæredes conſuetudo inter ludentes quòd ſolutio ad manus in ludo deſtinata, non debetur,
9 ſi debitor luſor non ſolvit. Et conſuetudo, quæ permittit ludum, & reſtitutionem prohibet, vel permittit retentionem, excuſat, Joan. Andr. *in d. cap. Clerici, & in d. c. inter dilectos*, & *ibi* Joan. Calderinus dicunt valere conſuetudinem inter ludentes, Imola *in d. l. ſi quis cum ſeires. ff. pro emptore*, Bald. *in rubric. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & S. Thom. 2.2. *q.*32. dicunt, quòd conſuetudo excuſat à pœna, & à reſtitutione.

His tamen minimè refragantibus contrarium defendit, quia dictus contractus emptionis fuit factus extra ludum, & ſic valuit, licèt in alea parata fuerit ſolutio & contigit liberatio, ut per Angelum *in l. ſi quis cum ſeiret, ff. de uſucapione pro emptore*, Pariſ. de Puteo *de ludo, num.*23. & Caccialup. *eodem, num.* 35. per Gloſ. *in d. §. reſtitutio*, *in fin.* Motus etiam fui ea æquitate, *l. ſi me, & Titium, ff. ſi certum petatur*, ubi datur contra eum, qui rem meam debitam detinet, ut mihi reſtituat, ne cum jactura aliena quis locupletetur, *l. nam hoc natura, ff de condict. indebiti*, copioſè Coſta *de remediis, remed.*12. à *n.*1.

10 Ampliatur tertiò principalis quæſtio, ut vendens rem ſuam in ludo, de evictione non teneatur, ſive venditio fiat colluſori, ſive alteri extraneo, *l.* 36. *tit.* 5. *par.* 5. verſ. [*Otroſi dezimos, que ſi alguno jugaſſe ù tablas,*] & *ibi* Greg. *gloſ.* 11. *l.*2. §. 1. *quar. rer. actio non dat.* Gloſ. *in cap. Clerici, el* 2. *verb.* [aleas) *de vitu, & honeſt. cleric.* Odofred. *in l.*1. *n.*3. *ff. de aleæ uſu, & aleat.* Bar. *in d. l. ſi quis cum ſeiret*, ubi Imol. *ff. de uſucap. pro empt.* Azo *in ſum. C. de Religioſ. num.* 27. Marian. *in cap. inter dilectos. de exceſſibus prælat.* Boniſac. de Vitalinis *in praxi crimin. tit. de ludo Azardi. num.*8. Paris de Puteo *de ludo*, *num.* 17. & *ſub num.* 19. Caccialupus *num.* 34. *in* 5. & 6. *caſu*, Angelus *ubi ſup. num.* 12. & *ibi* Auguſtin. *poſt n.* 14. Damauderius *d. cap.* 126. *n.*7. Amadæus *de Syndicatu, n.*94. Sylveſter *in ſum. in verb.* (ludus.) *num.*9. Joannes Boniſac. *de furtis*, §. 10. *n.* 90. Quamvis contrarium tenuerit Stephanus Coſta *in tract. de ludo, art.* 6. *num.* 4. quòd luſor venditor teneatur de evictione, quando vendidit alteri, quàm colluſori, argument. *l. fin. ff. quar. rer. action. non dat.*

11 Quid ſi vendens non teneatur de evictione, an ſaltem teneatur ad pretii reſtitutionem? *d. l. partit.* 36. negativè decidit, quòd non teneatur ad reſtitutionem pretii, ibi: (*Non ſeriu tenudo el vencedor de amparar aquella coſa, nin tornarle el precio.*) Quod ſequutus fuit Paris de Puteo *de ludo*, *num.* 24. & ſunt intelligenda verba *d. l. partitæ, & d. Doctorum de ludo prohibito*, ut rectè animadvertit Auguſtin. ad Angel. *in verb.* (Metidore de mali dadi,) *num.* 14. ubi dicit, ibi. Et ponderat, quod *Angelus* ibi vult, quòd nec vendens teneatur ex empto ad reſtitutionem pretii illi emptori colluſori, à quo res evicta eſt; quia dicit, quòd ille, qui perdidit pretium, non eſt factus locupletior, ſcilicet, ipſe venditor: voluit ergo *Angel.* ibi, ſecus eſſe, ſi venditor non perdidiſſet pretium, quia licèt de evictione non teneatur, tamen ad reſtitutionem pretii adſtringeretur, per *l. ex empto, §. fin. ff. de action. empti*; quem ſequutus eſt Caccialup. *ubi ſuprà, num.* 37. Quod etiam procedit in
12 ludo permiſſo, quòd vendens teneatur de evictione, etiamſi vendatur res magno pretio, præſuppoſita conſuetudine, quod in ludo permiſſo poſſit ludi magna quantitas ut ex *Auguſtino* refert Farinac. *ubi ſup. numero* 211.

13 Ampliatur quartò, ut non valeat tranſactio ex cauſa pecuniarum in ludo amiſſarum, in qua aliquid datur, vel promittitur, & id, quod datum eſt, poteſt peti, Hoſtienſ. & *in d. cap. Clerici, num.*8. & *ibi* Joan. Andr. *n.* 13. Imol. *num.*16. Card. Zabarel. *num.* 11. Abbas *num.* 16. & ita communiter tenetur, Paris de Puteo *de ludo*, *num.*34. Stephanus Coſta *eodem, art.* 5. *num.* 1. & *ſeqq.* & de communi teſtantur Summa Armill. *in verb.* (ludus) *num.*10. Sylveſtrina *in eodem verb. num.*9. Julius Clarus *in pract. crimin. verb.* [ludus,] *verſ. fin.* Boniſac. *de furtis*, §.10. *num.*89. Vivius *opin.*470.

Ampliatur quintò, ut tunc contractus factus in ludo 14
vel occaſione ludi, nec juramento confirmetur: Paris de Puteo, *ubi ſuprà, num.*15. *in fine*, cogitandum reliquit. Sed hodie attenta lege 8. *tit.* 7. *lib.* 8. *Recopilat.* quæ annullat contractus, & obligationes, an ludens ad creditum, & promittens cum juramento ſolvere quod perdiderit, teneatur illud ſolvere; In quo tenent multi Authores citandi, omnino teneri hanc ratione juramenti implere promiſſa; Joan. de Medina *de reſtit. cap. de rebus reſtituend. quæſt.* 22. *col.*14. *in fin.* Navarr. *in manuali*, *cap.* 9. *n.* 15. *in fin.* ubi tenent, hujuſmodi juramentum valere, & jurantem peccare mortaliter, ſi non ſolvat quod perdidit, & anteà promiſit ſolvere cum juramento. Soto *lib.* 4. *de juſt. & jure*, *art.*2. *quæſt.*5. dicit, quod tenetur ſtare juramento, niſi tanta eſſet bonorum jactura, ut poſſit diſpenſationem petere; & licèt ſupra dicti Doctores non loquantur ſtante *d. l. Regia*, idem tenendum eſt ea ſtante: Quia licèt improbet, & annullet inſtrumenta, & obligationes in contrarium facta, & præcipiat, ut judices illas non exequantur, nec condemnent ſic obligatos: hoc habet locum, quando non intervenit juramentū ſuper hujuſmodi oblationibus, quia ſi in illis interveniat, illud omnino eſt ſervandum, cum non vergat in diſpendium ſalutis æternæ: & confirmatur ea *Auth. Sacramenta puberum, C. ſi adverſus vendit.* cum ſimilibus, ubi confirmat actum, & contractum alias à lege civili improbatum, & invalidum, ut tenent Navarr. *in cap.* 28. *in addit. ad cap.*19. *num.*15. *instructor. negotiant. lib.* 2. *cap.* 22. *verſ.* (ſic igitur,) *fol.* 386. Corduba, *quæſt.*42. verſ. (*ſecunda concluſio*) Joan. Guttier. *de juram. cap.*53. à *n.*6. *par.*1.

Ampliatur ſextò, ut nec valeat mutuum factum lu- 15
ſori, & denegetur actio mutuanti pro illius repetitione, quando is qui mutuavit erat ille, domicilium tenebat, quem jura aleatorem, ſuſceptoremque nuncupant, ſecundum Glo. in *l.*1. §. *quod autem*, verbo (*ſimpliciter*,) & in *l. fin.* §. 1. *in verb.* [acceperit,] *ff. de alea uſu, & aleat.* Odofred. *in d. l.* 1. *n.*3. ubi ampliat ſive is cui mutuatur, mutuam pecuniam amittat, ſive etiam vindicat, ut in *d. l. fin.* §. *ſervus*, verb. (*pecuniam*,) ubi Salycet. *n.*6. & *in l. fin. C. de Religioſ.* & *ibi* Additio, *lit. D.* Imol. *d. in l. ſi quis cum ſeiret*, *n.* 3. & *in d. cap. Clerici*, *n.* 16. Additio ad Abbatem *in d. cap. Clerici*, *n.*15. *lit. E.* Azo *in ſum. C. de Religioſ. n.*28, Caccialup. *n.*33. Paris de Puteo *n.* 15. Stephan. Coſta *art.* 6. *n.* 1. *de ludo*, Capra *conſ.* 86. ubi ampliat, etiam quod retinens domi ſuæ ludum, eſſet perſona vilis, & non lucri cauſa ludum teneret, Angel. & *ibi* Auguſtin. *n.* 15. *ubi ſuprà*, Amadæus *de Syndicatu, n.*90. Damaud. *cap.*126. *poſt*, *n.*11. Vivius *opin.*470. *n.*2.

Ampliatur ſeptimò, ut non valeat mutuum factum 16
luſori à colluſore, gloſ. *in d. l.* 1. §. *quod autem*, in verb. (*ſimpliciter*,) Vivius *d. opin.*470. *n.*4. idem tenent Authores ſuprà citati.

Ampliatur octavò, ut multò minus valeat mutuum 17
factum minori, ut ludat: nam quòd illud repeti non poſſit, ſcripſerunt Addentes ad Salycet. *in d. l. fin.* cum Imol. & aliis nuper citatis tenet Franciſc. Aretin. *conſil.* 81. Viſa conſultatione, *per totum*, ubi conſuluit non poſſe repeti mutuum factum minori, qui ex eo ſolvit pecuniam amiſſam in ludo, ſive mutuum fuerit factum in actu ludi, ſive extra ludum, ſive ante ludum, ſive

poſt

poſt, & quomodocumque mutuata fuerit, abſque alia probatione læſionis, minor reſtituendus erit, niſi mutuans evidenter probet, quod minor illam in alium uſum, quàm in ludum expenderit, ut etiam notat Farinac. *d. quæſt.* 190. *num.* 217.

18 Procedit etiam hæc ampliatio quamvis iſtud mutuum fiat minori ab alio minore, ſecundum Puteum, *num.* 16. Caccialup. *num.* 64. Angel. *ubi ſupr. n.* 14. Amadeum *d. num.* 94. Summ. Angelic. *in verb.* [ludus] *in fin.* Sylveſtr. *eadem num.* 9.

19 Ampliatur nonò, ut multo magis ſit prohibitum & invalidum mutuum factum luſori cum uſura, in tantum; quòd nec contraria valeat, text. in *cap. inter dilectos,* ubi Gloſ. *verb.* (uſura) *de exceſſibus Prælat.* unde ponit exemplum in mutuante undecim denarios pro duodecim, ubi Cardinalis Zabarella *ante num.* 1. ex illo textu notat uſurarium dici, qui mutuat in ludo pro lucro: Hoſtienſ. *in ſumm. de exceſſib. Prælat. num.* 4. §. *clerici autem.* Paris de Puteo *d. loco, num.* 17. ubi idem in mutuante in ludo cauſa percipiendi aliquod lucrum, ſeu commodum, Caccialup. *ead. n.* 17.

20 Ampliatur decimò, quia mutuans pecuniam ludentibus punitur tamquam particeps ludi, & delicti: Boniſac. de Vitalin. *de ludo, num.* 15. cum ludus appelletur crimen, ut eſt text. *in proœmio, ff.* §. *illud*, ubi Bart. Auguſtin. ad Angel. *num.* 7. Maſcard. *tomo* 2. *de probat. concluſ.* 997. *numero* 2. Cumque mutuans pecuniam ad ludendum ſit particeps in ludo, & delicto, & agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur, *cap.* 1. *de offic. deleg. l. ſi quemquam*, *C. de Epiſcop. & Cleric.* in *fin.* ubi Gloſ. ita Boniſac. de Vitalinis *de ludo, n.* 15. Vivius *opinione* 468. *num.* 1. Farinac. *d. quæſt.* 109. *num.* 56. & ideo ludenti mutuans tamquam cooperans delicto punitur, licèt nunquam audiverim in practica ſervari.

21 Ampliatur undecimò, ut laicis, & Clericis non ſolum ludere, ſed in ludo præſentes eſſe, & inſpicere prohibeatur, parique pœna puniendos eſſe inſpectores, & luſores, probat tex. *in l. fin.* §. *commodis. C. de Religioſis, & ſumptib. fun. Auth. interdicimus,* & *ibi* Bald. *C. de Epiſcop. & Clericis,* & *ibi* etiam Gloſ. & in *cap. Clerici, el* 2. *de vit. & honeſtat. Cleric. cap. Epiſcopus*, 35. *diſtinct.* Joan. Andr. *in cap. Clerici*, *num.* 3. Butr. *num.* 12. Bal. *in ſummario*, & Abb. *num.* 4. Boniſac. de Vitalinis *de ludo, num.* 15. Puteus *num.* 44. Caccialup. *num.* 9. & 32. Coſta *num.* 25. & 35. & 36. *de ludo.* Bernard. Diaz *in pract. criminal. Canonica*, *cap.* 70. *num.* 5. Vivius *opin.* 468. à *num.* 6.

22 Limitatur primò, ut non procedat in promiſſione, & ſponſione de non ludendo, & in caſu quo quis ſudat promittitur ſolutio alicujus pecuniæ; talis enim ſponſio, & promiſſio valet, ut voluerunt Bart. *in l. ex ea parte,* §. 1. *de verbor. obligat.* & Jaſ. *num.* 8. Puteus *de ludo, num.* 65. *pract.* Conrad. *de luſorib. n.* 3. *in fin.*

23 Limitatur ſecundò, quando mutua pecunia non perditur ab eo, qui illam mutuo recepit, quia tunc poteſt repeti mutuum à mutuante; per regulam quòd quia locupletari non debet cum jactura aliena; quam refert Capra *conſ.* 86. *num.* 62. & Puteus *ubi ſup. ſub n.* 16.

24 Limitatur tertiò, in mutuo facto à ludente, non à colluſore, ſeu retinente ludum, ſed à tertia perſona, quia repeti poteſt, *Gloſ. in l.* 1. §. *quod autem, in verb.* (ſimpliciter,) *ff. de aleæ uſu, & aleator.* & *in l. fin.* §. *ſervus verb.* [acceperit,] *ead.* Alberic. *in d.* §. *quod autem, num.* 5. Odofredus *in d.* §. *ſervus*, verb. (*pecuniam*,) Salycet. *in d. l. fin. num.* 6. & *ibi* Addit. *lit. D.* Imol. *in l. ſi quis cum ſciret, num.* 3. & 4. *ff. pro emptore.* Azo *num.* 27. Puteus *num.* 15. & 17. Caccialup. *num.* 33. Coſta *ſupra* relatus, Capra *conſ.* 86. *num.* 64. Vivius *opin.* 470. *num.* 1. ubi teſtantur de conſuetudine, & affirmant conſuetudinem valere, Julius Clarus *in d.* §. *ludus, num.* 8. Covarr. *in regul. peccatum,* 2. *par.* §. 4. *num.* 3. Boniſac. *de furt. num.* 83.

Ad principalem quæſtionē additur una admirabilis li- 25 mitatio, ſcilicet, quando pecunia mutuaretur etiam in caſu, in quo non datur repetitio, quia inter colluſores eſt mutuata. Tamen ſi poſteà, & ex intervallo ille, qui accepit pecuniam reſtituendam, promittat, ſe illam ſoluturum, per ſtipulationem, vel per juſſum Judicis, confiteatur ſe illius pecuniæ eſſe debitorem, tunc poteſt illa pecunia repeti, ut mirabiliter decidit Albert. Galeotus *in l. ſolent,* §. 1. *ff. de aleat.* quod magnificat Joan. Andr. *in addit. ad Speculat. in rubr. de obligat. & ſolut.* quia ſtipulatio tenet, *l. generaliter, ff. de verborum obligat:* quia jam per ſtipulationem, & confeſſionem, ſublata eſt prima cauſa turpitudinis, *l.* 2. *C. quod metus cauſa, l. penult. ff. de condict. ob turp. cauſam,* Auguſtin. ad Angel. *ubi ſuprà, num.* 26. & tradunt multi *in d. l.* 2. *l.* 49. *tit.* 5. *par.* 5. *gloſ.* 2. Afflict. *deciſ.* 336. & *ibi* omnes Additionatores, Joan. Gratian. *regula* 429. Bernard. Diaz *regula* 462. ubi Salcedo, Baltaſar Mogollon. *in tract. de his, quæ vi, metuſve cauſ. fiunt, cap.* 26 12. *num.* 16. ubi dicit, quod non attenditur vis, quæ præceſſit, quando poſt vim ſequitur actus voluntarius approbans actum, in quo vis non intervenit, quod notari debet ad generale dictum Bartol. in *l. Cæſar. numero* 9. *ff. de publicanis, & vectigalib.* Joan. Aloyſio, Riccio, *collectan.* 878. *par.* 4. quia per ſpontaneam promiſſionem ſublata eſt prima cauſa turpitudinis, ut innuit text. in *d. l. penult. ff. de condict. ob turp. cauſ.*

Non abſimilis fuit caſus, qui mihi, & Doctiſſimo 27 Doctori *Ludovico Caſanate* meritiſſimo Advocato hujus ingentis Curiæ contigit defendendus *die* 14. *Mart. anno* 1619. pro Antonio de Caſtro, & Contreras, contra Alphonſum Sanctium Barbitonſorem ceſſionarium domini Joannis à Gabiria, qui dictus dominus Joannes à Gabiria lucratus fuerat quatuordecim mille argenteos in ludo à dicto Antonino de Caſtro, eo inſolvente, per inſtrumentum publicum dictus victus ſe obligavit ſoluturum dictam quantitatem in certum diem dicto Vincenti, ceſſitque dictum inſtrumentum dominus Joannes à Gabiria dicto Barbitonſori, ſumenſque inſtrumentum ceſſionarius requiſivit cum dicto Antonio de Caſtro, ne ſolveret alteri, quàm ipſi, & debitor acceptavit ſolvere, & non ſenuit: fuit dictum inſtrumentum præſentatum coram Domino Sanctio-Flores Melon olim judice meritiſſimo Provinciæ per dictum ceſſionarium contra dictum debitorem; petiitque mandatum executionis, & fuit datum, & executum, citato reo ad diem addictionis, oppoſitionem fecit dicendo, quòd dictum debitum proceſſerat ex ludo, & ejus obligatio non ſubſiſtebat, & erat nulla, & irrita, & non merebatur executionem, ex *l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 8. *Recopilat.* quæ annullat, & irritat contractus, & obligationes cauſa ludi factas, & allegavimus plura dicta *ſuprà num.* 14. Cui replicatum fuit per doctiſſimum Licentiatum Joannem de Mena Advocatum, quòd etſi vera eſſet iſta impugnatio, jam erat ſublata prima cauſa obligationis ex cauſa ludi factæ, cum ipſe Antonius de Caſtro debitor ſpontè acceptavit eam obligationem ſolvere poſt ludum, & ex magno intervallo dicto ceſſionario, & non oppoſuit dictam exceptionem, ſcilicet, fuiſſe factum inſtrumentum ex cauſa ludi, & viſus fuerat tali exceptioni renunciaſſe, ſi aliqua competebat, ex *l. ſi quis delegaverit, ff. de novationibus*, ubi debitor delegatus ſciens ſibi exce- 28 ptionem competere, & non opponit, eam videtur remittere, ubi Bart. Dyn. Caſtrenſis, *num.* 4. & *l.* 19. *tit.* 14. *par.* 5. ubi Gregor. *gloſſa* 4. Joannes Guttier. *de juramento, par.* 1. *cap.* 15. *num.* 30. Bartholom. Bertazolus, *clauſula* 33. *gloſſa* 14. *num.* 2. per textum *in l. doli* 19. *ff. de novation.* Anton. Theſaur. *deciſ.* 221. & fuit data ſententia addictionis [vulgò *de remate*] & confirmata in Supremo Tribunali, quia patiendo ſe dele-

delegari, & acceptando ex intervallo, viſus fuit dictus debitor renunciaſſe exceptioni obligationis ex ludi cauſa factæ, quod ſecus fuiſſet, ſi non acceptaſſet, & oppoſuiſſet contra tale inſtrumentum, ex ludi cauſa factum, quia hujuſmodi exceptio competebat debitori, tam
29 contra principalem, quàm adverſus ſingularem ſucceſſorem, ex *d. l. doli*, Dyn. *in cap. is, qui* 46. *de regulis juris*, *lib.* 6. ubi Additio, & idem in *l. ejus*, *num.* 2. Bald. & Salycet. *num.* 2. Angel. *ad fin. C. de compenſat.* Alex. *conſ.* 54. ubi Additio *ad fin. lib.* 2. Guido Pap. *ſingulari* 564. *&* 834. *& deciſ.* 567. Stephanus Gratianus *tomo* 2. *diſceptat. forenſi* 356. *à num.* 1. *& ſeqq.* Alex. Ludoviſius *deciſ.* 47. *num.* 4. *& num.* 5. Jacob. Cancer. *tomo* 2. *var. cap.* 6. *num.* 63. Gaſpar Antonius Theſaur. *lib.* 3. *quæſt. forenſi* 181. Gratianus *tomo* 4. *diſcept.* 701. *num.* 14. *&* 15. Petrus Surdus *conſ.* 205. *num.* 4. *& conſ.* 280. *num.* 14. *lib.* 2. *& conſ.* 333. *num.* 16. *lib.* 3. Prout regulare eſt, ut exceptio, quæ obeſt
30 authori, noceat etiam ſucceſſori, *l. apud Celſum*, *§. de authoris*, *ff. de doli mali*, *& met. except.* Socinus *conſ.* 13. *num.* 5. *lib.* 3. Tiraq. *de retract. conſang.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 128. Carolus de Graſſis *de exceptionibus*, *except.* 16. *num.* 29. Salycet. *in l. qui ſtipendia*, *col.* 1. *in fine*, *C. de procurat.* qui teſtatur de communi opin. Brunor. à Sole *in compendio reſolut. propeſit. juris*, in verbo, (*ceſſionario agenti*,) ubi more ſuo alios congerit, Thom. Doctius *conſ.* 87. *num.* 14. Port. *conſ.* 47. *num.* 7. Cæſar Urſilius ad Afflict. *deciſ.* 74. *num.* 7. Intrigliolus *conſil.* 8. *num.* 9. Surd. *conſ.* 82. *num.* 19. *lib.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 31. *à n.* 3.

31 Unum notandum convenit, de mutuo facto ſervo, ut ludat, non à luſore, ſed à Tertio, quod repetatur à domino, quatenus in ejuſdem ſervi peculio mutuata pecunia reperiatur, & ſic quatenus ex eo facto fuerit locupletior, & non aliter; ut probat text. in *l. final.* §. 1. verſ. [*item ſi ſervus*,] & *ibi* Gloſ. *in verb.* (acceperit,) *& in verb.* (cogendus) *ff. de alea uſu, & aleat.* Alberic. *in d. §. item ſi ſervus*, ubi amplius dixit, quòd dicto caſu dominus tenetur quatenus eſt in peculio ſervi, etiam quòd pecunia mutuata non reperiatur in ipſo peculio.

32 Alterum notare licèt, etiam quod bona Vincentis ſunt tacitè hypothecata ad favorem ejus, qui ad pecuniam amiſſam repetendam actionem habet, ſecundum Florianum *in l. quod in convivio*, *§. ſi ſervus*, *num.* 10. *& ſeqq. ff. de alea uſu*, *& aleatoribus*, ubi reprobatis contrariis, hanc ſententiam dicit veriorem; & propterea infert, quòd Vincente mortuo, hæredes non poſſunt tuta ſolvere primò venientibus, ſed prioribus, & potioribus.

33 Ad calcem hujus quæſtionis animadvertitur, quòd licet adverſus repetitionem pecuniæ amiſſæ in ludo, & ſolutæ, non detur præſcriptio, niſi quinquaginta annorum, textus in *l. fin.* *§. commodis igitur*, *ff. de Religioſis, & ſumptibus funer.* Gloſ. *in cap. Clerici*, *in verb.* (aleos,) *de vita, & honeſt. cleric.* Alberic. *in rub. ff. de alea uſu*, *num.* 1. *& in d.* §. *ſervus*, *num.* 2. & Salyc. *in d. l. fin.* & Bal. *eodem*, Azo *in ſumma*, *C. de relig.* *num.* 27. Vitalin. *de ludo*, *num.* 2. *ad fin.* Caccialup. *eod. num.* 42. Jodoc. Damaud. *d. cap.* 106. *num.* 5. tamen attento jure Regio, per *l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 8. *Recopilat.* perdens in ludo tranſactis octo diebus, non admittitur ad repetendam pecuniam, & *ibi* Azevedus latè, *num.* 74. *&* 102. quod dixit procedere ad partis petitionem, ſecus ex officio Judicis, quia poteſtas judicis, & denunciatoris, ultra duos menſes non durat, tranſactis enim his duobus menſibus non poteſt quidquam ampliùs exigi à lucrantibus, nam præſcribitur huic actioni criminali hoc tempore, ſecundum *l.* 10. *tit. eodem*, *lib.* 8. *Recopil.* ubi etiam latè Azeved. *à num.* 1. *& ſeqq.*

QUÆSTIO LXI.

De actione redhibitoria, vel quanto minoris.

SUMMARIUM.

1 *Redhibere quid ſit?*
2 *Actione redhibitoria contra quem intentetur.*
3 *Quotuplex ſit redhibitoria.*
4 *Redhibitoria eſt actio arbitraria.*
5 *Quatuor concurrere debent, ut redhibitoria competat.*
6 *Redhibitoria pro contractibus oneroſis, & non lucrativis datur.*
7 *Redhibitoria eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.*
8 *In locatione ad longum tempus, emphyteoſi, feudo, habet locum hac actio.*
9 *Quando detur actio redhibitorio ſubſidiaria.*
10 Azonis *opinio refertur, in quibus contractibus locum habeat redhibitoria.*
11 *Pro contractibus innominatis datur redhibitoria.*
12 *Pro rebus minimis non præſtatur.*
13 *Statutum loquens in vulnere, non procedit in vulnuſculo.*
14 Cyni *diſtinctio refertur circa modum redhibendi.*
15 *Ignorantia venditoris non minuit damnum emptoris.*
16 *Diſtinctio* Baldi *circa ſcientiam, & ignorantiam morbi, in redhibitoria refertur.*
17 *Sciens venditor morbum, & tacens, non eximitur à redhibitoria.*
18 *Verba generalia, & captioſa, fallenti non proſunt.*
19 *Morbus patens liberat venditorem.*
20 *Venditor ſciens morbum, emptor ſupinè ignorans, an liberetur?*
21 *Morbus præcedere debet venditionem.*
22 *Si animal moritur ſtatim poſt venditionem, quid ſit agendum.*
23 Statim *quando dicatur, & refertur Deciſio Senatus Hiſpalenſis.*
24 *Vendens inſidioſè, exprimens morbum, nihilominus tenetur.*
25 *Venditor de animi vitiis mancipiorum non tenetur, ſecus de animi vitiis animalium.*
26 *Fallit in tribus caſibus.*
27 *Actio redhibitoria præſcribitur ſex menſibus.*
28 *Dies utiles, & continui, qui dicantur.*
29 *In dubio tempus reputabitur utile, ſi ignoranti noceret.*
30 *Si ſtatutum præſcribit tempus redhibitoria, an judicetur utile, vel continuum.*
31 *Ex diſplicentia, redhibitoria præſcribitur, ſexaginta diebus.*
52 *Quod tempus ſimplici declarationi, vel affectuali redhibitioni ſit aſſignatum.*
33 *Declaratio ad conſ.* Socin. *per conſ.* Decii.
34 *Si venditor non cavet, intra duos menſes emptor cogit.*
35 *An ſint ſexaginta dies, diſputatur.*
36 *Quando principale propter acceſſorium redhibetur; infra ſexaginta dies ſit.*
37 *Emptor poteſt redhibitorem per viam exceptionis deducere.*
38 *An excipiendo perpetuetur hac actio.*
39 *In venditionibus fiſcalibus non procedit redhibitoria.*
40 *Fidejuſſor contractus redhibitoria convenitur.*
41 *Emptor contra plures ſimpliciter vendentes in ſolidum agit, ſi vult.*
42 *Secus ſi in ſententia ſimpliciter ſunt condemnati, quia pro virili aget.*
43 *Idem erit ſi ſint obligati in ſolidum, & mercator in ſuo libro eos deſcribat ſimpliciter obligatos, pro*
rata

rata conveniri debent, quia mercator poteſt ſuam ſcripturam interpretari, eſt caſus valdè ſingularis.

44 *Declaratur concluſio, ut ſit de redbibitoria, non de actione ex empto.*
45 *Plures rei in ſolidum etiam tacitè conſtituuntur.*
46 *Si emptor decedat cum pluribus hæredibus, quomodò agatur.*
47 *Redhibitione facta venditor reſtituit gabellam, & non fiſcus.*
48 *Pro libris mendoſis agitur redhibitoria, & ibi ad multa infertur.*
49 *Pluribus animalibus venditis, propter unius morbum, quandoquè alia redhibentur.*
50 *Redhibitoriâ agitur ad pretii recuperationem, ſi pacto receditur à contractu.*
51 *Venditor pretio reſtituto agit ad rem cum acceſſionibus.*
52 *Emptor redimens promittit pro ſuo dato, & facto.*
53 *Dominus pro rei deterioratione facta à procuratore tenetur.*
54 *Si venditor nolit recipere animal, quomodo ſit conſulendum emptori, aut venditori.*
55 *Actioni redhibitoriæ an renunciari poſſit.*
56 *Actio quanto minoris duplex eſt.*
57 *Hæc actio annalis eſt.*
58 *Actor electionem habet agendi redhibitoria, vel quanto minoris, & in illis variare licet ſi tempora largiantur.*
59 *Exemplum in actione quanto minoris civili.*
60 *Qualitas perſonæ non alterat cõmunem rei valorem.*
61 *Prætoria temporalis, civilis perpetua.*
62 *Actio civilis quanto minoris datur etiam pro rebus fragilibus.*
63 *Si quis agat quanto minoris, an judex condemnare poſſit in redhibitoria.*
64 *Actio ædilitia in factum eſt ſubſidiaria.*
65 *Dubitatur an ſit temporalis, vel perpetua.*
66 *Competit aliquando pro animalibus noxiis.*

PLures de hac materia Doctores tractarunt, & præter ordinarios, in *tit. ff. de ædilitio edicto*, & *in tit. C. de ædilitiis actionib.* Cœpola ex profeſſo *ad tit. ff. eod.* Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 2. num. 49.* licèt parum: Ariſminus Tepatus, *tom. 2. var. ſent. tit. 406.* Monte Alegre *in praxi lib. 2. cap. 2. §. 10. & §. 11. l. 64. & ſeqq. tit. 5. part. 5.* ubi latè Greg. Lopez, Gaſpar Cabal. *in tract. de ædilit. actionibus*, Hippol. de Bonacoſa *in tract. de equo*, per plures quæſtiones; Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. reſolut. reſolut. 11. de empt. & vendit.* Franciſc. Vivius *deciſ. 382. lib. 2. num. 2.* Gutierr. *lib. 4. practic. quæſt. 47. num. 28.* Sempron. Aſcius *deciſ. Archiepiſcopatus, Barenſis 44. per totam*, Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſina 118. part. 2.* Nicolaus Boerius *deciſ. 323. num. 2.* Gomez de Leon *deciſ. Hiſpalenſi.*

1 Ulpianus I. C. *in l. redbibere, ff. de ædilitio edicto*, dicit, quòd redhibere eſt facere, ut rurſus habeat venditor quod habuerat, & redhiberi dicatur, quod reddnum eſt improbatumque, & qui dedit, rurſus coactus eſt habere, ut ait text. in *l. ſi is, qui bares, ff.*
2 *de except. rei judicata.* Hoc autem actio redhibitoria contra eum intentatur, qui quid vitio corruptum commutaverit, vendiderit, ut cogatur, & reſtituere pretium, & retro, quod tradiderat, accipere.

3 Redhibitoria duplex eſt, prætoria, & civilis: prætoria quæ ædilium edicto datur propter animal morboſum: civilis, quæ datur pro aliis rebus in edicto non comprehenſis.

4 Actio tamen hujuſmodi eſt arbitraria, ſecundum Jaſ. *in §. præterea, num. 11. Inſtit. de action.* Petrus Loriotus *de action. axiomat. 69.* Nam ſi venditor rei morboſæ juſſus non reſtituat pretium, & acceſſiones, juratur contra eum in litem ex judicis arbitrio, *l. redhibitoria*, ubi Gloſ. *in verb.* (jubetur,) *ff. hoc tit.* Menoch. *lib. 1. de arbitrar. judic. lib. 1. quæſt. 5. n. 25.*

Ut actio redhibitoria competat, quatuor concurrere debent, ſecundum Specul. *in tit. de empt. & vend. §. de* 5
reſcindenda, Rofredus *in libellis.* Primò, quòd interveniat venditio, *l. 1. ff. hoc tit.* aut permutatio, *l. ſciendum, §. deinde, verſ.* (emptorem,) *ff. eod.* Cremenſis *ſing. 158.* Secundò, quòd animal ſit morboſum, *l. ob quæ, §. idem Pomponius, ff. eodem.* Tertiò, quòd morbus erat latens, nec apparebat tempore venditionis, *l. 1. §. intelligatur, ff. eod.* Quartò, quòd morbus ille erat ante venditionem, *l. quæro §. fin. ff. eodem.* Hippol. de Bon. *in tract. de equo, quæſt. 85.*

Bald. *in l. 2. C. de ædilitiis actionib.* dicit, quòd actio 6
redhibitoria datur pro contractibus oneroſis, ex quibus transfertur dominium; ſecus in contractibus lucrativis, in quibus non transfertur dominium: & ratio differentiæ eſt, quia donatarius ex ipſo contractu non damnificatur, ne eo caſu liberalitatis ſuæ donator pœnam patiatur: de dolo tamen ſe obligare debet, & ſolet, ne quod benignè contulerit, fraudis conſilio revocet; *l. ad res donatas, ff. hoc tit.*

Sed cùm redhibitio, ſit in priſtinum ſtatum repoſi- 7
tio, *l. facta, ff. hoc tit.* non mirum ſi locatio in hoc edicto non comprehenditur, quia cum rem conductor ſibi non habeat, illam reddere non poteſt. *l. cum autem, §. jubetur, ff. eod.* ſed rei uſum habere deſinit, quam conducto accepit.

Aliud dicendum eſt in emphyteuſi, ut ait Bal. *d. loco*, 8
quia ex ea transfertur dominium utile, *l. 1. C. de jur. emphyteut.* quod intelligitur, quando conceſſio facta fuit titulo oneroſo, ſecus ſi lucrativo, per *d. l. ad res donatas*: idem quoque dicit in feudo, quod ut plurimum concedi ſolet propter benemerita, & titulo oneroſo; Feudiſtæ, in *cap. 1. de feudi cognit.* & in locatione ad longum tempus, quia ex ea utile dominium transfertur: Card. Zabarel. *in Clement. 1. § fin. de reb. Eccleſ.* Bald. *in Auth. & qui, C. de bonis auth. jud. poſſ.* Alex. *conſ. 1. lib. 4.* Corneus *conſ. 43. lib. 3.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. reſol. 11. num. 1. verſ.* (hæc ratio,) *de empt. & vendit.* & iſte Author in *d. num. 1.* in verſ. [*in contractu*,] dicit, quod hoc eſt intelligendum de actione redhibitoria in ſubſidium, quia ædiles non habebant hanc juriſdictionem & cùm caſus ſit ſimilis datur actio in factum, *l. quoties, ff. de præſcriptis verbis*: eodem 9
modo hæc ſubſidiaria actio habet locum in contractibus innominatis, ut docet Bald. *in l. ex placito, quæſt. 15. C. de rerum permutatione*: *Azo in ſumma, C. hoc tit.* aſſerit 10
in quolibet contracto habere locum hanc actionem utiliter, ex quo agitur de evictione, Alex. Trentacinq. *ubi ſup. num. 1. verſ.* (hæc ratio,) *in fine.*

Circa ſecundum, quòd animal ſit morboſum; quod 11
intellige ſive in totum, ſive in parte, dummodo res minimæ non ſint, *l. ſi tamen, §. fin.* cum Gloſ. *ff. hoc tit.* nec pro parvis morbis redhibitio datur, proinde levis febricula, aut vetus quartana, vel vulnuſculum modicum in ſe non habet delictum, *l. 1. §. ſed ſciendum, l. evidens, ff. hoc tit.* Ex quo Scribentes inferunt, & *Baldus* præcipuè in *l. ſi prædium, num. 3. C. eodem*, quòd 12
ſi extet ſtatutum, quòd pro vulnere ſolvatur certa pœna, non habet locum in parvo vulnuſculo.

Circa tertium, eſt obſervanda diſtinctio Cyni *in l.* 13
1. C. de ædilit. act. Abbatiſque *in cap. injuſtum, de rerum permutatione*, ubi inquiunt, aut morbus erat notus emptori & venditori, & non competit aliquod remedium, quia ſcienti non fit injuria, *l. 1. §. intelligitur, ff. hoc tit. l. paciſci, ff. de pact. cap. ſcienti, de reg. juris lib. 6.* Philipp. Corneus *conſ. 81. lib. 3.* aut uterque ignorabat, & tunc venditor tenetur ad reſtitutionem pretii, *l. 1. in princ. ff. hoc tit.* qua cavetur venditorem debere

certior

certiorem reddere emptorem cujuſlibet vitii, ac morbi rei venditæ: quòd ſi non fecerit, & tacuerit, redhibitoriæ locum eſſe; imò venditor animalis itidem de dolo tenetur, pro morbo ſeu vitio, quod ſuppreſſerit, licèt dixerit nolle ſe aliter teneri pro aliquo morbo, Fabianus de Monte *in tract. n. de empt. & vendit. in 6. quæſt. princ. num.* 58. Petrus Surd. *conſ.* 36. *num.* 16. Franc. Vivius *in ſylva comm. opinion. opin. 9. in verb.* (Actio redhibitoria,) *& in deciſ.* 382. *lib. 2. num.* 1.

14 Nec obſtabit, ſi emptor dicat ſe ignoraſſe morbum animalis, quia hæc ignorantia non eſt veriſimilis, cum multis diebus retinuerit animal; nam licèt omnino morbum ignoraſſet, tenebitur nihilominus redhibitoria, per text. in *d. l.* 1. §. *cauſa*: nihil enim intereſt emptoris, an fallatur ignorantia, aut calliditate, ut in *l. Julianus, in princ. ff. de act. empt.* Cyn. *in l. 1. C. de ædilit. act.* & *ibi* Bal. Franc. Vivius *d. deciſ.* 382. *num.* 2. Surd. *deciſ.* 146. *num.* 5. *& deciſ.* 165, *num.* 10. Cabal. *in d. tract. de ædil. act. cap. 2. num.* 18. ubi dicit, quod ignorantia venditoris non minuit damnum emptoris.

15 Bal. *in d. l. 1. C. eod.* ſic diſtinguens ait, quod ſi conſideratur damnum intrinſecum, quod ex morbo provenit, tunc nulla ſit diſtinctio, an ſciat, vel ignoret, ut in *d. l.* 1. *§. cauſa*; ſi verò conſideratur damnum, quod extra rem eſt, an tunc conſideratur ex ſcientia, vel ignorantia venditoris, contigerit illud damnum, *l. 1. C. eod. & d. l. Julianus, in princ. ff. de act. empt.* Eſt tamen ignoranti conſultum, ſi explicaverit ſe nolle te-
16neri pro aliquo morbo, qui in re vendita aliquando appareret. Scient verò non eximetur ab actione redhibitoria ex hujuſmodi effuſo ſermone, niſi etiam ſpeci-
17ficè morbum nominaverit, quia verba generalia, & captioſa fallenti non proſunt, *l. 1. in fin. ff. de act. empt.* verba ſpecifica proſunt, quia dolus non fit ſcienti, *l. cum donationis, C. de tranſact. l. quæritur, §. ſi venditor, ff. hoc tit.* Si verò morbus patens erat, quod vitium apparens dicitur, quando eſt extrinſecum in loco
18aperto, quod poteſt videri à quocumque reſpiciente, ut ait Salyc. *in d. l. 1. C. de ædil. act.* Hippol. Bonacoſa *in d. tract. de æqua, quæſt.* 212. veluti quando equus venditus arat cæcus, vel claudus, *l. ea, quæ, ff. de contr. empt.* nec de illo venditor emptorem admonuit, non tenetur; quia ſecundum Bal. *in d. l. 1. quæſt. 1. C. eod.* quoties ſignum de ſui natura demonſtrat ſignatum, non eſt neceſſaria alia hominis declaratio, *l. 1. §. intelligitur, l. ſi tamen, §. ei qui, ff. eodem.*

19 Quid ſi venditor morbum ſciebat, emptor verò ſupinè ignorabat, *l. nec ſupina, ff. de jur. & fact. ignorant.* cui venditor non denunciavit, an teneatur? quidam dixerunt, quòd teneatur, quia venditor eſt in dolo, *l. quod venditor, ff. de dolo*; emptor verò in lata culpa tantùm quæ eſt non intelligere, quod omnes intelligunt, *l. lata, ff. de verb. ſignif.* & ſic dolus latæ culpæ præponderat, *l. ſi mora, ff. ſolut. matrim.* Gloſ. *in l. 1. C. eodem*, ubi aſſerit venditorem non teneri, quia ubi culpa præſumptivè præcedit ignorantiam emptoris, nihil prodeſt emptori; *d. l. ea, quæ §. 1. ff. de contrah. empt.* Imo ſecundum Bal. *in d. l. 1. quæſt.* 2. venditor non eſt in dolo quia præſumere debuit, quòd emptor non eſſet fatuus, ſed potius ſciret, quod omnes ſcirent: paria enim ſunt ſcire; vel ſcire debere, *l. quod te, ff. ſi certum petatur.* Sed contrarium tenendum arbitror contra Gloſ. & Bal. & moveor ex eo, quod ille, qui cum alio contrahit notam illius qualitatem habere debet, *l. qui cum alio, ff. de reg. jur.* & ſic à pœna illius ignorantia eum non excuſat, quia fatuo ſimilis videtur, qui quod videt ignorat, & ſicut illius nulla eſt obligatio, *l. furioſi, ff. de reg. jur.* ita nec iſtius, qui rudis, & hebetis ingenii eſt: & venditor videtur eſſe in dolo conſiſtente in omittendo, juxta *l. ſi mora, ff. ſolut. matrim.* qui ſemper præponderat latæ culpæ emptoris. Salvari poteſt opinio Gloſſæ ex Caballino *ubi proximè, num.* 23. & etiam *Bal.* juxta exempla relata in *d. l. ea, quæ, ff. de contr. empt.* dummodo emptor alias in negotiis propriis vir frugi ſit, & diligens.

Si venditor animalis dicat emptori, *vendo tibi animal* 20
cum omnibus vitiis, & magagnis, ſi ſciens venditor reticuit morbum, nihilominus redhibitoria tenetur propter dolum, *l. quæritur, §. ſi venditor, ff. hoc tit.* Speculat. *in d. §. reſcindenda*, Jaſ. *in l. paciſci, ff. de pact.* ubi Angel. & Caſtr. Corneus *conſ.* 81. *lib.* 3. Alex. *conſ.* 14. *&* 95. *lib.* 5. venditor enim probare debet emptorem ſciviſſe morbum; nec illi proderit pacti exceptio, quòd noluerit teneri de aliquo morbo, quia replicabit emptor de venditoris dolo in reticendo ſpecificum morbum, ut in *d. l. §. ſi venditor*, Hippol. Bonacoſa *de æquo, quæſt.* 84. *& quæſt.* 86. *& q.* 385. Ubi diſputat an teneatur venditor ſemper dicere defectus animalis venditi? & refert *Senecam* dicentem, quòd ſtultus eſt, qui vitium rei patefacit venalis S. Thom. *in* 2. 2. *q.* 77. de quo Florentinus *in ejus ſumma, par. 2. tit. 1. cap. 17. de fraud. in negotiatione, §.* 6. dicit, quòd aut defectus animalis eſt occultus, aut manifeſtus; ſi occultus, aut reddit uſum animalis impeditum, vel noxium, aut non; ſi prius, tenetur tale vitium patefacere, & peccat graviter in omittendo in doloſa, & fraudulenta venditione: ſi autem defectus animalis non impedit totaliter uſum ejus, nec reddit noxium, ſed reddit animal minus utile, ſi demat de pretio, quantum importat ille defectus, celando defectum, non decipit, nec peccat, dum tamen non dicat mendacium; latè, & copiosè multos referens Pater Salas *de empt. & vendit. dubia* 34. *à n. 5. & ſeqq.*

Circa quartum requiſitum, quòd morbus fue- 21
rit ante venditionem; dicit Paul. de Caſtr. *in l. actioni, ff. hoc tit.* quòd ſi animal poſt venditionem perit, refert ſcire an ex præcedenti morbo, qui latebat forſan, an ex inopinato caſu deceſſiſſe, & quid præſumendum ſit Cyn. & Bald. *in d. l. 2. C. eod.* dicunt, quòd ex celeritate mortis animalis, præſumitur, quod morbus interior, de quo deceſſit, erat ante venditionem, argum. *l. ſi ventri, §. fin. ff. de privileg. credit.* & dicitur celeritas, ſi animal intra diem mortuum ſit, ſecundum Gloſ. in *l. 1. C. de emendatione ſervorum*, Alex. *in l. ſi quis cum aliter, num. 24. ff. de verbor. obligat. & in conſ.* 148. *lib.* 2. Aretin. *in §. duplum, Inſtit. de action. num.* 10. *&* 11. Abb. *in cap. injuſtum, de permut.* Gloſſa per text. *in cap. 2. de cleric. percuſſore*, Sebaſtianus Medices, *in tract. de caſib. fortuit. quæſt. 10. n.* 24. Alciat. *de præſumptionibus, præſumpt. 26. regul.* 1. Bonacoſa *de æqua, qu.* 85. *& quæſt.* 312. Marſilius *in l. ſtatu liber, n. 16. ff. de quæſtionibus*, Joannes Andr. ad Specul. *loco prædicto*, Petrus Surdus *deciſ.* 146. *num.* 17. *&* 18. Sempronius Aſcius *deciſ. Archiepiſcopatus Barenſis* 44. *num.* 13. Caballinus *de cap. 2. n.* 26. ubi ait, quòd hoc procederet quando morbus erat occultus, ſecus ſi judicio mareſcalchi appareret morbum antiquitùs viguiſſe, veluti ſi vitium in veſica apparebat, *l. quæritur, §. item de eo, ff. hoc tit.* tunc enim clarè colligitur morbum præceſſiſſe venditionem, & præcipuè cum animal venditum, & cognitum volſum, per peritos in arte ex inſpectione inteſtinorum, cenſetur illum morbum ante venditionem habuiſſe, ſi in continenti poſt venditionem mortuum ſit Joſephus Ludovicus *deciſ. Pe-* 22
ruſina 118. *par.* 2. Boërius *deciſ.* 323. *num.* 22. Ariſminus Tepatus *tomo 2. var. ſent. tit. 406. cap.* 1.

Tamen Gomez de Leon *in deciſion. Hiſpalenſis* 23
Senatus refert judicatum fuiſſe, quòd ex celeritate mortis animalis, ſcilicet, intra ſex dies poſt venditionem, præſumatur morbus, ſeu vitium extitiſſe ante venditionem: & licèt loquatur ex brevitate fugæ ſervi, quòd præſumatur anteà fugitivus, cum ſtatim facta venditione poſt ſex dies aufugerit; idem judicat, *num.* 2. de celeri morte animalis venditi, ut præſumatur ex antecedenti morbo, & infirmitate mori, cùm ſervi quadrupe-

drupedibus æquiparentur, *l. 1. ff. ſi quadrupes pauperiem fec. dicat.* quod legenti conſulendum relinquo; ita enim Senatus judicavit, nimirum quòd ſex dies pro modico tempore habeantur, & ex morbo exiſtente tempore venditionis animal præſumatur mortuum; & coram uno ex judicibus hujus Curiæ ſimilem caſum habui, & obtinui, cum fuiſſet probatum vitium animalis ante venditionem, & poſt eam, intra quinque dies mortuum fuerit. Additur Lazarus Fanutius *de momento temporis, cap. 11. num. 3. & ſeqq.* ubi latè, & doctè diſputat, quando modicum tempus dicatur, & in quibus diebus verificetur.

24 Vendens equum in ſpatula patientem, non tamen vitium apparebat niſi poſt fatigationem, interrogatus ab emptore, an eſſet morboſus? reſpondit, equus iſte habet effoſſa lumina; eſt lunaticus, & calcitroſus, & ſic inter multa expreſſit ſpatulæ vitium: emptor verò credens, quòd ſicut de luminibus effoſſis, & aliis, quæ vera non erant, ſic eſſet etiam de vitio ſpatulæ, ſicut de omnibus aliis, equum emit, poſtea hoc vitio comperto agit redhibitoria contra venditorem: venditor verò dicit ſe non teneri, cum omnia expreſſerit: dicendum eſt, quòd nihilominus tenetur, quia talia inſidioſè expreſſit; *l. ea quæ. §. fin. ff. de contrah. empt. l. quod cum venditor, ff. de dolo* Abb. *in cap. injuſtum, de rerum permut.* Aret. *in §. duplum, Inſtit. de act.* Jaſ. *in l. paciſci, ff. de pact.*

25 Animadvertendum eſt ulteriùs, quòd venditor non tenetur de animi vitiis actione redhibitoria, ex Specul. *tit. de empt. & vend. §. de reſcind.* quoniam ædiles de corporalibus vitiis loquuntur: attamen ex empto actionem habebit, *l. 1. §. fin. ff. hoc tit.* hoc tamen eſt intelligendum de mancipiis: nam de jumentis dicendum eſt propter vitia animi habere locum redhibitoriam, *l. ædiles aiunt, in princ. & in l. bovem, ff. hoc tit.*

26 Non procedit principale dictum in tribus caſibus. Primò, quando nominatim promiſit, & tunc agitur ex ſtipulatu, *l. ob quæ, §. animi, ff. hoc tit.* Secundò, quando ſciebat illud animi vitium, & emptori tacuit, & tunc tenetur, vel quòd redhibeatur, vel quòd ad intereſſe teneatur, *l. 1. §. exempli, ff. hoc tit.* Tertiò, ſi vitium animi ſit admixtum corporis morbo, *l. ob quæ, §. in ſumma.*

27 Præſcribitur ſex menſibus redhibitoria actio, *l. aiunt ædiles, l. cum ſex. ff. hoc tit.* Ferretus *conſ. 22. l. 65. tit. 5. par. 5. gloſſ. 5.* Covarr. *in regul. poſſeſſor, par. 2. §. 11. n. 5.* verſ. [*datur,*] Alex. Trentacinq. *lib. 3. reſolut. 11. de empt. & vend. n. 2.* Bonacoſa *de æqua, q. 380.* quod tempus utile eſt in ſui principio, Gloſſ. *in l. 2. C. eod.* & ideo non currit ignoranti, niſi ignorantia ſit ſupina; ratio eſt ſecundum Bal. *ibi*, quia ſcire debere reputatur pro vera ſcientia, *l. quod te, ff. certum petatur*: & dicitur ſupina ignorantia ſecundum qualitatem perſonarum, *l. profeſſio, C. de mun. patrim. lib. 10.* Gloſ. & Bar. *in rub. de diverſis, & tempor. præſcript.* quod tempus utile eſt etiam in progreſſu, ut notatur in *l. annus, ff. de calumniat.* & ſentit Gloſ. *in ſecunda lectura in d. l. cum lex*, & ratio eſt ſecundum Bal. *in d. l. 2.* quia præſcriptiones prætoriæ ſunt utiles toto ſuo curſu, quia Prætor non vult eas

28 currere, niſi quando poteſt adiri, *l. 2. §. dies, ff. quis ordo in bon. poſſ. ſervet.* conſiderat enim dies efficaces, Cyn. poſt Jacob. Butrig. *in l. 2.* Gaſpar Caballin. *in dict. cap. 2. num. 31.* dicit, quòd illi dicuntur dies utiles, & efficaces, quibus Judex ſedet, & copia ejus haberi poteſt, ut probatur in *l. jure mariti, C. de adulteriis*, text. *in l. ff. de diver. & temporalib. præſcript.* & in jure ob eam cauſam tales dies dicuntur dies ſeſſionum, *l. is cui, §. ſex autem menſium, ff. ut in poſſ. legat.* ibi, *continuum tempus, non ſeſſionum, &c.* Accedit quod notat Bal. poſt Jacob. Butrig. *in l. genero. app. 3. ff. de his qui notant. infamia*, quòd tempus adjectum à lege dicitur utile in dubio, quando aliàs ejus curſus noceret ignoranti, Socin. *conſ. 19.* 29
num. 16. lib. 3. ſed dico, quòd tempus continuum eſt, quòd juxta ſonum verbi continuè currit diebus feriatis, & non feriatis, ſive aliquis ſit præſens, vel abſens in loco in quo prætenditur labi, ſive haberi poſſit copia judicis, ſive non, ut in Gloſ. *in Clement. unic. de in integ. reſtit.* & *ibi* Joan. de Imol. Cardin. & alii, & Gloſ. 1. & *ibi* Bar. *in l. fin. C. de temp. in integ. reſtitut.* Tempus verò utile eſt, quando non currunt dies feriatum, nec numerantur in termino aſſignato, & ſimiliter in eo tempus abſentiæ, & juſti impedimenti ſubducitur, Angel. *in §. in petendum, num. 3. Inſtit. de bonor. poſſ.* Cardin. Pariſ. *conſ. 124. num. 1. lib. 1.* Franciſc. Balb. *de præſcript. in 1. par. 4. par. princ. quæſt. 6. num. 3.* Antonius Bardus *in tract. de tempore utili, & continuo, cap. 2. num. 6. & 7. & cap. 7. à num. 1.*

Ex quo Bal. *in d. l. 2. num. 8.* infert ad ſtatutum, ſi 30
enim lex municipalis diſponeret, quòd poſt tres menſes emptor non audiretur in redhibitoria, an hoc tempus erit utile, vel continuum? & ipſe reſpondet, quòd erit utile, quia tale ſtatutum interpretatur juxta jus commune. Item iſta præſcriptio ſtatutaria redacta eſt ad inſtar prætoriæ ex materia, & forma: item illud tempus non mutat naturam rei, *l. proponebatur, ff. de judiciis*: ſi æquitatem deſideras, breve eſt, & artificiale, ideo tempus utile eſt: quæ rationes *Baldi* ſubtiles magis ſunt, quàm veræ: & concludendum eſt, quòd imò iſtud tempus eſt continuum, quia populi ſtatutum eſt de jure civili, *l. omnes populi, ff. de juſtit. & jure*, & præſcriptiones civiles ſunt continuæ, *princip. Inſtit. de perpet. & tempor. præſcript.* niſi in caſibus, in quibus de jure contrarium eſt deciſum, Gloſ. & Bart. in *rub. & in l. 1. ff. de diver. & tempor. præſcript. l. nunquam, §. in uſucapionibus, ff. de uſucap.* ubi Bart. tex. *in l. ſi partem, §. fin. ff. quemadmodum ſervit. amittat. l. fin.* ubi Alex. *C. de dolo, l. fin. C. de præſcript. long. temporis*, Socin. *conſ. 108. lib. 4.* Calcan. *conſ. 63. col. 4.* quo caſu ignoranti non currit, aut aliter impedito, *l. generaliter*, ubi Bar. & Bal. *ff. de his, qui notant. infam.* Paul. de Caſtr. *conſ. 220. lib. 2.* Rota *deciſ. 240.* P o injuriis, *in noviſ.* Cravetta *conſ. 271. num. 5.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. variar. reſol. de empt. & vend. reſol. 11. n. 3.*

Aliquando hæc actio redhibitoria præſcribitur ſexa 31
ginta diebus, ut quando quis emit aliquam rem cum pacto quòd ſi non placeret ſibi, poſſet illam rem redhibere, tunc emptor debet declarare voluntatem ſuam infra ſexaginta dies, & poſt illud tempus cogitur rem detinere, ut in *l. quod ſi nolit, §. ſi quid ita, ff. de ædilit. edict.* niſi aliud fuiſſet expreſſum in pacto, ut in *d. l.* & vide *l. 8. tit. 9. part. 3.* Monte Alegre *in praxi civili, l. 2. cap. 2. §. 10. n. 10.* & meritò; ne igitur ſemper eſſet in poteſtate emptoris à venditione recedere, ſtatutum eſt tempus ſexaginta dierum utilium, Jaſ. *in l. ſi quis arbitratu, ſub n. 24. ff. de verb. obligat.* Menoch. *lib. 1. de arbitr. quæſt. 22. num. 13.* ubi reprehendit de mente Alex. Roman. *in d. l. ſi quis arbitratu*, qui tenet tempus ſexaginta dierum conceſſum eſſe effectuali redhibitioni, non autem ſimplici declarationi, quia eo ipſo qui redhibet, declarat ſuam voluntatem eſſe rem ſibi non placere, *l. Paulus, ff. rem ratam haberi*, quod Jaſ. *ibi, n. 24.* intelligit, quando à redhibitione incipit, ſecus ſi à declaratione; quod falſum putat Menoch. quoniam eo ipſo, quòd iſte declaravit intra ſexaginta dies rem ſibi non placere, locus factus eſt redhibitioni. Et ſtatim, ac deinde, quandocumque poteſt rem apud ſe retrahere: Ro- 32
man. *ſingul. 705. & 769.* Alex. Trentacinq. *d. reſolut. 13. num. 2.* de mente Caballini *in d. cap. 2. num. 35.* Quod tempus ex conventione partium poteſt immutari, ac perpetuum reddi, Bald. *in l. 2. n. 3. C. eod.* Socin. *conſ. ult. lib. 3. in fin.* Cagnol. *in l. 2. n. 78. C. de pactis*

inter emptor. & vendit. Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 9.

33 Huic in facti contingentia in *d. conſ. ult.* reſpondet Socin. per text. *in d.* §. *ſi quid ita*, quòd venditor, cui facta erat venditio ad menſuram, poſt ſexaginta dies reclamare non poteſt, ut menſura ſibi redintegretur, ſi deficiat, intelligendum eſt hoc dictum ſano modo ſecundùm Dec. *conſ.* 347. *in fin.* quando fuiſſet dictum à partibus, quòd terra debet menſurari, ſecùs ſi de hoc nihil eſt dictum; quia tunc iſta facultas petendi ſupplementum ſecundùm numerum expreſſum, eſt perpetua, & durat 30. annis, *l. omnes*, *C. de præſcript.* 30. *ann.* Abb. & Imol. *in c. per tuas, de donat.* Et ratio eſt, quod menſura debet redintegrari, quia in contractu oneroſo aſſertio qualitatis obligat ad evictionem: ergo & quantitatis: Jaſon *conſ.* 73. & 79. *lib.* 3. Nevizan. *conſ.* 38. Pariſ. *conſ.* 64. *num.* 30. *lib.* 1. Surdus *conſ.* 366. *num.* 18. *lib.* 3. Anton. Theſau. *deciſ.* 185. *per totam*, & eam tene menti, ſi tamen menſuratione ſemel facta, quia vult reclamare, non auditur, niſi intra annum à die prioris menſuræ, *l. qui gravatos*, *C. de cenſib. & cenſit. lib.* 10. Baldus *in l. qui bona, ff. de damno infecto*, Abb. *in c. indicante*, *num.* 3. & *ibi* Felin. *col.* 2. *ad tertiam quæſt.* Cephal. *conſ.* 36. *num.* 7. Auguſtin. Beroius *q.* 5. *famil.* Surdus *conſ.* 366. *numero* 21. *lib.* 3.

34 Quandoque autem duobus menſibus præſcribitur, ut in *l. venditor, ff. hoc tit.* ſi enim venditor de his, quæ edicto ædiliū continentur, non caveat, pollicentur adverſus eum judicium redhibitorium intra duos menſes quos duos mēſes eſſe dies ſexaginta oſtēdit Juriſconſ. *in l. ædil.*
35 *aiunt, in princip. ff. hoc tit.* Videbatur tamen dicendū, quia ubi lex mentionem duorum menſium facit, quia ſexageſimo primo die veneris, audiendus eſt; *l. ubi lex*, *ff. de regul. jur.* Neque obſtat *d. l. ædiles aiunt*: quoniam *ibi* agitur de alia præſcriptione redhibitoriæ occaſione acceſſionis rei venditæ, hic autem, quando venditor non cavit, quocirca ex diverſis non eſt bona illatio, *l. final. ff. de calumniat.* Tamen in propoſito dicendum videtur, ſolùm dies ſexaginta comprehendi; quia de tempore utili tractatur, quod ſingulis menſibus dies triginta abſorbet. Alex. *conſ.* 114. *in fin. lib.* 5. Dec. *in d. l. ubi lex*, & *ibi* Cagnol. Verùm videtur dubium, an iſtud tempus ſit utile, vel continuum? quandoquidem non ex edicto Ædilium venit, ſed ex interpretatione Caii Juriſconſ. cujus interpretatio juris Civilis eſt, quo jure tempus continuum eſt, *princ. Inſtit. de perpet. & temporal. act.* niſi exprimeretur in lege, quòd utile eſſet, ut fit in *l. quod ſi nolit*, §. *quid ſi ita*, *ff. eadem.* Unde in dubio dicendum, eſt quòd ſit continuum. Neque obſtat *d. l. ædiles, in princ.* quoniam *ibi* clarè exprimitur de ſexaginta diebus, & eſt utile, quia ex edicto venit, quod jus Prætorium ſapit, §. *Prætorium, Inſtit. de jure natur.* & præſcriptiones Prætoriæ ſunt utiles, cùm tamen ipſe Juriſc. concedi ab Ædilibus dicat, teneas eſſe tempus utile.

36 Frequenter tamen hæc actio præſcribitur etiam ſexaginta diebus, & hoc contingere ſolet, quando principale redhibetur, ut equus propter ſellam non præſtitam, vel malè præſtitam, *l. ædiles aiunt*, *in princ. ff. eodem.* Et etiam quando venditor oſtendit equum phaleris ornatum, tradere debet ornamenta, & ſi non vult tradere, licitum eſt emptori, redhibere equum infra ſexaginta dies, *l. eum. qui.* & *ibi* Bartolus, §. *non ſolum*, *ff. de furtis*: illud enim venit in contractu in dubio, quod tempore contractus demonſtratur, *d. l. ædiles*, §. *Celſus ait*, *ff. eodem*, Aretinus *in* §. *duplum*, *columna penultima, Inſtitut. de actionibus.* Si tamen emptor non vult agere redhibitoria, ſed ad ornamenta, poterit perpetuò agere, *l.* 2. *C. de conſtitut. pecun.* Bald. *in d. l.* 2. *n.* 4. *C. eodem.*

37 Emptor conventus ad pretium opponit exceptionem redhibitoriam, quod poteſt; quia cui datur actio, multo magis exceptio, *l. nemo invitus*, §. *cui datur*, *ff. de regulis juris*, textus in *l. cùm ea cauſa*, *ff. hoc titulo.* An per iſtam exceptionem perpetua ſit actio? videtur quòd non, quia ſuper exceptione non conteſtatur lis, *cap. exceptionis*, *de litis conteſtation. lib.* 6. *l. eleganter*, §. *ſi quis poſt. ff. de condiction. indebit.* Baldus *in l. exceptionem, columna penultima, C. de probationibus*, niſi excipiens excipiendo diceret velle litem conteſtari, quia poteſt: Innocent. *in cap. cum venerabilis, de exceptionibus.* Et iſtæ præſcriptiones ſui natura currentes non perpetuantur, imo non interrumpuntur, niſi lite conteſtata, *l. ſi eum*, §. *final. ff. ſi quis caution.* Franciſcus Accurſius diſputando determinat contrarium, per *legem*, *omnes actiones*, ubi Bartolus *ff. de regulis juris.* Sed ſecundum Albericum *ibi* intelligitur perpetuari: ita demum, ſi intervenit litis conteſtatio, quem ſequitur *ibi* Cagnolus; Joan. Andr. ad Speculatorem, *titul. de emption. & vendition.* §. *de reſcind.* tenet opinionem *Franciſci Accurſii*, & ſequitur Bald. *in l.* 2. *in fin. C. eodem*, allegat text. in *l. quod in diem*, §. 1. *ff. de compenſat. l. ſi autem*, §. *fin. ff. de negot. geſtis*: ſola igitur oppoſitio exceptionis perpetuat actionem, *l.* 2. *C. ubi in rem actio*, Bald. *in l. ſi eum*, §. *final. ff. ſi quis caut.* & *in l. final. in principio*, *ff. de ea per quem factum erit.* Neque obſtat, quod in dubio lis non conteſtatur in exceptione: quia hoc non eſt neceſſe; Bald. *in l. cùm notiſſimi*, §. *imò, in fine*, *C. de præſcript.* 30. *annorum.*

In venditionibus fiſcalibus non procedit redhibitoria, ſed in venditionibus civitatis ſic, *l.* 1. §. *illud*, *ff. eod.* & Bal. *in l. ſi prædium*, *in fin. C. eod.* quòd contractus civitatis non dicitur contractus fiſcalis. Et ratio differentiæ colligitur ex text. in *l. eum qui*, *ff. de verb. ſignif.* & aliud dici non poteſt, niſi quod fiſco in privilegium hoc fuit conceſſum, Bald. *in l.* 1. *col. ult. C. de hæred. vel act. vend.* & eſt hoc propter authoritatem haſtæ fiſcalis, quam convelli propter utilitatem Reipublicæ, non convenit, *l. ſi hypothecas*, *C. de remiſſ. pign.* Vel ideò, quia fiſcus vitia rerum à ſe venditarum ſcire non poſſit, quòd ab eo exigi non debeat, ut illa prædicantur, omnino utilitatis publicæ cauſa ab eo ad res emendas ſic accedi oporteat, ut qua conditione ſunt eadem emantur, Hugo Bonel, *in d.* §. *illud.* 38

Redhibitoria poteſt conveniri fidejuſſor contractus, 40 *l. Latinus Largus*, *ff. eod.* Bald. *in l. fin. num.* 19. *C. eod.* ubi dicit, quòd fidejubens in contractibus, qui poſſunt per pœnitentiam reſolvi, videtur in omnem cauſam fidejubere.

Notandum eſt, quòd ſi ſocii inſimul venderent 41 animalia, & aliqua morboſa ſint, ſi factus ſit redhibitioni locus, quomodo emptori ſuccurratur, ut agere poſſit contra ſocios, erit ne in illius electione omnes convenire, vel unum in ſolidum convenire? & cum diſtinctione eſt reſolvendum, ſi ſocietas ſit contracta ſuper aliqua negotiatione, quæ à publico decernitur, ut eſt conductio gabellarum, & ſimilium, omnes ſocii in ſolidum obligati dicuntur, Bart. *in l. eandem*, *num.* 9. *ff. de duobus reis*, & *in authent. hoc ita*, *ſub num.* 9. *C. eod.* Bald. *in l. cùm te*, *num.* 5. *C. ſi certum petat.* Petr. de Ubal. *de duobus fratribus*, *par.* 9. *ſub num.* 1. Ronchegal. *in d. l. eandem*, *ſub num.* 164. & eſt communis opinio, Burſat. *conſ.* 190. *num.* 11. *lib.* 2. Si verò agatur de aliis ſocietatibus, erunt quidem omnes in ſolidum obligati, *l.* 1. §. *final.* cum *tribus ſequentibus*, *ff. de exercitoria action. l. habeat*, §. *fin.* cum *l. ſeq. ff. de juſtit.* Bartol. *ubi ſup.* Baldus *in Rubric. C. de exercit.* & *in l. prædium*, *C. de ædilit. action.* & *in conſil.* 262. & *conſ.* 263. *libro* Caſtr. *conſil.* 345. *lib.* 2. *Alexand.*

conſ.

conſ.44. lib.2. & conſ.139. lib.2. Ubald. *ubi ſup. num.1.* Natta *conſ.567. num. 1. lib. 3.* Oſaſchus *deciſ.* 140. *ſub num.* 5. ubi de communi teſtatur, Rota Genuenſ. *deciſ.14. num.* 111. *& num.* 127. *& deciſ.15. num.* 12. *& deciſ.97. num.7. & deciſ.140. num.* 3. *& deciſ.* 176. *num.8. & deciſ.* 185. *num.* 2. Cephal. *conſ.766. num.* 23. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 410. *num.* 37. *lib.* 5. Surd. *deciſ.* 213. *num.* 1. Sed tamen hoc intelligendum eſt, quòd ſint in ſolidum obligati pro ſumma ſolvenda, quam quis de capitali habet in ſocietate, Ancaran. *conſil.*333. Pariſ. *conſ.93. num.* 31. *& conſ.* 94. *num.* 28. *lib.* 1. Dec. *in l. ſi ſocius, ſub num.* 4. *ff. ſi certum petat.* Straca *de mercat. tit. de contractib. mercat. num.*15. & hanc eſſe crebriorem Doct. ſententiam teſtatur Oſaſch. *deciſ.* 140. *num.* 8. Si inſimul omnes ſocii contrahunt, non obligantur in ſolidum, ſed quilibet obligatur pro ea parte, quam habet in ſocietate, *l. ſi tamen plures, in princ. ff. de exercit.* Bald. *in d. loc.* Menoch. *conſil.*410. *num.*35. *lib.* 5. Fœlicius *in tract. de ſocietate, cap.* 30. *à n.* 30.

Sed paucis abſolvetur dubium propoſitum, quamvis enim actio ex empto contra ſingulos ſocios venditores ſit proponenda, pro portione quam quis habet in animalibus: tamen ædilitia actio proponi poteſt contra quemlibet ex ſociis in ſolidum, dummodo proponatur contra eum, qui in animalibus habebat majorem, vel parem partem, non autem minorem, *l. juſtiſſimè, §. proponitur. ff. de ædilit. edict.* Bald. *in l. ſi prædium, num.* 20. *& 21. C. de ædil. act.* Sed ſi minor ſocius habeat partem, pro ſua portione conveniri poterit: ita Fœlic. *de ſociet. d. cap. 3. num.35. Caballin. d. c.2. n.44.* ubi dicit: Quòd duo ſpecialia concurrunt in hoc judicio redhibitorio: Primum, quòd illi, qui ſolidum non promiſerunt, in ſolidum conveniri poſſunt: Secundum, quòd ille, qui cum pluribus contraxit, non cogitur litigare niſi cum uno, ſecundùm *Bald.* poſt Jacob. Butrig. *in l. ſi prædium, num.* 15. *C. eod.* Cremenſ. *ſingul.* 165. Emi à pluribus.

42 Limita hoc non procedere in ſententia, ubi plures ſimpliciter condemnati in partes viriles intelliguntur, etſi in ſolidum fuerint obligati, text. in *l.1. C. ſi plures una ſent. ſunt condemnat. l. ſi mandato Titii, §. Paulus reſpondit, ff. de re judicat.* Anton. Gomez *tomo 2. var. c. 12. ſub n.1.* adeò ut judicatum dixerit Afflict. *deciſ.* 215. Surd. *conſ.* 150. *num.* 35. Afflict. tamen laudant Apoſtil. ad Alb. *conſ.*263. *lib.* 2. Abbas *conſ.* 33. *num.* 8. *lib.* 2. Borgnin. Cavalcan. *deciſ.15. num.31. & deciſ.38. n.8.* Coſta *de rata, poſt quæſt.* 33. *n.* 9. *& quæſt.* 138. *num.* 1. Ripa *de individ. ſect.* 8. *num.* 61. Caſtr. *conſ.* 226. *in fin.*2. Aloyſius Leo *in d. l.* 1. *à n.* 1. Socin. *conſ.* 27. *num.36. & 38. lib.* 4. Alex. *conſ.* 46. *num.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 73. *num.* 9. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 3. *num.* 9. *lib.* 3. Corn. *conſ.*71. *num.* 1. *lib.* 1. Milanenſ. *deciſ.* 14. *n.* 86. *p.*1. Paul. Æmil. Veral. *deciſ.* 343. *p.*1. Flamin. Cartar. *deciſ.* 28. Vincent. de Franc. *deciſ.* 228. Boer. *deciſ.* 59. *& deciſ.* 310. *num.* 4. Cravet. *conſ.* 19. *num.* 51. *& conſ.* 188. *num.* 6. Ariſmin. Tepat. *var. lib. 2. tit. de duobus reis,* Card. Tuſchus *lit. O. concl.* 32. *à n.*15. Jacob. Cancer. *lib. 3. var. reſol. cap.* 17. *de ſentent. num.* 292. Tum, quia alter in reſiduo abſolutus videtur, Gloſ. in *d. l.1.* verb. (*virilibus,*) Cancer. *d. cap.*17. *n.*295. & ex eadem Glo. actio judicati pro partibus datur. Tùm, quia agens indefinitè contra aliquos in ſolidum obligatos ſine proteſtatione, & in ſolidum conveniendi reſervatione, ſuum creditum dividere velle cenſetur, & quemlibet pro virili convenire, ſi ſolvendo ſit, *l. ſi creditores, C. de pact.* ubi Alciatus *n.*10. Afflict. *deciſ.*142. *n.*2. Ripa *in l. ſi ex toto, §. ſi ita ſcriptum, n.*13. *ff. de leg.*1. Bellon. *conſ.* 44. Benint. *deciſ.*81. Franch. *deciſ.*305. Ludovic. *deciſ. Peruſina* 30. *à num.* 29. Rota Genuæ *deciſ.* 90. Gaſp. Rodrig. *lib.2. q.5. num.4. de annuis red.* Cavalcanus *deciſ.*30. *num.*116. *par.* 2. Mantic. *de tac. & ambig. convention. lib.* 15. *titul.* 5. *per totum,* Aſinius *de execut. §.7. c.94. num.*15. Coſta *d. q.*33. *num.*1.

Sed hæc, quam probavimus, juris concluſio ſuum recipit temperamentum, ut *d. l. 1. C. ſi plures, &c.* non procedat in individuis, ex Bart. *in l.2. ff. de damno infecto.* Aloyſius Leo *in d. l.*1. Peguera 182. Gomez *dicto num.*1. Marius Giurba *deciſ.* 46. quia in individuis ſolutio partis ſatis non eſt, *l. fideicommiſſa, §. in opere, ff. de legat.* 3. Ideò ſi hypothecaria contra plures fuerit actum, quilibet ex condemnatis in ſolidum teneretur; quia hypothecarium judicium eſt individuum, *l. rem hæreditariam, ff. de pignor. l. pignoris, eodem,* Bart. *in l. quamdiù, C. de diſtract. pignorum,* Leo, *centur.* 16. *num.* 3. Cevallos *tomo 3. commun. concluſ.* 784. *num.* 11. Cancer. *tomo 2. reſolut. titul. de judic. num.* 4. licèt actio perſonalis, cujus acceſſoria eſt hypothecaria, ſit dividua, *l.1. & 2. C. ſi ex pluribus hæredibus,* Cravetta *conſ.47. num.*15. Cancer. *d. lib.3. cap.*17. *n.*296.

Ex quibus infertur unum ſingulare valdè notandum, 43 quod ſi creditor habeat aliquos debitores in ſolidum obligatos, ſi in judicio indiſtinctè reperiantur ſcripti, intelliguntur pro rata; quia creditor poteſt interpretari ſuam ſcripturam; argumen. *l. inter veſtem ff. de auro, & argento legat.* ita Paulus de Caſtr. *conſ.* 331. *num.* 2. *tomo* 1. *& argumen. l. 4. tit. 27. par.* 3. Franch. *deciſ.* 680. *p.*4. Et ego habui hunc caſum in Senatu ſacri ærarii, & conſilium *Pauli de Caſtr.* multum urgebat Senatores.

Si tamen agatur actione ex empto civili omnes pro 44 rata convenirentur, ut *ſup.* diximus, & notat Pract. Papienſ. *in forma libel. contra plures reos,* & ita etiam notat Cravetta *conſil.77. num.*2. quòd plures rei poſſunt 45 in ſolidum conſtitui expreſsè, & tacitè, quando unuſquiſque in ſolidum obligat ſua bona, quod eſt notandum, quando omnes comparent in judicio, ſi ſimul vendiderunt, & non ſinguli ſeorſum, nam poſſunt cogi ut unum conſtituant procuratorem. *l. quod ſi nolit, §. ſi venditor, ff. de ædil. edict. & in d. §. proponitur,* Bald. *in d. l. ſi prædium, num.* 13. *C. eod.* additur text. in *l. jam tamen, §. ſed ſi plures* & *ibi* Bart. *ff. jud. ſolvi.*

Si emptor decedat duobus hæredibus relictis, ſi unus 46 agere velit redhibitoria, alter verò non diſtingui ſolet; aut animal venditum vivit, & non poteſt agere altero invito: Et eſt ratio, quia venditor nolens incidere in communionem per partis animalis redhibitionem, ad eam cogi non poteſt, *l. ſi non ſortem §. ſi centum, ff. de condict. indeb.* ſi verò mortuum ſit, agere poterit, quia tunc tractatur de pretio ex re diviſibili; dicitur enim, quòd labor, & pecunia diviſionem recipit, facit etiam text. in *d. l. quod ſi nolit, §. ſi venditor,* ait in homine, & tunc quilibet procuratorem conſtituere poteſt, *d. §. ſi plures,* Secùs eſſet, ſi venditor mortuus eſſet pluribus hæredibus relictis; quia tunc ipſi coguntur unum conſtituere procuratorem: nam ſi ex una perſona originali in plures diſtribuitur obligatio, unus procurator dandus eſt, *d. l. quòd ſi nolit. § ſi plures, & argum. l. cui fundus, in fine, ff. de condit. & demonſtr.*

Facta redhibitione venditor tenetur reſtituere em- 47 ptori gabellam, quam ſolvit pro re empta (extat enim in multis locis ſtatutum, quòd de re vendita ſolvatur gabella) ſimiliter illud, quod proxenetis ex loci conſuetudine exhibuit, non tamen id, quod ex ſua liberalitate ſolvit, tex. in *l. tenetur, ff. eod.* Bal. *in l. ſi prædium, num.6. C. eod.*

Si libri mendoſi vendantur, ut eos non habere, 48 quàm habere expediat, agi poteſt utili redhibitoria, (ex librorum lectura homo ſapientior fit, *l. final. ff. ad exhibendum*) argument. *text. l. ob quæ vitia, §. idem Pomponius rectè, & in l.1, §. ſed ſciendum, ff. eod.* Azo *in ſumma, C. eodem,* Specular. *in titul. de emptione, & vendit. §. 1.* verſic. [*Et nota,*] Bald. *in d. l. ſi prædium, C. n.*4. Barthol. Cœpol. *in l.1. n.* 4. *hoc tit.* Farinac. *deciſ.* 833. *in noviter noviſſimis gl. in §.1. Inſtit. de ſuſpect. tut.* in

verb. (*noviſſimè,*) Cœpol. *ubi ſuprà, num.* 8. *diſputat.* quando liber dicatur mendoſus, & reſolvit, ſi eſſet multum corruptus, quem habere non expediat, vel ſi parva utilitas de eo haberi poteſt, ut quia deficeret unus quinternus, vel in totum eſſet corruptus, ut dicit Gloſſa *in d. l.* 1. Secùs ſi liber eſſet modicum corruptus, ut quia deficeret una gloſſella, vel una lex parva, tunc non fiet redhibitio, nec aliquo modo poſſet agi; argument. text. in *d.* §. *ſciendum,* verſic. (*Perinde ſi quid:*) ſi tamen deficeret una, duæ, vel tres lineæ de text. vel de gloſſa, ſi emiſſem librum, & ſciviſſem defectum; tunc non competeret actio redhibitoria, ſed actio quanto minoris emiſſem, quæ eſt civilis, Bartol. & Doctor. *in l. Julianus, in princip. ff. de action. empti.* Sed eſt advertendum, ut inquit *Cæpola,* eſſe differentiam inter Doctorem, & Scholarem emptorem: nam Scholaris quando liber eſt multum corruptus, fortè nullo modo, vel pro multo minori pretio emiſſet, quo caſu ageret redhibitoria, vel quanto minoris empturus fuiſſet, & ſic civili. Sed ſi eſſet Doctor non multum curaret, & ſic non poſſet agere, niſi actione quanto minoris res eſt, & ſic Prætoria: Bart. *in d. l. Julianus, in princ. ad fin. col.* 1.

Si tamen emptor eſſet perſona, quæ multum intelligebat de libris, ut ſunt in hac Curia venditores librorum, ut eſt *Martinus à Cordoua,* vel Advocati, qui optimè ſciunt ubi ſunt defectus, non poſſunt agere, maximè, ſi tenuerunt librum per aliquod tempus; quia ex quo hoc commercium optimè intelligunt, & aliis quandoque conſulunt, ſibi etiam conſulere debent, argumento text. in *l. cum Clericis,* ubi Gloſſ. *verbo,* [ut potè,] *C. de Epiſcop. & Clericis,* Gloſ. 1. *in l. ea, quæ commendandi,* ibi: (Vel ſcire potuerit,) *l. quæritur, in* §. *fin. in fin. ff. eod.* Gloſſ. *in l. fin. verbo* (neſcienti,) *C. eodem,* Gloſſ. *in l. cùm ſex, ff. eodem,* in verb. (*habuiſſe.*) Et idem in mareſchalco, qui emeret equum vitioſum, vel morboſum; quia veriſimiliter præſumitur, quòd debuerit ſcire, & cognoſcere illud vitium, vel morbum, *d. l. cùm Clericis,* & idem in Medico, qui emeret ſervum, vel ſervam morboſam, quia veriſimiliter debebat illum morbum ſcire, & cognoſcere: Cœpola *in d. l.* 1. *num.* 10. *& ſeqq.* multos caſus congerit.

49 Si plura mancipia, vel animalia fuerint vendita, & unum ex his fuerit morboſum, an omnia redhibentur? Et tunc ſi unicum pretium pro omnibus eſt conſtitutum, & ſunt aliquo officio conjuncta, ut par boum ad laborandum, redhibentur omnia, nec cogitur emptor retinere non morboſum pro rata pretii, *l. cum ejuſdem, l. ædiles aiunt,* §. *ult. l. ſi plura, l. penult.* §. *idem ait. ff. eod.* Bald. *in d. l. ſi prædium,* Pariſ. *conſ.* 64. *num.* 69. *lib.* 1. Ant. Gomez *tomo* 2. *var. cap.* 2. *num.* 49. Cavalcan. *deciſ.* 8. *num.* 1. *lib.* 2. Cæſar Barz. *deciſ. Bononienſ.* 62. Card. Tuſchus *tomo* 3. *pract. concluſ. concluſ.* 154. *num.* 2. Si tamen plura animalia ſunt diſtinctè vendita, & ſingula habent ſuum pretium; tunc una re evicta, ſolum conſideratur pretium rei evictæ, & damna ex illo corpore deficiente, non autem conſiderantur alia corpora, *l.* 1. *ff. de evict. l. cum plures, ff. hoc tit.* Aretio. *conſ.* 130. Alex. *conſ.* 119. *num.* 5. *lib.* 3. quia tot ſunt evictiones, quot ſunt res, *l. cum plures fundi, ff. de evict.* Caballin. *d. cap.* 2. *num.* 50.

50 Ex pacto venditor & emptor receſſerunt à contractu, juxt. *l. ab emptione, ff. de pact.* & venditor rem ipſam recipit: emptor agit redhibitoria ad pretium, quamvis adfuerit cauſa propter quam competat hæc actio, nempe propter morbum: Unde non videbatur competere, *l. debitor,* §. *fin. ff. ad Trebellianum.* Tamen utilis in factum competit, cùm venditor propter receptionem rei ſibi præjudicaverit, *l. quod ſi nolit,* §. *in factum, ff. eod.*

51 Venditor conventus ad pretium redhibitoria, reſtituit illud, nec illi emptor rem reſtituit; quia illam non petiit, nec ab emptore fuit ablata in judicio; poterit nihilominus illam petere cum acceſſionibus ad rem, ſi ante litem conteſtatam emergunt; ſed ſi poſt litem conteſtatam emergunt, veniunt officio judicis, *l. ædiles,* §. *item ſciendum, ff. eodem.* Et non ſolùm illæ acceſſiones veniunt, quæ perceptæ fuerunt, ſed etiam, quæ percipi potuerunt; quia hæc reſtitutio fit authoritate legis, *l. cùm autem,* §. *final. ff. eodem,* Bald. *in l. ſi prædium, num.* 5. *C. eodem.*

Emptor, qui redhibuit rem venditori, tenetur pro- 52
mittere de ſuo dato, & facto, *l. cùm mihi, ff. eodem,* Bald. *in d. l. ſi prædium, num.* 11. quod eſt intelligendum, quòd includat etiam eum tamquam hæredem alterius, ut notat Bart. *in l. ſi ſervus, la* 2. *ff. de condictione furtiv.* Bald. *in l. final. C. de action. empt.* Alex. *conſ.* 18. *num.* 13. *lib.* 5. Dec. *in l. hæredem, n.* 7. *ff. de regul. jur.*

Si procurator rem emptam deteriorem facit, tenetur 53
dominus in judicio redhibitorio ad damni illius emendationem, quando procurator habuit ſpeciale mandatum ad emendum, *l. ædiles etiam,* §. *procuratorio, ff. hoc titul.* Dec. *conſ.* 493. Bald. *in d. l. ſi prædium, n.* 17. *C. eod.*

Venditor noluit recipere equum, qui ſibi reddeba- 54
tur tanquam morboſus, emptor alligavit eum ad januam venditoris, & receſſit; venditor timens equum ibi poſſe perire, vel propter frigus, vel aliud accidens, ſin autem illum emitteret, poſſet vagans alicui nocere, tandem illum recipit in domum ſuam: Petrus Jacobus *in libel. act. in fact. ædilit. num.* 2. credit, quòd ſic, conſulit tamen, quòd ſanius eſſet illum reducere ad emptorem, qui ſi nollet recipere, quod ligaret ad ejus januam, vel duceret ad judicem; aut ſi velit intra domum ſuam recipere, quòd proteſtetur coram teſtibus, quòd illum recipit, ne pereat, & non ex alia cauſa, quo caſu in tuto erit venditor, argumento *l. ſi quis impediat,* §. *plerique, ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* vel dicat, ſalvo jure ſuo, argumen. *l. ſi debitor,* §. 1. *ff. quibus modis pig. vel hypothec. ſolvit.* Notandus eſt Joan. Gutier. *lib.* 4. *pract. quæſt.* 47. *num.* 28.

Notandum eſt, an dictæ actioni redhibitoriæ re- 55
nunciari valeat, ſcilicèt, quidam mihi vendidit animal morboſum, vel vitioſum, & fecit ut renunciarem redhibitoriæ, vel actioni quanto minoris, ſeu pactum fecit, quòd non agerem dictis actionibus, vel dixit venditor nolle teneri occaſione morborum, vel vitiorum, an talis renunciatio, vel pactum valeat? Dicendum eſt, quòd talis renunciatio non valet, quando vitium, ſeu morbum venditor ſciebat, id eſt, ſi emptorem non certificavit: ſi verò vitium, vel morbum ignoraverit, tunc pactum, ſive renunciatio proderit ei, quia remittentibus ſuas actiones non datur regreſſus; *l. quæritur,* §. *ſi venditor, ff. de ædilitio edicto:* & in dubio præſumitur ſcientia: quia quis præſumitur habere notitiam qualitatis rerum ſuarum; *l. quiſquis, C. de reſcindenda venditione,* & *ibi* Bartol. & Doctor. notat Baldus *in l.* 1. §. *hoc amplius, ff. de ædilitio edict.* Corneus *conſil.* 81. *lib.* 3. Alexand. Trentacinq. *lib.* 3. *var reſolut. de empt. & vendit. reſolut.* 11. *num.* 6. Jacobin. Butri. *in tract. de renunc. juris civilis,* verb. (*beneficio actionis redhibitoriæ,*) *& actionis quanto minoris, an renunciari poſſit?*

Actio quanto minoris duplex eſt, Prætoria, quæ 56
datur propter morbum, *l. quod ſi nolit,* §. *ſi plures, in fin. ff. eodem:* & Civilis, quæ datur propter alium defectum, *l. Julianus, in princip. ff. de act. empt.*

Hæc actio annalis eſt, *l. ædiles aiunt, in princ. ff. eod.* 57
& hoc nomine nuncupatur, quia res vendita, quæ viginti valuiſſet, propter morbum valet tantùm decem, *l. quod ſi nolit,* §. *ſi quis egerit, ff. eodem, l. Julianus,* §. 1. *ff. de*

actionibus

Digitized by Google

actionibus empti l. 2. C. eodem, & ſic reſcinditur contra-
58 ctus aliquando in totum, ut quando agitur redhibitoria; vel in parte, ut quando agitur quanto minoris, *l. redhibere*, *ff. eodem*: eſtque in electione actoris, utram velit intentare, dummodo tempora largiantur, *l. ſi is, qui hæres. ff. de except. rei jud. l. quod in hærede*, *§. eligere. ff. de trib. act. l. cùm filius*, *§. variis, ff. de leg. 2. l. nemo ex his, §. quoties, ff. de regul. jur.*

59 In actione quanto minoris civili exemplificari poteſt in eo, qui ſimpliciter fundum vendidit, ſi ſervitutem debeat, talem qualis eſt præſtare debet, *l. cùm venderes*, *ff. de contrahend. empt.* & competit emptori actio quanto minoris, ſi ſervituris ignarus rem emit, *l. quoties, ff. eodem*, poterit etiam ex empto agere, *l. in venditione, ff. de actionibus empti*: quòd ſi additum ſit optimum maximumque vendi, tamquam fides ſervata non ſit, nec venditor pro parte ſua impleverit, poſſet etiam ad reſciſſionem contractus agi. Verius eſt; ſed & ſi vicinus ſervitutem imponi adverſus emptorem obtinuerit, per actionem de evictione providebitur, *l. penult. ff. de evictlon.* & ita ſentit Alciat. *in l. qui uti*, *ff. de verbor. oblig.*

60 Animadvertendum eſt, quòd Bald. *in l. 2. quaſt. 2. C de reſcind. vendition.* conſtituit differentiam inter actionem quanto minoris res eſt, & quanto minoris aliquis eſſet empturus: hæc continet affectionem, & ſingulare propoſitum emptoris, illa intereſſe commune, id eſt, quanti res communiter vendi poteſt: & hanc ſententiam ſentit Bart. *in l. Iulianus*, *ff. de action. empt.* & tribus modis exemplificat. Primò, emi ſervum homicidam, ego ſi ſciviſſem neqnaquam emiſſem: at Tyrannus charum habuiſſet pro ejus tuitione. Secundò, equum vitioſum Doctor aliquis non emiſſet etiam minimo pretio, Mareſcalchus verò ſic; quia facilè propter artis peritiam curaſſet. Tertiò, Scholaris non emeret librum mendoſum, & litteris plenum, Doctor emeret propter ſcientiæ peritiam. Ex quibus conſtat multum differre pretium commune à ſingulari, inſpecta emptoris qualitate.

61 Verum tamen eſt, hanc, *quanti res eſt*, clauſulam, veram æſtimationem continere, ut in *l. inter hæc verba. & l. hæc verba ff. de verborũ ſignificatione.* Unde aliquod intereſſe in ea conſiderari non poteſt, etiam commune, ut docuit Alciat. *in d. l. hæc verba*: minuſque in illo quanto minoris eſſet empturus, cùm de intereſſe nullum verbum, ſed tantùm reſpexiſſet I.C. auctum juſtum rei valorem, quod nec etiam *Bal.* affirmare auſus eſt, ſed ſub credulitatis verbo reſpondit.

Nec *Bart.* exempla movent, quia conſiderandum eſt, quòd qualitas perſonæ non alterat communem rei valorem, ut faciat illum tranſire in ſingularem; ſed tantum hoc agit, quod mihi expedit habere, alteri nihil valet, ſed ex hoc non æſtimatur rei valor, ſed inſpecta illius ſubſtantia, notata in *l. pretia rerum, ff. ad l. Falcidiam*, & ſic dici poteſt, quòd equus morboſus mihi nihil valet, at Mareſcalcho aliquid valet, qui ſua peritia ad ſuam priſtinam reſtituet ſanitatem.

Bart. in *d. l. Julianus.* dicit inter ſe differre has actiones; quoniam prætoria temporalis eſt, civilis verò perpetua, illa datur ſolum de illis rebus. de quibus Ædiles providerunt, hæc pro omnibus. Cin. *in l. 2. C. eod.* non probat primam *Bart.* differentiam. Quoniam ſi actio quanto minoris, temporalis eſt, & repellitur ab intereſſe communi, ergo multo fortius actio quanto minoris eſſet empturus, debet eſſe temporalis, & repellere ab intereſſe ſingulari; quia jura ſingularia facilius tolluntur, & breviori tempore; *l. in honorariis §. ſed cum reſciſſa, ff. de act. & obligat. l. ejus militis*, *§. militia*. *ff. de teſtam. milit.* Sed cum civilis ſit, tolli non poteſt niſi 30. annorum ſpatio, *l. 2. C. de conſtit. pecun.* ergo hæc *Bart.* differentia vera eſſe non poteſt.

Unde Bal. *in l. 2. q. 2. C. de reſcind. vendit.* ut tollat hanc controverſiam dicit, quod duplex eſt quanto minoris actio civilis, & duplex quanto minoris prætoria: nam cum in hoc contractu conſideretur intereſſe ſingulare, & commune, datur electio emptori an agere velit quanto minoris res eſt, vel quanto minoris eſſet empturus; ſed differunt tempore, quia differunt juxta rei naturam: nam Ædiles ſolum animata conſiderant, quæ ſunt fragilia & corruptibilia, & ideò non erat conveniens quòd actio eſſet perpetua ſuper fragili materia; ſed jus civile conſiderat inanimata, quæ ſunt majoris durationis communiter, ut patet ad ſenſum.

Hæc *Baldi* conſideratio ſubtilis eſt; tamen non ge- 62
neralis; quia civilis quanto minoris datur etiam pro rebus fragilibus, & corruptibilibus, ut in ſecunda differentia *Bartol.* probatque textus in *l. ex empto, §. ſi quis virginem, ff. de actionibus empti.* Propterea tenendum eſt, actionem quanto minoris eſſe prætoriam, & actionem quanto minoris empturus eſſet, eſſe civilem, utramque autem continere juſtam rei æſtimationem per ſupra dicta: ſed in hoc ſtat illorum differentia; quia prætoria datur pro morboſis, civilis propter alias cauſas quæ rei valorem minuunt, & non aliter ſic diverſo modo appellantur, niſi ut una ab altera cognoſcatur, cum à diverſo oriantur fonte.

Si quis agat quanto minoris contra aliquem, cui res 63
erat quaſi inutilis, adeò quod pro nihilo emiſſet, an poterit judex condemnare redhibitoriâ? Quilibet diceret, quòd non, quia ſententia judicis debet eſſe conformis libello: *l. ut fundus ff. commun. dividund. cap. licèt Hely de ſimonia.* In contrarium eſt caſus in *l. boves*, *§. aliquando*, *ff. de ædilitio edict.* quod ſingulariter limitat *Angelus*, ſi modo agatur quanto minoris intra ſex menſes, & ſic aliud ſingulare, ibi: *Quanto minoris, expirat ſex menſibus*, contra *l. 1. & 2. C. de ædilit. edict.* Sed illud non eſt mirabile, quia ex quo judex omittit illam quanto minoris, & amplectitur redhibitoriam; tunc redhibitoria durat ſolùm ſex menſibus, & hoc priùs animadvertit Petrus Jacobus *in pract. in forma libelli, quantò minoris*; text. eſt in *l. ſi is qui hæres. §. 1. ff. de except. rei jud.* ultra, ad *d. §. aliquando*, aliud notabile admonet, quòd ſi emptor nondum ſoluto pretio cognoverit animal eſſe morboſum, & ſciens ſolverit pretium, poſteà non poterit agere redhibitoriâ argum. *l. 2. C. de his, quæ vi, met. &c. l. penult. ff. de condict. ob turpem cauſam.*

Quoties ſupra dictæ actiones non competunt, recur- 64
rendum eſt ad actionem in factum ædilitiam, ut plurimum competere ſolet, quando facta redhibitione venditor moratur pretii reſtitutionem: cum enim iniquum ſit, ut quis re & pretio fruatur, *l. emptorem*, *§. final. ff. de act. empt.* placuit hac actione ipſum venditorem conveniri poſſe; & tunc amplius non quæritur, an res ſit in redhibitione, cùm jam ſit facta reſtitutio; ſed ſolum pretii reſtitutio petitur.

Sed jam quæritur, an iſta ſit temporalis, vel perpe- 65
tua? Specul. *in tit. de empt. & vendit. §. de reſcindenda*, tenet, quòd ſit perpetua, quia eſt rei perſequutoria. *l. in honorariis, ff. de act. & oblig.* verum Petr. Jacob. *ubi ſup. in fin.* tenet, quòd ſit temporalis, quia ædilitiæ actiones, licèt ſint rei perſecutoriæ, tamen ipſæ ſunt temporales, ut notatur in *l. ædiles aiunt*, *in princ. ff. de ædil. edict.*

Competit aliquando pro animalibus nocivis, quan- 66
do eo loco, quò iter fit, habet quis canem, verrem, aprum, vel ſimile animal quod poſſit nocere, ſivè ligatum, ſivè ſolutum, *l. hi enim*, *& ſeqq. ff. eod.* qua tamen pœna hujuſmodi puniantur? ponit Menoch. *lib. 2. de arbitrar. caſu 366.* Sed quia multoties homines arctantur ad tenendum canes ut ſint cuſtodes pecudum, non poſſunt argui culpa, imò ſunt reputandi diligentes,

& probi, quia fecerunt illud, quod in toto Regno com-
muniter fit, etſi aliis noceant; quia tenere canes in do-
67 mo, agro, vel maſſariis, non eſt de genere prohibi-
torum; quia Duces, Principes, & Magnates etiam
hoc agunt, non ſolum ruſtici; & in jure excuſatur qui-
libet faciens id, quod eſt communiter fieri ab aliis con-
68 ſuetum, ſecundùm *l. pignus, in fin. ff. de pignorat. act.*
Imò actus, etiamſi eſſet de ſe illicitus, efficeretur licitus
ob generalem conſuetudinem: ita pulchrè tenet Bal. *in
l. is, in fin. C. depoſit.* Abb. *in c. cum venerabilis, de con-
ſuetud.* Alex. *conſ.* 132. *col.* 2. *lib.* 1. ſolum text. in *d. l.
hi* prohibet teneri iſta animalia, quando domini ſciunt
ea eſſe ferocia, & nociva; quia tunc debent tenere
69 cum tali cautela, ut aliis non noceant: & ita intelligun-
tur text. in *d. hi, & l. quia vulgò*: & hæc declaratio fit
etiam per text. *in c fin. ver.* (quòd ſi animalia,) *extra de
injuriis,* ibi: *Quæ conſueverunt nocere*: nam ad hoc, ut
dominus animalis teneatur, eſt neceſſe, quòd animal
conſueverit nocere; & hoc ibi declarat Abb. & DD &
tunc duo copulativè requiruntur: Primùm ſcilicèt; quòd
conſueverit nocere: Secundò, quòd teneatur ſine cu-
ſtodia in loco per quem communiter iter fit. *§. fin. Inſtit.
ſi quadrupes paup. feci. dic. & dicta l. quia vulgò.* Semper
enim jura in iſtis caſibus ponderant culpam domini
animalis, *l. 1. §. ſed ſi canem, ff. ſi quadrup. paup. feci. dic.*
Abbas *in cap. ad audientiam, de homicid.* Robertus
Maranta *conſil.* 136. *per totum.*

FINIS.



INDEX

Digitized by Google

INDEX LOCUPLETISSIMUS RERUM OMNIUM,

Sententiarumque Inſignium, quæ in hoc Tractatu de Evictionibus continentur, in ordinem Alphabeticum congeſtus, cujus prior numerus folium, ſecundus numerum demonſtrat.

A.

ACTIO, quæ naſcitur ex evictione, appellatur *actio ex empto*, fol. 3.n. 21

Appellatione venditionis omnes contractus continentu, fol. 4. n. 6. & idem eſt in omnibus alienationibus, ibid. 6

Alienatione prohibita, cenſetur prohibita hæredis inſtitutio, & ſucceſſio ab inteſtato, fol.4.n.7.

Alienatione prohibita, an cenſeatur permutatio, ibid. n.9.& fol. 162.n.1

Alienatione prohibita reſpectu certæ perſonæ, admittitur illa perſona ad revocandum, etiamſi res fuerit permutata, fol. 5. n. 10

Alienatione prohibita, an cenſeatur prohibita alienatio ad pias cauſas? ibid.n. 11

Alienatione prohibita, an cenſeantur prohibiti alii contractus alienationis, ibid.n.13

Alienatione prohibita, an cenſeatur prohibita diviſio, ibid. n.14

Alienari prohibitus, an poſſit tranſigere, & compromittere ſuper re prohibita, ibid.n.15

Alienari prohibitus, an prohibeatur dare in ſolutum creditori, ibid.n. 16

Alienari prohibitus, an poſſit rem in judicium deducere, ibid.n.17

Alienari prohibitus, an prohibitus cenſeatur locare, ibid.n. 18

Alienatione prohibita, an poſſit obligari, vel alienari, ibid. n.19

Alienari prohibita poſſunt obligari ſecundo creditori, eo modo, quo erant obligata primo creditori, ibid, num. 22

Ablatio ſimpliciter prolata importat jure, vel injuria, ibid.n. 25

Amiſſio eſt verbum privativum, fol.6.n.27

Advena ſtatim receſſurus ſi ibi contraxit, ibidem ſortitur forum, fol.7.n.15

Advena ratione contractus, ibi ſortitur forum, fol.8. num. 18

Advena ſortitur forum ratione contractus pro his, quæ ſecundum naturam contractus ſtatim erant expendenda, ibid.n.19

Advena conveniτur in loco contractus, ſi ſtatim eſt receſſurus, ubi evictio imminet in limine contractus, fol.8.n. 20

Advena ſtatim receſſurus poteſt conveniri, ibi pro ſalario advocati, ibid. n. 21

Advena, & quilibet viator ſi inveniatur in Curia Regia convenitur in ea, fol.8.n.26

Ad officium Judicis expectat ne fraudes committantur, ibid.n.29

Author venditoris ſuſcipiens judicium, ſi dives eſt, loco fidejuſſoris habetur, fol.11.n.58

Arbitrarium eſt, quòd tempus comprehendat dictio *diù*, fol.15.n.44.& ſeq.

Arbitrium hoc judex arbitrabitur ex tempore, & ex perſonarum affectu, & aliis, fol.16.n.46

Ad factum obligatus tenetur, ſi requiſitus fuerit, fol.21 num.19

Adverſario meo credere non debeo, fol.23.n.42

Argumentum validum non eſt de feudo ad emphyteuſim, fol.26.n.69

Advocatus fiſcalis quocumque tempore poteſt agnoſcere bonam fidem, fol.30.n.99

Abſenti neceſſarium eſt creare curatorem bonorum, vulgò *defenſor*, ut judicium validum, & firmum ſit, fol.33.n.12

Actio criminalis, & civilis ab ea dependens in eodem libello, & judicio poſſunt proponi, fol.37.n. 36

Alguacelli, & executores euntes extra Civitatem ad executionem faciendam pro eundo, & redeundo in uno die unum ſalarium debent habere, fol.39. num. 41

Advocatus emptor, ſi ſuccubuerit non recuperat expenſas à venditore, fol.40.n.93

Advocatus emptor in cauſa evictionis ſi aſſumpſerit ad ſui defenſionem alium advocatum, poteſt recuperare expenſas, fol.41.n. 94

Advocatus emptor poteſt, ſub nomine damni, & intereſſe petere expenſas, quia occupatus in propria cauſa defendenda, non potuit in aliis advocare, ibid. num. 95

Advocatus emptor non recuperat expenſas, quando gratis habuit Advocatum, & Notarium, ibid.n.95

Aſſiſtens in judicio ratione proprii intereſſe debet aſſiſtere coram Judice rei conventi, fol.42.n. 2

Aſſiſtens, ſive interveniens partes actoris ſuſtinet, & forum rei ſequi tenetur, fol. 43.n. 5

Actor licet reluctetur, tamen invitus cogetur litem inchoare cum venditore, ibid.n.14

Actor ſi ex judicii mutatione prætendat aliquod præjudicium

Index Materiarum.

dicium ſibi inferri, tunc judicium non mutabitur, fol. 43.n.17

Aſſiſtens liti proponere debet exceptiones executionis coram Judice executionis, fol.45.n.43

Aſſiſtens liti poterit reum juvare allegando, & probando omiſſa per emptorem, fol.43.n.21

Aſſiſtens poteſt recuſare judicem, qui de cauſa cognoſcit, fol. 43. n. 22

Aſſiſtens ſi ſit minor beneficium reſtitutionis impetrabit, ut poſſit producere novos teſtes, fol.44.n.25

Aſſiſtens debet proſequi eundem proceſſum, & non novum inchoare, ibid.n. 32

Aſſiſtens liti poteſt opponere exceptionem, quam emptor omiſit opponere, vel quia noluit, vel quia non potuit, ibid.n.41

Aſſiſtens etiam poteſt opponere exceptiones modificantes ipſam executionem, ibid.n.42

Aſſiſtens debet eas opponere coram Judice executionis, fol. 45. n.43

Aſſumens judicium in ſe non mutat judicium, nec qualitatem judicii, fol. 48.n.13

Actor privilegiatus ſuperveniens pro evictione rei venditæ non mutat forum, nec trahit actorem ad ſuum forum, fol.53.n.6

Actio ex ſtipulatu, & actio ex empto ſunt diverſa, fol.55.n.29.

Armorum delatio eſt leve crimen, & ſic creditur nuntio dicenti aliquem portaſſe arma, fol. 59.n.27

Aſſertioni Papæ ſtandum eſt, fol.60.n.36

Aſſertioni Regis, vel Principis credendum eſt, ibid. num.37

Aſſertioni Perſonæ nobiliſſimæ creditur de mandato, vel commiſſione ſibi facta, ibid.n 38

Aſſertioni ſecretarii, vel alterius familiaris, ſacri cubicularii Principis creditur de rebus à Principe commiſſis, & etiam in arduis, quando Princeps eſt in eodem loco, ibid.n.39

Temperatur, ut procedat quando non reſpicit præjudicium alterius, ibid.n.40

Actus ſimpliciter factus intelligitur pro prima vice, fol.64.n.28

Actio evictionis non datur ſingulari ſucceſſori contra authorem authoris, fol.67.n.2

Actio de evictione eſt perſonalis, & tantum tenet perſonas obligatas, ibid.n.4

Actiones omnes donatori competentes, & competituræ occaſione ipſius rei donatarius conſtitutus eſt procurator in rem ſuam, fol.68.n.15

Actio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorem, ibid. num.16

Actio perſonalis in ſubſidium datur contra tertios poſſeſſores, ibid.n.17

Actio perſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem reſpectu rei ad rem, ibid. n.18

Actio perſonalis favore ultimæ voluntatis datur in ſubſidium contra tertium poſſeſſorem, ibid.n. 19

Actio perſonalis pro alimentis, anniverſariis, decimis, oblationibus, & tributis contra tertium agi poteſt, ibid. n.20

Actio perſonalis, & ſi non detur contra tertium poſſeſſorem, datur Judicis officium, ibid. n.21.

Actio perſonalis datur contra tertium rei poſſeſſorem ex cauſa lucrativa, ſecus ex cauſa oneroſa, ibid.n.22. & 23

Actio perſonalis favore fiſci, & dotis datur contra tertium, ibid.n. 24

Actio perſonalis propter impoſſibilitatem contra aliquem exerceri non poſſit, tunc impoſſibilitas facit, quòd poſſit exerceri, ibid.n.25

Actio perſonalis in rem ſcripta datur contra rei poſſeſſorem, fol.69.n.27

Actio, *l.2.C. de reſcind. vendit.* datur contra tertium poſſeſſorem primo emptore non ſolvendo, ibid.n.28

Actio perſonalis *dict. l. 2.* datur contra eum qui vendidit, ibid.n.28

Actio iſta non datur contra tertium poſſeſſorem, niſi alienatio eodem morbo laboret, ibid.n. 29

Actio perſonalis ex *dict. l. 2.* & ſi in rem ſcripta poteſt intentari contra tertium ſcientem deceptionem interveniſſe, fol.69.n.31.&32

Alienatio facta à debitore pendente lite fraudandi animo facta præſumitur, fol.71. n.57

Alienatio rei facta ex dolo lite pendente, inſtrumentum vel ſententia contra tertium exequi poteſt, fol. 71. num. 58

Actione reſciſſoria prius agendum ſit contra tertium poſſeſſorem, ut executio locum habeat, ibid.n.59

Alienatio rei litigioſæ ſi in clericum facta ſit à laico, ab Eccleſiaſtico judice ſententiæ executio facienda eſt, ibid. num.60

Alienatio cum dolo facta in fraudem executionis lite pendente, executio locum habet adverſus eum, qui dolo deſiit poſſidere, ibid.n.61.& 62

Alienatio lite mota, dolo interveniente ſine contractus reſciſſione adverſus dolo poſſidentem jus ſuum aſſequi poteſt victor, ibid. n. 62

Idem ſi alienatio omnium bonorum facta ſit, ex eodem judicio emptor convenitur, ibid.n.62.&63

Alienatio voluntaria poſt cœptum judicium eſt prohibita, non neceſſaria, fol.72.n.72

Alienari non poteſt res litigioſa, niſi neceſſaria ſit alienatio, ibid.n.73

Alienatio neceſſaria nunquam cenſetur excluſa, ibid. n.74.& n.78

Alienationes neceſſarias poſſeſſor majoratus facit, ibid. num.76

Alienandi prohibitio voluntariam non neceſſariam alienationem continet, ibid.n.77

Ad alienationem non pertinet, quæ per judicis ſententiam fit, ibid.n. 78

Alienatio in fraudem paratæ executionis non eſt, quæ in anteriorem creditorem fit, ibid.n. 79

Additio rei diverſa ad libellum jam præſentatum indiget novo termino, nova litis conteſtatione, & inſtantia, fol.73.n.89

Acta ad inchoatæ jam executionis perfectionem facta, novam non inducunt inſtantiam, ſed eandem continuant, ibid.n. 90. & 91

Appellatio ſuperflua non eſt admittenda, fol.75.n.24

Agens de evictione, an agat ad expenſas, quas tradidit in rei venditione, fol.80.n.40

Alienari poſſunt pro dote bona fideicommiſſo ſubjecta, fol.81.n. 53

An hoc procedat pro intereſſe dotis, ibid. n. 53

Authentica res, quæ C. communia de legatis, quæ procedit in dote, an procedat pro ejus intereſſe, ibid.n.54

Authentica dicta locum habet in vera dote, & non in dote confeſſata, ibid.n.55

Et an procedat in anteà facto, fol.82.n.56

Aſſenſus præſtitus pro forte principali bonorum feudalium non extenditur ad intereſſe, quod oritur ex mora debitoris, ibid.n. 57

Actio de dote eſt bonæ fidei, & uſuræ, & acceſſiones veniunt ſecundum naturam ipſius actionis, ibid. num.63

Actor agens de evictione nolens ſententiam ferri, feretur ad petitionem emptoris conventi, fol. 90. n.1

Agi poteſt ante evictionem, quando evictio imminet in limine contractus, fol.91. n. 12.

Agi etiam poteſt ante evictionem quando res vendita eſt alteri obligata, vel ad tertios poſſeſſores deveniri poteſt, ibid.n.13

Index Materiarum.

Actio de evictione nata non dicitur ſi evictio non eſt executa, fol.93.n.27
Actio de evictione, & ad pretii recuperationem regulariter non datur lite mota, ſed ſolum ad defendendum, & cavendum, ſeu liberandum, ibid.n.28
Actio de evictione ex empto agi poteſt re non evicta propter qualitatem non patefactam, fol.94.n.28
Agnatus poteſt redimere bona alienata virtute ſtatuti ita diſponentis, cum intelligatur quis hac lege vendidiſſe, ut liceat agnato retrahere, fol.107.n.18
Aliud pro alio invito creditore ſolvi non poteſt, puta, ſpecies pro quantitate, & pecunia, fol.121.n. 2.& 3
Aliud pro alio ſolvi non debet quoad intereſſe affectionis, ibid.n.9.
Aliud pro alio invito creditore cedi non poteſt, ibid. num. 10.
Aliud pro alio invito legatario ſolvi non debet, ibidem num. 11
Actio doli competit contra agentem ex contractu, quem non adimplevit, fol.139.n.53
Adimplere non licet poſt oppoſitionem exceptionis non adimplementi factam in judicio, ibidem num. 54
Alienans omne jus, quod habet in aliqua re, ſi nullum jus in ea habet, de evictione non tenetur, fol. 145. num.57
Actio alicui competens extinguitur ſi ex poſt facto ceſſat intereſſe, fol. 151.num. 52
Aſſignata res pro melioratione ſi evincatur à filio, agere poteſt de evictione, fol. 156.n.25
Actio ex empto eſt bonæ fidei, fol.157.n.46
Actio ex teſtamento eſt ſtricti juris, ibid.n.47
Alienam eſſe rem ſi conſtaret, legatarius poteſt agere antequam res evincatur, ibid.n.49
Ante litis conteſtationem legatarius denunciat emptor quocumque tempore. ibid.n.50
Annuus redditus datus Eccleſiæ debet eſſe perpetuus, fol. 166.num.11
Argumentum valet ex natura actus, ibid.n.16
Aſſignatio redditus à patrono non eſt ad limitandam obligationem ut ſi redditus deficeret, Eccleſia eum perderet, ibid.n.21
Aſſignatio certæ quantitatis fundi poſtea ſequuta, non operatur taxationem ab ipſa obligatione, ſed demonſtrationem ad effectum exactionis, fol.167.num. 22.23.24
Alimenta, ſeu penſio ob cauſam piam relicta ſuper fructibus certi fundi, vel loci, ſi fructus deficiant, ex aliis bonis relinquentis præſtari debent, ibid. n. 25.26.27.28
Alimentorum favor, & piæ cauſæ exigit in omni caſu penſio præſtanda ſit, ibid.num.26.& 27
Alienationis proprium eſt dominium transferre, fol. ibidem,n.32
Actus ſequens quando venit in executionem præcedentis obligationis, ejus intelligentiam aperit, fol. 168.n.41
Aſſignatus redditus ad rationem quatuordecim pro Capellania, ſi cenſus valor creſcat, non poteſt facere Capellanus, ut imponatur à patrono hærede ad majorem ſummam, fol.171.n.68
Alienatio feudi fit contra legis præceptum, fol.178. num.2
Alienatio rei alienæ valet, fol.179.n.29
Alienam rem emens ſcienter, mala fide emit, ibidem num. 31
Authoritas haſtæ publicæ minui non debet, fol.192. num.37
Alienationis prohibitio lite mota intelligitur de voluntaria, & non de neceſſaria, & judiciali, fol. 193. num. 42
Addictio judicialis non poteſt retractari, niſi reddito prius pretio, ibid.n.54
Agens directa actione, & probans utili ſuccumbere debet, fol.200.n.65
Actor tenetur exprimere qua actione agat, directa, an utili, ſi ex libello conſtare non poſſit, fol.201.n. 67.68
Actio directa an cenſeatur in dubio intentata, ibid. num. 69
Actio in dubio videtur intentata, quæ libellanti eſt utilior, ibid.n. 71
Actio directa, vel utilis intentata cenſetur ex concluſione libelli, ibid.n. 72
Actionem directam intentans quid agere teneatur, ibid. n.71
Actio utilis quadrupliciter dicitur, ibid.n.72
Actio utilis qualiter differat à directa, ibid.n. 73
Actio directa dupliciter dicitur, ibid.num. 74
Actio utilis quando competat, quando directa, ibid. n.74.& 76
Actio directa cur ſic dicta, ibid.n.76
Actiones utiles transferuntur ſine ceſſione, ibidem num.77
Actiones utiles habens virtute ceſſionis non poteſt exercere directas nomine ejus penes quem remanſerunt, ibid.n. 78
Actio utilis à lege ex interpretatione data, eundem habet effectum quem habet directa, ibidem,n.79
Actiones directæ non poſſunt transferri in ceſſionarium, ibid.n. 80
Actiones directæ transferuntur in procuratorem in rem ſuam, ibid.n. 81.82
Actio utilis, quæ ex ceſſione proficiſcitur, unde oriatur, & an ſit dativa, vel eadem cum directa, ibid. num.83
Actiones futuræ, & competituræ regulariter non veniunt in contractu, niſi dicatur cedi omne jus, quod habet, vel ſperat habere, fol.202.n.91
Actionis futuræ ſpes cedi poteſt, ibid.92
Authores omnes debent laudari ſi plures ſocii aut hæredes vendiderant, fol.207.n.15
Actio evictionis, & imperfectionis ſunt contraria, fol. 229.num. 7
Actio ex empto de evictione triginta annis præſcribitur ſicut cæteræ actiones, ibid. & fol.230.num.11.12
Actio evictionis ceſſat, niſi tota res fuerit evicta, fol. 231. num.3
Actio evictionis non competit evicta una re ex pluribus venditis, niſi pro parte rei evictæ, & pro parte pretii, fol. 232.n.15
Acceſſiones rei venditæ enunciatæ à venditore partem rei dicuntur, fol. 233.n. 17. 18
Advocatus expertus quis dicatur, fol.240.n.4
Advocatio eſt dignitas, & honorabile officium, ibid. num.5
Author invehitur contra vulgares idiotas, qui dicunt, quòd nullus advocatus fuit ſanctus, ibid.n. 6
Advocans pro modico ſalario contemptibilis reputatur, fol. 241. n. 8
Advocatus, quæ obſervare debet circa competens ſalarium, ibid.n.8
Advocatus mortaliter peccat, ſi recipiat ſalarium, & pro viribus clientulum non defendat, imò perfidus dicitur, ibid.n.9
Advocati imprudentes vocari poſſunt dum promittunt ſuis clientibus victoriam, cum ſit dubius litis eventus, ibid. n.10
Actio ex empto in cauſa evictionis habet duo capita, fol.261.n.2
Caput primum habet reſpectum ad bonitatem, quæ fuit tempore contractus, ibid.n.3
Alterum caput habet reſpectum ad bonitatem, quæ fuit tempore rei evictæ, ibid.n.4
Actio ex empto non agitur ad pretium, ſed ad id, quod inte-

intereſt, fol.262. n. 5
Augmenta externa non veniunt in cauſa evictionis, ibid.n.7
Ad juſtitiam, vel injuſtitiam pretii emptionis, & venditionis tempus contractus eſt conſiderandum non anterioris, vel poſterioris tempus, fol. 264.n.14
Actio ex empto de evictione, & actio empti ad traditionem, quid inter ſe differant, fol.428.n.3
Authoris laudatio ſuper poſſeſſorio admittitur, adverſus quem agitur de evictione, ibid.n.4.&5
Aſpicientes ludum puniuntur ſicut ludentes pari pœna, fol.273.n.21
Actus voluntarius, qui poſt vim ſequitur approbans actum in quo vis intervenit, attenditur, & non vis, quæ præceſſit, ibid.n.26
Actio quanto minoris duplex eſt, & annalis, fol.280. num.56.& 57
Actor actionem habet agendi redhibitoria, vel quanto minoris, & in illis variare, fol.261.n.58
In actione quanto minoris ponitur exemplum, ibidem num.59
Actio quanto minoris datur pro rebus fragilibus, fol.281.n.62
Actio ædilitia in factum eſt ſubſidiaria, fol.282. n. 67.
Pro animalibus nocivis competit, ibid. uſque ad finem.

B

CAp. brevi de jurejurando explicatur, fol.26.n.68
Bartolus explicatur *in l. eum qui*, *§. jura vero*, *ff. de jurejurando*, ibid.n.72
Beneficium principali conceſſum, ne conveniatur ultra quam facere poſſit, non opitulatur ejus fidejuſſori, fol.64.n.23
Bona obligata, & hypothecata pro dote, ſont obligata, & hypothecata pro ejus intereſſe, fol.82.n.61
Bonæ fidei poſſeſſor percipiens fructus ex aliena re ſuos facit quando à ſolo ſeparati ſunt, fol.118.n.61
Bartoli doctrina explicatur *in l. eum lex*, *ff. de fidejuſſoribus* diſtinguentis inter venditorem ſcientem, & ignorantem, fol.132.n.49
Beneficiorum permutatio ſi non ſortita eſt effectum, licet propria authoritate ad ſuum beneficium redire, fol.163.n.18
Beneficio evicto reſolvitur permutatio, ibid.n.19
Bona vendita in ultima ſubhaſtatione (revocata ſententia vulgo *de remate*) an veniant reſtituenda debitori, an verò pretium, quod recipit creditor, fol.153. num. 51
Bona nomina fiunt deteriora, ſi non interpellata ſunt, fol. 199.n.59
Bonæ fidei defectus de jure canonico uſucapionem vitiat, fol. 229.n.9.&10
Beneficium evictionis tribuendum eſt, quando ſolum pars rei evicta ſit, fol.231.n. 4
Beneficio controverſo non currit tempus promovendi ad ſacerdotium, fol.266.n. 4
Bona vincentis in ludo ſunt tacitè hypothecata ad favorem ejus, qui ad pecuniam amiſſam repetendam habet actionem, fol.274.n.32

C

CAutio præſtita pro evictione nuncupatur pro ſtipulata, fol.3.n.23
Comes facundus in itinere difficili pro vehiculo eſt, fol.2.n.5
Cicero, & Quintilianus nominaverunt authores, qui ante ipſos ſcripſerunt, fol.1.n.2.& 3
Contrahens cum aliquo ſtatim receſſuro, non poterit convenire eum in loco contractus, fol.8.n.16
Contractus factus in alio Regno, ſi conveniatur in Regno Caſtellæ quis, attendi debet lex Caſtellæ quoad ordinationem, quoad deciſionem lex Regni ubi contractum eſt, fol.9.n.40
Clericus ſi litigat in judicio ſeculari, ligatur conſuetudine illius loci quoad ordinatoria litis, licèt ſubditus non ſit, ibid.n.41
Conteſtatio litis ubi eſt; executari non valet, fol. 10. num.48
Creditor tenetur præſtare fidejuſſorem qualem poteſt, quando neceſſitatur in ſolutum capere ex bonis debitoris, ibid.n.53
Cautio juratoria non ſufficit ad effectum, ut quis cogat adverſarium ad aliquid ſibi præſtandum, fol.11.n.60
Cautio juratoria ſatis non eſt quando à lege fidejuſſio requiritur, ibid.n.62
Certus non eſt certificandus, fol.19.n.3
Ceſſio fit aliquando ad commodum ceſſionarii, fol.21. num.13
Copia libelli datur, ut reus deliberet, fol.23.n.38
Copia libelli dari debet, ſi petatur, ibid.n.44
Conductor ſolvere jurans, ceſſans per annum in mora conſtituitur, fol.24.n.52
Citatio omitti poteſt, quando conſtat nullam defenſionem competere, fol. 28.n.83
Ceſſante cauſa impulſiva ceſſat diſpoſitio, fol. 29.n.92
Cauſa impulſiva quæ dicatur, & finalis, ibid.n.95
Circa hoc Ripæ diſtinctio reprobatur, ibid.n.94
Quædam diſtinctio approbatur, fol.30.n.97
Duæ circa ibidem diſtinctiones referuntur, ibid.n.95
Cravetta reprobatur, ibid.n.96
Secunda diſtinctio reprobatur, ibid.n.97.& 98
Cravettæ opinio ſalvatur, ibidem.
Cauſa dicitur finita, cum videtur contra aliquem eſſe condemnandum, ibid.n.100.102.& 103
Curator bonis abſentis dandus eſt, ut judicium validum ſit, fol.33.n.12
Et quæ intervenire debeant, in creatione hujuſmodi curatoris, ibid. n. 12
Curator arbitrio judicis dari poteſt, ibid.n. 12
Curator hujuſmodi debet conſtitui per judicem competentem, cui ſubeſt abſens, vel in foro illius judicis, in quo ſe præſens cogeretur judicium ſuſcipere, ibid. num. 12
Connexa diſiungi non poſſunt, fol.36.n.31
Compromiſſum, an venditor poſſit petere, ſi denuncietur in cauſa evictionis contra agentem conſanguineum, fol. 36.n.33
Compromiſſum petens, non perimit judicium, nec illud detractat, ſed ſolum ſuſpendit, ibid.n. 35
Criminalis cauſa principaliter propoſita, & civilis incidenter, utriuſque concurſus admittitur, fol.38.n.36. in fin.
Cauſa dependens à criminali, idem dicitur judicium de dependentibus, & connexis, ibid. n. 38
Continentia cauſæ dividi non debet, ibid.n.38.in fin.
Hoc fallit in clerico, ibid.n.38
Contrahens appoſito nomine officii in dubio contemplatione officii contrahere cenſetur, & finito officio non tenetur, fol. 40.n.86
Contrahens ſuper re ad dominum pertinente, licet ſimpliciter contrahat, videtur contrahere ſub nomine officii, ibid.n. 87
Clericus ubi de evictione agitur, non poteſt conveniri coram judice laico, fol.47.n.1
Clericus proprium habet judicem, ibid.n.2
Clericus eſt exemptus à juriſdictione judicis ſecularis, cum ſit res ſpiritualis, ibid.n.3
Clerico venditori à laico emptore pulſato ſuper judicio evictionis, ibid.n. 4
Clerici denunciatio debet fieri coram judice Eccleſiaſtico,

Index Materiarum.

ſtico; ibid. num. 5
Clericus de licentia ſui Epiſcopi poteſt emptorem defendere coram judice laico, ibid. n. 7
Clericus venditor veniens nominatus ad judicium, debet remitti ad judicem ſuum, ibid. n. 8
Etiam quando eſſet denunciatus in judicio ſeculari, debet etiam remisti, ibid. n. 9
Clericus formaliter denunciatus dicitur defenſor neceſſarius, & debet remitti ad ſuum judicem, ibid. n. 9
Clericus nominatus in cauſa evictionis non poteſt forum declinare, ſed debet litigare, coram judice laico ubi cauſa evictionis agitatur, fol. 48. n. 10. & 11
Clericus conventus in cauſa evictionis coram judice Eccleſiaſtico, & nominaret laicum in ſuum authorem, laicus teneretur litigare coram judice Eccleſiaſtico, ibid. n. 11
Clericus venditor gerere videtur res emptoris, & poteſt facere, quæ emptori permittuntur, ibid. n. 15
Clericus uti defenſor neceſſarius vocatus ad judicium ad defenſionem ſui coloni, vel inquilini coram judice Eccleſiaſtico conveniendus eſt, ibid. n. 19
Clericus quando eſt defenſor voluntarius veniens ad defendendum illum, qui non nominavit in judicio coram judice illius, qui nominavit comparere tenetur, fol. 49. n. 20
Clericus comparens, ut neceſſarius defenſor, & procurator in rem ſuam, tunc poterit opponere declinatoriam fori, ibid. n. 22
Conventus ſi à principio fateatur ſe poſſidere, & poſteà nominet clericum in dominum, debet condemnari ad rei reſtitutionem reſervatis fructibus, & juribus clerici nominati, fol. 49. n. 23
Clericus veniens ad aſſiſtendum, & defendendum emptori, non dicitur conveniri coram judice ſeculari, qui ſolum præſtat authoritatem, & defenſionem ipſi emptori, ibid. n. 29
Clericus in cauſa evictionis coram judice ſeculari non prohibetur uti jure ſibi competenti, & beneficio, ibid. n. 32
Clericus ſucceſſor ex aliqua cauſa in re hypothecata à laico executari poteſt coram judice laico, ibid. n. 34
Contrarium verius proponitur, fol. 104. n. 35
Clericus ratione retractus ſanguinis coram judice laico eſt conveniendus, fol. 50. n. 36
Idem dicitur quando tractatur de recognitione chirographi, ibid. n. 37
Vel quando velit ſtare transactioni, vel ne, ibid. n. 38
Idem quando tractatur de actione ad exhibendum, ibid. n. 39
Clericus ratione feudi, & domus ſubjectæ hoſpitationi Regali, vulgo *de apoſento*, coram judice laico conveniendus eſt, ibid. n. 40
Clericus ſuccedens in domo hoſpitationi Regiæ ſubjecta, aut qui ſolvit aliquid pro habitatione incommoda, coram judice ſeculari convenitur, ibid. n. 41
Clericus, ſi unus ſit inter plures ſeculares contendentes, coram judice ſeculari conveniendus eſt, fol. 51. n. 56
Continentia cauſæ dividi non debet, ibid. n. 57
Communitas, vel univerſitas laicorum, & clericorum, cujus major pars eſt laicorum ſuper bonis temporalibus coram judice temporali convenienda eſt, Ibid. num. 59
Collegium clericorum, & laicorum quando dicatur, ibid. n. 60
Clericus citatus ad concurrendum cum aliis creditoribus ad dilationem, vel remiſſionem debiti coram judice ſeculari conveniendus eſt, ibid. n. 60
Clericus primus creditor ex cauſa juris offerendi à ſecundo creditore poſt addictum pignus, coram judice Eccleſiaſtico conveniri debet, fol. 52. n. 61. & 62
Clericus emptor ſoluto pretio, & perfecta emptione conveniri debet coram ſuo judice, ibid. n. 67
Controverſia emergens poſt venditionem, vel pignoris adjudicationem non ſummariè, ſed juris ordine ſervato procedi debet, ibid. n. 67. in fin.
Controverſia hæc emergens coram judice ordinario erit tractanda, ibid. n. 69
Clericus virtute ſententiæ graduationis conſequitur ſuum debitum, extincta manet ejus actio, ibid. n. 70
Creditor primus emens jure creditoris poteſt offerri per ſecundum, quia non tam acquirendi dominii emiſſe intelligitur, quàm tuendi pignoris cauſa, ibid. n. 71
Clericus citatus *ſi ſua putaverit intereſſe* à judice laico, iſta citatio non eſt arctatoria, ſed incitatoria, & eſt actor voluntarius, fol. 50. n. 43
Clericus ſic citatus poteſt forum declinare, ibid. n. 44
Clericus ſic citatus dicendo ſe poſſidere, dicitur actor neceſſarius, & poteſt forum declinare, ibid. n. 44
Clericus ſic citatus, ſi non compareat, acta, & ſententia contra eum lata non afficiunt, ibid. n. 45
Creditor concreditor laici, an per cæteros creditores cogi poſſit ad concurſum creditorum coram judice ſeculari, fol. 51. n. 47
Citati reſponſio eſt de pertinentiis citationis, fol. 58. n. 1
Citaſſe in cauſa evictionis nuntio credendum eſt, ibidem n. 1
Citatus comparens, vel nolens comparere, fuitque juſto impedimento detentus non dicitur verus contumax, ibid. n. 4
Citatus quando verus contumax dicatur, ibid. n. 5
Cuſtodia agrorum cum juramento aſſerenti ſe aliquem noxia comprehendiſſe, credendum eſt, fol. 58. n. 22
Cuſtodi agrorum non eſt credendum, ſi ſit levis æſtimationis, & partem habeat condemnationis, fol. 59. num. 23
Confitens poteſt dare licentiam confeſſario revelandi confeſſionem, & quomodo, fol. 60. n. 45
Confeſſio Sacramentalis non eſt revelanda, etiamſi Epiſcopus illud velit ſcire, ibid. n. 47
Conſcientia eſt Angelus humanæ vitæ Præſidens, cui ſoli ſtandum eſt omiſſis apicibus juris, fol. 62. n. 57
Commiſſum ad conſcientiam ad veritatem dicitur commiſſum, ibid. n. 57
Conſcientia noſtra teſtis erit, quando Deus eſt judex, ibid. n. 59.
Clauſula de non alienando cum generali hypotheca impedit alienationem dominii, fol. 70. n. 52. & 53
Concluſio claudit viam probationis, & ideo tunc non poteſt fieri denunciatio, fol. 74. n. 9
Clauſula in contractibus de ſolvendis expenſis, quomodo accipienda eſt, fol. 79. n. 33
Creditor prior in ſorte, prior eſt in uſuris, fol. 81. n. 51
Creditor non exigens ſingulis annis uſuras non poteſt illas exigere in damnum aliorum creditorum, ibid. num. 52
Clauſula *rato manente pacto*, in cauſa evictionis quid operetur, fol. 84. n. 96
Clauſula *rato manente pacto*, ſolum pro una vice peti poteſt, fol. 85. n. 100
Clauſula *rato manente pacto*, an impediat moræ purgationem? ibid. n. 101
Conventionalis pœna ſi eſt major ſorte ipſa principali, peti poteſt principale, & pœna, ibid. n. 102
Clauſula *rato manente pacto*, licèt à principio ſit communis, utrique parti, ex poſt facto ſolum prodeſt obſervanti contractum, fol. 85. n. 111
Clauſula *rato manente pacto*, & ſi pœna applicetur alteri, quàm parti, pars poteſt agere ad ſuum intereſſe, fol. 86. n. 112
Clauſula hæc ſubintelligitur in omnibus contractibus bonæ fidei, etſi non apponatur, ibid. n. 113
Conventio valet de ſtando ſimplici verbo emptoris, de damnis paſſis circa evictionem, fol. 88. n. 1
Conventio hæc revocari poteſt ante acceptationem, ſecus

Digitized by Google

ſecus poſt, fol.89.n.23

Conventio hujuſmodi revocari valet ſi emptor mutaverit conditionem ſuam, effectuſque ſit culpatæ, & infamatæ vitæ, ibid.n.24.

Cauſa exiſtente quælibet diſpoſitio revocari poteſt, quia quæ de novo emergunt novo indigent auxilio, ibid. n.25

Conventio hujuſmodi, etſi jurata, habet tacitam conditionem, rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, ibid.n. 27.& 28

Commodatarius nfferendo rem æquè idoneam excuſatur, & auditur, fol. 102.n.25.& 26

Creditor emptor ad recipiendum pretium tenetur ire ad domum debitoris venditoris, fol. 104. n. 11

Conventio quælibet à ſtatuto civitatis informatur, fol. 107.n.18.

Contractus omnis juſtificatur ex dubio, & reciproco eventu. fol. 116. & 117.n.35.36. & 37

Creditor emptor non poteſt cogere debitorem pro pecunia ſibi debita dare rem, fol. 121.n. 5

Creditor ſi ex re pignorata fructus percepit, & conſervavit, ut eos debitori reſtituere velit, ut pecuniam ſuam conſequatur, non eſt audiendus, fol.124.n.46

Creditor debet fructus rei pignoratæ perceptos in ſortem computare, ibid. n. 47

Creditor tenetur reſtituere rem poſſeſſam judicialiter debitori etiam tranſacto multò tempore, ibid.n. 48

Creditor jure pignoris præſumitur poſſidere rem parvo pretio emptam, ibid. n. 49

Creditor ſemper debet reſtituere pignus debitori offerenti ſolvere quod debet, ibid.n. 51

Creditor eſt procurator debitoris in pignore, qui emit rem ſibi obligatam potiùs ſui juris cauſa conſervandi, quàm dominii quærendi, ibid.n. 52.& 54

Creditori ſatisfieri debet cum minori incommodo debitoris, & aliorum creditorum: ita ut non debeat vendi melius rus, fol.125.n.63

Creditdr malè agit, dum poteſt ex una re viliori ſatisfieri, ne vendat pignus pretioſius, ibid.n. 64

Creditor debet accipere de bonis omnibus optimis, & mediocribus, ibid. n. 65

Creditoris arbitrium circa bona debitoris ſi ſemel elegerit rem, & litem fuerit conteſtatus, non poteſt amplius variare, & aliam eligere, ibid. n. 66

Creditoris arbitrium non procedit quando debitor offert rem ex qua creditori poteſt ſatisfieri, ibid.n.67

Creditor tenetur facere, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt, ibid.n. 68

Creditoris arbitrium non eſt ita liberum niſi in quantum lex diſponit, ibid. n.69

Creditor capiens bona ultra ſuum debitum lucri cauſa facere præſumitur, ibid.n.71

Contrahens cum aliquo ejus conditionem perquirere debet, fol.132.n.40

Conditiones rei, quæ inſunt veriſimiles, vel contra communem opinionem, vel ad inveniendum difficiles, aut per venditorem non enunciatæ, non tenetur emptor perqoirere, ibid.n.40.&41

Ceſſio licèt ſufficiat in incorporalibus, in locatione non ſufficit, fol.136.n.22

Conductor agere poteſt de evictione denunciatione non facta, ibid.n.25

Contractus, an reſcindatur ob non factum implementum ex parte unius ex contrahentibus, fol.139.n.55

Contractus innominatus reſcinditur ob ejus non implementum, ibid. n.56 & 57

De jure Regio in contractibus non eſt locus pœnitentiæ, ibid. n.58

Contraveniens pacto juratn non poteſt agere ad ejus nbſervantiam, ibid.n. 61

Caſus de facto refertur in jurepatronatus inter Principem de Melitn Ducem de Paſtrana, & inter Eccleſiam Collegiatam villæ de Paſtrana, fol.165.n.9

Cenſus judicatur perpetuus ad rationem triginta, fol.166.n.11. in fin.

Cenſus redimibilis perpetuus judicatur, eo quòd perpetuò durare poteſt, fol.168.n.37

Cenſus redimibiles inter immobilia imputantur, & eorum appellatione veniunt, ibid.n.38.& 39

Cuilibet negotio ſufficit una determinatio, ibid.n.43

Curſus longi temporis ſufficit in vim interpretationis, fol.169.n. 45

Capellanus non poteſt petere, ut redditus conſignati è teſtatore reducantur ad majorem valorem, quàm habebant tempore teſtamenti, fol. 170.n. 57

Conditionis implementum ſufficit durare per momentum, ibid.n. 60

Cooditio *ſi ſine liberis deceſſerit*, habet tractum ſucceſſivum, & non ſufficit ſemel adimplementum, fol.171. n.62

Capellania dicitur perpetua cum prima dotatione ſine eo quòd diminutio ſiat ex caſibus poſteà contingentibus, ibid.n.63

Culpa ſi interveniat in contractu venditionis, attenditur culpa venditoris, fol.178.n.13

Culpa in faciendo major eſt, quàm in omittendo, ibid. num.14

Ceſſionarius pendente nullitate inſtrumenti jodicio ordinario executionem inſtrumenti petere poteſt, fol. 180.n.36.37.& 38.

Creditor executionem petere poteſt pendente reſciſſione inſtrumenti à debitore principaliter in judicio petita, ibid.n.40.& 41

Creditor poteſt petere executionem inſtrumenti, & proſequi, etiamſi lis pendeat in judicio Eccleſiaſtico ſuper uſura, nec judex Eccleſiaſticus ante rem judicatam poteſt inhibere judici ſeculari, ibid.n.41

Executionem inſtrumenti impedit nullitas quando excipiendo proponitur, ibid.n.42

Executivo inſtrumento creditor uti poteſt nullitate pendente, fol.187.n.43. 44 45.& 46

Exceptio litis pendentiæ non habet locum in via executiva, ibid.n. 47

Nec inſtantia datur, ibid. n.48

Creditor poteſt variare de una re ad aliam, & de principali ad fidejuſſorem, ibid. n. 49

Cohæres non tenetur de evictione cohæredi pro re evicta, quæ obvenit ex diviſione teſtatoris, habet enim ſpecia e legati, fol. 183.n.4.& 5

Creditor vendens pignus de evictione non tenetur, quod procedit in fiſco vendente, fol. 188.n.4. & 5

Creditor, qui veodidit pignus tanquam creditor, & non doceret eſſe creditorem, & rem venditam ſibi obligatam, de evictione tenetur, ibid. n.6.

Idem procedit, quando non doceret in dicto pignore, ſeu hypotheca eſſe potiorem omnibus aliis creditoribus, fol. 189.n.7

Creditor etiam non agit de evictione quando rem venditam ſciret non eſſe debitoris, ſed alienam, ibid.n. 8

Creditori non competit actio de evictione, quando ſciebat ſibi non licere vendere ea pacto, & diſpoſitione legis, ibid.n.9

Veuditor tenetur de evictione, quando vendidit, & promittit de evictione, ibid.n. 11

Creditor obnoxius eſt evictioni quando pignus vendidit jure dominii, & non creditoris, vel quando promiſit de evictione, ibid.n. 10

Creditor vendens piguus jure permittente, & non promittens de evictione, non poteſt evinci pignus, fol. 189.& 190.n.12.& 13

Creditor vendens ex pacto, vel ex lege, vel putans pignus eſſe debitoris, & promiſit duplum, vel ſimplum, an reperat quod ſolvit, fol.190.n.13.&14

Creditor coactus pro evictione ſolvere duplam emptori poterit

poterit repetere uſuras rei pignoratæ toto illo tempore, quo duravit venditio ante evictionem, ibid. n. 14. 15. & 16

Creditor vendens pignus, & promittens de evictione, vel in ſimplo, & ex pretio ſuum debitum conſequutus fuerit, an debitor ſit liberatus, ibid. n. 17

Creditor vendens, & promittens de evictione ſecundum Neguſant. non liberatur debitor, ſed manet in ſuſpenſo, ibid. n. 19

Creditor licèt vendat, & pretium recipiat non liberatur debitor, niſi quando pretium irrevocabiliter devenit ad creditorem, ibid. n. 20

Creditor non dicitur pretium conſequi, quando illud cogitur reſtituere, fol. 189. & 190. n. 20. uſque ad 24

Creditor vendens, & promittens de evictione, debitor tenetur cavere de conſervando eum indemnem ab obligatione promiſſa, fol. 191. n. 24

Creditor promittens de evictione poteſt tam per viam retentionis, quàm actionis agere contra debitorem pro ſua indemnitate, fol. 192. n. 26. uſque ad 29

Clauſula pluſve minus, quid operetur, ibid. n. 28

Creditor ſecundus poteſt offerri primo creditori, ibid. num. 30

Creditori vendenti, jure creditoris non valet oblatio, ibid. n. 31

Creditor debet pati controverſiam, qui pretium recipit, & non debitor, ibid. n. 35

Creditor adveniens prior poſt ſubhaſtationem rei, non perdit ſuam hypothecam; nec extincta manet, & durat ejus hypotheca, & poteſt facere contra emptorem judicialemque rei poſſeſſorem, fol. 193. n. 43. in fin.

Creditoris jus non tollit proclama judiciale, ibid. n. 46

Citatio ſpecialis eſt neceſſaria quando alicui nominatim præjudicatur, ibid. n. 46

Creditor in judicio citatus, & non proclamate generali, ſi non compareat jus ſuum amittit, ibid. n. 47

Creditori incerto ſufficit citari per proclama, vel per publicum edictum, ut illi præjudicetur, ibid. n. 49

Creditori certo debet fieri citatio in perſonam, & non per proclama, ut venditio rei præjudicet creditori in ſua hypotheca, ex ſententia authoris, ibid. n. 49. & 50

Cedens nomen redditus non eſt liberatus, ſi redditus non ſolvatur, fol. 196. n. 6

Ceſſio nominis habet tacitam conditionem, quatenus ceſſionarius poterit ſolutionem conſequi à debitore ceſſo, ibid. n. 7

Ceſſionarius agit de evictione contra cedentem, quando nomen datum in ſolutum evincitur, ibid. n. 8

Ceſſionarius ſi fuerit deceptus in ceſſione, habet actionem contra cedentem, fol. 197. n. 22

Contractus poteſt reſcindi ſtante deceptione, ibid. n. 23

Ceſſio non debet eſſe inutilis, ibid. n. 24

Ceſſionarius utitur jure cedentis, imò quodcumque privilegium competens ceſſum videtur, ibid. n. 26

Ceſſio facta contra principalem cenſetur facta contra ejus fideiuſſorem, ibid. n. 27

Ceſſionarius licèt poſſit agere contra authorem authoria, & fidejuſſoris, non tamen arctatur, quin poſſit agere contra cedentem deceptione adiecta, fol. 198. num. 28

Ceſſionarius debet requirere cedentem, ut exhibeat inſtrumenta, quibus poſſit probare creditum, & aſſiſtat cauſæ, & aliàs proteſtetur non poſſe agere contra cedentem, ibid. n. 29

Ceſſionarius non poteſt exequi contra debitorem ceſſum, niſi priùs facta denunciatione, aliàs executio erit nulla, ibid. n. 34

Ceſſum nomen ſi eſt factum inane ceſſionarii negligentia, ei imputatur, ibid. n. 34

Secus ſi ceſſus debitor tempore ceſſionis jam erat non ſolvendo, ibid. n. 35

Culpæ non poteſt imputari alicui ſi non fecit, quod factum non erat profuturum, ibid. n. 36

Quod procedit ubi ſubeſt dubium, an eſſet profuturum, vel non, ibid. n. 37

Culpæ tribui non debet, qui non fecit impenſam, quæ non erat profutura, ibid. n. 37

Ceſſionarius ſi perdat cauſam non vocato cedente, non tenetur cedens, ut in emptore eſt dictum, ibidem num. 38

Cedens actiones perſonales, & ſpopondiſſet facere bonas illas actiones, & debitorem ceſſum ceſſionarius reperiſſet ſub moratoria vivere, an committatur ſtipulatio, ibid. n. 39

Cedens ſi promiſiſſet debitorem verum, ſufficit oſtendere de veritate crediti, fol. 199. n. 40

Quod ſecus eſſet ſi cedens promiſiſſet de evictione, vel de manutentione nominis debitoris veri, & boni, ibid. n. 41

Cedens rem non liberam tenetur crimine ſtellionatus, ibid. n. 43

Ceſſio eſt nulla quando aliud pro alio ceditur, ibid. n. 44

Cedens, vel aſſignans debitorem decocturum de dolo, & damno, & intereſſe tenetur, ibid. n. 45

Ceſſio, ſi ex ignorantia procedit, & bona fide, inducitur novatio extinctiva ad differentiam novationis accumulativæ, ibid. n. 46

Conjectura decoctionis ſcientia qoando arguatur, quando intra breve tempus incipit latitare, aut aufugit debitor delegatus, ibid. n. 47. & 48

Ceſſionarius, & procurator in rem ſuam, an ſuis expenſis teneatur agere contra debitorem ceſſum, & ibi diſtinguitur, fol. 200. n. 63

Cedens, ſi nullas habet actiones, & ceſſio fiat acceſſoriè ad venditionem, tenetur ex vendito ad rei traditionem, fol. 201. n. 84

Ceſſionarius ſubit periculum nominis debitoris poſt venditionem, vel dationem in ſolutum, ibid. n. 85. uſque ad 89

Cedens ſi erat debitor ceſſionarii, & ut ſibi ſatisfecerit, ceſſit jura, non cenſetur ſolviſſe, fol. 202. n. 89

Cedens nomen debitoris tenetur exhibere inſtrumenta, ut probet jura ſua, quæ habet contra cedentem, ibid. n. 90

Ceſſio, aut remiſſio omnium actionum, vel jurium, quæ, & quas quis habet, & habere ſperat in futurum in aliqua re intelligitur de juribus, quæ cedens habere ſperat ex cauſa de præſenti, ibid. n. 91. uſque ad 95

Cedens actiones an præſumatur cedere etiam contra ſe ipſum, ſicut contra cæteros, ibid. n. 95

Ceſſio contra principalem debitorem cenſetur facta contra ejus fidejuſſorem, ibid. n. 96

Cedi non poteſt actio contra fidejuſſorem ſine ceſſione principalis actionis, ibid. n. 97

Ceſſione actionis uni correo facta contra alterum correum liberatur ceſſionarius, ibid. n. 98. & 99

Ceſſio facta ipſimet debitori valet, & operatur liberationem, ibid. n. 100

Ceſſionarius debitor poteſt uti contra poſteriorem creditorem retentione bonorum cedenti hypothecatorum, ibid. n. 101

Ceſſio, & mandatum in rem ſuam nunquid differant, ibid. n. 102

Ceſſione per hominem facta non autem legis diſpoſitione ceſſionarius cenſetur procurator in rem ſuam, fol. 203. n. 103

Cedens nomen debitoris ſolviſſe dicitur, & liberatur, fol. 204. n. 116. & 117

Cedens poſtquam ceſſit, alteri cedere eadem jura non poteſt, fol. 205. n. 130

Cedens poſtquam ceſſit, an agere poſſit contra debitorem,

Index Materiarum.

torem, & facere eum condemnari, ibid.n.131

In qua ceſſione loquatur textus *in l. 3. C. de novat.* fol.205.& 206.n.132

Cedens poſt ceſſionem, an poſſit facere actum aliquem in præjudicium ceſſionarii, fol. 206.n.133.& 134

Cedentis pactum, vel tranſactio quando noceat ceſſionario, & declarator text. *in l. fin. ff. de tranſact.* fol.207.n.135.136. & 137

Creditores poſſunt denunciare debitori cedentis, ne ei ſolvatur, fol.208.n.138

Cedens, & ceſſionarius ſi concurrant, quis præferatur, ibid.n.139

Ceſſionarius agens debet ante omnia exhibere inſtrumenta ceſſionis, ibid.n.142.&143

Confeſſio, & pactum cedentis nocet ceſſionario, ibid. num.145

Ceſſus debitor ſciens ceſſionem ſciens aliter quam requiritur in *l. 3. C. de novat.* an liberetur à cedente poſt ceſſionem, fol.211.n.71

Contractu nullo, & re evicta nullum debetur laudemium, fol.212.n.13

Contumax verus quando dicatur, fol.218.n.28.& 29

Contumax emptor an perdat beneficium evictionis, ibid.n.25.& 26

Caſus fortuitos in ſe ſuſcipiens, vel eis renuncians de inſolitis non intelligitur, fol.219.n.16

Contractus appellatione venit renunciatio, fol. 239. n.2

Contractus appellatione non venit diſtractus, ib.n. 3. &4

Contractus appellatione non venit compromiſſum, ibid. num.5

Nec venit teſtamentum, ibid.n.6

Nec venit contractus, qui eſt verè nullus, ibid.n.7

Contractus appellatione non venit donatio, ibid.n.11. & 12

Contractus omnis, cui poteſt opponi aliqua exceptio, non dicitur propriè contractus, ibid.n.8

Contractus conditionalis an veniat appellatione contractus, ibid.n.9

Contractos appellatione non venit fidejuſſio, ibid.n. 10

Creditor vendens jus, quod in re habet de evictione non tenetur, fol.240.n.17.& 18

Creditoris jure vendens, re evicta licet de evictione non teneatur, ad pretium ſaltem tenetur, & debet inſtrumenta crediti emptori tradere, ibid.n20

Creditor expreſsè ſe obligans de evictione, tenetur, ibid.n.21.uſque ad finem.

Contrahens appoſito nomen officii eo nomine cenſetur obligatus, & non aliter, fol.258.n.14.& 15

Contractus non obligat ultra intentionem agentium, ibid.n. 16

Contrahens ſuper re ad dominum pertinente, licet ſimpliciter contrahat, cenſetur ſub nomine officii contrahere, fol.259.n. 24

Controverſia rei evictæ pendente emptor non poteſt agere de evictione, ſed poſt quam res evicta eſt, fol.429.n.2

Cambiorum periculoſa negotiatio, fol.268.n.18

Contractus, & promiſſio in ludo prohibito, vel occaſione ludi non valet, fol. 271.n.2

Contractus in ludo non valet contra principalem, nec ejus fidejuſſorem, ibid.n.3

D

DEfinitio evictionis ſecundum Azonem, & Gomez, refertur, fol.3.n.1.

Definitio eſt brevis oratio, quæ rem quæ eſt, breviter enarrat, fol.4.n.2

Antonius Pichardus Pivinueſa commendatur, ibid.n.3

Donatione probibita, poteſt fieri modica donatio pro eleemoſyna, fol.5.n.12

Donatione prohibita, an cenſeantur prohibiti alii contractus donationis, ibid.n.13

Dolum committere non videtur, qui ſibi proſpicit, & cautus non dicitur doloſus, qui per dolum dolo reſiſtit, fol.9.n.33

Debitor ſi non poteſt præſtare fidejuſſorem, admittitur ad cautionem juratoriam, fol.10.n.54

Debitor ſuſpectus ad cautionem juratoriam, non admittitur, ſi. èt impoſſibilitas allegetur, fol.11.n.59

Debitor deciperetur, ſi ſtatim à fidejuſſore poſſet moleſtari, fol.14.n.17

Debitor ſi parum dilapidabat tempore fidejuſſionis, non poteſt fidejuſſor liberari, fol.15.n. 30

Debitor ſi cœpit dilapidare, & mutato conſilio reverſus eſt ad bonam frugem, fidejuſſor non poteſt petere liberationem, ibid.n.31;

Hoc procedit, ſi res eſt integra; ſecus ſi non integra, ibid.n.32

Dictio *diu*, quod tempus comprehendat, f. 15.& 16.n.44

Decreta Supremi Senatus habent vim legis, fol.16.n.48

Denunciatio exigi ad certiorandum præſumitur, f. 19. n.3

Denunciare ſcienti oportet, & tutius eſt, ibid.n.4

Defendere rem venditam melius ſcit venditor, f.20.n.5

Denunciatus venditor tenetur de evictione, ib.n.6. & 7

Denonciatio fit ad duplicem effectum: ad ſcientiæ finem, ſed ad incitationem, ibid.n.11

Debitor ex ſola ſcientia ceſſionis videtur inhibitus, ibid.n.12

Datio in ſolutum, æquiparatur emptioni, fol.21.n.14

Dies interpellat pro homine, ibid.n.17

Explicatur lex magnam, *C. de contrahend. empt.* quæ procedat in die certa, ſecus in incerta, ibid.n. 18

Doctori atteſtanti de conſuetudine credendum eſt, fol. 23. n. 37

Doctori conceſſum eſt jura interpretari, ibid.n.39

Diſtinctio Ripæ reprobatur, fol.27.n.74

Debitor quando dicatur non eſſe ſolvendo, fol. 28.n.80

Denunciatio non eſt neceſſaria quando emptor, & venditor ſimul in eodem judicio ſunt conventi, f. 31. n. 1

Denunciatio abſente venditore domi faciēda eſt, f.32.n.3

Denunciatio perſonalis, aut ad domum neceſſaria eſt, ſi alicubi conſtet venditorem habere habitationem, ibid.n.4

Denunciatio ſemper facienda eſt, quando lex præcipit citari poſſeſſorem rei, ibid.n. 5. in fin.

Denunciatio unica ſufficit venditori, cum agatur de conſervando illius jus, ibid.n.n.6

Denunciatio pariter eſt agenda, quando agitur de novo jure adquirendo in præjudicium tertii, ibid.n.7

Vel quando impeditus agit non ſolum de excuſanda mora, aut pœna, vel de ipſo adverſario in mora conſtituendo, ibid.n.7.

Denunciatio motæ litis, quando eſt abſens venditor, & neſcitur ubi ſit, & emptor eſt impeditus denunciari venditori, denunciatio habetur pro facta, ibid.n.8

Quod ſanè eſt intelligendum quando venditoris abſentis eſt affectata, ibid.n. 9

Denunciatio tunc facta cenſeri quando denunciatus conſulto aufugit, fol.33. n. 10

Nunciare non eſt opus abſenti venditori extra provinciam, ibid.n.11

Denunciatio facta marito, an noceat uxori, ibid.n.13

Denunciatio facta procuratori, vel Syndico, an noceat reipublicæ, vel domino? ibid.n.13

Denunciare debet maritus conventus ſuper re data in dotem uxori, & uxor authori ſuo, ibid.n.13

Denunciare venditori abſenti, & reverſo ſufficit, ſi evictio orta eſt, ibid.n.14

Nunciare non eſt opus, quando mortuus eſt, cui debet fieri nunciatio, vel nullus vult hæreditatem adire, ibid.n.15

Denunciatio non procedit, ſi venditor dixiſſe, quòd nolebat emptorem defendere, ibid.n.16

Denuncia-

Index Materiarum.

Denunciatus debet eſſe judicialiter, & per viam juris, ibid.n.16. in fin.
Denunciatio non requiritur favore minorum, & piæ cauſæ, ibid.n.17
Sine denunciatione nemo conſtituitur in mora, ibid. n. 18. in fin.
Dominium, ex ſolo titulo abſque traditione transfertur dominium in Eccleſiam, f. 34.n.19.verb.comprobat.
Denunciatio eſt neceſſaria, ut Eccleſiæ debitor conſtituatur in mora ex Anton.de. Burgos, ibid.n.23
Denunciatio non debet fieri ſi pacto remiſſa eſt, fol. 35. num. 29
Denunciandi neceſſitas non poteſt remitti, ibid.n.30
Denunciatione remiſſa ea non obſtante, ex æquitate facienda eſt, ut promittens de evictione deducere poſſit jura ſua, & inſtruere eum, cui fuit evictio promiſſa, ibid.n.31
Denunciatio non fit cedenti, & ceſſionarius poteſt agere ſine denunciatione cedentis, fol.36.n. 32
Denunciatione non eſt opus quando ceſſionarius eſt procurator cedentis, ibid.n.32. in fin.
Denunciatio non fit, quando non agitur de evictione, ſed ut res libera tradatur, ibid.n.32
Defendere rectè ille dicitur, qui facit illud, quod debet defenſor facere, fol.37. n. 34
Denunciare convenit mortuo debitore omnibus hæredibus in cauſa evictionis, ibid.n.39
Debitor obligatus diverſis obligationibus non poteſt conveniri coram diverſis judicibus, ſed omnes debent coram uno judice agitari, fol.39.n.41.in fin.
Denunciandum eſt hæreditati jacenti mortuo venditore, ibid.n.41
Denunciatio non ſufficit, ut fiat fidejuſſori, ibid.n.42
Denunciatione facta venditori fidejuſſori cenſetur facta, ibid.n.42
Denunciare ſufficit ei, ad quem negotium principaliter tangit, & non illi, qui per conſequentiam læditur, ibid.n.42
Denunciare oportet ſemper authori, ibid.n.42
Denunciatio, an fiat pupillo, ſi tutor non appareat, fol.40.n.90
Denunciatio, quæ fit clerico venditori à laico pulſato ſuper cauſa evictionis, debet fieri coram judice Eccleſiaſtico, fol.47.n.4
Denunciatio hujuſmodi, ſi non fieret coram judice Eccleſiaſtico eſſet nulla, ibid.n.5
Dilatio conceſſa per majorem partem creditorum principali opitulatur ejus fidejuſſoribus, ut non valeant executari in perſonis, nec in bonis, fol.64.n.24
Dilatione hac pendente, & comprobatione facta nihil eſt novandum, nec mandatum ſolvendi executandum, ibid.n.25
Dilatio hæc impedit executionem, fol. 128. n.26
Dilatione tranſacta debitor non poteſt aliam petere, ibid.n.27
Dilatio conceſſa motu proprio Principis juvat fidejuſſorem, ibid.n.30
Denunciatio non eſt neceſſe, quòd fiat primo authori, debet tamen fieri venditori, fol.67.n.6
Denunciari poteſt venditori quolibet tempore, f.74. n.2
Denunciandi tempus congruum dicitur dummodo jus authoris deterius factum non ſit, ibid.n.3
Denunciatio ſi eſt in cauſa concluſum, fieri poteſt, ib.n.4
Denunciatio poteſt fieri in cauſa appellationis, ibid n.6
Denunciatio fieri debet ante ſententiam, imò ante concluſum in cauſa, ibid.n.8
Denunciatio non poteſt fieri quando eſt concluſum in cauſa, ibid.n.8.& 9
Denunciati valet, donec lis durat, tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia, ibid.n.10
Denunciatio debet fieri ante ſuſceptum judicium, ibid. num.11
Denunciare debet habens titulum lucrativum, ante litem conteſtatam, ſi oneroſum, poteſt quandocumque, fol.75.n.12
Per denunciationem emptor non eximitur à proſequutione, & defenſione litis, nec ab appellando, ib.n.13
Damnum, & intereſſe taxatur ad idem, quod percepiſſet paſſus evictionem ex ipſa re evicta, ac ſi evicta non fuiſſet, fol.81.n.46
Dupli quantitas non debet excedere id, quod intereſt, fol. 84.n.95
Dupli quantitas non debet excedere pretium principalis cauſæ, ibid.n.95
Domino imputari debet, qui minus diligentem procuratorem elegit, fol.98.n.24
Dominus convenitur ob rem non defenſam à procuratore, ibid.n.25
Dominus habetur pro confeſſo, quando procurator eſt contumax in reſpondendo, ibid.n.27
Damnum domino proveniens culpa, vel dolo procuratoris, tenetur procurator reſarcire, ibid.n.28
Dominus directus impediens melioramenta amoveri, ac liberetur, ſi offerat emphyteutæ, quod ab alio habiturus erat, fol.102.n.25.& 26
Debitor quantitatis per inſtrumentum publicum pro debiti ſatisfactione non poteſt offerre bona, f.121.n.6
Debitor quantitatis ſtante impoſſibilitate ſolvendi in pecunia poteſt cogere creditorem ad recipienda bona immobilia præſtita cautione de evictione, fol.125. n. 60. 61. & 62
Debitor, ut beneficio *Auth. niſi debitor, C. de ſolut.* gaudeat, multa concurrere debent, fol.126.num.72. uſque ad n.85
Debitor non gaudet hujuſmodi beneficio in dote, ibid. num. 86
Nec quando debitor habet pecuniam in arca, & debitum eſt juratum, ibid.n.86.& 87
Debitor an poſſit renunciare beneficio *d. Auth. niſi debitor*: & referuntur duæ ſententiæ contrariæ, ibid. n. 88.& fol.127.n.89
Debitor annui redditus, an cogere poſſit creditorem, ut fundum accipiat in ſolutum, ibid.n.92
Refertur contraria ſententia, ibid.n.93
Duo vendentes ſimpliciter rem communem, & promittunt de evictione, pro rata promiſiſſe videntur, fol.129.n.6
Donator, an teneatur de evictione, fol.286.n.1
Donatio quando incipit à promiſſione, donator de evictione tenetur, ibid.n.3
De dote ad donationem valet argumentum, fol.141.n.4
Dos continet cauſam oneroſam, & donatio lucrativam, ibid. n.5
In donatione veniunt acceſſiones ſicut in venditione, fol.142.n.7.& 8
Donator, qui incepit à promiſſione habet animum ſe obligandi, ibid.n.9
Donator non tenetur de evictione quando donatio incipit à promiſſione, ibid.n.10
Donans non habet propoſitum ſe obligandi, quando donatio incipit à traditione, ibid.n.14
Donator ex ſua liberalitate damnum non debet pati, fol. 143.n.16
Donans in dubio donare videtur jus, quod habet in re, ibid.n.17
Donator ſi incipiat à promiſſione tenetur de evictione, ſive promiſſio fiat per ſtipulationem, ſive nudo pacto, ibid.n.19
In donatione facta filio per patrem morte confirmata, ea evicta de evictione agere poſſit, fol.144.n.29
Donatio, quæ incipit à traditione non eſt contractus, ibid.n.34
Donatarius ſi expenſas fecerit in re donata, & evicta fuerit, donans ad expenſas, & damna, & intereſſe inde

ſequuta tenetur, ibid.n.35
Donatio quando incipiat à traditione, ibid.n.36
Donator tenetur de evictione in donatione remuneratoria, etiamſi incipiat à traditione, ibid.n.37
Donationis mentio ſimpliciter facta non extenditur ad donationem remuneratoriam, ibid.n.39. & 40
Donatio remuneratoria dicitur, quædam permutatio, & ſimilis dationi in ſolutum, ibid.n.41
Donans Rex propter benemerita de evictione tenetur, & in rebus donatis ſuſcipit defenſionem, f.145.n.43
Donans rem alienam aſſerens eſſe ſuam tenetur de evictione, ibid.n.44.& 45
Donans rem alienam tenetur actione de dolo, ib. n.46
Donatarii culpa quando procedit evictio, non tenetur donator, ibid.n.48
Donator promittens donatario rem donatam authorizare, de evictione tenetur, ibid.n.52
Donatarius agere poteſt de evictione contra donantem, quando compromiſſum fuerit in donatorem, qui pronunciaret in donatarium, ibid.n.51
Donatarius tenetur denunciare donanti litem in illis caſibus in quibus de evictione tenetur, ibid.n.54. & 55
Donatarius non poteſt agere de evictione, ſi rem quam emi, tibi donavi, & à te evincatur, ibid.n.56
Donans rem ſimpliciter, an totam videatur donare, fol.146. uſque ad n. 60
Ponitur differentia inter donationem, & legatum, ibid. num. 61.& 62
Dos incipiens à traditione, in ea non debetur evictio; ſecus à promiſſione, f.150.n.43.& 44
Dotans extraneus videtur donare, ſi ſibi non eſt ſtipulatus in cauſa dotis reddendæ, fol.147.n.3
Dotare, qui tenentur, ut parentes, & alii, in omni caſu tenentur de evictione ſaltem intra legitimam, ibid. num.4. & 5
Dos in marito eſt titulus onerofus, in muliere lucrativua, ibid.n.6
Dotator in dote æſtimata non ſimpliciter donat, ex quo dotem æſtimatam tradit, fol.148.n.9
Dotatio iſta eſt veluti quidam contractus emptionis, & ſic dotator tenetur de evictione, ibid.n. ibid.
Dotans, vel donans de evictione non tenetur, quando dos traditur æſtimata ad ſciendum tantum ejus valorem, ibid.n.10
Dominium tranſit in maritum, ibid.n.11
Dotalis fundus in dotem filiæ datus, ſi evincatur defendi debet ab hærede, ſi uxor eadem filia abſtinuit ab hæreditate, fol.149.n.33
Dotem donans ſi à traditione incipit de evictione non tenetur, ſi autem à promiſſione incipiat, tenetur, fol.150.n.43.& 44
Dotem promiſſam quando maritus alienam ſciebat, de evictione agere nequit, ibid.n.45
Dos evicta eſt virtute hypothecæ ignoratæ, quia res dotata per anteceſſores dotantis extiterat obligata, de evictione non tenetur dotans, ibid.n.46
Dos ſi ſit in re inæſtimata, ſi talis dos evincatur, & præceſſit promiſſio, & pollicitatio dationis datur contra ſocerum pro dote evicta actio ex ſtipulatu, fol.151.n.64
Datum non eſt, quod dari debuit ex quo datum fuerit evictum, ibid.n.65
Dans dotem Eccleſiæ, ſi fuerit evicta, & non præceſſit ſtipulatio, vel pollicitatio, de evictione non tenetur, ibid.n.66
In dote data Eccleſiæ ſemper intelligitur præceſſiſſe ſtipulatio, vel pollicitatio, fol. 152.n. 67
Dotem præſtans mulier doloſè, & dans rem alienam in honorem matrimonii contra uxorem non datur actio de dolo, ibid.n.68
Debitum in genere nunquam perire poteſt, f. 155. n.9
Dare in ſolutum idem eſt, ac ſi res ipſa debita ſolveretur, fol.158.n.2
Datio in ſolutum facta de nomine debitoris liberat dantem totaliter, ibid.n.3
Datio in ſolutum ad inſtar venditionis per quam dominium transfertur, ibid.n.4
Datio in ſolutum reputatur novus contractus, qui extinguit actionem antiquam, ibid. n. 4
Datio in ſolutum tenet incommutabiliter etiam invito creditore, nec in ea habet locum pœnitentia, ibid.n.5
Datio in ſolutum facta à debitore, liberatur fidejuſſor ſi poſtmodum evincatur, ibid.n.6
Datio in ſolutum habet vim ſolutionis, ibid.n.6
In datione in ſolutum, an debeatur evictio, fol.159.n.7 uſque ad 9
In datione in ſolutum debetur evictio, ibid.n.10
Datio in ſolutum dicitur venditio, & ſimilis venditioni, ibid.n.10.11.& 12
Datio in ſolutum extinguit præcedentem obligationem, ibid.n.13
Evicta re per dationem in ſolutum non agitur primæva actione competente ex primo contractu, ſed agitur utili actione ex empto deſcendente ex evictione ſequuta, ibid.n.13
Dominio tranſlato per dationem in ſolutum non poteſt agere quis niſi doceat de evictione ſubſequuta, ibid. num.14
Debitor non eſt liberatus, ſed liberatio manet in ſuſpenſo quando creditor promiſit evictionem emptori, quouſque poteſt eſſe locus evictioni, fol.160. num.24
Debitor liberatur quando creditor vendens recepto pretio, dixit ſe nolle teneri de evictione, ibid.n.25
Debitor dicitur liberatus de præſenti, & non manet in ſuſpenſo liberatio, quouſque res ſit evicta, ibid.n.26
Dominus pretio manumittens ſervum de evictione tenetur, fol.165.n.2
Dotem inſufficientem conſtituens Eccleſiæ, magis dicitur benefactor, quàm dotator, fol.166.n.17
Diſtributiones quotidianæ, & anniverſaria non computantur in dote Eccleſiæ, ibid.n.17.in fine.
Damnum, & diminutio, quæ contingunt Eccleſiæ in dote data, ſupplere debet patronus, fol.167.n.33
Dotator in jurepatronatus cogitur ad præſtanda 101 bona, quæ ſubeant eandem æſtimationem, quam promiſit, ibid.n.31.& 32
Dotatio Eccleſiæ ſufficit in cenſibus, fol.168.num.58. in fine.
Dotatio Eccleſiæ ſi ſemel facta ſit, promiſſio intelligitur adimpleta, fol.169.n.47
Dotans ſi ſemel dotavit, non tenetur iterum dotare, etſi caſu fortuito ceſſare contingat, ibid.n.47.& 48
Dos Eccleſiæ æquiparatur doti filiæ, & inter utramque eſt ſimilitudo, ibid.n.51
Dotem ſemel præſtans pater filiæ ſi fortè fortuna conſumpſerit, aut dotem perdiderit, iterum pater tenetur dotare, ibid.n.52
Secus eſſet ſi dos diminuta ſit, ibid.n.53
Definitio Senatus Regii Supremi refertur, ibid.n.54. & 55
Diviſio facta inter fratres poteſt reformari, quando uni plus datum fuit, quàm oportuerat, fol.183.n.2
Diviſio facta à patre inter filios eſt ſervanda, etiamſi plus uni datum ſit, quàm aliis, ibid.n.3
Diviſione judiciali facta, ut evictio locum habeat judex præcipere debet, ut hæredes mutuò ſibi caveant, ſi quid evincatur, reliqui hæredes teneantur de evictione, ut reducantur ad æqualitatem, ibid.n.8
Dubius eventus facit valere contractum, fol.184.n.13
Damnum occurſum eſt compenſandum cum utilitate, ibid.n.14
Diviſione facta ſi ſcienter in partem unius obvenerunt

feuda,

feuda, quæ poſt mottem ejus devoluta ſunt in dominum, hæredes non tenentur de evictione, fol.185. num.28

Diviſa res quando aliquo modo pertinet ad tertium, & ab eo evicta, ſi ad unum ex dividentibus pertineat, & ſciens dividat, videtur jus ſuũ temittere, fol. 186.n.32

Secus præſuppoſita ſcientia fideicommiſſi, feudi, vel emphyteoſis, vocatus poteſt vendicate rem diviſam ab extraneis, ibid. n.33.& 34

Diviſione facta in partem unius obventis fideicommiſſariis ſcientet ex fidecommiſſi cauſa, evincitur, non competit actio de evictione adverſus fratrem etiam reſpectu pretii, ibid.n.35

Dividens tem communem dicitur illam dividere tanquam talem; quæ ſi non eſt ad nihilum tenetur, fol.187.n.39

Dominium non transfertur per ceſſionem, ſed jus perſonale, fol.200.n.64

Debitor non excuſatur ſi ſolvat alteri, quàm ſuo creditori de mandato judicis, fol.210.n.163

Debitor nonnulla debet pati antequam ſolvat alteri, quam ſuo creditori, ut paſſio ſit fidei teſtimonium, ibid.n.144

Debitor, ut rectè ſolvat cum mandato judicis debet creditori denunciare, ut veniat ad defendendam ſolutionem, ibid.n.165

Debitor debet facere reſiſtentiam, & contradictionem, antequam ſolvat alteti quàm ſuo creditori de mandato judicis, debetque appellare,& totum ſuo creditori intimare, ibid.n.164

Denuncians tanquam hæres, vel procurator tenetur ſe oſtende e ſe talem, ibid.n.166

Dictio tantum eſt taxativa, & deſignat perſonalitatem, fol.215. n.22. uſque ad n.31

Daſenſio de jure, & de facto non intelligitur manu armata, ſed de modo licito, & non de vi majori, fol.222.n.1.& 2

Defenſio cũ armis non venit ex natura actus, f. 223.n.3

Defendere de facto intelligitur civiliter ex natura contractus, producendo venditot ſua jura, & ſuis ſumptibus, & expenſis ſuſcipiendo in ſe judicium, ibid. num.4

Dividentes plures bona, quorum aliqua ſunt libera, & aliqua feudalia, vel ſuppoſita fideicommiſſo, ſi uni obvenerunt bona libera, & alteri fideicommiſſaria, vel feudalia telictis hæredibus filiabus, non poſſunt illæ agere de evictione, fol.237.n.19.& 20

Damnum inferi, qui alium cogit, com damni loco habeatur ſi perdatur voluntas, fol.253. n. 25.verb. *vel*.

Difficultas excuſat ad pœnam, f.269.n.5.& f. 270.n.17

Debitor delegatos ſciens exceptionem ſibi competere, & in acceptatione ceſſionis non oppoſuit de exceptione ſi aliqua competebat, renunciare videtur, fol. 273.n.28

Dies utiles, & continui, qui dicantur, fol.277.n.28.& 29

E

EVictionis nomen unde ſumptum, fol. 2. n.12

Evictio idem eſt, quod vincendo extorquere, ib.n.13

Evictio propter bonum publicum introducta videtur, ibid.n.17

Evictio ex parte agentis eſt temedium ſavorabile, ibid. num.19

Evictionis definitio Azonis,& Gomezii refertur, ib. n.1

Evictio eſt rei emptæ facta ablatio, amiſſiove, fol.4.n.3. & fol.94.n.38

Emptionis verbo omnis alienatio complectitur, f.4.n.5

Evictio locum habet in multis caſibus, fol. 5. n. 23

Evictio quotuplex ſit, fol.7. n. 1

Evictio expreſſa, quæ ſit, ibid.n.2

Evictio tacita, quæ ſit, ibid.n.3

Evictio tacita, quæ ſit ſecundum Cardinalem Tuſcum; ibid.n.4

Evictio ſolemnis eſt, quando intervenit fidejuſſor; ibid.n.8

Evictio imminet in limine contractus quando pretium nondum ſolutum eſt, ibid.n. 12

Evictio intelligitur promiſſa cum clauſulis conſuetis, fol.10.n.42

Evictio ſolemnis in multis caſibus contingere poteſt, fol. 7.n.9

Emptot contracta emptione, ſi ſciat rem eſſe alienam, & non ejus qui illam vendidit, poteſt facere colluſionem cum domino, ut rem ſibi evincat, fol.9.n.32

Emptori ſi eſt in notoria calumnia non datur fidejuſſor, ibid.n. 37

Exemplis non eſt judicandum, fol.16.n.49

Emptor quouſque ei res ſit ablata de evictione non poteſt agere, fol.17.n.59

Emptor tenetur denunciare litem venditori, fol.19. n.1

Emptor debet appellare à ſententia evictionis, f.20.n.8

Non ſolùm in prima inſtantia, ſed in aliis, ibid.n.9

Emptor poteſt ſe tueri juribus propriis, & venditoris, fol.21.n. 26

Emptores qua forma ſuis authoribus litem intimare debent, ibid.n.34

Exceptio diſcuſſionis non opponitur debitori notorie non ſolventi, fol.28.n.79

Emptot, qui non denunciavit venditori nullum jus defenſionis habenti, non aget de evictione, ibid.n. 84

Emptot, qui non denunciavit, ſua culpa præſumitur ſuccubuiſſe, fol.29.n.86

Emptor, & venditot ſimul conventi in eodem judicio, non tequiritur denunciatio, fol.31.n.1

Emptor non tenetur denunciare, ſi non poteſt, fol.32, num.2

Ecclcſiis favendum eſt, niſi aliis præjudicium inferatur, fol.36.n.24

Exceptio implementi non ſequuti ſicut nocet cedenti, ita nocet ceſſionario, quia rei cohærens eſt, ibid. num.23

Exceptiones reales ſolutionis, compenſationis, & ſimiles poſſunt opponi ceſſionario per debitorem ceſſum, tanquam rei cohærentes, ibid.n.32

Exceptiones ſimiles ſicut dantur contra principalem, dantur etiam contra ſingularem ſucceſſorem: ceſſio enim tranſit cum ſuo onere, ibid.n.32

Exceptio, quæ obſtat cedenti non obſtat ceſſionario, ex text. in *l. doli, ff. de novat.* ibid.n.33

Exceptionem remittere cenſetur debitor, qui patitur ſe delegari ſcientet, quod ſecùs eſſet, ſi ignoranter, ibid.n.32

Ponitur circa hoc deciſio ſupremi Senatus, ibid.n.32

Ponitur limitatio, quando is, cui facta eſt delegatio habet cauſam lucrativam, ibid.n.32

Vel quando eadem cauſa nullitatis, & militat eadem exceptio in ſecundo contractu, ibid.n. 32

Vel quando pecunia reverſura eſt ad legantem, ib.n.32

Emptor, qui omiſit declinatoriam opponere, an aſſiſtens poſſit eadem opponere, fol.44.n.29

Executio non poteſt fieri contra non condemnatum in ſententia, fol.45.n.55

Exceptio peremptoria de jure poteſt opponi in quacomque parte judicii, fol.44. n.38

Exceptio perſonalis competens principali propter proprium intereſſe, non competit fidejuſſori, ibid.n.37

Executio poteſt fieri in bonis deſenſoris neceſſarii, qui ſe ſecit conſortem litis, ac ſi principaliter in ſententia fuiſſet condemnatus, fol.45.n.54

Eccleſiaſticus emens nomine Eccleſiæ poteſt agere de evictione, licèt ante litem motam, in qua ſuccubuerit, venditori laico non denunciaverit, fol.47.n.4

Emptor principaliter conventus excluditur ab omnibus

Index Materiarum.

illis, ex quibus excluditur etiam venditor admiſſus, fol.48.n.16

Eccleſia vendens tenetur defendere emptorem coram judice ſeculari, ibid.n.18

Eccleſia ſuccedens in domo hoſpitationi Regiæ ſubjecta, vulgò *de apaſents*, quæ ſolvit aliquid pro incommoda habitatione, coram judice laico eſt convenienda, fol. 50.n. 41

Executoria, vel ſententia tranſacta in rem judicatam in cauſa evictionis contra Clericum venditorem coram judice Eccleſiaſtico executioni demandatur, ib. n.41.42.

Eccleſiaſticus judex eſt competens Clerici, fol.51. num.48

Eccleſiaſticus judex, qui cognoſcit de cauſis Eccleſiaſticis excommunicatur, ibid.n.51

Eccleſiaſticus judex per incidentiam, & annexitatem cognoſcit de cauſa profana, & pœna impoſita, ibid.n.54

Eccleſiaſticus judex cognoſcit de cauſa dilationis debiti contra creditores ſeculares, & Eccleſiaſticos, ibid. num.55

Emens à fiſco, & à privato conventus, poteſt petere ſe remitti judices fiſci, fol.54.n. 17

Deciſio ſacri Ærarii refertur, ibid.n.19

Evictionis actio importat æſtimationem rei tempore evictionis ſequutæ, fol.54.& 55.n.27

Æſtimatio facti debetur, quando factum non eſt adimpletum, & contraventum, fol.55.n.30

Executio fieri debet in levibus delictis abſque proceſſu, fol.59.n.29

Exceptio fori declinatoria principali Clerico competens, non competit ejus fidejuſſori laico, fol. 63. num.11

Exceptio competens principali ſuffragatur fidejuſſori, fol. 62. n. 2

Etiam ad impediendam obligationem Cameralem, ibid.n.3

Exceptio reſpiciens merita cauſæ, & principali competens juvat fidejuſſorem, fol. 62.n.4.& fol.63. num.15

Exceptio reſpiciens tantum perſonam principalis debitoris, ipſius intuitu, & contemplatione conceſſa non competit ejus fidejuſſori, ibid.n.12

Exceptio, quæ de æquitate, & jure ſpeciali competit, non ſuffragatur fidejuſſori, ibid.n.13

Exceptio mutationis ſtatus principali competens non juvat ejus fidejuſſorem, ibid.n.14

Exceptio competens principali juvat fidejuſſorem in civilibus, ſecùs in criminalibus, ibid.n.16

Exceptiones reales, quæ dicantur, ibid.n.17

Exceptio moratoriæ non prodeſt fidejuſſoribus, fol. 63.n.18.19

Exceptio competens principali non juvat ejus fidejuſſorem in obligationibus ſolvendi, ibidem n.20

Hoc procedit, quando reus comparet ad defenſionem fidejuſſoris, & opponit de exceptione, fol.64.n.29

Exceptio, quæ nocet authori, nocere debet ſingulari ſucceſſori, fol. 65.n.44

Exceptio Vellejani perſonalis eſt, & fidejuſſori non competit, ibid.n.48

Exceptio ne quis conveniatur ultra quam facere poſſit conceſſa principali, non extenditur ad fidejuſſorem, ibid.n.56. 57.

Exceptio iſta datur parentibus, liberis, patronis, ſociis, ſoceris, maritis, Clericis, & ſimilibus perſonis, ibid.n.58

Exceptio hæc eſt perſonalis, non tranſit ad ejus fidejuſſores, ibid.n.58.in fin.

Venditor primus, ſi res tranſit per plures manus, an teneatur de evictione, fol.87.n.1

Emptor non poteſt cogere authorem authoris ad ſuſcipiendam defenſionem rei, niſi fuerint ceſſæ actiones, ibid.n.5

Emptor, cui à venditore fuit promiſſa evictio, alteri vendidit, qua jam evicta, an ſecundus emptor de evictione contra primum venditorem à quo res illa deſcendit, agere poſſit, ibid.n.11

Emptor ſecundus contra primum venditorem agere non poſſit; quia ſine actione experitur, fol. 68.n.12

Emptor in particularem ſucceſſorem titulo oneroſo vel lucrativo rem alienans, evictionis actionem eidem ceſſit; tunc ſingularis ſucceſſor contra authorem authoris agere poſſit, ibid.n.14

Exceptio tranſit in ſingularem ſucceſſorem, fol.69. num.26

Executivum jus eſt perſonale, non ſequitur rem nec tertium poſſeſſorem, ibid.n.31

Executio locum habet adverſus eum, qui rem dolo adeptus eſt, fol. 70.n 50

Executio datur adverſus tertium poſſeſſorem in re hypothecata cum clauſula de non alienando, ibid.n.51

Executio datur contra tertium cum clauſula de non alienando cum hypotheca generali, ibid.n.52

Executio datur etiam, & potius cum ſpeciali hypotheca, ibid.n.53

Excuſſio cum dicta clauſula, non eſt neceſſaria, fol. 71. num.54

Executio cum dicta clauſula, adverſus tertium, ſatis eſt citare poſſeſſorem, ibid.n.55

Executio non habet locum adverſus tertium, qui non habet titulum à debitore, ibid.n.56

Executio non datur contra non nominatum in inſtrumento, fol.72.n.80

Executiva virtus contra aliquem ex eiſdem actis in initio executionis exiſtere debet, ibid.n.81

In executivis præſens rei ſtatus inſpiciendus eſt, non qui evenire poteſt, fol.73 n.82

Executio prætextu unius inſtrumenti cauſata reconvalidari non poteſt ex alio, ibid.n.83

In executione recenſeri debent acta; quia ſunt pars formalis executionis, ibid.n.84

In executivis lis conteſtatur præſentatis oppoſitionibus, & ex tunc incipit inſtantia, ibid.n.86

Executio non coadjuvatur ex clauſula omnium aliorum inſtrumentorum, ibid.n. 87

Ponitur diſtinctio, quam author amplectitur, ibid.n. 88

Emptor in denunciando tempus ſervare debet, fol. 74. num.1

Emptor venditori quolibet tempore denunciari poteſt, ibid.n.2

Emptor non eximitur à proſequutione, & defenſione litis, nec ab appellando per denunciationem, fol.75. n.13.

Emptor ſi habet bonam cauſam tenetur appellare & proſequi, ſecùs ſi malam, & dubiam, ibid.n.14

Emptor victus non tenetur appellare, ibid.n.15

Emptor etſi ſit condemnatus tenetur appellare, & proſequi appellationem, ut evictionem conſequatur, ibid.n.16

Emptor hoc facere tenetur, etſi expreſsè appellationi interpoſitæ renunciaverit, vel priori inſtantiæ, ibid.n.17

Emptor pro ſuo intereſſe ipſo tempore appellationis, tenetur appellare, ibid.n.18

Emptori non currit tempus ad appellandum, niſi à die ſcientiæ, ibid.n. 19

Emptor non tenetur appellare, ſi venditor eſt præſens tempore latæ ſententiæ, ibid.n.20

Emptor intimans venditori ſententiam, non tenetur appellare, ibid.n.21

Emptor victo venditore poteſt appellare, è converſo venditor appellare poteſt victo emptore, ibidem num.22

Digitized by Google

Index Materiarum.

Emptor appellans, tunc venditor non poteſt appellare, ſed ſolum aſſiſtere emptori, qui appellavit, ibid.n.23

Emptor omnino debet appellare forſitan ſi in cauſa appellationis probabitur juſtitia venditoris, teſtibus, & inſtrumentis, quæ non fuerunt probata in prima inſtantia, ibid.n.27

Emptor non ſolum habet regreſſum de evictione, ſed recuperat omnes ſumptus in lite factos, licèt adſit juſta cauſa, fol.77. n. 1

Ponitur cautela Notariorum circa hoc, ibid.n.3

Emptor vincens, an poſſit expenſas litis à venditore recuperare? Et ibi ponitur communis cautela, fol.78. num.9

Expenſæ neceſſariæ dicuntur ſine quibus lis agitari non poteſt, ut ſunt expenſæ inſtrumentorum teſtium, ſalarii Advocatorum, & ſumptus deſignati ad iter faciendum, & quæ expenduntur ab amore in movendo ſe loco ad locum, ibid.n.10. 11. & 12

Expenſarum nomine veniunt etiam damna reſpicientia perſonam emptoris; quia erat artifex, vel alius, qui ex ſuis operibus ſe ſuſtentabat, & propter litem non potuit uti artificio ſuo, ibid.n.13.uſque ad 15

In expenſis ratione victoriæ non veniunt damna, nec intereſſe, ibid.n.15. & 16

Ponitur differentia inter damna expenſarum intrinſeca, & extrinſeca, ibid.n.16.in fin.

Expenſæ, in quibus fit condemnatio, debent eſſe moderatæ, fol.79. n. 17

Quia ubi fit mentio de expenſis, debet intelligi de juſtis, & moderatis, ibid.n.18

In expenſarum moderatione ſemper haberi debet reſpectus ad qualitatem perſonarum, ibid.n.20

Expenſæ illæ non ſolvuntur, in quibus faciendis culpa victoris deprehenditur, ibid.n.21

Expendens aliquid de ſuo venit nomine expenſarum, ſecùs ſi de ſuo non expendit, ibid.n.22

Expenſæ à partibus promiſſæ debent ſolvi, & excuſat juſta cauſa litigandi, ibid.n.23

Expenſæ promiſſæ in judicio, juſta cauſa excuſabit, non ſolvendæ, ibid.n.26

Expenſæ perſonales in Regalibus Audientiis moris eſt, ut expendantur, fol.80 n.34

Expenſarum taxatio, ſi injuſta fuerit, & exceſſiva, poteſt ab ea appellari, ut moderetur, ibid.n.35

Expenſas neceſſarias, & ſumptus ad rem perferendam præſtare ſolent hi, quorum negotium agitur, ibid. num.36

Expenſas in conficiendo inſtrumento, tenetur debitor exponere, ibid.n. 37

Evictio ceſſat quotieſcumque evenit ex facto illius, cui competit evictio, ibid.n.39

In evictionis cauſa venit etiam id, quod rei acceſſit, utcumque cedat, ibid.n.41

Emptor paſſus litem, vel evictionem habet eandem anterioritatem pro expenſis litis, & damnis, quam habet pro pretio, fol.81.n.50

Emptor prior in ſorte prior eſt in uſuris, & intereſſe, ibid.n.51

Expenſarum appellatione in contractibus ſimpliciter factis, non veniunt damna, & intereſſe, fol.83.n.78

Ex contractu obligatus tenetur ad multa, ad quæ de jure non obligatur, ibid.n.79

Expenſæ factæ per emptorem in contradicendo liti motæ ſuper bonis emptis per venditorem refici debent, ibid.n.81

Emptor ſi eſt in culpa non petendo adverſarium in expenſis condemnari, an recuperet expenſas, ibid.n.82

Emptor ratione evictionis debet conſequi omne intereſſe, nedum expenſarum, ſed amiſſionis fructus quanti plurimi valuerit evictionis tempore, fol.82. num.69

Emptor conſequitur lucra amiſſa, fol.83.n. 70

Quod procedit, quando emptor notificavit venditori litem motam, ibid.n.72

Emptor ratione rei evictæ conſequitur fructus rei evictæ, ibid.n.71

Emptor debet conſequi rei evictæ melioramenta, & expenſas melioramentorum, ibid.n.73

Emptor ſolum debet recipere expenſas juſtas, ſive officio judicis, ſive actionis jure debeantur, ibid.n.74

Expenſarum appellatione veniunt damna, & intereſſe, quando in contractibus fit eorum promiſſio, ibid. num.77

Expenſarum obligatio, ubi adeſt ſolutio ab expenſis non operatur liberationem, ibid.n.80

Emptor non petens fructus, non debet venditor in eis condemnari, nec in expenſis ædificiorum, ibidem num. 83.& 84

Hoc fallit in judice, qui poteſt condemnari in fructibus, & intereſſe licèt à parte non petantur, ibid. num.85

Emptor petens reſtitui fructus, etiamſi eos petierit, debent reſtitui, ibid.n. 86. in fin.

Emptor ultra duplum non habebit expenſas, etſi aliud ſit conventum, fol.84.n 92

Emptor quando evincitur ſola poſſeſſio, non poteſt agere ad duplum promiſſum in cauſa evictionis, ſed primæva actione ex empto, fol 86.n.117

Emptor agit contra venditorem, ut liberet rem ab onere hypothecæ, ſed etiam poteſt hypothecam liberare, aut tollere offerendo litis æſtimationem, & repetere ab ipſo venditore, ibid.n.121

Emptori non poteſt imputari cur ita ſolverit, cum non denunciaverit; quia tenetur venditor actione ex empto ad tradendam rem liberam, ibid.n.122

Emptor cum de jure appareat de hypotheca, poteſt ſolvere hypothecam, ibid.n.123

Emptor poteſt retinere pretium donec res liberetur, ibid.n.126

Emptori venditor tenetur declarare qualitates rerum ſuarum, imò præſumitur in mala fide, ſi eas non declarat, ibid.n.128

Emptori venditor tenetur in conſcientia declarare vitia, & qualitates rerum, ibid.n.129

Emptorem venditor tenetur certificare de qualitatibus rei, & ejus obligationibus, & deducere quanto minoris emptor fuiſſet empturus, ſi ſciviſſet illas qualitates, ibid.n.130

Emptori venditor tenetur exprimere omnia, quæ potuiſſent à contrahendo retrahere, ibid.n.132

Emptor ſi conveniatur, eidem deferatur juramentum, poteſt illud licitè recuſare ne perdat actionem de evictione, fol.89.n.29

Evictio non debetur, niſi re evicta per ſententiam effectualiter, fol.91.n.1

Evicta rex dicitur, quando ſententiam res eſt ablata emptori, ibid.n.2

Evicta res, ut dicatur, eſſe debet à manibus emptoris abdicata, ibid.n.3

Et tunc dicitur committi ſtipulatio, quando res eſt verò ablata, ſive ipſius pretium ſolutum, ibid. n.4

Ponitur differentia inter ſtipulationem duplæ, & ſtipulationem habere licere, ibid.n.5

Ut committatur ſtipulatio duplæ, ſufficit, quòd ſit lata ſententia, licèt res non ſit reſtituta, ſecùs in ſtipulatione evictionis, quæ non committitur ante reſtitutionem rei, & lata ſit ſententia, ibid.n.5

Emptor poteſt agere de evictione, ſi conventum eſt mota lite, quòd agat de evictione, & recuperet pretium non expectata ſententia, ibid.n. 6.& 7

Emptor recuperare poteſt litis expenſas, ſi promiſſæ ſunt non expectata ſententia evictionis, fol.92.n.9

In evictione habetur ratio quòd emptor habiturus fuiſſet, ſi res non fuiſſet evicta, ibid n.11

Index Materiarum.

Emptor poteſt agere contra venditorem ignorantem rei alienæ venditæ ad intereſſe intrinſecum, vel extrinſecum ex natura actionis ex empto, fol.93.n.15. uſque ad n. 19
Evicta re per confeſſionem emptoris, niſi aliter doceatur de veritate confeſſionis, venditor non tenetur de evictione, ibid.n. 23
Emptor ſi ab emptione deſiſtit, eo quòd quis malo animo movet quæſtionem, poteſt agere contra impedientem ab intereſſe, ibid.n. 24
Evicta res debet eſſe per ſententiam executioni demandatam, & non per ſententiam interlocutoriam, ibid.n.25
Evictio, ſi non eſt executa, non poteſt dici nata actio evictionis, ibid.n.27
Evictionis conditio eſt incerta propter dubium eventum litis, fol.94.n.29
Emptor non dicitur verus, & certus creditor re non evicta, cum evictio dicatur caſus dubius, ibid.n.29
Executio non datur emptori re non evicta, ibid.n. 30
Evicta re per ſententiam poteſt emptor nedum agere de evictione, ſed incipere ab executione pro pretio, & damnis liquidis, ſecùs pro non liquidis, ibid.n.30
Executio evictionis datur, quando eſt liquida, ibid.n.31
Emptor offerens agenti contra eum pretium, vel rem nolens expectare ſententiam, agit contra venditorem, ibid.n.32
Emptor poteſt agere ante evictionem, quando promiſſa eſt res libera, ibid n.33
Executio ſuper re evicta non datur, quando res remanſit apud venditorem, ibid.n.34
Evictio rei actualem oblationem requirit, & non ſufficit ſententia, ibid.n.39
Emptor ſi cedat rem litiganti, non agit de evictione, ibid.n.40
Evicta res extrajudicialiter nullo modo poteſt agi de evictione, ibid.n.42
Emptor, ut agit de evictione, neceſſe eſt, quòd probet rem ſibi evictam fuiſſe judicialiter, ibid.n.41
Emptor probans rem ad evincentem ſpectare, agit de evictione, licèt res fuerit ſibi ſine judicio evicta, ibid.n.47
Emptor agens actione ex empto ratione evictionis, poteſt agere non expectata ſententia, fol.95.n.48
Emptor, ut de evictione agat, an ſufficiat, quòd producat ſententiam primæ, vel ſecundæ inſtantiæ, vel totus proceſſus, ibid.n.49
Vel an ſufficiat, ut producat totum proceſſum, ibid.n.53
Emptori ſufficit producere ſententiam ſine proceſſu, quando venditor expreſsè renunciavit, ne poſſit allegare ſententiam nullam, ex omni vitio injuſtam, ibid.n.53
Executio prima fit in defenſorem, ſecunda in ſubſidium ratione ſcientiæ fit in emptorem, fol.98.n.29
Emptor ſciens cauſam agit à re cum venditore, contra eum non datur executio in re vendita, ibid. n.30
Contra emptorem in ſubſidium datur, ibid.n.31
Executio facienda eſt in re evicta contra poſſidentem, ibid.n.31
Emptor de evictione agens malens alium fundum æquivalentem arbitrio boni viri, quam litis æſtimationem conſequi, audiendus eſt, fol.101.n.6
Emptor habens pignus excuſatur convenire fidejuſſorem, fol.102.n.20
Evicta re natura negotii, non debetur evictio, ſed ſibi debet imputari, qui contraxit, fol.106.n 3
Emptor à quo res retrahitur indemnis ſervari debet, fol.107. n.6
Emens proſpicere debuit, quod conſanguineus poterat cogi ad retrahendum, ibid.n.16
Evictio ſequitur ex cauſa ſupervenienti, quæ non ſuberat tempori contractus, ibid.n. 12
Emptor non debet meliorare rem, niſi certus ſit, quòd fundus per proximum non auferatur, ibid.n.16
Exceptio melioramentorum opponi poteſt in executione ſententiæ, quando venditor eſt condemnatus, fol.111.n.30
Exceptio modificans ſententiam in executione admittenda eſt, ibid.n.31
Exceptio melioramentorum appoſita ante ſententiam, & per judicem reprobata, non admittitur in executione, fol.112.n.32
Exceptio, quæ fuit diſcuſſa, & vulnerata, refricari non poteſt, ibid.n.33
Exceptio hujuſmodi, ſi ad alium finem producatur, iterum refricare poteſt, ibid.n.34
Exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, non admittuntur in judicio executivo, ibid.n.39
Exceptiones hujuſmodi ad merita cauſæ reſervantur, ibid.n.40
Evicta re, & per emptorem reſtituta, non facta mentione melioramentorum, omnino deſtituitur emptor remedio illa petendi, fol. 111.n.24
Emptori ſuccurritur officio judicis ex bono, æquo, & ex æquitate ad repetenda hujuſmodi melioramenta, fol.113.n.43
Emptoris res, quando ſine cauſa pervenit ad venditorem, vel tertium, poteſt emptor ab illis condicere, & repetere, fol.112.n.42. & fol.113.n.43
Emptor melioramenta utilia poſt facta rei reſtitutionem repetit, fol.113.n. 44
Emptor voluntaria melioramenta, quæ rem pretioſiorem reddunt, illa repeti poſſunt, ibid.n.44
Emptor tenetur fructus perceptos ex melioramentis cum ſumptibus reſtituere, fol.114.n.50
Emens jactum retis, ſi nihil capiatur liberatur, fol. 116.n. 16.& 17
Evictio propriè accedit in contractu emptionis, & venditionis, & ſi de evictione nihil ſit dictum, fol.128.n.1
Evictio eſt, quid naturale in hujuſmodi contractu. fol.129.n.2
Emptor dubitans de re empta, ne evincatur, vel moleſtetur, poteſt dicere, quòd pretium convertatur in emptione aliorum bonorum, ibid.n.4
Emptor præfertur in illa re vendita illa pecunia, ib. n. 5
Emptor præſumitur ignorare jus venditoris, ibid.n.14
Emptor agit adverſus venditorem, non ſolum ad pretium, ſed ad intereſſe, & damna inde ſequuta, quæ ſi ſua intererat rem non eſſe evictam, fol.129.n.16.& fol. 130.n.17
Emptor ſciens rem, quam emit, eſſe alienam, non agit de evictione, fol. 129. n.16
Emptor non agit ad rem emptam, niſi pretio integraliter ſoluto, fol.131.n.29
Emptor, cui libera res non traditur habet exceptionem rei ſibi non traditæ liberè, & non tenetur pretium ſolvere, ibid.n. 29
Emptor, cui res obligata traditur, poteſt agere quanto minoris eſſet empturus, ibid.n.30
Emptor, cui res libera tradita non fuit, poteſt ſolutionem pretii differre, ſed extinguere pretium pro ea parte, ibid.n. 31
Emptor ratione conditionalis obligationis, & hypothecæ poteſt petere ante eventum conditionis, ut ſibi de indemnitate caveatur, ibid.n. 34
Emptori re evicta pretii non ſoluti retentionem competere poteſt, non modò adverſus venditorem, ſed etiam adverſus creditores venditis pignoribus per ſubhaſtationem, & evictis, ibid.n.38
Emptor, qui cum venditore contrahit, licèt diligenter teneatur perquirere illius conditionem, & qualitates rei, ſi communi æſtimatione res libera, & pleno jure venditoris reputaretur, ignorantia eſt probabilis, & juſta,

Digitized by Google

Index Materiarum.

juſta, fol.132. n.39

Emptor agere poteſt de evictione, ſi venditor ſciens qualitates rei venditæ illas ſupprimendo tacuerit, vel non explicuerit, ibid.n.42

Emptor, cui res non traditur libera,in ejus facultate eſt eligere, an malit rem tradi, vel intereſſe ſolvi, fol.133.n. 61

Evictio non habet locum in locatione, & conductione, fol.135.n.2

Evicta re poteſt conductor agere ad intereſſe, non quod evicta ſit res, quam ipſe non poſſidebat, ſed quia uti fruique ad tempus conductionis non licet,fol.136. num.16.

Exceptio implementi non ſequuti, habet locum in materia locati,& conducti, ibid.n.27

Exceptio talis nullo unquam tempore ſublata cenſetur, ibid.n.28

Exceptio implementi non ſequuti, etiam ſtante juramento poteſt opponi, ibid.n.29.30

Etiamſi non ſit impletum in modico, fol.136.& 137. n.31.uſque ad 34

Etiamſi in contractu locationis appoſita ſit clauſula, pœna ſoluta vel non ſoluta contractus firmus maneat, fol.137.n.33

Etiam non implens impeditus neceſſitate, vel legitimo impedimento ſit, ibid.n.34.

Exceptio implementi non ſequuti opponi poſſit contra inſtrumentum guarentigium ſtante lege, quòd nulla poſſit opponi exceptio, ibid.n.36

Exceptio implementi eſt fundata non tantum in intereſſe,quantum in violatione fidei, ibid.n.36.in fin.

Exceptio iſta contra executionem ſententiæ opponi poſſit, ibid.n.38

Exceptio iſta impedit litis ingreſſum, & eſt litis finitæ, ibid.n.39. 40. & fol. 138. n. 41

Exceptionem adimplementi non ſequuti, ſi pars omittat opponere judex ex ſe ſupplere poteſt parte non opponente, fol.138.n.42

Et ſufficit eam allegare in allegationibus juris, ibid. num.43.

Exceptio non adimplementi admittitur, etiamſi ex verbis notarii aliud colligatur, ibid.n.50

Et procedit in omni contractu, tam nominato,quàm innominato, fol.139.n.52

Exceptio iſta poteſt opponi, tàm circa ſubſtantialia, quàm accidentalia contractus, ibid.n.59

Etiamſi juramento promiſſio facta ſit contravenientes pacto jurato, non poteſt agere ad obſervantiam contractus, ibid.n.61

Exceptio non adimplementi tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ibid.n.65

Exceptio iſta non poteſt opponi niſi ab eo, cui implendum eſt, fol.140.n.76.& 77.

Exceptio implementi non ſequuti reſpectu unius obligationis, non excludit petentem ex alia obligatione, ibid.n.79

Evictio non debetur in donatione inter patrem, & filium in poteſtate conſtitutum, fol.143.n.20

Evictio debetur in tali donatione, quando eſt jurata, ibid.n.20

Evictio non debetur in donatione per libertum in fraudem patroni, ibid.n.21

Evictio non debetur virtute hypothecæ ignoratæ; quia res fuerat obligata per anteceſſorem donantis, ibid. num.22

Evictio non procedit, quando donator promiſit tradere, & non dare, ibid.n.23

Evictio non procedit, quando donatio incipit à traditione, ibid.n.24

Evictio non procedit, quando non ſolum donatio incipit à vera traditione, ſed à ficta, ibid.n. 25

Evictio non procedit, quando aliquid donatur Eccleſiæ pro dote ipſius, ibid.n.26

Evictio non habet locum in quocumque titulo gratuito, fol.144.num.30.31.

Evictio non debetur in donatione remuneratoria pro ſervitiis, quæ ex neceſſitate officii erant facienda, fol.145.num. 42

Evictionis ſtipulatio non committitur, ſi liceat alicui contractum reſcindere, ibid.num. 63

Evictio venit in donatione reciproca, ibid.n.64

Si quid evincatur in donatione reciproca, an ceſſet reciprocatio, ibid.n.65

Edictum ædilium curulium non habet locum in favorem donatarii, ſi res donata eſt vitioſa, ibid.n. 66

Evictio debetur in contractu dotis, fol. 147.n. 1

Æſtimata res in dotem data, ſi fuerit evicta agitur actione ex empto, ibid.n.6

Æſtimatio in dote facit emptionem, quando pretium eſt æquivalens rei, ibid.n.7

Æſtimatio talis debet fieri tempore dotis datæ, ibid. num.8

Empta res per mulierem, ſi evincatur à marito,cui eam dedit in dotem, committitur actio de dupla contra authorem mulieris, fol. 148.num. 12

Evictio promiſſa pro redditibus dotatis, an extendatur ad alios redditus in locum primorum ſubrogatos, ſi fuerint evicti, fol.152.n.77

Evictionis, & defenſionis promiſſio, ſi fuerit facta pro redditibus aſſignatis in cauſa matrimoniali, extenditur ad redditus evictos ex eorum pretio emptos, fol. 152.& 153.n.81.uſque ad n.86

Evictionis promiſſio, vel indemnitatis, ut quis poſſit condemnari oculis corporeis legi debet, ita ut non veniat niſi ſpecialiter promittatur, fol. 153.n. 87.88

Empta res ex pecunia dotali, ſi evincatur dotans tenetur de evictione, ibid.n. 89. in fin.

Evicta dote maritus non tenetur alere uxorem, ibid. num.91

Evicta re vendita ex pretio rei majoratui ſubjecta, & ſubrogata loco priori, an majoratus poſſeſſor poterit illam revocare, ibid.n.90

Evictio in legatis an debeatur, fol.154.n.1

Ex qua perſona quis lucrum capit ejus factum probare debet, fol.155.num.8

Evicta re emptor non poteſt agere contra venditorem ad rem, ſed ad intereſſe, fol.157.num.41

Evicta re, quæ priùs mihi erat obligata, & poſtea mea, prima actio durat, fol. 160. n. 16

Evicta re in ſolutum data pro debito pecuniario non agitur actione competente ex primo contractu, ſed actione utili ex empto, ibid.n. 17. 18

Evictio procedit in datione in ſolutum, etſi nihil de evictione ſit dictum, fol.161.n.35

Evictio locum habet in contractu permutationis, f. 162 num.6

Evicta re permutata poteſt agere ad intereſſe, fol.157. num.42

Evictione nondum ſequuta in contractu permutationis agi poteſt de evictione, fol. 163.num.13

Evictio habet locum in beneficiorum permutatione, ibid.n.16.17

Evictio datur, ſi evincatur jus patronatus, fol.165.n.1. quæſt.30

Emptor juris patronatus ſcienter amittit pretium, & applicatur Eccleſiæ, ibid.n.7

Evictio non ceditur pro donatione facta à liberto in fraudem patroni, ibid.n. 8

Epiſcopi conſenſus requiritur ad fundandum juris patronatum, ibid. n.5

Evincendi jus reſpicit omne tempus, fol.168.n.34

Eccleſia in totum remanens indotata, ſi requiſitus patronus eam non dotaſſet, & privaretur jurepatronatus, & qui denuo dotaret adquireret, fol.169.n.49. 50

Evictio

Index Materiarum.

Evictio an detur in tranſactione, fol.175.n.12
Exceptio altiorem indaginem requirens ad merita cauſæ reſervatur, fol.177.n. 34
Evictio non debetur in feudo, fol.178.n.1
Emens contra legis prohibitionem non poteſt agere de evictione, etſi promiſſa ſit, ibid.n.3
Emens jure reſiſtente, non poteſt ſibi caveri de evictione, ibid.n.4.uſque ad 7
Emens contra legis prohibitionem, ſi ſibi provideat de evictione, poteſt recuperare pretium, ibid.n.10
Emens rem feudalem ſcienter, an re, & pretio carere debeat? fol.179.n.22. & 23
Evictionis promiſſio non tenet, quando principalis contractus non valet, ibid.n.24
Evictionis promiſſio eſt acceſſoria, ibid.n.25
Evictio debetur in feudo conceſſo propter ſervitium, ibid.n.33
Evictione pendente vaſſallus tenetur præſtare ſervitium, ibid.n.34
Exceptio litis pendentiæ, non habet locum in via executiva, nec inſtantia datur, fol. 181.n.47. & 48
Pro evictione, quæ procedit ex natura rei, emptor non tenetur, fol.182.n.58
Secùs ſi naturam ignoravit, ibid.n.59
Evictio locum habet in diviſione, fol. 183.n.1.in fine.
Evictio habet locum in diviſione inter fratres facta, ibid.n.6
Evictio debetur in diviſione conventionali, & judiciali, ibid.n.7
Evictio non habet locum in diviſione, quando cautum eſt ſic inter hæredes, ibid.n.9
Evictio locum etiam non habet, quando res evincitur ea ſua natura, ibid.n.10. & fol.184.n.11
Evictio non debetur propter mutuum periculum evictionia io diviſione æquali inter fratres, fol.184. num.15
Evictio ceſſat in diviſione à patre inter filios facta, ibid. num.16
Quod ceſſat, ſi filius in legitima gravetur, ibid.n.17
Evictio non datur inter hæredes prælegatarios diviſione facta à teſtatore, ibid.n.18
Evictio procedit in diviſione facta pro jure legitimæ, ita quòd ſi evinceretur minueret legitimam, ibid. num.19
Evictioni locus non eſt in re poſſeſſa ab alio, quàm à patre, ibid.n.21
Evictio locum non habet, ſi res alicui hæredum prælegetur, ibid.n.22
Evictio datur in ſocietate, quando in contractu diviſionis facto inter ſocios unus habet de parte ſocii, contra quem evictio fuit ſequuta, fol.187.n. 37
Evictio agere non poteſt ſocius, ſi res ab eo evincatur; quia ſua non ſit, ibid.n.38
Evictio, quæ ſequitur in re diviſa nunquam præſtatur, etiam expreſsè promiſſa; quando ſequitur culpa utriuſque dividentis, ibid.n.40
Evictio quando debetur pro indiviſo, an liquidatio reſpiciat valorem totius partis diviſæ, an partis tantum, ibid.n.41
Evictio locum habet in pignore licèt regulariter creditor vendens pignus de evictione non teneatur, fol. 188.n.1. & 2
Evinci de jure ſibi non poteſt, qui à creditore prædium ſibi obligatum emit, fol.192. n. 31
Emptor ſecurus eſt à debitore, quando creditor fecit rem vendi ſub haſta, ibid.n.31.uſque ad 34
Emptor non ſolum ſecurus eſt à debitore, ſed à ſecundo creditore, ibid.n.34
Emptor juſtus, & ſub haſta ſecurus eſt, & ab eo proprietas rei evinci non poteſt, ibid.n.35
Emptor juſtus non debet pati controverſiam, ſed creditor, ibid.n. 35
Emens in publica ſubhaſtatione, & judiciali indemnis debet ſervari, ibid.n. 38
Emptor bonorum venditorum pro executione ſententiæ, ſi debitor vincat in appellatione, & retractetur ſententia, non tenetur rem emptam reſtituere, ſed actio competit ad pretium contra victum, ibid. num. 39
Emptor ſecurus manet, & moleſtari non debet ab alio priore creditore adveniente, quando res venditur in publica ſubhaſtatione pro ſolvendis creditoribus in eorum concurſu, ibid.n.40
Emptor judicialis manet ſecurus, & pignus vel hypotheca in illa re vendita judicialiter liberum manet penes ipſum emptorem, etiamſi pignori, vel hypothecæ ex pacto ſit annexa prohibitio alienationis, fol. 193.n.41. uſque ad 43
Emens nomen debitoris minus idoneum ſibi præjudicat, fol.197.n. 20. uſque ad 22
Emptor nominis an debeat authori denunciare litem, ut recurſus contra eum habeat? fol.198. n. 29
Evictionis promiſſio comprehendit omnes caſus, quibus ceſſionarius privatur utilitate, & beneficio rei ceſſæ, fol.199.n. 42
Evictio non debetur ea cauſa contingenti poſt contractum, fol.200.n.61
Evictio debetur in emphyteuſi, ſicut in rebus venditis, fol.211.n.1
Evicta emphyteuſi datur regreſſus contra venditorem, ibid. n.2
Emphyteuſi evicta ex cauſa lucrativa, non debetur evictio, ibid.n.3
Emphyteuſis dupliciter conceditur ea cauſa lucrativa, & onerоſa, ibid.n.3
Emphyteuſis etſi ex gratia lucrativa conceſſa, datur regreſſus de evictione, ibid.n.4
Evictio non debetur feudo, pro quo modicum præſtatur, fol.212.n.5
Emphyteuſis ubi conceditur titulo lucrativo redhibitoria non habet locum, ibid.n.6
Emphyteuſis eſt contractus ultro citroque obligatorius, ibid. n.7
Evictio feudo non venit dupla, ſed ſufficit, quòd dominus rem æqualis valoris tradat, ibid.n.10
Emptor regulariter agit de evictione, & venditor tenetur ei tradere rem cum effectu, fol.214.n.1
Emptor poterit agere de evictione, ſi à ſe ipſo rem evinceret, ibid. n.3
Emptor poteſt agere de evictione, ſi ei mota ſit lis ab alio, & agnoſcat bonam fidem, ibid.n.3
Evicta ſi ſit res jure ſpeciali beneficio reſtitutionis in integrum poteſt agi de evictione, ibid.n. 4
Evincere rem quam vendidit nullus poteſt, ibid.n. 10
Exceptio doli dicitur, quòd quis evincat rem, quam vendidit, ibid. n.11. & 12
Evictio promiſſa à ſe abſque dictione taxativa comprehendit hæredem, etiamſi velit venire ex propria perſona, fol. 215.n.14
Emptor revertitur ad venditorem, quando res ab illo auſertur, fol.217.n.1
Emptor tenetur, ut ei recurſus detur contra venditorem, denunciare venditori litem motam, ibidem num.2
Emptor omittens denunciare perdit actionem de evictione, ibid.n. 3
Emptor præſumitur, quòd perdiderit cauſam propter ignorantiam juris, ibid.n.4. & 5
Emptor quando convenitur de dolo perdit actionem de evictione, ibid.n. 6
Emptori convenit denunciare etſi venditor promittat ſe litem defenſurum, ibid. n. 10.& 11
Emptor contumax tempore ſententiæ non agit de evictione, ibid. n.16

Index Materiarum.

Emptoris data contumacia, ſententia videtur lata contra eum, non propter defectum juris, ſed propter negligentiam ſuam, & ſibi debet imputari, ibid.n.17

Emptor ſi totam cauſam pertractavit, licèt in actu ſententiæ fuerit contumax, de evictione aget, ibid.n.19

Emptor, qui paſſus eſt, eo contumace liquidari cauſam, tunc magis ex contumacia, quàm qui bonam cauſam habuit, ibid.n.18

Evictio, & defenſio promiſſa operatur, ut licèt alias ex juſta cauſa venditor non teneatur, de evictione tenetur, fol.218.n.21

Expenſæ litis etſi non debeantur propter juſtam cauſam litigandi, tamen ſi ſint promiſſæ debentur, ibid.n.22

Emptor non comparens in judicio, nec faciens defenſiones neceſſarias amittit regreſſum de evictione, ibid.n. 23

Emptor contumax in ſententia, ſi in reliquo proceſſu non fuit contumax, non amittit evictionis beneficium, fol 362.n.28. & 29

Emptor non comparendo videtur eſſe in culpa; quia comparendo potuiſſet judicem trahere in ſuam ſententiam, ibid.n.30

Emptor non defendens cauſam latam in ſuum favorem, eſt in majori culpa, quàm venditor, qui non comparuit, ibid.n.31

Emptor non agit de evictione, ſi ſententia fuit lata per imprudentiam, vel errorem judicis, fol.219.n.1

Quando emptor fuit cauſa iſtius injuſtitiæ, ibid.n. 3

Emptoris ſemper periculum eſt, ſive culpa ſit ipſius, ſive venditoris judex judicaverit per injuriam, ibid.n.4

Eſt culpa judicis imprudentia judicis, ibid.n. 5

Emptor non tenetur, quando judex nullo ſervato ordine ſententiam tuliſſet, ibid.n. 10. 11. & 12

Emptor ſequuta evictione per judicis injuriam, vel imperitiam non agit de evictione, etiamſi ampliſſimis verbis, & generalibus evictio promiſſa ſit, ibid.n.13

Evictio promiſſa ex quocumque caſu, & facto non continet caſum penitùs inſolitum, ibid.n. 14

Niſi eſſent verba prægnantia per quæ venit in materia evictionis caſus fortuitus, & inſolitus, ibid.n.15

Emptor emens à fiſco, vel à Republica, agit de evictione etiamſi ſequuta fuerit per injuriam, vel imperitiam judicis, fol. 219.& 220.n.17. uſque ad 20

Evictio ſequuta ex ſententia lata à judice incompetente de ea emptor agere non poteſt, fol.220.n.27

Emptor non poteſt agere de evictione, ſi de re empta fecerit compromiſſum, & fuerit evicta per ſententiam arbitri, fol.220.& 221.n.1.& 2

Emptor agit de evictione, ſi compromiſſum fuerit factum in ipſum venditorem, qui tulerit ſententiam contra emptorem, fol.221. n.4

Evictio locum habet, quando judex compellit ad compromittendum, ibid. n. 7.& 8

Evictio debetur, etſi ſententia detur per arbitros, ſi venditor promiſit de evictione, quomodocumque, & qualitercumque res evincatur, ibid.n.9

Emptor deferens juramentum evincenti, tunc non poteſt agere de evictione, ibid.n.13

Emptor poteſt recuſare juramentum ſibi delatum, ne perdat cauſam de evictione, ibid.n.14

Evicta res per confeſſionem emptoris venditor non tenetur de evictione, ibid.n.14.in fin.

Emptor non agit de evictione, quando prorogavit juriſdictionem judicis incompetentis, fol.222.n.15

Emptor violenter ejectus nullam habet contra venditorem actionem, fol.224.n.15

Emptor, qui potuit uſucapere, & præſcribere rem emptam, & ſua culpa non fecit, cadit ab evictionis actione, fol. 229.n. 1

Emptor ſi non habet rem venditam propter factum ſuum, non agit de evictione, ibid.n.2

Evictionis actionem non habet, qui delinquit circa rem, ibid.n. 3

Evictionis actio non datur emptori, quando ſe tueri poteſt exceptione præſcriptionis, & illam non oppoſuerit, ibid.n.4. & 5

Evictioni non eſt locus re non tradita, ibid.n.6

Evictionis fidejuſſor non tenetur de evictione, ubi agitur de reſciſſione contractus, ibid.n.8. in fin.

Evictio non poteſt imputari culpæ, ſi ante evictionem egit, fol. 230.n.13

Evictio non extenditur ad venditionem hæreditatis, ſi pars aliqua evincatur, fol.231.n. 1,
Ubi aſſignatur ratio, 2. limitatur.

Evictio in caſibus in quibus imminet, non poteſt retineri pretium, niſi pro parte ſuper qua adſunt moleſtationes, fol.233. n. 16

Evictio ſequuta in fundo pro indiviſo, totus fundus æſtimari debet, ibid.n.18.& 19

Evictio partis fundi, ſi fiat pro indiviſo fit æſtimatio quotæ, ſi pro diviſo fit æſtimatio loci evicti, ibid. num.20

Emens ſcienter rem alienam non agit de evictione, & an ad pretium, fol.235.n.1.& fol.236.n. 2.& 3

Emens rem alienam videtur pretium donare, fol.236. num.4

Emptor ſciens rem ſibi venditam eſſe communem cum alio, non poteſt agere de evictione, ibid.n.6. & 7

Emens rem aliquo onere affectam ſcienter, jus tantum venditoris emiſſe dicitur, ibid.n.8

Emptor ſciens in genere rem ad venditorem non ſpectare, non poteſt agere de evictione, quamvis ignoret ad quem pertineat, ibid.n.9

Emptor ad effectum, ut de evictione agere non poſſit, oportet quòd clarè ſciat rem eſſe alienationi prohibitam, nec ſufficit conjecturalis dubitatio, fol.237. num.10.& 11

Emptor ſciens rem venditam alienam eſſe, poteſt agere de evictione, quando de illa ſpecialiter, & nominatim in illum caſum ſit ſtipulatus, ibid.n.12

Et ſimplex, & generalis ſtipulatio non ſufficit, ibid. num.13

Evictio ex natura rei contingens ignoranti non debetur, niſi ſit concepta verbis generalibus, ibid.n.14

Emens ſcienter rem alteri obligatam, vel alienam non ſolùm non agit de evictione, ſed neque ad pretium, ibid.n.22

Evictio debetur, quando ex pacto, quia recuperat pretium, ſecùs ex diſpoſitione legis, & emens fuit ignorans, ibid.n.23.& 24

Evictio non debetur, quando provenit ex facto communis authoris, fol.238.n.29

Vel ex facto ipſius emptoris, ibid.n 30

Vel in caſu contrario, quod dicitur de re vendita idem erit de pretio emptoris evincendo facto communis authoris, ibid.n.31

Emptor providens de evictione, in caſu in quo ex natura rei, vel ex facto authoris agit de evictione, & ad pretium, ibid.n.33.uſque ad 38

Nec in ſciente emente à fiſco, fol.239.n.8

Evinci res ſecundum ſuam naturam, quando dicatur, ibid.n.14

Ad evictionem, quæ ex natura rei venit nemo tenetur, ibid.n.15

Quod non procedit, ſi rei naturam ignorabat, ibid.n.16

Emptor eligens ad defendendam rem inexpertum advocatum non tenetur de evictione, fol.240.n.1

Emptori culpa imputari poteſt, ſi eligat malum advocatum, & procuratorem, ibid.n.2

Emptor de evictione non agit, ſi ex ſua quantumcumque minima culpa cauſetur evictio, ibid.n.3

Emptor ſuccumbens ex cauſa ab ipſo originem trahente, non agit de evictione, fol.241.n.1

Evictio

Index Materiarum.

Evictio imminet in limine contractus, quando pretium non eſt ſolutum, fol.244.n. 34

Evictio quando imminet in limine contractus tunc venditor non cogitur de evictione, tenetur præſtare fidejuſſores, ibid.n.2

Evictio dicitur imminere, quando facta ſit delegatio pretii, vel ceſſio in aliam cauſam, ibid.n.6

Evictio imminet, ſi moveatur lis emptori in limine contractus, poteſt emptor retinere pretium, donec ſibi caveatur pro illa lite, & pro omni alia, ibid.n.7

Evictio imminet ratione hypothecæ, & lis moveatur ſuper illa, quia venditor tenetur cavere, ibid n.11

Emptor non tenetur ad fructus rei, & pretii, niſi venditor offerat cautionem, fol. 245.n.12

Etiamſi venditor ſit ditiſſimus tenetur dare cautionem pro illa lite, & omni aliâ, ibid.n.13.& 14

Æquiparantur promiſſio facta per venditorem de dando fidejuſſore evictionis, vel quod moveatur lis in limine contractus, ibid.n.16

Emptor non dicitur movere litem per calumniam, ſi dubitavit, fol.246.n.34

Emptor non tenetur ſolvere pretium, quando evictio imminet in limine judicii, etiamſi offeratur cautio pro illa, & omni alia lite, ibid.n.39

Evictio quando imminet in limine contractus fidejuſſio debet dari pro illa lite, ſed pro alia, quæ moveri poſſet, ibid.n.45.& 46

Emptor cadens à poſſeſſione ſua culpa, non agit de evictione, fol.247.n.1

Evictio locum non habet, quando vitium rei venditæ ſupervenit poſt contractum, ibid.n.3

Evictio locum non habet, quando emptor domino rei hæres extitit, fol.248.n.4

Vel quando dominus rei ſucceſſit emptori, ibid.n.5

Evictio non datur, quando promittitur ſervus noxa ſolutus, ibid.n.6

Evictio non præſtatur, ſi res perit antequam evincatur, ibid.n.7

Evictio non habet locum, ſi res in judicio evicta non eſt, ibid.n.8

Evictio non datur, quando res evicta dependet à re vendita, ibid.n.9

Emptor non ſequutus conſilium evictionis non agit de evictione, ibid.n.10

Evictio non habet locum, quando pignora ſunt evicta creditori debitoris ceſſi, ibid.n.11

Vel quando evictio pacto remiſſa eſt, quod eſt intelligendum tribus modis, ibid.n.12.uſq. ad 15

Emptor rem, quam emit pro derelicto habuit, amittit actionem de evictione, ibid.n.16

Vel in pluribus caſibus uſque ad num.28.fol.249

Evictio locum non habet, ſi venditio reſcindatur remedio *l.2.C.de reſcind.vendit.* fol.249.n.28

Emptor non agit de evictione contra tertium cauſa non defenſa, ibid.n.29

Eccleſia, ſeu Monaſterium non debet ædificari in loco, qui præjudicet aliis Eccleſiis jam conſtructis, fol.253. num. 31

Evictio ſumens cauſam ex novis legibus promulgandis non pertinet ad detrimentum venditoris, fol.256. num.66

Evictionis promiſſio facta à tutore in contractu geſto cum pupillo, non tenet, ubi pupillus læderetur, fol. 258.n.5

Evictio præſtatur à pupillo in re ſua vendita, quatenus pretium converſum eſt in ejus utilitatem, ibid, num. 10

Executor teſtamentarius vendens omnia inſtrumenta circa rem tradere tenetur, qua evicta contra hæredem agat emptor, ibid.n.11

Evictio locum habet uſufructu evicto, fol.261.n.11

Æſtimatio fit tempore mortis in ratione legis Falcidiæ, fol. 164.n. 15. 16

Æſtimatio ſemper referri debet ad tempus contractus, ibid.n. 16.

Æſtimantur bona paraphernalia ex tempore traditionis, ibid.n.17

Æſtimatio quanti plurimi, quando fiat, ibid.n.18

Æſtimatio fit ex tempore ſolutionis, ibid.n.19

Æſtimatio fit juxta tempus delicti, ibid.n.20

Æſtimatio ſit juxta tempus litis conteſtationis, fol. 265 num.21

Æſtimatio fit habita ratione temporis, in quo quis eſt locupletior, ibid.n.23

Æſtimatio fit juxta tempus ſententiæ, ibid.n.22

Æſtimatio fit ex mora, ibid.n. 24

Æſtimatio fit ex eventu, ibid.n.26

Æſtimatio fit ex ædibus ruinoſis, ibid.n.27

Æſtimatio fit ex loco, ibid.n.28

Evictioni an locus ſit, quando res evincitur judicio poſſeſſorio, ibid.n.1

Evictioni ut ſit locus requiritur, quod ſententia ſit lata ſuper proprietate, fol.266.n.2

Emptor, cui promiſſa eſt in caſu evictionis reſtitutio ſolius pretii ſuo ſumptu litem ſuſtinet uſque ad cauſæ exitum, fol.267.n.1

Evictione promiſſa in caſu reſtitutionis pretii ad quid venditor teneatur, ibid.n.2

Evictionis caſus quando intelligitur eveniſſe, ibid.n.3

Exceptio omnis competens tam contra principalem, competit etiam contra ſingularem ſucceſſorem, fol. 273.n.28. uſque ad 30

Emptor poteſt redhibitoriam per viam exceptionis deducere, fol.278.n.37

Emptor contra plures ſimpliciter obligatos in ſolidum agit, ſi vult, ibid.n.41

Secus in ſententia, quia plures ſimpliciter condemnati pro virili tenentur, fol.279.n.42

Emptor ſi decedat cum pluribus hæredibus, quomodo agatur, ibid.n.46

F

Fides ſua cuique validiſſimum teſtimonium videtur, fol. 2.n.14

Fides ab eo, ſic appellata, ut fiat; quod dictum eſt, ibid.n.15

Fallere fidem datam grave facinus eſt, ibid.n.16

Fidejuſſor præſtatur, quando expreſsè conventum eſt inter partes in cauſa evictionis, fol.7.n.10

Fidejuſſor præſtatur quando evictio imminet in limine contractus, ibid.n.11

Fidejuſſio iſta adverſus omnes præſtanda eſt, fol.9.n.34

Fidejuſſore non invento, juratoriæ cautioni committitur, fol.11.n.61

Fidejuſſor non tenetur de evictione, ubi agitur de reſciſſione contractus, ibid.n.63

Fidejuſſor evictionis habet electionem, vel reſtituendi rem evictam, vel intereſſe, ibid.n.64

Fidejuſſor evictionis, eodem modo quo principalis, ibid. num.65

Fidejuſſor evictionis tenetur ipſi emptori actione ex empto, ibid.n.66

Fidejuſſor, qui tenetur ad intereſſe, tale non venit conſiderandum ſecundum tempus evictionis ſubſequutæ, ſed tempore contractus venditionis, ibid. num.67.

Fidejuſſor evictionis tenetur ad totale intereſſe, ibid. num.68

Fidejuſſor evictionis tenetur ad damna, & intereſſe, quando id conventum eſt, non alias, ibid.n. 69

Fidejuſſor emptore, & venditore quieſcentibus in cauſa evictionis poteſt appellare à ſententia, f.12.num.72

Faciles ſunt homines ad jurandum, fol.9 n.30

Index Materiarum.

Fidejuſſor non invento juratoriæ cautioni committitur, niſi ex juſta cauſa aliud judici viſum fuerit, fol.11. num.61

Fidejuſſor non poteſt agere contra principalem antequàm ſolvat, fol.13.n.1.

Fidejuſſor non poteſt de jure communi agere contra principalem, ut liberetur ab obligatione, ibidem num.2

Fidejuſſor indemnitatis non poteſt agere antequam ſolvat, ibid.n.3

Fidejuſſor condemnatus poteſt agere contra principalem, antequam ſolvat, fol.14.n.4

Fidejuſſor de proximo condemnandus poteſt agere contra principalem, ibid.n.5

Fidejuſſor lite conteſtata poteſt petere ſe liberari, ibid. num. 6

Fidejuſſor vexatus à creditore poteſt petere ſe exonerari, ibid.n.7

Fidejuſſor, quando damnum evitare non poteſt, poteſt agere antequam ſolvat, ibid.n.8

Fidejuſſor, ſi lapſu temporis timetur pœna adjecta poteſt agere, ibid.n. 9

Fidejuſſor obligatus in inſtrumento publico, poteſt agere antequam ſolvat, ibid.n.10

Fidejuſſor, qui tenetur ex ſententia tranſacta in rem judicatam, poteſt petere liberationem, ibidem num.11

Fidejuſſor obligatus in inſtrumento guarentigio pro condemnato habetur, ibid.n.12

Fidejuſſor obligatus in inſtrumento guarentigio poteſt agnoſcere bonam fidem, ibid.n.13

Fidejuſſor, ut agat contra principalem, requiritur vera, & realis numeratio, ibid.n.14

Executione petita contra fidejuſſorem, poteſt ipſe petere liberari, ibid.n.15

Fidejuſſor, ſi tempore fidejuſſionis ſciebat ſe poſſe executari, non poteſt petere ſe liberari, ibid.n.16

Fidejuſſor poteſt petere liberari, quando creditor habet facultatem agendi, ibid.n.20

Fidejuſſor poteſt agere, quando conventum eſt inter partes, quòd quandocumque poſſit petere exonerationem, ibid.n.21

Fidejuſſor agere poteſt ex conventione ante damnum paſſum, fol.15.n. 22

Fidejuſſor, ſi habet revelatorem, poteſt agere antequam ſolvit, ibid.n.23

Fidejuſſor poteſt agere, quando non habet regreſſum contra alium mortuo debitore, vel non ſit ſolvendo, ibid.n.24

Fidejuſſor tutoris durante tutela poteſt petere exonerationem, ſi tutor incipit malè verſari, ibidem num.25

Idem quando principalis malè verſatur, vel dilapidat, ibid.n.26

Fidejuſſor non poteſt petere liberationem, ſi tempore fidejuſſionis reus dilapidabat, ibid.n.27

Vel ſciebat, quod debitor principalis utebatur malè ſubſtantia ſua, ibid.n.28

Fidejuſſor poteſt denunciare creditori, ut agat contra principalem dilapidantem, ibid.n.33

Fidejuſſor poteſt agere contra principalem ſuum ſtatum mutantem, ibid.n.34

Fidejuſſor offerens, & deponens pecuniam, poteſt agere contra principalem, ibid.n.35

Fidejuſſor poteſt agere contra hæredem debitoris, quando debitor fidejuſſori legat liberationem, ibidem num.36

Fidejuſſor judicio ſiſti poteſt agere antequam ſolvat, ibid.n.37

Fidejuſſor ſe abſentans ex cauſa utili, & neceſſaria poteſt petere liberationem, ibid.n.38

Fidejuſſor poteſt agere, quando inter eum, & principalem intervenerunt inimicitiæ, ibid.n. 39

Fidejuſſor petere poteſt liberationem in omni cauſa, in quo debitor malè utitur ſubſtantia ſua, ibidem num.41

Fidejuſſor, qui diu ſtetit in carceribus, poteſt petere exonerari, ibid.n.42

Fidejuſſor, qui diu ſtetit in oblatione, poteſt exonerationem petere, ibid.n.43

Fidejuſſor etiam condemnatus injuſtè, poteſt petere liberationem, ſi culpa ei non imputetur, fol. 16 num.50

Fidejuſſori culpa imputatur ſententia contra eum lata, & non nocet debitori principali, ibid.n.51

Fidejuſſor injuſtè condemnatus, & pendet appellatio, an poſſit petere liberationem, ibid.n.52

Fidejuſſor conditionalis non poteſt petere liberationem ante adventum conditionis, ibid.n.55

Fidejuſſor evictionis, etſi diu ſteterit in obligatione, niſi ſequuta evictione, non poteſt petere liberationem, ibid.n.56

Fidejuſſor cenſus etiamſi centum annos ſteterit in obligatione, non poteſt petere liberationem, fol.17. num.60

Fidejuſſor cenſus non liberatur quouſque redemptos ſit, ibid.n. 61

Fidejuſſor cenſus poteſt cogere principalem, ut eum liberet ab obligatione, ibid.n.67

Fidejuſſor cenſus moleſtatos à creditore ſingulis annis pro ſolutione, poteſt petere liberationem, ibid. num.68

Refertur declaratio ſupremi Concilii Aragonum in cauſa ardua, fol.18.n.70

Fidejuſſor dotis reſtituendæ non poteſt petere ſe exonerari ab obligatione, ibid.n.71

Fidejoſſor conditione pendente, ſi ſupervenit cauſa ſuſpicionis, poteſt petere ſibi præſtari fidejuſſorem, ibid. num.72

Fidejuſſor, ut liberetur, requiritur conſenſus principalis creditoris, ibid.n.73

Fidejuſſori judicii denegatur liberatio, ibid.n.74

Fidejuſſor gratis liberatus, & non ſolvit non poteſt petere exonerationem, ibid.n.75

Fidejuſſor ſine mandato ſe obligans non poteſt ſe eximi, ibid.n.76

Fidejuſſor ſolvens animo cedendarum, non poteſt petere liberationem, ibid.n.77

Fidejuſſori datur cautela, ut poſſit agere quandocumque, ibid.n.79

Forma data adimplenda eſt, fol.22.n.19

Fiſcus licèt in multis ſit privilegiatus, utitur jure privato, fol.34.n.21

Fidejuſſor invito actore poteſt in ſe ſuſcipere judicium, & defenſionem tanquam procurator in rem ſuam, fol.39.n.42.in fine.

Fidejuſſor condemnatus ſi ſolvendo ſit, ex ſuo debet ſatisfacere, ſi non ſit ſolvendo ne detrudatur in carcerem, poterit ſolvere ex bonis principalis, fol. 46. num.60

Forum, quod eſt declinabile à defenſo, declinari non poteſt à defenſore voluntario, fol.48.n.12

Fiſcus trahit cauſam ad ſuum Judicem, fol.53.n.1

Fiſcus vendens privato, ſi extraneus velit vendicare, & fiſcus eum defendat coram judice fiſci agendum eſt, ibid.n.2

Fiſcus utitur hac prærogativa, ut trahat cauſam ad ſuum judicem, ibid.n.3. & 4

Fiſcus utitur jure privati, niſi ſpecialiter reperiatur exemptus, ibid.n. 5

Fiſcus superveniens ad defenſionem venditoris trahit actorem ad ſuum judicem, ibid.n.6

Fiſcus habet proprios judices, & notarios, qui acta judicent, & ſcribant, ibid.n.8. & 54.n.14

Index Materiarum.

Fiſcus ſi agat ex alterius perſona etiam ex ceſſione cum pro ſuo intereſſe compareat, trahit ad ſe cauſam, fol.53.n. 9. & 10

Fiſcus ſive actor, ſive reus ſit, ſemper trahit cauſam ad ſuum forum, ibid. n. 10.& 11

Fiſcus quando comparet pro ſuo intereſſe, trahit etiam cauſam ad ſuum tribunal, ibid.n. 11

Fiſcus ſuccedens poſt cœptam inſtantiam, ad ſuum forum trahit cauſam, etiamſi alibi dependeat, ibid. num.12

Fiſcus ſive agens, ſive patiens, ſive reſpondens, ſive aſſiſtens, vel quomodocumque ſit, non habita ratione fori cauſam, ubi aſſiſtit, trahit, fol.53. & 54.num. 13

Fiſcus trahit cauſam ad ſe in cauſa Clerici ementis à fiſco, fol.54.n.14

Fiſcalis judex cognoſcit inter privatos, quando cauſa dependet à fiſco, ibid.n.16

Fiſcus licèt teneatur de evictione non niſi ad ſimplum tenetur, ibid.n.20

Fiſcus non tenetur de evictione ſi rem debitoris ob debitum vendat, ibid.n. 21

Fiſcus condemnatus, uſuras nec intereſſe ſolvit, ibid. num.22

Fiſcus non tenetur ad ſimplum, etiamſi promiſſum ſit, ibid.n.23

Fiſcus ex contraventione contractus, tenetur ad intereſſe, ibid.n.24

Fiſcus tenetur ad intereſſe, quando promiſſa non ſervavit, ibid.n.25

Fiſcus etiam tenetur ad intereſſe, quando quia ex ſuo facto damnum patitur, ibid.n.25

Fiſcus non tenetur ultra rei æſtimationem ad intereſſe, fol.55.n.31

Fiſcus non tenetur ultra ſimplum ex privilegio, ſecùs in privatis, ibid.n.32.uſque ad 39

Fiſcus non habet privilegium, niſi in expreſſis, ibid. num. 40.

Fiſcus dans poteſtatem vendendi bona fiſcalia poterit dare fidejuſſorem de evictione, fol.56. n. 45

Fiſcus, quando poſſidebat rem venditam, emens à fiſco non patitur evictionem, fol.57.n.49

Fidejuſſor ipſo jure liberatur per novationem cum principali factam, niſi fidejuſſor novationi acceſſerit, fol.63. n. 5

Fidejuſſor accedens naturali obligationi, non poteſt objicere non parere obligationem naturalem, ibidem num.7

Extenditur, ut procedat principali invito, & ignorante, ibid.n.8

Vel quando principalis eſt excommunicatus, ibid.n. 9

Idem quando dicta exceptio ſit orta ante, ſive poſtquam interceſſerit, ibid.n. 10

Fidejuſſor exigi poteſt lite pendente cum principali debitore, fol.63.& 64.n.20

Fidejuſſor, qui renunciavit beneficio cedendarum, non juvatur exceptionibus principalis, fol. 64.n.31

Fidejuſſor, ut fruatur dilatione principali conceſſa, debet denunciare litem ſuo principali, ibid.n.32

Fidejuſſor poteſt excipere ex perſona rei, ibid.num.33.

Et explicatur, n. 34

Fidejuſſor conſtituens ſe principalem debitorem, non fruitur exceptionibus rei, ibid.n.35

Fidejuſſor utitur omnibus exceptionibus, & juribus, quibus & principalis, ibid.n.39

Fidejuſſor mariti gaudet privilegio, & ſecuritate mariti, fol.65. n.45

Contrarium tenetur in ceſſionario mariti, ibid.n.46

Fidejuſſor mulieris juvatur Velleiano, ſicut ipſa mulier, ibid.n.47

Fidejuſſor filii familias juvatur Macedoniani beneficio, ibid.n. 50

Fidejuſſor Familiaris ſancti Officii Inquiſitionis non gaudet beneficio, & exceptione fori declinatoria reo principali competenti, ibid.n. 61

Fidejuſſor iſte ſi ſit reus, licèt poſſit in ſe ſuſcipere judicium pro ſuo fidejuſſore, id tamen debet facere coram judice ſeculari, ubi judicium inſtitutum fuit, ibid.n.62

Factum præſumitur factum expenſis illius, qui facere tenebatur, fol.80.n.38

Feudum obligatum pro dote, ita eſt obligatum pro ejus intereſſe, fol.82.n.58

Fidejuſſor in contractibus ſtricti juris non cenſetur obligatus pro intereſſe, ſecus pro dote, ibid.n.64. uſque ad 67

Fidejuſſor ſimpliciter acceptus intelligitur obligatus in omnem cauſam, quæ oriri poteſt ex natura negotii, ibid.n.67

Fructus debent reſtitui, etiamſi ab emptore non petantur ex clauſula, *peto juſtitiam*, fol.83.n.85

Fructus pendentes pars fundi eſſe cenſentur, fol. 84. num. 87

Fructus veniunt, ſi quis agat actione univerſali, etiamſi non ſint petiti, ibid.n.88

Fructus veniunt reſtituendi, quando veniunt ſub actione propoſita, ibid.n.89

Fructus non petiti veniunt poſt litem conteſtatam, ſi natura actionis hoc poſtulat, ibid.n.90

Fructus non petiti, non veniunt reſtituendi regulariter non petiti, ibid.n. ibid.

Fructus veniunt ſtatim poſt ſententiam, ſi eodem die petantur, non poſt, ibid.n.91

Facultatem præſtans alicui jurandi confidit de eo, & non de hærede, vel alio habente jus, & cauſam ab eo, fol. 88. n. 9

Facultas hujuſmodi, non datur procuratori ad hoc ſpecialiter conſtituto, ibid.n. 10

Facultas jurandi an poſſit revocari ab eo, qui tenetur ſtare juramento alicujus, antequam juret, fol. 89. num.22. & 23

Facultas hujuſmodi revocari non poteſt poſt acceptationem, ibid.n.23

Facultas hæc revocatur, ſi emptor mutaverit conditionem ſuam, & effectus ſit infamatæ vitæ, & culpatæ. ibid.n.24

Fiſcus vendens, qui promiſit duplum, vel triplum pro evictione non tenetur, niſi ad ſimplum, & ad damna, & intereſſe reſpectu illius ſimpli, fol.93. num.20

Fidejuſſor obligatus in inſtrumento guarentigio, executari valet, fol.99.n.39

Fidejuſſor judicio ſiſti, & de judicato ſolvendo poteſt executari, ibid.n.40

Fidejuſſor ſemel comparendo, & contradicendo in judicio, ſe principalem adverſarium conſtituit, ibid. num.41

Fidejuſſor ſi ſcivit cauſam agitari, & tacuit, an executetur, ibid.n.42

Fidejuſſor executari valeat abſque novo proceſſu, etiamſi principalis non fuerit citatus, ibid.n.43

Fiſcus ſine novo proceſſu poteſt petere executionem contra fidejuſſorem, ibid.n.44

Quod ſuperius procedit, quando fidejuſſio de judicatum ſolvendo fuit in judicio, ibid.n. 45

Fidejuſſor de judicato ſolvendo habet beneficium excuſſionis, ibid.n.46

Fidejuſſor ſi capiatur pro debito poteſt per eundem judicem petere executionem ſententiæ contra reum ſine novo proceſſu, ibid.n.47.& 48

Fidejuſſor de judicato ſolvendo ſolvens illud pro quo fidejuſſerat, habet regreſſum, non ceſſis actionibus, non ſolum principali verum pro damnis, & intereſſe, ibid.n.49.& 50

Fide

Index Materiarum.

Fidejuſſor an teneatur, ſi reus ſit abſolutus per primum judicem, & poſtea in cauſa appellationis condemnatus, ibid.n.51

Fidejuſſor in prima inſtantia non tenetur in ſecunda, ſententia expirat fidejuſſio, ibid.n.52

Fidejuſſor iſte in ſecunda inſtantia tenetur, fol. 222. num. 53

Fidejuſſor etiam iſte ſimpliciter de judicato ſolvendo ex mutata inſtantia, licèt mutetur judex tenetur, ibid. num.51

Procedit etiam licèt ſententia dicatur nulla, & poſtea confirmetur, fol. 100.n. 53.

Vel quando apud fidejuſſorem ad ejus cautelam reperitur pecunia debitoris, ibid.n.54

Fidejuſſio non durat, quando perimitur inſtantia poſt litem cœptam, ibid.n.55

Fidejuſſor coram arbitro electo, & poſteà reducitur ad arbitrium boni viri, fidejuſſio expirat, ibidem num.56.

Fidejuſſio expirat, quando ſententia eſt lata in contumaciam propter cauſam non defenſam, ibidem num. 57

Fidejuſſio coram uno judice præſtita, non extenditur ad alium judicem, licèt ſit eadem cauſa, ibidem num. 58

Fidejuſſio non durat, quando judicium mutatur in totum, ibid.n.59

Fidejuſſor non tenetur, quando judex principalem abſolvit, & poſteà eum condemnavit, ibidem numero 60

Vel quando ſententia eſt nulla ex defectu juriſdictionis, ibid.n.61

Fidejuſſio expirat mutato judicio per appellationem, ibid.n.62

Fidejuſſor appellans videtur prorogare ſuam obligationem, ibid.n.64

Fidejuſſor liberatur, quando in cauſa appellationis fuit additum, vel detractum primæ ſententiæ, ibidem num. 65

Cautela Boërii approbatur, fol.100.n.66

Fidejuſſor minus idoneus non recipitur, niſi ſcienter receptus ſit, ſecùs ſi ignoranter, fol. 101. à num. 8. uſque ad n. 16

Fidejuſſor à principio idòneus, & progreſſu temporis deſinit eſſe idoneus venditor non tenetur alium dare, ibid.n.16

Fidejuſſor non tenetur de evictione, quando res evincitur ex beneficio ſtatuti admittentis proximum ad retractum, fol.107.n. 57

Fructus poſſeſſor ex melioramentis perceptos, poſt litem conteſtatam non lucratur, fol.114.n. 52

Fructus, quid, & unde dicatur, fol.115.n.1

Fructus appellatio latior eſt, quàm frugis, ibid.n.2

Fructus à fruendo quare dicatur, ibid.n.3

Fructus ſpecialiter ſumuntur pro his, quæ ex arboribus naſcuntur, ibid.n.6.& 8

Fructuum omnium in mundi exordio ſpecies una fuit, & ſponte ſua naſcebantur, ibid.n.10

Fructus ſuos quo tempore terra ſpontè producere deſierit, fol.250.n.11

Fructuum omnium duæ ſunt ſpecies naturalis, ſcilicet, & induſtrialis, ibid.n.12

Fructus civiles, & mixti, qui dicantur, ibid.n.13

Fructus in quatuor ſpecies ſunt diviſi, futuri, pendentes, percepti, & qui percipi potuerunt, fol. 116. num.14

Futurum, quod nondum eſt, eſſe tamen ſperatur legari poteſt, ibid.n.15

Fructus, & partus futuri emi poſſunt cum editi ſint, ibid.n.16

Fructus futuri, & incerti poſſunt vendi ſolvendo pretium tempore contractus, fol.117.n.38

Fructus incerti, & tempus incertum faciunt contractum licitum, ibid.n.39

Fructus empti, quando ſunt certi ad tempus incertum, donec aliquis vixerit; tunc inſpecta ætate poteſt reduci ad aliquam certitudinem? ibidem num.40

Fructus hujuſmodi venditio, ſi ſervetur juſtitia pretii; etiamſi contingat ſortem excedere cumulum penſionum licita eſt, ibid.n.41

Fructuum futurorum debitor, ſi fecerit, ne fructus naſcerentur tenetur, ibid.n.42

Fructus futuri adiecto pondere, numero, & menſura ſi in obligatione ſint, ſi eo anno non naſcantur, obligatio extenditur ad fructus alterius anni, ibid.n.43 uſque ad 46

Fructus pendentes, qui ſunt, ibid.n.46

Fructus pendentes pars fundi eſſe cenſentur, ibidem num.47

Fructus dicitur nix, quæ è cœlo cadit, ibid.n.48

Fructus nivis coacervatæ maximum compendium afferunt, ibid.n.48

Fructus nivis coacervatæ eſt induſtrialis, licèt quando à cœlo cadit ſit naturalis, ibid.n. 48

Fructus nivis coacervatæ durat per multum tempus, & portatur de uno loco ad alium, ibid.n. 48

Fructus nivis ad ſalutem neceſſarius, & guſtus potioni delectabilis, ibid.n.48

Fructus nivis coacervatæ eſt in patrimonio Regis, ibid. num.48

Fructus pendentes cum fundo non duæ res, ſed una dicitur, fol.118. n.49

Fructus pendentes ad emptorem ſpectant, ibid. n. 50. uſque ad 52

Fructus pendentes tempore mortis teſtatoris veniunt in fundo legato, & ſolum ſtantes, ibid.n.52. uſque ad 55

Fructus alii ſunt immaturi, alii maturi, ibid.n.56

Fructus immaturi, ut oliva immatura; & uva cruda, agrat, & alii plures in commodo, & fructus ſunt, ibid.n.57

Fructus immaturos, & maturos facit ſuos uſufructuarius, ibid.n.58

Fructus percepti dicuntur ſimul, atque collecti à ſolo ſeparati ſunt, licèt humi jaceant, n.59. & 60

Fructuum perceptorum alii honeſti, ut ex cultura cura agrorum, alii inhoneſti, ut ex proſtitutione ancillarum, ibid.n. 62

Fructus, qui percipi potuerunt dicuntur, quos poſſeſſor ante moram percipere potuit, & poſt moram, quos petitor percipere potuiſſet, ibid.n.63

Fructus, qui percipi potuerunt, ſunt illi, quos diligentiſſimus quiſque pater familias, quo alius diligentior non eſt percepiſſet, ibid.n.64

Fructus perceptos & qui percipi potuerunt tenetur minoris adminiſtrator reſtituere, ibid.n.65

Fructus hujuſmodi, emens rem univerſitatis à particularibus licèt habeat regreſſum de evictione re evicta tenetur reſtituere, fol.119. n.66

A fructibus percipiendis excuſatur, qui habet titulum; ſecùs, qui habet titulum à minore, ibid.n. 67. & 68

Fructus, quidam aridi, quidam liquidi, & alii recentes, ſeu novi, ibid.n.69.& 70

Fructus legitimæ debentur à die mortis parentis, ibid. num. 72

Fructus perceptos per emptorem rei evictæ, ſi eſt bonæ fidei poſſeſſor, non poteſt turbari in eis quamdiu fundus non fuerit evictus, ibid.n. 73

Fructus, quos emptor percipit poſt litem conteſtatam ſuper re evicta reſtituet, ibid.n.73

Fructus ut lucretur emptor, non requiritur probatio bonæ fidei, ſed ſufficit, quòd non ſit probata mala

Index Materiarum.

ſides, ibid.n. 74. & 75

Fructus non lucratur malæ fidei poſſeſſor, ſed tenetur ad illorum reſtitutionem, & æquiparatur prædoni, ibid.n.76. & 77

Facultas eligendi in inſtrumentis guarentigiis, quando unum venit in obligatione, & aliud in ſolutione, durat donec petatur executio, fol. 123. n. 22. v. facultas.

Facultas ſolvendi aliud pro alio procedit ex diſpoſitione hominis, quando unum eſt in obligatione, aliud in ſolutione, ibid.n.23

Hujuſmodi facultas procedit, quando una pars eſt alternativè incerta, & non taxata, ſed per relationem aliam venit taxanda non dicitur eſſe non obligatione, ſed in ſolutione, ibid.n.23

Facultas ſolvendi pro alio perimitur litis conteſtatione, ibid.n. 23. in fine.

Facultas prædicta, quando procedit ex diſpoſitione legis, durat poſt ſententiam, donec judicati agatur, ibid.n.24

Idem procedit ex diſpoſitione teſtatoris, quæ lex eſt, ibid.n.24

Facultas hujuſmodi in obligatione alternativa durat, ut ante ſententiam interrogetur reus quid velit ſolvere, ibid.n.25.& 26

Facultas alternativa, in qua utrumque eſt in obligatione una perempta in re ſuperſtite remanet obligatio; ſi nulla ſit mora commiſſa eligere debemus, ibid. num.26

Facultas obligationis alternativæ non ſemper eſt in obligatione, ibid.n.27. & 28

Facultas hæc non obſervatur ſubſiſtente contraria conſuetudine, fol. 123.n.32

Facultas hujuſmodi non datur, quando debitor eſt in mora ſolvendi aliud pro alio, ibid.n.33

Facultas etiam hæc non ſuſtinetur, quando debitum eſt legale, ibid.n.34

Et quando ex cauſa aliud pro alio invito creditore ſolvi poſſit, ibid.n.35

In facultate iſta ſolvendi debitor æſtimationem, quæ loco rei ſuccedit, & eſt idem cum ipſa re, valet ſolutio, ibid.n.35

Facultas hæc limitatur in teſtatore, conſentiente creditore in marito legante fructus prædii ſui, in debito fiſcali, in reſtitutione librorum, in hærede adeunte hæreditatem cum beneficio inventarii, & in caſu quo creditor ex re pignorata fructus percepit, fol. 124.n.38.uſque ad 48

Facultas ſolvendi aliud pro alio procedit in mandato, ibid.n.54

Limitatur in hærede gravato hæreditatem per fideicommiſſum reſtituere, ibid.n.55

Limitatur, quando res locata conductori evincitur ſine dolo, & culpa locatoris, ibid.n.56

Et in debitore reſtituente rem deterioratam, vel commodatam, ibid.n.57

Facultas ſolvendi aliud pro alio tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ibid.n. 58

Facultas ſolvendi aliud pro alio in alia re creditori auferri non poteſt reſcripto Principis, ibid.n.59

Facultatem habens eligendi bona in ſolutum, non ita liberè ad bona meliora, & deteriora, ſed ad mediocria, fol.125.n.65

Fiſcus in contractibus oneroſis non tenetur de evictione, fol. 144.n.33

Facta traditione rei actio ex empto eſt ſublata, etiamſi res tradita fuiſſet aliena, fol.157.n.40

Fidejuſſor eſt ſtricti juris, nec poteſt extendi, f.158.n.6

Fidejuſſio ſublata cenſetur per dationem in ſolutum, aut variata re judice, cauſa, & actione perempta, ibid. num.6

Fidejuſſio perempta dicitur, quando principalis obligatio in aliqua ſui parte mutatur, & alteratur, ibidem num.6

Fur contra furem non agit de evictione, fol.178.n.8

Fiſcus non poteſt evincere rem quam vendidit, etiam ex jure ſupervenienti, fol.214. n.10.& 11

Fundis pluribus venditis uno evicto, agitur de evictione pro uno, & tot ſunt ſpecies evictionis, quot ſunt res evictæ, fol.232.n.5

Fundi plures venditi, dicitur unica venditio, cum eorum omnium unum pretium enunciatur, ibidem num.6

Fundo ex pluribus venditis evicto, & una fuerit eorum venditio ad reſolutionem contractus agi non poteſt, ibid.n. 7. & 8

Favor religionis ceſſat ubicumque intervenit magnum præjudicium, fol. 253.n. 35

Favore monaſterii poteſt quis cogere vendere domum ſuam, ibid.n.36

Favor religionis, & bonum publicum parificantur, fol.255.n. 50

Favor religionis militat in Eccleſia parochiali, ſicut in monaſterio, ibid.n. 51

Favor religionis non ſolum militat pro conſtruenda Eccleſia monaſterii, ſed pro ejus ampliatione, pro dormitorio extendendo, & aliis, ibid. num. 53. & 54

Fructuum fructus quando licitè exigantur, fol. 268. num. 15.& 16

Fructus percepti ex contractu pignoratitio, vel uſurario, vel illicito extenuant ſortem, ibid.n. 19

Fructus rei hypothecatæ afficiuntur ipſi vinculo hypothecæ, unde juſtè detinentur, ibid.n.20

Facultas petendi ſupplementum ſecundum numerum expreſſum eſt perpetua, & durat triginta annis.

G

GLoſſa *in l.cum quidam, §. fiſcus, ff.de jure fiſci* reprobatur, fol.34. n. 20. uſque ad 22

Gloſſæ authoritas à multis commendatur, fol.35.n.28

Gloſſa *in L. cum vendente, C. ubi cauſæ fiſcales* reprobatur, fol.45.n.48

Gregorius Lopez refertur, quòd in emptionibus, & venditionibus id, quod intereſt, non debet excedere dupli quantitas, fol. 84. n. 94

Glandis appellatione omnes fructus continentur, fol. 115.num.9

Gravamen quodlibet minuit pretium rei, & tanto pluris valet res, quanto jus, & dominium pinguius, uberiuſque transfertur, fol.184.n. 12

Propter gravamen quod eſt in re, ejus valor minuitur in ſexta parte, ex eo quòd ſit emphyteutica, ibid. num. 12

Generalis promiſſio de evictione intelligi debet juxta materiam ſubjectam, fol. 186.& 187. n.36

Generalis promiſſio evictionis non ſufficit, ut evictio debeatur, cum res ex ſui natura alteri dividenti evincitur, ſed oportet ſpecialiter in eum caſum ſtipulari, fol. 187.n.36

Gregorius Lopez vir egregius refertur *vol.* 14 *tit.* 13. *par.5. gloſſ. fin. in fine*, fol. 193.n. 42

Gener non exigens à ſocero dotem, an illius uxor, ei poſtmodum improperare poſſit, quod ex dilatione ab eo facta illa illius jacturam fecerit, fol. 199. n.49. & 50

H

HÆredibus omnibus mortuo venditore nunciandum lis in cauſa evictionis, fol. 37. num.39. & fol.38.n. 40

Hæredes venditori unum procuratorem debent conſtituere,

tuere, fol.38.n.41

Hæreditate jacenti, an denunciandum ſit mortuo venditore,

Hæredibus pluribus relictis, ſi emptor deceſſerit, unuſquiſque ob evictionem proportione ſua habebit actionem, ibid.n.41

Homini ſoli jurato ex diſpoſitione teſtatoris ſtandum eſt, fol. 60. n.43

Hypothecarius creditor præfertur creditori chirographario, fol.81.n. 52

Hoc intelligitur quoad ſortem non quoad uſuras, ibid. num. ibid.

Hypothecaria non agitur, ſi emptor inquietetur à venditore, fol. 86. n. 118

Per hypothecariam res non evincitur, ſed tantum avocatur poſſeſſio ab emptore, donec creditoris ſolvatur debitum, ibid.n.119

Hæres venditoris, qui retrahit rem jure ſanguinis non dicitur impugnare factum defuncti, cum contrahentes cenſentur confirmare animum cum mente legis, fol.107.n. 18

Hæres non impugnat factum venditoris, cum retrahit, hoc non facit tanquam hæres, ſed ut alius, & proximior, ſeu vicinus, ibid.n.19

Hæres filius venditoris non tenetur de evictione ad intereſſe emptoris, cum retrahit, ſed ſolum tenetur ad pretii reſtitutionem, ibid.n.20. & 21

Quod procedit in majore filiò, ſive in utero exiſtente, fol. 108. n.22

Hæres non tenetur de evictione niſi vendens rem ſubjectam retractui promiſiſſet illam eſſe tutam, ac ſecuram adverſus retractum conſanguineorum, ibid. num.25

Hæres obligatur de evictione quando venditor obligavit bona hæredis ad tuendam rem, ibid.n.26

Hæredis bona quando obligantur augetur effectus obligationis, ibid.n.26

Hæredes poteſt teſtator, & eorum bona obligare, ibid. num.27

Hypothecaria actio competit emptori pro recuperatione melioramentorum in tribus caſibus competit, fol.113.n. 45

Primò quando res in quibus fuerunt factæ meliorationes jam eſſent obligatæ ipſi facienti eas, ibid. num.45

Secundò quando pecunia nominatim data eſt, ut erogaretur in hanc cauſam, ſcilicet in refectionem rei, & conſumpta ſit in ea, ibid.n.46

Tertiò, quando prætendens melioramenta neceſſaria fecit excuſſionem. & bona meliorata ad alium tranſierunt poſſeſſorem, ibid.n.48

Hypotheca tacita non datur niſi in caſibus à jure expreſſis, ibid.n.47

Hypotheca tacita datur ob expenſas in faciendo, & conſervando opere ex jure partitarum, ibidem num.47

Hypotheca tacita indicitur pro dote danda, vel reſtituenda, ita pro dote evicta, fol.151.n. 61.& 62

Hæres tenetur de evictione legatario pro portione ſua, fol. 154. n. 2

Hæres legatum in genere tenetur facere accipientis, & de evictione, ibid.n.4

Hæres regulariter tenetur de evictione, quia adeundo hæreditatem quaſi contrahere cum legatariis dicitur, ibid.n.6

Hæres per iſtum quaſi contractum, qui cauſatur ab aditione, non cauſat novam obligationem cum legatariis præter id, quod eſt in teſtamento expreſſum, ibid.n.7

Hæres in plus non obligatur, quàm tradere rem qualis eſt, fol.155.n.14

Hæres de evictione tenetur, quando res legata evincitur reſpectu pignoris, vel hypothecæ; ibid.n. 15

Hæres rem præſtari debere dicitur, qualis eſt, intelligitur dummodo illa qualitas non ſit cauſa evictionis, ibid.n. 17

Hæres tenetur de evictione, quando res aliena legatur alicui à ſciente, ibid.n.18

Hæres tantum ſemel tenetur de evictione, ibid.n.19

Hæres quando non eſt in culpa tenetur cedere legatario actionem de evictione, quam habet contra venditorem, ibid.n.20

Hæres inſtituta conjuncta perſona cum aliis, & ei eſt factum prælegatum rei alienæ teſtatore ignorante, licet prælegatum evincatur, cohæres non tenetur de evictione, fol.156.n.24

Hæredes filii nulla habita ratione ſanguinis, & æqualitatis ſervandæ pro eorum portione defuncti voluntatem adimplere debent, ibid.n.26

Hæres pro legato rei alienæ de jure canonico non moleſtatur, ibid.n.28

Hæres tenetur de evictione, quando teſtator legat libertatem ſervo alieno putans eſſe ſuum, fol. 157. num. 33

Idem procedit in piis cauſis, quia pia cauſa, & libertas æquiparantur, ibid.n.33.v. infert.

Hæres non tenetur, quando evictio provenit ex facto legatarii, ibid.n.36

Hæres in quibus caſibus de evictione tenetur non liberatur per rei traditionem ab actione ex teſtamento, ſed tenetur facere irrevocabiliter accipientis, ibid. num.42

Hypotheca perditur ex ſupervenientia dominii irrevocabiliter, ſecus revocabiliter, fol.159.n.15

Hypothecati ſunt fructus rei ad evictionem, fol.182. num.56

Hypotheca, vel pignus manet ſublatum in re judicialiter vendita quando emptor emit in publica ſubhaſtatione pro ſolvendis creditoribus, etiam ab alio creditore adveniente priore res empta evinci non debet, fol. 193.n.41

Hæres, qui ignoranter moleſtat legatarium, excuſatur, fol. 226.n. 46

Hæres excuſatur ſi à legatario fuerit provocatus, ibid. num. 47. uſque ad 49

Hæres excuſatur ſi neceſſitate adſtrictus legatariis moleſtiam intuliſſet, ibid.n.50. & 51

I

JUriſjurandi contempta Religio ſatis Deum ultorem habet, fol.9.n. 31

In omni materia, in qua aliquis tenetur cavere, intelligitur, ſi cautio à parte petatur, fol.10.n.52

Impotentia dandi fidejuſſores juramento probatur, fol. 11.n. 56

Idoneus ſolvendo, ut quis dicatur debet poſſidere bona in loco judicii, ibid.n. 57

Intereſſe conventum, an poſſit excedere pretium rei, fol. 12. n. 71

In intereſſe liquidatione quid veniat, ibid.n.70

Impropria evictio eſt, quando venditor pactus eſt, ne de evictione teneatur, ibid.n.73

In claris non eſt opus conjecturis, fol.22.n.30

In denunciatione ſufficit narrare factum, ibid.n.31

Intelligendum eſt in declaratoriis, non in citatoriis, ibid.n.32

In denunciatione an requiratur inſertio libelli, nec ne? ibid.n. 33

Intimatio debet fieri ſub forma Clementinæ unicæ, de electione, ibid.n.35

De conſuetudine non ſervatur, ut ajunt multi, ibid. num. 36

Juramentum interpellat, fol.39.n.52

Index Materiarum.

Juramentum habet vim litis conteſtationis, & interpellationis, fol. 24.n.56
Juramentum intelligitur ſecundum naturam actus, cui adhæret, ibid.n. 57. & fol. 89. n. 31
Juramentum non obligat in plus, ſed efficacius, fol. 25. num. 58.
Juramentum non auget obligationem, ſed addit vinculum Religionis, ibid.n.59
Juramentum intelligitur ſecundum naturam actus primordialem non accidentalem, ibid.n.60
Quod non procedit, quando venit acceſſoriè ad actum per accidens, ibid.n. 61
Vel intellige quantum ad pœnam, ibid.n.62
Juramentum ſuper eſt principale, & ſtans de per ſe, ibid.n. 63
Interpellatio requiritur ad conſtituendum in mora, ibid. num. 65
Quod fallit in certis caſibus inter quos numeratur juramentum, fol. 26.n. 66
In eo, qui ſe promittit facturum requiritur interpellatio, ibid.n. 71
In exorbitantibus non fit extenſio, fol.34.n.19
Judex coram quo res evicta eſt in cauſa principali mota contra emptorem, cui venditor aſſiſtit, poterit cognoſcere circa intereſſe, & pœnam dupli, fol.37.n.36
Judex maleficiorum cogens accuſatum ad dandum fidejuſſorem de pecunia ſolvenda pro pœna, factaque condemnatione, poteſt compellere fidejuſſorem ad ſolvendam pœnam, ibid.n.36
Judex maleficiorum non cognoſcit de cauſa pecuniaria civili, ibid.n.36
Judex maleficiorum non poteſt cognoſcere principaliter de cauſa merè civili, etiam ex prorogatione, & conſenſu partium, ibid.n. ibid.
Incompetentiæ omnimodæ nullitas poteſt omni tempore allegari, ibid.n.36
Judex recuſari poteſt, ſi ipſe de evictione teneatur, fol.43.n.22
Judex cognoſcens de cauſa principali, & ſententiam contra venditorem tulit, poterit emptor coram eo convenire venditorem ſuper evictione, fol.45.n.44
Judici ſi notorium ſit ex actis publicis factis in cauſa principali, in ſecunda lite pendente poteſt procedere via executiva, ibid.n. 50
Declaratur quando cauſa habet dependentiam mediatam, ſive remotam, ibid.n.51.&52
Judex delegatus de cauſa movenda contra emptorem, an cognoſcet de defenſione venditoris aſſiſtentis cauſæ de quo in reſcripto nulla ſit mentio, ibidem num.53
Judex Eccleſiaſticus in cauſa evictionis inhibens judici, ſeculari, ne in cauſa evictionis procedat contra clericum, de hujuſmodi inhibitione non eſt curandum, fol.48. n.14
Judex laicus, coram quo evictionis judicium fuit agitatum, non poterit eſſe judex ſuper intereſſe prætenſo per emptorem contra clericum, fol.49.n. 24
Judex ſecularis remittens clericum ad ſuum judicem, maximè à Deo conſequitur ex juſtitiæ adminiſtratione, ibid.n.25
Judicium evictionis ſuper principali cauſa pendente intentatum in alio tribunali debet ſimul prævia avocatione coram eodem judice uniri, ibid.n.26
Quod procedit etiam in diverſitate cauſarum, dato quòd rei ſint diverſi, ibid.n.27
Judex qui ſuper principali juriſdictionem habet, etiam habere debet ſuper connexis, & incidenti, ibid. num.28
Judicium in cauſa evictionis eſt inſtitutum contra emptorem, tanquam rei poſſeſſorem, ibid.n.29
Judicium ſubſtantiatum in perſona laici conventi, clericus comparens ad illius defenſionem debet defendere illum coram judice laico, coram quo judicium coeptum eſt, ibid.n.31
Judex ſecularis eſt incapax ad cognoſcendum de clericis, fol.51.n.48
Etiam prorogatione, & renonciatione, ibid.num. ibid.
Judex laicus in temporalibus circa clericos eſt incompetens, ibid.n.50
Judex Secularis, qui cognoſcit de cauſis Eccleſiaſticis excommunicatur, & privatur ſuo officio, ibid. num. 51
Judex incompetens fit competens ex incidentia, & prorogatione, ibid.n.52
Judex ſecularis non ſolum eſt incompetens ad cognoſcendum de cauſis clericorum, verum incapax, ibid. num.52
Incidentia non eſt modus tollendi incapacitatem, ibid. num.53
Incapacitas iſta an ſit de jure divino? fol.51.n.49
Judex laicus de facto rei Eccleſiaſticæ poteſt cognoſcere, ibid.n.55
Identitas actionis, & perſonarum diverſitas, ubi adeſt unus judex adeundus eſt, ibid.n.58
Intereſſe in cauſa fiſcali idem eſt, quod res ipſa debita, fol.54. & 55.n. 27
Intereſſe, & pretium ſunt diverſa, & pretium conventum non eſt intereſſe, ibid.n.27
In evictionis materia aliud eſt pretium conventum quo res eſt vendita, & aliud evictio, fol.55.n. 27
Intereſſe, & damnum de jure canonico peti poſſunt, fol. 56. n. 44
Intereſſe aliud eſt, & aliud uſura, ibid.n.45
Intereſſe extra rem ſemper venit in pecunia, quia non debet eſſe otioſa, ibid.n.47. v. Tamen.
Inventus in delictis non dicitur quis niſi actù apprehendatur, fol.59.n.30
Jus excipiendi, & defendendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem, fol.65.n 43
Inſtrumentum referens ſe ad aliud, ipſum quoque inſtrumentum relatum eſt producendum, fol. 73. num. 24
Ponitur quædam diſtinctio, quam author amplectitur, fol. 74.n.96.& 97
Juſta cauſa litigandi excuſat à condemnatione expenſarum ex officio judicis, licèt non excuſet à debitis jure actionis, vel pacti, fol.79. n.24. & 25
Juſta cauſa litigandi excuſat à condemnatione expenſarum etiam ſtante lege, quod victus victori in expenſis condemnetur, ibid.n.27. & 28
Juſtam cauſam litigandi habens uſque ad certum tempus, quæ poſteà redditur injuſta, pro eo tempore, in quo habuit juſtam cauſam litigandi, liberatur ab expenſis, ibid.n. 29
Injuſta quælibet cauſa, & beſtialis, ut dicitur, excuſat à pœna, mulcta, & dolo, & fraude, ibid.n.30.
Juſta cauſa litigandi quæ ſit, ibid.n.31
In expenſis condemnari non poteſt, qui pro ſe ſententiam obtinuit, ibid.n.32
Intereſſe extrinſecum quando veniat, fol.88.n.8
Juramento alicujus non ſtatur quando juratur de intereſſe non veroſimili, fol. 89.n.17
Inveriſimile allegans non debet audiri, ibid.n. 18
Inveriſimilia teſtes deponentes ſunt repellendi tanquam ſuſpecti, ibid.n.19
Juramentum de ſtando ſimplici dicto adminiſtratoris non excuſat adminiſtratorem ab exhibitione libri rationis, ibid.n. 30
Bene tamen excuſat pactum tale, vel juramentum ab ſcrupuloſa adminiſtratione, ibid.n.32.& 33
Ignorantia venditoris, quod res vendita eſt alteri obligata, excuſat venditorem ab intereſſe extrinſeco, fol.92. n.13. & 14. & fol. 93. n. 15. & 16.
Intereſſe intrinſecum, vel extrinſecum debetur à vendente

dente emptori ex natura actionis ex empto, fol.93. num.17. uſque ad 19
Intereſſe tenetur ſolvere venditor etiam ignorans emptori ignoranti, ibid.n.22
Intereſſe intrinſecum circa rem ſive ſciens, ſive ignoranter venditor præſtare tenetur, ibid.n.22
Intereſſe extrinſecum ſecus, ibid.n.22
Inſtrumentum evictionis executioni demandari poteſt pro pretio, & damnis quando eſt liquidum, fol.94. n.30.& 31
Jus retrahendi contra emptorem competit ex juris municipalis permiſſione, fol.106. n.2
Jus retrahendi dicitur adventitium, fol.108.n.22
Judex poteſt condemnare malæ fidei poſſeſſorem ad fructus perceptos à die litis conteſtatæ, etiamſi non ſint petiti, fol.119.n.78
Ignorantia venditoris non nocet emptori, fol.131. n.35
Impedimentum excuſat à pœna, & mora, non tamen operatur, ut impedito actio currat, fol. 137.n.45
Inſtrumentum pro executione obtinenda ubi primo præſentatur judici debet conſtare eſſe liquidum, fol. 138.n.46
Inſtrumentum, & ejus præſentatio dirigitur Curiæ, & judici, ut cognoſcat, & videat, ſi liquidari poteſt, ibid.n.47
Judici, & non parti probatio fit, ibid.n. 48
Judex poteſt ſupplere, quando eſt juris exceptio ex fonte reſultatu actoris, ibid.n.49
Implemento non ſequuti exceptio ſemper opponi poteſt, fol.136.n.27.uſque ad n.37
Implemento contractus non ſequuto poteſt pars ad primævam actionem redire, fol.139.n.60
Juramentum eſt individuum, & contraveniens in uno, & contravenit in totum, ibid.n. 62
Jurans non locare ſi locat valet locatio, fol. 140.n.67
In contractibus correſpectivis ultro citroque obligatoriis, is, qui ad pretium agere vult, probare debet prius ex ſua parte ſe adimplevisse ad quod erat obligatus, ibid.n.80.81. & 82
In contractibus innominatis de jure communi eſt locus pœnitentiæ, fol.162.n. 11
In permutatione debet transferri dominium, ſi non transferatur perinde eſt, ac ſi res non fuiſſet tradita, ibid.n. 12
In permutatione facta cum re venali expoſita competit ſolum actio præſcriptis verbis ad intereſſe, fol. 163.n. 14
Juſpatronatus ſi evincatur actio de evictione datur, fol.165.n.1
In jurepatronatus Eccleſiaſtico debetur evictio, ibid. num. 3
Juſpatronatus de per ſe vendi non poteſt, ibid.n.6
Juris patronatus venditor ſciente, amittit pretium, Eccleſiæ applicatur, ibid.n.7
Juſtum, & commune pretium cenſus aſſignatur, fol.166. num.14.& 15
In rebus, quæ immemorialem requirunt contra Eccleſiam, ſufficit quadragenaria cum titulo, quæ cauſat bonam fidem, fol.169.n.46
Inſtrumento annullato annullantur in eo pacta, & conditiones, & confeſſiones in eo inſerta, fol.179. num.26
Inſtrumento annullato ex confeſſione in eo inſerta poteſt agi, ibid.n.27
Ignorantia dividentium rem eſſe alienam, aut alicui conditioni ſuppoſitam excludit evictionem, fol. 185. num.25
In jure nullum eſt tam certum, quod ſubverti non poſſit, fol.193. n.43.v.Sed.
Inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit, f.196. num.9
Judex faciens inhibitionem ex cauſa minus juſta ſervanda eſt, fol.209.n.157
Judicis mandatum debitori factum de non ſolvendo excuſat à mora, fol.210.n.159
Juſſu judicis ſi ſolvatur pecunia alteri, debita alio, manet debitor liberatus, ibid.n.160
Inhibitio facta debitoris opera, & fraude non procedit liberatio, ibid.n.161
Judicis mandatum, ut ſolvam alteri, quam meo creditori non excuſat, ibid.n.163
Judex diſcretus debet conſiderare neceſſitatem à ſimplici utilitate, fol. 215. n. 27.v. conſiderabit.
In pari cauſa privilegii favorabilior eſt, qui damni excuſationem proſequitur, ibid.n.31
Intereſſe non debetur ceſſante mora, fol.267.n.4
Intereſſe venditor non poteſt conſequi ratione pretii non ſoluti ultra fructus rei venditæ, ibid.n.5
Intereſſe quod, & quando debeatur, fol.268.n. 6
Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, niſi quinque concurrentibus, ibid.n.7
Intereſſe lucri ceſſantis quando debeatur nobili non negotiatori, ibid.n. 8
Intereſſe lucri ceſſantis in quibus differat ab intereſſe damni emergentis, ibid.n.11.12.& 13
Intereſſe extrinſecum quomodo concurrat cum intrinſeco, ibid.n.9
Intereſſe nunc debitum ſit primo anno dumtaxat, ibid. num.10
Intereſſe calculatum, quando juſtè convertatur in ſortem, ibid.n. 17
Intereſſe dicitur pœna legalis, fol.269.n.9

L

LEx generaliter loquens generaliter debet intelligi, fol.9.n.35
Lex nihil operatur fruſtra, ibid.n.36
Lex ſuper aliquo diſponens præſupponit cætera habilia, fol.22.n.23
Lex habens clauſulam decreti irritantis, cenſetur pro forma data, fol.26. n.67
Lex per aliam diſtingui poteſt, non per hominem, fol.29. n.85
Lex præſumit pro ſententia judicis, ibid.n.87
Lex emptor, *C. de evictionibus*, an ſit præſumptio juris, & de jure, ibid.n.88
Lex *in minorum*, *C. in quibus cauſis in integ. reſtitut.* non eſt neceſſaria, fol.34.n.22
Text. *in l. cum quidam*, *§. fiſcus*, *ff. de jure fiſci*. ubi gloſ. reprobatur, ibid.n. 21
Legi prohibitivæ renunciare, an valeat, fol. 35.n. 30
Legi prohibitivæ aliquid in favorem alicujus ſtatuenti, ille faciens poteſt renunciare, ibid.n. ibid.
Lex *ſed & ſi rem*, *§. item ſi rem*, *ff. de petit. hæredit.* declaratur, fol.43. n.12
Lex *ſi mandato*, §.1. *ff. mandati* explicatur, ibid. num. 26
Lex *ſi perluſorio*, §. 1. *ff. de appellationibus* explicatur, fol.44.n.33
Lex *penult. ff. de re judicata* declaratur, ibid.n.34
Lex *cum eorum*, *C. de ſententiis* explicatur, fol. 45. num.45
Lex *cum vendente*, *C. ubi cauſa fiſcales* expenditur, ibid.n.46
Lex *Plautus*, *ff. de procurat.* declaratur, ibid.n.56
Lex *ſi procuratores*, §. *ignorantes*, *ff. mandati* expenditur, fol.45.n.57
Lis dicitur finita, ubicumque res datur ei, qui vicit, fol.52.n. 44.v. Hoc.
Lite finita, ſi emergat aliquid, quod ſit in judicio deducendum, novum eſt judicium, ibid.n. 66
Lex à Divo Pio, §. ſi poſt addictum pignus exornatus, ibid.n.67

Index Materiarum.

Lex, *cum quidam*, §. *fiſcus*, *ff. de uſuris* explicatur, fol. 55. n. 41
Licentia data à pœnitente Sacerdoti de revelanda confeſſione debet eſſe expreſſa, & non tacita, fol. 60. num. 46
Litigioſa res quando dicatur, fol. 70. n. 43. & 44
Lite mota ſuper poſſeſſione non poteſt agi de evictione, neque ad ſumptus litis tenetur venditor, fol. 86. num. 114
Cautela Cæpolæ refertur circa hoc, ibid. n. 115
Lex *qui cum alio*, *ff. de reg. jur.* explicatur, fol. 87. num. 133. & fol. 132. n. 43
Lex vel conſtitutio ligat priùs quàm publicetur, ubi cum ſcientia concurrit fraus in alterius detrimentum, fol. 87. n. 136. in fin.
Litis eventus dubius eſt, fol. 92. n. 8
Lis mota non videtur, niſi effectualiter res evincatur, ibid. n. 8
Lex *procurator*, *ff. de jure fiſci* explicatur, fol. 93. num. 10
Locans tradendo rem æquè commodam liberatur, fol. 101. n. 2
Locatio à venditione in hoc differt, quia venditor non liberatur tradendo rem æquè idoneam, ſed cogitur præciſè ad rem promiſſam, ibid. n. 3
In locatore fallit regula l. 2. §. *mutui datio*, *ff. ſi certum petatur*, quia aliud pro alio invito creditore ſolvi poteſt, ibid. n. 5
Lex, *ſi quis affirmaverit*, *ff. de dolo*, fol. 133. n. 57
Locatio, & conductio proxima eſt emptioni, & venditioni eiſdem regulis conſiſtit, fol. 135. n. 1.
Locatio, & conductio cum ſimiles ſint emptioni, & venditioni, in eis debetur evictio, ibid. n. 2
Locandi actus habet tractum ſucceſſivum, ibid. n. 4
Locator non excuſatur, ſi ſemel rem tradiderit, quia tenetur præciſè præſtare patientiam per tractum ſucceſſivum, ibid. n. 3
Locata res ſi non ſit effectualiter tradita conductor non tenetur penſionem ſolvere, ibid. n. 5
Ita ut non ſufficiat conſtitutum appoſitum in inſtrumento locationis, ibid. n. 6
Locator tradendo rem æquè idoneam liberatur, ibid. num. 7
Quod ſecus eſt in venditione, ibid. n. 8
Locator poteſt præſtare rem æquè idoneam in prædio urbano, ibid. n. 9
Locare alteri rem locatam poteſt conductor, & tenetur locator manutenere tectum, oſtium, ſtillicidium toties opus fuerit, ibid. n. 10
Locator agens in judicio tenetur exprimere patientiam per tractum ſucceſſivum, ibid. n. 11
Locator non præſtans patientiam ſucceſſivam, vel æquè idoneam, quia locaverat rem alienam, de intereſſe tenetur, ibid. n. 12
Locator tenetur ad intereſſe ſive ſcienter, ſive ignoranter locaverit, ſicut ille, qui vendidit rem alienam, licèt ignoranter, ibid. n. 13
Locator prohibens uti re locata tenetur ad intereſſe lucri deperditi, fol. 136. n. 15. in fin.
Locator tenetur ad intereſſe, ſi tertius impedit uti re locata, & non tollit impedimentum, ibid. n. 16
Locator qui rem locavit hoc anno præſenti non poteſt dicere conductori anno ſequenti præſtabo rem, ibid. num. 17
Locator re integra non excuſatur præſtando intereſſe, vel aliam rem æquè idoneam, ibid. n. 24
Locatio ſi facta ſit ad decem, vel ulteriores annos, ſi evictio cadat in ultimis annis debetur evictio in totum ſi res erat aliena, ibid. n. 26
Lex *ſi quis major*, *C. de tranſact.* habet locum in contractu locationis, fol. 139. n. 63
Locator ad penſionem, ſi elapſo termino offerat, repellitur, fol. 140. n. 68
Quod procedit ante executionem contractus, ibidem num. 69. & 70
Lex *ſi in lege*, §. *colonus*, *ff. locati* declaratur, ibid. num. 70
In locati, & conducti materia modica mora non attenditur, ibid. n. 71. uſque ad 74
Lucrativa cauſa in dubio non præſumitur, fol. 142. n. 6
Lex *idemque*, §. *fin. cum lege ſequenti*, *ff. mandati* explicatur, fol. 144. n. 38
Lex 1. *C. de jure dotium* procedit, tam in ſocero, quàm in extraneo, fol. 147. n. 6
Lex *Mævia*, *ff. ſolut. matrimonio* explanatur, fol. 150. num. 48
Lex *ſed etſi*, 23. *ff. de evict.* declaratur, fol. 151. num. 61
Legatum in genere, tunc debetur evictio, tam ex qualitate obligationis, quàm tituli legati, fol. 154. num. 3
Legati titulus eſt lucrativus, cujus natura eſt ut quis non teneatur de evictione, niſi promittatur, ibid. num. 5
Legata res ſi à legatario evincatur cum in genere debeatur, nunquam per evictionem perit, niſi hæres effectualiter rem accipientia ſecerit, ibid. n. 9
Legatum incertum de certis æquiparatur legato ſpeciei, fol. 155. n. 10
Legatum quid univerſale, non autem unum degenere indeterminate veluti ſi legaretur peculium, vel hæreditas, evinceretur, damnum eſſet legatarii, ibid. num. 11
Legatum certæ ſpeciei, quod eſt ipſius teſtatoris, ſi evincatur, hæres non tenetur, quia ſufficit dare rem qualis eſt, ibid. n. 12. & 13
Legatum rei alienæ factum ſcienter, debetur evictio, ibid. n. 18
Legatum rei alienæ ignoranter factum extraneo non valet, & ceſſat evictio, ibid. n. 21
Secus ſi legatur conjunctæ perſonæ, valet, & debetur evictio, ibid. n. 21. v. & ignorans.
Lex *cum pater*, §. *evictis*, *ff. de leg.* 2. intelligitur, fol. 156. n. 23
Lex multum laborat, ut ſervetur æqualitas inter filios, ibid. n. 27
Legaſſe videtur teſtator omnem actionem ſibi competentem occaſione rei, ibid. n. 29
Legatum rei alienæ factum ignoranter, quod putabat teſtator eſſe ſuum ſi evincatur, debetur æſtimatio, ibid. n. 32
Leguntur duæ res alternativè debetur evictio, fol. 157. num. 35
Legatarius agens de evictione contra hæredem petit rem legatam, ac ſi nunquam fuiſſet ſoluta, ibidem num. 38
Legatarius poterit petere rem legatam actione ex teſtamento, & ut caveat hæres, ibid. n. 45
Legatarius poteſt agere de evictione, antequam res evincatur ſi conſtaret alienam rem eſſe, ibid. n. 49
Legatarius debet denunciare ante litis conteſtationem, emptor quocumque tempore, ibid. n. 50
Lex *ex ſextante*. §. *Lathus*, *ff. de except. rei judicat.* explanatur, fol. 160. n. 23
Lex *ſi quis argentum*, §. *ſi verò redditum*, *C. de donat.* explicatur, fol. 167. n. 28
Legatum quando dicatur demonſtrativè, vel taxativè relictum, fol. 172. n. 73. v. Quinto.
Lex *ſi pupilli*, §. *ſoror*, *ff. de ſolut.* explicatur, fol. 176. n. 11
Lex *ſi fundus*, *ff. de fundo dotali* affertur, fol. 199. num. 50. explicatur cum ſeqq.
Lex *ſi nupta*, §. *quoties*, *ff. ſolut. matrimonio*, ibid. num. 51

Index Materiarum.

Lex ſi ob res, §. *ſed ſi convenerit*, *ff. de pact. dotalibus*, ibid. num. 52

Lex ſi extraneus ff. de jure dot. ibid. num. 54

Lex ſi per imprudentiam, *ff. de evict.* continet iniquitatem, fol. 219. num. 8.

Lex item verberatum, §. *ſi fortè ff. de rei vendicat.* explicatur, fol. 251. num. 10

Lex fin. ff. de inſtitutoria act. explicatur, fol. 259. n. 23

Lex 1. & lex bonitatis, *ff. de evict.* explicantur, fol. 262. num. 8. & 263. n. 9

Lucrum lucri non datur, fol. 268. num. 15

Ludus permiſſus, & prohibitus quis ſit, fol. 272. num. 11. & 12

M

Mutuum periculum excludit evictionem, fol. 12. num. 77

Mora non datur in redimendo cenſum, fol. 17. n. 63

Moleſtia creditoris illa ſufficit ad extorquendam ſolutionem, ut coactus ſit fidejuſſor ſolvere, ibid. n. 69

Muliere prægnante ſatis eſt denunciare his, quibus intereſt, fol. 22. n. 23. in fin

Mutatio fori non dicitur fieri per petentem fieri compromiſſum, fol. 36. num. 33

Malitia, ſeu negligentia emptoris non poteſt præjudicàre venditori ignoranti, fol. 44. n. 30

Minor veniens ad defenſionem poſt publicationem teſtium poteſt teſtes de novo producere, quia non debet ei denegari quod de jure communi eidem competit, fol. 49. n. 32

Monaſterium ſuccedens in domo hoſpitationi Regiæ ſubjecta, ſi ſolvit aliquid pro incommoda habitatione, coram judice ſeculari eſt conveniendum, fol. 50. num. 41

Mandatum, quod eſt ſtricti juris comprehendit ea quæ ſunt juxta naturam mandati, ita etiam in juramento nuntii, fol. 58. n. 2

Menſuratoria, vulgo *corredor o medidor*, creditur dicenti ſe portaſſe vinum, vel oleum de domo Petri, fol. 59. n. 25

Quod intellige ſi ſit perſona publica, & ſolita ſimilia facere, ibid. n. 25. in fin.

Maritus ſuper re dotali debet denunciari authori, & uxor authori ſuo, fol. 67. n. 2. v. ubi

Mutatio libelli poſt litem conteſtatam, ut ſit eadem inſtantia non permittitur, fol. 73. n. 85

Mutuans pecuniam pro refectione domus præfertur anterioribus creditoribus, non quoad intereſſe, fol. 82. num. 59

Mutatione perſonæ mutatur privilegium, ibid. n. 60

Melioramenta, quæ dicantur, fol. 109. num. 1

Melioramenta an recuperet emptor in re evicta facta, ibid. n. 2

Melioramenta facta ab emptore bonæ fidei, ei debent præſtari, ibid. n. 3

Melioramenta ab emptore malæ fidei, non recuperantur, ibid. n. 4

Melioramenta debet habere emptor in re evicta, ſi non poſſidet, & deſiit abſque culpa ſua poſſidere, ibid. n. 3

Melioramenta neceſſaria ſine quibus res erat peritura emptor recuperat, ibid. n. 5. & 6

Melioramenta, & expenſas voluntarias dives non recuperat, ibid. n. 7

Meliorans emptorem evictam quæ erat obligata antequam ad eum perveniret, liberatur præſtando primam æſtimationem rei antequam eſſet meliorata deductis melioramentis, ibid. n. 8

Melioramentorum valor ex præſenti tempore attenditur, fol. 110. n. 9

Meliorans emptor in melioramentis, & in re meliorata præfertur creditori priori quantumvis privilegiato, ibid. n. 10

Melioramenta ſunt reficienda in eo quod minus eſt, ibid. n. 11

In melioramentis duo requiruntur, quod tantum expenſum, quantum melioratum ſit, ibid. n. 1. & n. 13

Melioramentorum æſtimatio eſt reſtituenda ſecundum tempus reſtitutionis, non autem ſecundum tempus impenſæ factæ, ibid. n. 15

Melioramenta conſiſtentia in plantationibus, & ſtercoratione, & ſimilibus non ſunt reficienda à venditore, ibid. n. 16

Melioramenta dicta non ſunt perpetua, & continuo in re duratura, ſed pro uberiori cultu, ibid. n. 17. v. Ubi

Melioramenta aut ſunt naturalia, aut induſtrialia, ibid. num. 19

Melioramenta naturalia ſunt in quibus ſolum natura operatur abſque opere facti, ſeu induſtriæ hominis concurſu, fol. 111. num. 20

Melioramenta naturalia acquiruntur domino directo quoad proprietatem, quoad uſumfructum acquiruntur domino utili, ibid. n. 21

In his melioramentis naturalibus, nec ullum pretium eſt, aut induſtria, ſed temporis beneficio augmentum contingit, ibid. n. 22

Melioramenta, ut mons, lucus, & ſylva, quæ ſunt mariti, ſi conſtante matrimonio creſcant ſine expenſa uxoris pertinent ad maritum, ibid. n. 24

Idem dicendum eſt de uxore: nam ea, quæ proveniunt ſponte, & naturæ beneficæ larguate, ſine ullo facto fiunt ejus, cujus res eſt nihilo refuſo, ibid. n. 22

Melioramenta induſtrialia fiunt principaliter opera induſtrialia, & impenſa hominis, ibid. n. 23

Melioramenta induſtrialia, aut ſunt neceſſaria, utilia aut voluntaria, ibid. n. 24. & n. 25

Melioramenta emptor faciens in re evicta, & illam poſſidens poteſt illam retinere donec expenſæ ſolvantur, ibid. n. 26

Melioramentorum retentio etiam datur in bonis patrimonialibus Eccleſiæ, & contra tertium, ibid. n. 27

Melioramentorum retentio datur contra clericum, & contra tertium, ibid. n. 27. & 28

Melioramentorum retentio tranſit contra ſingularem ſucceſſorem, ibid. n. 29

Melioramentorum exceptio opponi poteſt in executione ſententiæ, ibid. n. 31

Melioramentorum retentionem, ut habeat emptor, licèt eorum valor non ſit juſtificatus, ſufficit, quòd conſtet in genere de illorum exiſtentia, fol. 112. num. 35

Ad meliorationis liquidationem ſolet præfigi terminus, ne aliàs propter moram liquidandi executio retardetur, ibid. n. ibid.

Idque procedit, quamvis ab evincente offeratur cautio de ſolvendis meliorationibus cum fuerint liquidatæ, ibid. n. 36

Etſi in differendo ſubſit aliquod periculum, tunc cautio admittenda eſt, ibid. n. 37

Pro melioramentis in Regno Neapolis fit executio ſententiæ cum fidejuſſione, ibid. n. ibid.

Pro melioramentis in hac Curia Regia multoties indicatur, ut cautio ſufficiat, ibid. n. 38

Melioramenta ſi non ſint liquida, & is, cui reſtituenda eſt res non denegat illa ſolvere, res cum cautione eſt reſtituenda, ibid. n. 41

Mulieri, quæ habet prædium in pignore & melius reddit, fructus melioramentorum non imputantur, fol. 114. n. 51

Melioramenta, & deterioramenta quando concurrunt, illud quod ſuperabundat prævalet, ibid. n. 53

Malæ fidei poſſeſſor conſequitur expenſas in percipiendis fructibus, quia ſemper impenſa deducenda eſt, fol. 119. n. 78.

Malæ

Index Materiarum.

Malæ ſidei poſſeſſor habet fructus acquiſitos ſua induſtria, quia hi nunquam fuerunt in dominio petentis, ſol. 258.n.79

Malæ fidei poſſeſſor tenetur ad ſructus ſive extent, ſive conſumpti ſint, à die litis conteſtationis, fol. 120. num. 80

Malæ fidei poſſeſſor à die litis conteſtationis conſtituitur quilibet bonæ fidei poſſeſſor, ibid.n.81

Malæ fidei poſſeſſor effectus poſt publicationem teſtium non condemnatur ad fructuum perceptorum ante publicationem, ſed tantum poſt, ibid.n.82

Maritus recipiens dotem in quantitate illam in ſpecie ſolvere non poteſt, ſol.121.n.4

Maritus imaginarium dumtaxat dominium dotis habet, ſol.148.n.13

Mulier naturalis vera domina rei dotalis eſt, ibid.n. 13

Mulier ipſo jure agit de evictione, & non maritus, ibid.n.14.& 15

Mulier poteſt agere de evictione conſtante matrimonio pro re inæſtimata, ibid.n15

Mulier dotata melius tractatur à marito, ibid.n.15

Marito non nocet ſententia lata contra uxorem, ibid. num.16

Mulieri nocet ſententia lata contra maritum, qui habet jus vendicandi, ſicut ſententia lata contra procuratorem nocet domino, ibid.n.17.& 18

Mulieri agenti pro re dotali non competit rei vendicatio, ibid.n.9

Mulieri injurioſum videtur ſine marito litigare, & virile officium uſurpet, ibid.n.20

Mulier agere poteſt, quando ejùs maritus abeſſet, eſſet deſidioſus, & ineptus, ibid.n.21

Mulier comparens in judicio pro ſuo intereſſe audienda eſt, ibid.n.22

Mulier habens alia bona unde ſe dotaret dedit in dotem marito rem reſtitutioni ſubjectam, mortua uxore abſque liberis maritus vigore ſtatuti lucratur partem dotis, venit caſus evictionis, maritus habet actionem de evictione in aliis bonis mulieris, ſol. 149.n.23

Maritus, & uxor ſi ambo vendunt, & promittunt de evictione, ſimul tenentur, ibid.n.24

Mulier vendens cum conſenſu mariti, & promittit de evictione ipſa ſolum tenetur, ibid.n.24

Mulier intelligitur contrahere cujus res erat, & ad eam pertinebat, ibid.n.25

Maritus, qui dominus fundi eſt, intelligitur contraxiſſe, præſumitur pretium ad eum perveniſſe, ibid.n.26. uſque ad n. 30

Mulieri competit hypotheca pro dote data, etſi ſit evicta, ibid.n.31

Maritus pro dote evicta habet bona mulieris tacitè hypothecata, ibid.n.32

Maritus id quod per actionem ex empto conſequitur re evicta convertitur in dotem, ibid.n. 34

Mulier donataria à qua per conſortes ſuperſtites res indiviſa in dotem donata, & evicta fuit, adverſus hæredes donantis agere poſſit, ibid.n.35

Mulier de evictione tenetur, ſi res æſtimatæ fuerunt evictæ, etſi de evictione nihil cautum ſit, ſol.150. num.47

Maritus ſoluto matrimonio de evictione agere nequit, ibid.n 50

Refertur circa hoc inſignis Petrus Barboſa, ibid.n.51

Maritus quod habet ratione evictionis tenetur uxori reſtituere, ſol. 151.n. 55. uſque ad n. 59

Maritus vendens rem dotalem illam rei vendicare poteſt, ſolvendo omnia, quæ veniunt nomine evictionis, ſol.152.n. 69. uſque ad n. 76

Mutatio redditus cappellaniæ, quæ ſupervenit ſine culpa patroni, aut hæredis non gravat, ſol.151.n.64. uſque ad n.66

Maritus ſi fundum dotalem petere neglexerit, cum id facere poſſet, rem ſui periculi facit, ſol. 199.n.50

Mulier non poteſt improperare ejus viro de gratia, & de dilatione quam fecit, & dedit patri ſuo, cum dictet ratio reverentiæ, ibid.n. 54. uſque ad n.56

Maritus vix excuſabitur, ſi non interpellaverit, cum ipſe ſolus, & non uxor poteſt dotem petere, ibid. num.57

Maritus ſi ejus culpa perdiderit feudum dotale, & in commiſſum ceciderit vivo marito tenebit commiſſum, eo verò mortuo ad mulierem revertetur, ibid. num.58

Mariti culpa non ſolet inulta remanere, quando res dotales efficiuntur deteriores, ibid.n.59

Moleſtare, vel controverſiam movere paria ſunt, ſol.224.n.16

Moleſtare dicitur qui turbat in judicio, vel extra judicium, & de facto, ſol.370.n.17

Moleſtia infertur non ſolum agendo, ſed etiam reſiſtendo, ibid.n.18

Moleſtare colonus dicitur dominum qui penſionem non ſolvit, ibid.n.19

Moleſtare dicitur hæres, qui poſt cautionem præſtitam recuſat bona conſignare uſufructuario, ibid.n. 20

Moleſtare legatarium hæres prohibitus non poteſt, agere interdicto quorum legatorum, ibid. num. 21. & 22

Moleſtare dicitur hæres, qui petit bona deſcribi uſufructuario debita, ibid.n. 23

Moleſtiam ſi teſtator jubet uxori non inferri, intelligitur de moleſtia malo animo illata, ibid.n. 24

Moleſtiam promittens non facere uſufructuario, poterit petere cautionem de uſufructu fruendo, ibidem num. 25

Non moleſtare uxorem uſufructuariam hæres juſſus, eandem cautionem poterit petere, ſol.225.n.26

Moleſtare, vel turbare non dicitur quis quando de jure agit, ibid.n.27. & 28

Moleſtare tunc dicitur, qui de jure turbat, quando verba prohibitionis ſunt generalia, & multum prægnantia, ibid.n. 29

Moleſtare prohibitus etiam verbis generalibus, poteſt quæſtionem juſtam movere, ibid.n.30

Moleſtare dicitur hæres, qui cum poſſet pro re aliqua juſtè moleſtare, infert injuſtam moleſtiam in alia re, ibid.n. 31

Moleſtare non dicitur, qui ſupplicavit, & reſcriptum impetravit, ibid.n.34

Moleſtare non dicitur, qui proteſtatur de jure ſuo, ibid. num. 35

Et ex nova cauſa, & ſupervenienti moleſtat, ibidem num.36

Moleſtare non dicitur ex cauſa ſibi præbita per adverſarium, ibid.n.37

Moleſtare non dicitur hæres, qui controverſiam movet, ſi ea non habuit effectum, ſol.226.n.42

Moleſtare, & turbare non dicitur quis per unum actum, ſed requiritur perſeverantia, ibid.n. 43

Moleſtia facti ſufficit etiam cum effectu non ſequuto, ſufficit ad privationem ordinatam à teſtatore, ibid. n.43. & 44

Modicum pretium ſemper dicitur, etſi ſit juſtum reſpectu voluntatis domini, à quo invito res extorquetur, ſol.253.n.25.uſque ad 28

Maritus vendens rem, & obligans ſe cum juramento, & pœna curare, & facere, quòd uxor ſua obligaretur de evictione ad quid teneatur, ſol.269.n.2

Maritus non tenetur de perjurio ſi fecit quod potuit, ibid.n. 3

Nec tenetur ad pœnam, ibid.n.4

Et an teneatur ad intereſſe, ibid.n.6

Mutuum factum luſori non valet, & negatur ejus repetitio,

titio, fol.272.n.15
Nec etiam valet mutuum factum luſori à colluſore, ibid.n.16
Nec mutuum factum minori, ut ludat, ibid.n.17
Nec etiam mutuum factum minori à minore, fol.273. num.18
Mutuum factum colluſori cum uſura prohibitum eſt, ibid.n.19
Mutuans pecuniam ludentibus punitur tanquam particeps ludi, cum ludus ſit crimen, ibidem num. 20. & 21
Mutuata pecunia ſi ludo non perdatur ab eo, qui illam mutuo accepit, repeti poteſt, ſi non ſiat à retinente ludum, ibid.n.23
Mutuum factum ſervo, ut ludat non à luſore, ſed à tertio, reperitur à domino, quatenus ex eo facto locupletior fuerit, fol.274.n.31
Menſurari debet fundus venditus intra ſexaginta dies, ſi petatur redintegratio, quibus elapſis non poteſt peti, fol.278.n.33
Menſuratione ſemel facta ſi quis vult reclamare non auditur, niſi intra annum à die prioris menſuræ, ibid. n. 33. in fin.
Menſura debet redintegrari contractu oneroſo, ibid. num. 31
Mercator ſi in ſuo libro deſcribat ſimpliciter debitores ſibi obligatos pro rata conveniri debent, etſi in inſtrumento ſint in ſolidum obligati, fol.279.n.43

N

NAtura evictionis eſt, ut re evicta agatur ad intereſſe, fol.7.n.5. v. quod natura.
Notarius intelligitur appoſuiſſe clauſulas conſuetas de conſenſo partium, fol.10.n.43
Notarius ſcribere præſumitur verba partium, quando ſunt ſacti, ibid.n.45
Notarius ſcribere præſumitur, quæ à partibus dicuntur, ibid.n.44
Notarius qui, omiſit aliquid in ſcriptura, poteſt teſtibus probari, ibid.n.46
Notarius, id quod omiſit, & teſtibus probatur, valet in vim contractus, non in vim inſtrumenti executivi, ibid.n.47
Nunciatio ſimplex in evictione non ſufficit, ſed requiritur incitatio, fol.21.n.22
Non creditur alicui in eo, quod ejus commodum reſpicit, fol.23. n. 43
Negligentia imputari debet emptori ſi ad ſui defenſionem non ſuſcipit advocatum expertum, fol.40. num. 91
Novatio judicii, vel obligationis non poteſt fieri ſine conſenſu illius, cui jus agendi, vel obligationis competit, fol.43.n.9
Nuntio non eſt commiſſa reſponſionis relatio in cauſa evictionis, ſed ſola citatio, fol.58.n.4
Nuntio non creditur ſuper reſponſione partis, vel ejus ficto, ibid.n.6
Nuntius tenetur referre factum ſuum, & non alienum, ibid.n.7
Nuntio publico, & jurato creditur, non æquè non jurato, ibid.n.8
Nuntius juraſſe ſufficit in aſſumptione officii, ibidem num.9
Nuntio non creditur in citanda perſona fide digna, ibid.n.10
Hoc intelligitur quando nuntius eſſet perſona illaudata, & viliſſima, ibid.n.11
Nuntio non creditur, quando relatio eſſet in cauſa gravi, & magnum citandi præjudicium concernente, ibid. num. 12
Citando integrum eſt probare contra nuntium non eſſe citatum, ibid.n.13
Nuntius quo pacto quis probetur, ibid n.14
Nuntio publico creditur ſine literis, privato autem cum literis committentis, ibid.n.15
Nuntio ſine literis non tenetur credere illoſtris perſona, ibid.n.16
Nuntio citanti ex parte judicis delegati non creditur ſine literis, ibid.n.18
Nuntio publico quando vadit ad locum longinquum, non creditur ſine literis, niſi in literis citationis tenor delegationis inſeratur, ibid.n. 18
Nuntio etiam publico non creditur ſine literis in citatione reali, ſecus in verbali, ibid.n. 19
Nuntio creditur ſine literis quoad citationem, quæ domi fit, ibid.n.20
Nuntio dicenti ſe non potuiſſe reperire citandum, & ad domum citaſſe, an credatur? ibid.n.21
Nuntio minori non creditur, niſi cum eo adſint duo teſtes, fol.59. n. 24
Nuntio miſſo ad præſcrutandum ludentes, & portantes arma creditur, ibid.n26
Nuntio referenti quem arma detuliſſe poſt ſonum campanæ, vel luſiſſe de nocte, creditur, ibid.n.27
Nuntio non creditur ſi ſimul eſt accuſator, & teſtis, ibid.n. 28
Nuntio ſoli creditur circa actus judiciales, ibid.n.31
Notario ſcribenti in actis talem fuiſſe citatum ea relatione talis nuntii creditur, licèt nuntius neget, ibid. num.32
Notario dicenti ſe poſſeſſionem dediſſe de mandato judicis creditur, licèt judex neget, ibid.n.33
Nulli creditur dicenti ſe habere mandatum à Principe niſi probaverit, fol.60.n.41
Cautus erit ſi in rebus arduis mandatum requirat, ibid. num. 42
Nuntio in his, quæ ad ejus officium pertinent creditur, fol.61. n. 63
Nuntio de bonorum diſcuſſione alicujus creditur, ibid. num.64
Nuntio creditur aſſerenti debitorem non eſſe ſolvendo, ibid.n.64. inf. v. Ubi.
Nix eſt fructus, licèt non naſcatur à terra, fol 117.n.48
Nix coacervata in puteis eſt fructus induſtrialis, ibidem num. 48
Nix auget redditus fundi, ibid.n.48
Nix hodie maximum compendium affert, ibid.n.48
Nix eſt fructus naturalis, ibid.n. 48
Nix hodie in puteis coacervata durat per multum temporis, & portatur de uno loco ad alium, ibid.n.48
Nix eſt neceſſaria ad ſalutem, & ad delectationem potionis, ibid.n.48
Nix non poteſt coacervari in puteis ſine permiſſione Principis, ibid.n.48
Nix eſt maximus fructus ejuſdem Principis, ſeu ejus vectigalis, & quintæ partis reſervatæ Principi, ibid. num. 48
Nix eſt aqua, & in aquam convertitur, ſicuti ſal, fol.118.n.48
Nix eſt in patrimonio Regis, & per hoc author victoriam obtinuit in magna lite inter hæredes Pauli Charquias, qui fuit inventor nivis coacervatæ, & Michaëlem del Valle, ibid.n.48
Nix quòd ſit in patrimonio Regis author fuit primus, qui de hoc tractavit, ſine ſpe præmii, ibid.
Nuntiatio debet fieri in datione in ſolutum, ſicut in venditione, fol.162.n.34
Nulla eſt obligatio ad ſupplementum quando res perditur caſu fortuito, & ex facto Principis, fol. 167. num. 33
Nuntiare debet ceſſionarius cedenti litem motam in cauſa evictionis rei ceſſæ, fol.198. n. 29
Nuntiare non eſt opus, quando ceſſionarius eſt procurator

rator cedentis, ibid.n.31
Nunciatione non eſt opus quando agitur contra cedentem, ut adimpleat quod promiſit, quòd faciat bonum nomen verum, ibid.n.32
Nunciatio litis motæ non eſt omittenda, etiamſi apertè conſtet de juſtitia evincentis, fol.217.n.10
Nunciatione opus eſt, etiamſi promiſſum ſit de evictione quomodocumque res evincatur, ibid.n.11
Vel quando vendens ſe obligavit defendere abſque ulla denunciatione, ibid.n.12.& 13
Naturalia contractuum dicuntur, quæ tacitè intelliguntur ex natura actus, fol.239.n.1.&13

O

Obligatio pro tanto pretio quanti valet res, cenſetur alienatio, fol.5.num.20
Obligatio generalis bonorum non extenditur ad bona prohibita alienari, ibid.n.21
Onus probandi, quod ſcienter contractum ſit, cùm ſtatim receſſum incumbit ei, qui cum eo contraxit, fol.8.n17
Obligatio ubi eſt contracta ſuper aliquo ex his, in quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, probata per teſtes, habet executionem paratam, fol.10.num. 49
Obligatus ſub conditione, niſi adveniente conditione non poteſt agere, fol.17.n.58
Obligatio cenſus eſt ſucceſſiva, ibid.n.62
Obligatio evictionis individua eſt reſpectu denunciationis, ſecus reſpectu præſtationis, fol.37.n.51.&52
Obligatio perſonalis cohæret oſſibus obligati, & non tranſit de perſona in perſonam, fol.69.n.32.infin.
Obligatio perſonalis, quæ ex inſtrumento, vel judicato naſcitur in ſingularem ſucceſſorem tunc tranſit, cum purè in perſonam actum ſit, ſecus ſi ratione certæ rei, quæ judicati exequendi tempore alienata reperitur, fol.72.n.65
Obligatus de evictione, ſi eidem moveatur lis facta ſibi denunciatione, non poteſt compelli expenſas ſubminiſtrare, niſi re evicta, fol.81.n.44
Obligatus de evictione ultra reſtitutionem pretii non tenetur ad damna, & intereſſe, ibid.n.45
Obligatus ad dandum liberatur primæva actione, & caveat de evictione, fol.87.n. 138
Oblatio pretii ſola non ſufficit venditori, ſed conſignatio, & depoſitio quando vult rem redimere, fol.103. num.4
Oblatio ſi fiat in judicio ſufficit, ſecus, ſi extra judicium, ibid.n.4
Oblatio realis ſufficit, ut res ipſa redimatur, ſed ut fructus conſequatur redimens ex die oblationis requiritur depoſitio, & conſignatio pretii, ibid.n.5
Oblatio verbalis venditoris ſufficit niſi emptor recuſaret accipere, ibid.n.6
Oblationem verbalem ſi emptor recuſaverit accipere, venditor faciat pretium deponere in publicum officialem, ibid.n.7
Oblatione facta venditor debet adire judicem ſuum, ut ejus mandato deponatur pretium, ibid.n. 8
Oblatio verbalis ſufficit, quando res, quæ offertur eſt immobilis, quæ non poteſt ſolvi, ibid.n.9
Oblatio pretii debet fieri à venditore in domo emptoris, ibid.n. 10
Quando venditor, & emptor ſunt ejuſdem fori, fol. 104. num.10.in fin.
Offerri quando res realiter poſſunt non tamen conſignari, nec deponi, ut res animatæ verbalis oblatio non ſufficit, ſed bene realis, licèt non fiat conſignatio, ibid.n.12
Oblatio ſufficit quando venditor convenitur in judicio à procuratore, qui non habet mandatum recipiendi ſolutionem, tunc ſufficit dicere, ſolverem, ſi haberem cui ſolverem, ibid.n.14
Oblatio verbalis ſufficit, quando pecunia non eſt ſolvenda in loco judicii, ſed alibi, dummodo pecunia ſit parata, ibid.n. 14
Oblatio verbalis non ſufficit quoad effectum reſcindendi venditionem per creditorem de re ſibi pignorata, ibid.n.15
Oblatio verbalis ſufficit quando debitum eſt intricatum & non liquidum, ibid.n.16
Oblatio verbalis ſufficit quouſque debitum liquidatur, ſi venditio offerat fidejuſſorem de ſolvendo, ibid.n. 17
Oblatio hujuſmodi procedit in paupere; ſecus in notorio divite, ibid.n.18. & 19
Oblatio ſimplex ſufficit venditori, ut excuſet ſe à mora & evitet pœnam. ibid.n.20
Quod intelligitur quando incertum erat quid, & quantum ſolvi deberet, ibid.n.21
Oblatio verbalis non ſufficit, quando aliquid debet dari ſub conditione, ibid.n.22
Oblatio verbalis ſufficit ad impediendum curſum uſurarum quando nondum cœperunt currere. fol.105.n.25
Oblatio ſola ſufficit quoad evadendam pœnam legalem, ibid.n.24
Oblatio ſola extra judicialis ſufficit ad impediendam moram, ibid.n.25
Oblatio, ut benefacta ſit, requiritur, ut ipſa pecunia numeretur, & non ſufficit eam eſſe in loculis, ib.n.26
Oblatio, & conſignatio totius ſummæ, ut nequidem unus nummus deficiat, ut rectè facta ſit requiritur, ibid.n.27
Oblatio, ut bene fiat, requiritur, ut fiat una cum ſorte principali, offerantur uſuræ, & omne intereſſe, ibid.n.28
Oblatum debet eſſe id quod jure debetur, non autem aliud, ut ſi eſt debita pecunia offerri non poteſt de bonis mobilibus, vel de immobilibus, ibid.n.29
Oblata debet eſſe pecunia proba, quia reproba nihil relevat, vel ſuſpecta mutationis, ibid.n.30
Oblatio debet fieri authoritate judicis, qui de cauſa cognoſcit, fol.105.n.33.& 106.n.34
Oblatio, & conſignatio debet fieri præmiſſa interpellatione creditori, fol.105.n.31
Oblatio requiritur, ut fiat opportuno loco, & tempore, ibid.n.32
Et quod fiat purè, & ſimpliciter abſque aliqua conditione extrinſeca, ſecus intrinſeca, fol.106.n.35.36. v. Nono.
Officium judicis non petitum, non præſtatur, fol.138. n.44. & 45. quæſt.24
Obligatus ex contractu, vel alio modo ad rem tradendam, ſemel tradendo liberatur, nec reviviſcit obligatio etiamſi ad illam denuo revertatur, fol.151.n.61
Onera minuunt rem, & ejus pretium, & faciunt rem minus valere, fol.184.n. 12. & 13
Omitti poteſt denunciatio, quando venditor ſe occultat, ut denunciatio ad eum non perveniat, fol.217.n.14
Obligatio rem tradi eſt individua, & promiſſor partis rei venditæ non liberatur, fol.232.n.9
Oſtentatio Monaſterii non debet attendi, ſed decens, & neceſſaria, & non exceſſiva, fol. 253. n. 32. uſque ad 34
Omnis obligatio à perſonis contrahentium initium ſumere debet, fol.259.n.18
Origo ſtipulationis duplæ explicatur, fol.423.n.6
Obligatio alieni facti, an teneat, fol.269.n.1
In obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe, ibid.n.7.& 8

P

Præſcriptio currere incipit, in evictione, cum res evicta eſt, fol.3.n. 21
Prohibitus vendere, an poſſit alienare per alios contractus, & donare, fol.4.n.8
Permutatio prohibita cenſetur, alienatione prohibita, ibid.n.9.

Pœnam

Index Materiarum.

Pœnæ ipſo facto à jure impoſitæ, niſi præcedat ſententia declaratoria non habent locum, fol.6.n.28
Pater bona filiorum vendens, an teneatur dari fidejuſſorem de evictione? fol.9. n.38
Pactum generale, ne teneatur emptor de evictione, includit etiam pretium, fol. 12.n.74
Secus eſſet, ſi ſpecificaretur à certa perſona, vel cauſa, ibid.n.75
Vel pactum exciperet aliquem caſum ſpecialem, vel perſonam, per hoc videtur certiorari emptorem quòd in tali caſu, vel perſona evinci poteſt, ibid. num. 76
Procurator ſe obligans, & fidejubens poteſt petere exonerationem, ſi diu ſteterit in obligatione, f.16. num. 54
Promittens de evictione, promittit de evictione futura, ibid.n.57
Pactum, quod cenſus redimatur valet inter fidejuſſorem, & reum principalem, fol.17.n.64
Pactum tale non valet inter fidejuſſorem futurum, & creditorem data fraude, ibid.n.65
Pactum redimendi non valet, ſi fidejuſſor erat ſocius omnium bonorum ipſius creditoris, ibid.n.66
Pater fidejubens pro reſtitutione dotis uxoris filii non poteſt petere ſe liberari, fol.18.n.78
Promiſſor facti obligatus non tenetur, niſi requiſitus fuerit, fol.21.n.19
Promiſſor non tenetur defendere niſi ſciat, ibidem num.20
Promiſſio, & juramentum debent aliquid operari, fol.24.n.49
Promittens ſolvere, & curare, cum primum poteſt, & non facit conſtituitur in mora, ibid.n.53
Promittens factum alienum, an excuſetur, ſi fecit ſuum poſſe, ut non teneatur ad pœnam, neque ad intereſſe, ibid.n.54
Promittens expedire aſſenſum à Rege ſuper ſolutis, ſi non expedit, an teneatur ad intereſſe? ibid.n. 55
Privilegia non ſunt multiplicanda, fol.34. n. 20
Procurator in rem ſuam, & pro ſuo intereſſe poterit allegare beneficium ea perſona ſua, fol.36. n.33. in fin.
Plures ſimul agentes, & conventi coguntur unum procuratorem conſtituere, fol.38. n. 41
Procurator unus, & Syndicus conſtituitur à Collegio, & Univerſitate, ibid.n.41
Procurator unus dandus eſt, quando cauſa initium ſumit ab una perſona, ibid.n. 41
Procuratorem, vel exactorem unum dominus debet conſtituere recepturus plura debita, fol.39.n. 41
Procurator habens mandatum ad vendendum poteſt præſtare fidejuſſorem de evictione, licèt in mandato nihil contineatur, ibid.n. 44
Procurator, vel dominus, an teneatur in caſu evictionis, ibid. num. ibid.
Procurator nuncians litem venditori debet docere de mandato, fol.40.n.86.v. ſimiliter.
Procurator docto mandato, venditio facta ab eo procuratorio nomine cenſetur facta, & non tenetur de evictione, ibid.n.86.v..docto.
Procuratorio nomine facta venditio mandans tenetur de evictione, & non mandatarius, ibid.n. 86.v. procuratorio.
Procurator vendens ſimpliciter non facta mentione mandati reſpectu emptoris, qui ignorabat mandatum, intelligitur venditio facta nomine proprio. ibid.n. 89
Pactum ne quis teneatur de evictione, non ei prodeſt, qui ſcit cauſam ex qua poſteà evincitur, fol.41.n.96. in fin.
Procurator in rem ſuam condemnatus nomine proprio, & non eſt ſolvendo, tunc fit executio in bonis principalis, fol.46.n.59
Procurator Cæſaris eſt judex quando quæſtio eſt inter privatos, & dependet a cauſa fiſcali, fol. 54.n.16
Privilegium, immunitas, quæ principali debitori competunt, fidejuſſori proſunt, fol.64.n. 36
Quod declaratur, ibid.n. 37
Privilegiom competens principali, ut proſit ejus fidejuſſori, requiritur, quod reus principalis ſuſcipiat judicium, ibid.n. 40
Idem eſt quando fidejuſſor ſe opponit, ut principalis defenſor, ibid. n. 41
Privilegium competens Principi, & ejus fiſco, etiam competit fidejuſſoribus, fol. 65. n. 51
Quod declaratur in beneficio, exemptione, & immunitate reali, quæ rei, & cauſæ intuitu conceſſa eſt, ibid.n.52
Privilegium competens fidejuſſori non tranſit in principalem debitorem, ibid. n.53
Præſcriptio rei, fidejuſſori opitulatur, ibidem n. 54. & 55
Paria ſunt ſententiam eſſe latam, & in cauſa concluſum, fol. 74.n.5
Privilegium competens mulieri pro dote, & pro ejus intereſſe, quod competit viro, fol.82. n. 60
Pactum quod ſolet apponi, quod promiſit duplum nomine pœnæ, quod exigi voluit rato manente pacto, poteſt peti, aut ſors, & verum intereſſe, fol. 94. num. 96
Pœna conventionalis ſuccedit loco rei, ibid. n 67
Pactum hujuſmodi rato manente pacto appoſitum pœna, & intereſſe peti poſſunt, ut contractus firmus maneat, ibid.n. 98
Ponitur cautela Salyceti de hujuſmodi clauſula rato manente pacto, fol.85.n.99
Pœna conventionalis ſi eſt major ſorte principali, peti poteſt & ipſa pœna, ibid.n. 103
Pœna conventionalis ſimpliciter poſita etiam ultra id, quod intereſt, exigitur, ſi adducta ſit ratione intereſſe ſecus, ibid. n. 104
Pœna conventionalis de ſtylo Curiarum non exigitur, ultra id quod intereſt, & ultra, ibid.n. 105
Pœna conventionalis promiſſa cum juramento, tunc peti poteſt etiamſi cum intereſſe non concurrat, ibid.n. 106
Pœna conventionalis peti poteſt de rigore etiamſi excedat intereſſe, ibid.n.107
Pœna conventionalis quæcumque licet à partibus apponi, ibid.n.108
Pœna conventionalis quando in contractu jurato apponitur, poteſt duplum intereſſe excedere, ibid. num.109
Pœna conventionalis in foro conſcientiæ peti poteſt, ibid.n. 11
Pacta, & conventiones ſunt ſervanda, fol.88.n 2
Pactum de ſtando ſimplici verbo alicujus, intelligitur dummodo dolus abſit, ibid. n. 3
Pactum hujuſmodi non ſolum procedit in contractibus, ſed in ultimis voluntatibus, ibid. n. 4
Pactum, vel ſtatutum, quòd credatur damnum paſſo, ibid.n.3
Pactum, ut credatur juramento emptoris intelligitur circa quantitatem damnorum, non de damno in genere paſſo, ibid.n.9
Probatio extrinſeca requiritur circa hoc, ibid. v. hoc num. 6
Per iſtam promiſſionem damnorum non intelligitur quis ſe obligaſſe niſi ad ea, quæ ex natura contractus veniunt, ibid. n. 8
Pactum ſeu conventio de ſtando juramento alicujus, non extenditur ad hæredes, vel alios tertios, ibid. num. 9
Poteſtas jurandi à lege, vel ſtatuto tranſit ad alios, ibid.n. 11

Probatio qualiter fieri debeat in verificatione lucri ceſſantia, ibid.n.13
Probandum eſt per teſtes ubi agitur de intereſſe lucri ceſſantis, & non defertur juramentum, ibid. num.13
Promittens ſtare dicto, vel juramento alterius de expenſis, damnis, ſi lædatur, vel immoderatè declaratur, reducitur ad arbitrium boni viri, ut moderetur, ibid.n.15
Pactum hujuſmodi habet tacitam conditionem, ſi æquum arbitratum fuerit, fol.89.n. 16
Pactum, quod ſimplici verbo alicujus ſtetur, intelligitur cum juramento, fol.90.n.35
Quod procedit in arbitro, & arbitratore ad taxandum pretium rei venditæ, ibid.n.36
Idem procedit etiamſi teſtator dicat ſtari dicto alicujus intelligitur cum juramento, ibid.n.37
Niſi ſit certæ perſonæ, cui ſine juramento creditur, ibid.n.38
Vel in his, quæ dependent ab animo cum juramento intelligitur, ibid.n.39
Quod non procedit, quando teſtator legaverit Rectori Eccleſiæ certum quid gravando ejus conſcientiam, ſtatur ejus dicto, quod celebraverit tot Miſſas ſine juramento, ibid.n.42
Pactum omne dictum de ſtando juramento alicujus intelligi debet, quando jurans eſt exceptione major, & caret ſuſpicione, ibid.n.43
Pœnæ adverſus ſcientes paratæ ſunt, fol.93.n.2a
Promiſſio evictionis comprehendit perſonam omnem habentem intereſſe, nec comprehendit vicinum, vel conſanguinem retrahere volentem, fol. 107. num. 10
Pater habet uſumfructum in bonis retractis à filio, fol. 108.n. 23.v. in hoc.
Pactum quòd quis non poſſit pro ſatisfactione ſui debiti offerre tot de bonis ſuis in ſolutum valet, f.121.n.7
Pretium ſuccedit loco rei, quomodo procedat, f.123.n.35. uſque ad 39
Patientia conductori debita ſatisfit præſtita cautione ab initio contractus, fol.36.n.19
Patientia præſtatur ex patientia præambula, ibid.n.20
Patientia præſumitur in dubio, ibid.n.21
Patientiam non fuiſſe præſtitam ſemper eſt ſalvum jus probandi, ibid.n.23
Præſcribi non ſolet regulariter in exceptionibus, cum non ſit in poteſtate rei quando velit excipere, ibid. num.28
Probatio judici, & non parti ſit, fol.138.n.48
Propoſitum in mente retentum nihil operatur, fol.142. num. 11
Promittens rem aliquam dare ex cauſa donationis, quæ non erat ſua, & eam tradidit non eſt liberatus, fol.143.n.27
Pater dotem donans de evictione adſtrictus eſt, fol.150. num. 41
Propter temerariam aſſertionem quiſque de evictione tenetur, ibid.n.42
Permutatio vicem obtinet emptionis, fol.162.n.7
Permutatio eſt contractus innominatus, ibid.n.10
Proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis, ibid. num. 9
Pater tenetur de evictione Caſtri permutati, ſi filius de facto detinet Caſtrum, quia pater non excuſatur, fol.163.n. 15
Patronatus jus ſi evincatur, actio de evictione datur, fol. 165. num.1
Prælatus conferens uni beneficium Eccleſiaſticum, quod erat alteri debitum, tenetur illo evicto providere de æquivalenti beneficio, ibid.n.4
Ponitur exemplum quomodo contingere poteſt, ut jus patronatus Eccleſiaſticum evincatur, ibid.n.5
Promiſſio facta Eccleſiæ Collegiali debet eſſe perpetua, ſicut Eccleſia eſt perpetua, ibid.n.10
Pactum redimendi minuit tertiam partem redditus, fol. 166.n.14
Pretium cenſus redimibilis in hoc Regno eſt ad rationem unius pro viginti, ibid.n.15
Patronus ſemper tenetur de evictione in dote data Eccleſiæ, ibid.n.19
Patronus conſervare debet dotem Eccleſiæ competentem, ſecuram, & certam, ibid.n.19
Pollicitatio, & ſtipulatio præceſſiſſe ſemper intelligitur in dotaote Eccleſiam, ibid.n.20
Patronus perfectè adimplet præſtando redditus ad ſummam currentem ex diſpoſitione legis, fol.168.n. 37 quæſt.30
Præſens ſtatus dubius cauſat perpetuam exceptionem, ibid.n. ibid.
Patronus non debet præſtare majorem quantitatem in Capellania, quam ad rationem ſummæ conſtitutæ tempore fundationis, ex deciſione Supremi Senatus Regii, fol.169.n. 54. & 55
Patronus hæres, an teneatur de evictione redditus à teſtatore aſſignati in favorem Capellanorum, ſi hujuſmodi redditus diminuantur per accretionem valoris cenſus? fol.169.& 170. num.56.& 57
Paulus de Caſtro *in l. cum ſtipulamur, num.3.ff.de verbor.obligat.* fol.171.n.67. & 68
Patronus, vel hæres poſt impletam executioni mandatam teſtatoris voluntatem, jus evictionis contra eos non venit, ibid.n.70
Patronus, vel hæres, propter factum quod venit ex reſcripto Principis, vel ipſius lege non tenetur facere ſemper ſecurum redditum Capellaniarum, fol.172. n.72.quæſt. 30
Princeps concedens feudum ſalvis juribus alienis non tenetur de evictione, quia ſolum dat jus quod habet in illa re, fol.179.n.15.16.&17
Pendente nullitate emphyteuſis poſſeſſor tenetur ad fructus, fol. 181.n. 50
Prædio evicto ab emptore, poteſt retineri pretium, & ſolutum repeti, ibid.n.53.& 54
Pactum de retrovendendo facit rem minus valere in tertia parte, fol.187.n. 12.13
Proclama judiciale non tollit jus creditoris, fol.193. num. 46
Proclama, quæ ſolent fieri per judices, ut creditores compareant in termino, quo elapſo non audiantur, nec illis præjudicant, ibid.n.48
Promittens debitorem eſſe verum, non tenetur eum verum oſtendere niſi interpellatus, fol.198.n.38
Periculum nominis ceſſi tranſit in ceſſionarium, cui facta eſt jurium ceſſio, fol.199.& 200.n.59.& 60
Procurator in rem ſuam ille dicitur ad quem pertinet utilitas, & damnum, fol.202.n.104.uſque ad n.110
Procurator in rem ſuam non conſtituitur quia per ſolam ceſſionem actionis, fol.203.n.111
Procurator in rem ſuam ſit ex parte actoris, & etiam rei, ibid.n.112
Procurator in rem ſuam non poteſt revocari, quando id quod continetur in mandato fuit deductum in pactum, fol.204.n.114
Procurator in rem ſuam utens requiſitis *l.3.C.de novat.* non poteſt revocari, ibid.n.115
Pecunia exacta, & bona fide conſumpta avocari non poteſt, ibid.n.116
Procurator poteſt revocari ad voluntatem domini, etiamſi ſit conſtitutus irrevocabilis, & cum juramento, ibid.n.119.120.& 121
Procurator conſtitutus in rem ſuam ex cauſa non adimpleta in mandato contenta poteſt revocari, & cedens poteſt priſtinas actiones exercere, fol.204.n.122. & fol. 205. num. 127.& 128

Index Materiarum.

A procurstore in rem ſuam conſtituto pecunia extante, revocari poteſt, fol.204.n.123

Pecunia quæ non extat, & eſt conſumpta avocari non poteſt, ibid.n. 124

Pecunia ſoluta alicui, ſi fuit contractata, non affirmari non debet, quæ ſit eadem pecunia, ſed conſumpta, fol. 205.n.126

Promiſſio, vel ſtipulatio defuncti comprehendit hæredem etſi adſit dictio taxativa, fol. 215.n.13.& 14

Promittens de ſuo dato, & facto tenetur de facto ejus, cujus eſt hæres, ibid.n.15.& 18

Promittere ſemper quis videtur pro ſe & ſuis hæredibus, ibid.n.21

Perſonalitatem dotat dictio taxativa, ibid.n. 22. uſque ad num. 30

Promiſſio Principis de defendendo non tenetur defendere cùm armis, fol.223.n.12

Promiſſio de defendendo de jure, & de facto, non obligat ad defendendum injuſtè, ibid.n.13

Promiſſio de defendendo de facto intelligitur ſi requiſitus fuerit venditor, ibid. n.14

Pactum quòd quis non teneatur de evictione, & ad reſtitutionem pretii, an operetur, ſi pretium non eſt ſolutum, fol.227.& 228.n. 5. uſque ad 7

Præſcriptio non currit re non evicta, fol.230.n.12

Præſcriptionem omnem ſi teſtator excludat, an omnia debita etiam præſcripta ſolvantur, ibid.n.14

Præſcriptio cum mala fide non currit, ibid.n.15

Præſcriptio non currit contra ſcientem ſe debere, etiamſi lex caveat, ut ſciens ſe debere certo tempore præſcribat, ibid.n.16

Præſcriptio temporalis introducta eſt in pluribus provinciis circa ſalaria famulorum, ibid.n. 17

Præceptum teſtatoris, quod omnia debita ſolvantur præter exonerationem conſcientiæ, non intelligitur de debitis bona fide præſcriptis, ibid.n.18. & 19. ponitur diſtinctio obſervanda.

Promittens ſimpliciter abſque dictione taxativa tenetur de facto ſui hæredis, fol.394.n.3.4.5.& 6

Idem de facto defuncti ſui authoris, fol.241.n.6. & fol. 242.n.7

Promittens de evictione de ſuo facto tantum, non tenetur ad plenam evictionem de facto alterius, tamen tenetur ad pretii reſtitutionem, fol.243.n.12

Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt afferre dominium alicujus nulla ſubſiſtente cauſa, fol. 250.n.3. & 4. vera eſt contraria ſententia.

Princeps ex cauſa publicæ utilitatis pacis, & aliis, quæ publicam utilitatem reſpiciunt poteſt auferre alicujus dominium, fol.251. n.6

Principi ſufficit omnis ratio naturalis, ibid.n.7

Princeps auferens dominium, aut rem alicui tenetur ſolvere pretium, ibid.n.8

Pretium debet eſſe æquivalens ſatisfactioni, ibidem num.9

Princeps poteſt privare aliquem dominio utili ex quacumque cauſa, non reſpiciente publicam authoritatem, ibid.n.11

Princeps transferens cenſum de uno corpore ad aliud, fidejuſſor cenſus non manet liberatus contrarium defenditur, ibid.n.12

Pretium rei venditæ, quando quis vendere cogitur pro conſtruenda Eccleſia, vel Monaſterio, debet eſſe juſtum, fol.413.n.57

Pretium ab aliis oblatum an ſit dandum, & ibi diſtinguitur, ibid.n.58

Princeps auferens dominium per viam legis generalis an teneatur ſolvere pretium, fol.414.n. 64

Pupillus non obligatur de evictione, quando tutor alienat rem alienam, & illam dividit, fol. 258. n. 8. & 9

Procurator vendens, vel contrahens alieno nomine non tenetur, nec obligatur de evictione, ibidem num.13

Procurator contrahens mandato domini efficaciter obligatur, fol.259.n.17

Procurator efficaciter obligatur, ibid.n. 20.& 21

Procurator contrahens mandato domini efficaciter obligatur, ibid.n. 22.& n.25

Procurator cum generali mandato ſibi, & non domino emit, niſi mandati mentio fiat, ibid.n.26

Procurator vendens nomine proprio, & procuratoris mentio fit, cenſetur procuratorio nomine emiſſe tantum, fol. 260.n.27. & 28

Adverſus procuratorem actio competit, qui tacito procuratoris nomine contraxit, non contra dominum, ibid.n. 29

Procurator contrahens facta mentione ſuorum hæredum, nomine proprio agere præſumitur, ibidem num.30

Promiſſio de vendendo in ludo, vel extrà valet, f.271. n. 5. uſque ad 8

Promiſſio, & ſponſio de non ludendo, & pœna in cauſa, quo quis ludat valet, fol.273.n.22

Promiſſio inter colluſores ſolvendi pecuniam, ſi ex intervallo, & extra ludum fiat, valet repetitio, ibid. num.25

Præſcriptio in ludo datur adverſus ejus repetitionem, fol.274.n.33

Q

QUandoque unica ratio habetur pro expreſſa, f.a2. num.25

Quæ ſit præſumptio juris, & de jure, fol.29.n.89

Et an adverſus eam admittatur probatio in contrarium, ibid.n.90

Hoc intelligitur duobus modis, ibid.n.91

Quæſtio inter duos privatos in conſequentiam, & acceſſoriè ad cauſam fiſcalem ad tribunal fiſci remittenda eſt, fol.54.n.18

Quando de debito conſtat, & ignoratur quanta ſit illius quantitas, juramento creditoris ſtatur quanta ſit illius quantitas, fol.88.n.12

Quantitas declarata per jurantem, ſeu declarantem ſi eſt magna, judex non debet confirmare, vel deferre juramentum ex pacto, fol.90.n. 34

Quæ veniunt ex natura contractus non eſt neceſſe exprimi, fol.129.n.3

Quod ordinatur ad aliquem finem debet regulari ſecundum naturam ipſius finis, fol.142.n.13

Qui tradit, magis diſtrahit, quàm contrahit, fol. 144. num.28

Quis tenetur facere, quod ſibi non nocet, & aliis prodeſt, fol.156.n. 30

Quod eſt inutile alicui, & aliis utile concedi ſolet, ibid. num.31

Qualitas ſequentis poſſeſſionis declarat animum contrahentium circa intelligentiam verborum contractus, fol. 168.n.41

Quæſtio ſemel jam deciſa, & tranſacta in rem judicatam iterum refricare non poteſt, ibid.n. 42

Quantitas redditus Capellaniæ debet habere æſtimationem ſecundum tempus, quo fundator eam conſignavit, & non ſecundum valorem legis ſupervenientis, fol. 170.n. 58.& 67

Quem de evictione tenet actio ipſum agentem repellit exceptio, fol.214.n.5

Quando hoc non procedat, veluti ſi agens habuit cauſam ab eo, vel authore ejus contra quem agit, ſi ipſius, vel ſui authoris facto ſequuta fuerit evictio, ibid.n. 6

Vel etiam non procedit ubi contractus non valuiſſet alterius, quàm vendentis occaſione, ſeu defectu, ib.n.7

Index Materiarum.

Quem de evictione tenet actio hæreditario nomine, eundem agentem proprio nomine repellit exceptio, quomodo procedat, ibid.n.8
Quando fratres dividunt bona feudalia inter ſe, & promittunt de evictione, non habet locum dicta regula, ibid.n 9

R

Ratione ſalarii, & expenſarum dicitur quis de jurisdictione illius curiæ ubi lis agitata eſt, fol.8.n.22
Regia præcepta quotidie dantur, ut ſalaria ſolvantur advocatis procuratoribus contra eum, qui remotiſſimè vivit, ibid.n.24
Regales Cancellariæ dicuntur communes patriæ, & quiſquis in eis inventus fuerit, poterit ibi conveniri, ibid.n.28
Regis curia communis patria eſt, ibid.n.27
Res integra, quando dicatur, vel non, fol.15.n.32
Rei vendicatio datur contra poſſeſſorem, fol.42.n.3
Rei vendicatione conventus qui rem detinet nomine alterius ſi dominus compareat in judicio in eum debet transferri lis, & debet omnino ab ea liberari, fol. 44. num.26
Quod declaratur, quia conventus in hoc caſu non poſſidet, ſed dominus, cujus nomine poſſidetur, ibid.n.27
Regula textus *in l. venditor, ff. de judiciis*, in cauſa executionis locum haber, fol.45. n.43
Reo dicenti ſe confeſſum metu tormentorum magis creditur, quàm judici neganti ſe tormenta illi dediſſe, fol.60. n. 35
Remedium *l.2.C.de reſcind. vendit.* non tantum ſuffragatur principali, verùm ejus fidejuſſori, fol. 65.n.42
Reſtitutio in integrum conceſſa ſuper ſorte principali non extenditur ad uſuras, fol.82.n.57
Rato manente pacto, quid operetur, fol.84.n.96
Res obligata ſub conditione non eſt libera, f. 86. n. 127
Rem æquè idoneam venditor offerens emptori an liberetur, fol.100.n. 1.
Retrahendi jus contra emptorem competit ex juris municipalis permiſſione, fol.106.n.1
Retractus primævæ venditionis non eſt reſolutio, ſed annullatio, ibid.n. 4. v. confirmatur.
Retractus non conſtituit novum titulum, ſed eſt transfuſio in locum primi contractus, ibid.n.4
Retrahens ſubintrat in jus emptoris, fol.106.n. 5
Reſcindens contractum ex quavis cauſa, debet emptori ſolvere, quidquid fiſco, & domino ſolutum ſit, fol. 107. n.7
Retrahens vicinum ratione ſtatuti non eſt locus refectioni melioramentorum, nec damnorum, & intereſſe, aut expenſarum, nec pretii data ſcientia ementis, ibid.n.8. & 9
Retractus jus oritur poſt contractum, ibid.n. 10
Renuncians juri quod habet, vel habere ſperat, non intelligitur renunciare juri ſupervenienti ex nova cauſa, ibid.n.13
Renunciare videtur quis reſpectu cauſæ præſentis, & non futuræ, ibid.n.13
Renunciatio generalis non ſufficit, ut retractus locum non habeat, ſed debet eſſe ſpecialis, cum res ex natura negotii evincatur, ibid.n.14. & fol.108.n.25
Renunciatio non porrigitur ad jus poſteà quæſitum, fol.108.n. 15
Renunciatio ſemper intelligitur ex cauſa præſenti, rebus ſic ſtantibus, ibid.n.15
Retrahendi jus eſt perſonaliſſimum, & venditor hæres illud non poteſt cedi, ibid.n.28
Remedium *l.2. C. de reſcind. vendit.* non habet locum, quando caſus eſt incertus, & poteſt quis lucrum, vel damnum capere, fol.116.n.33
Ratione incertitudinis dicitur licitus contractus ejus, qui ad vitam emit fundum, vel annuos redditus, ibid.n.34
Reſtauratio temporis non datur in rebus conductis, fol. 136. n. 17
Re integra non excuſatur locator præſtando intereſſe, vel aliam rem æquè idoneam, ibid.n. 24
Renunciare videtur contractus beneficio non adimplens ex parte ſua, & non poteſt agere ad obſervantiam contractus, fol.139.n.64
Res donans non tenetur de evictione, fol. 144.n.33
Res empta ex pecunia dotali, non efficitur dotalis, fol. 152.n. 79
Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, quando pecunia dotalis deſcendit ex pretio rei dotalis, & eſt deſtinata in emptionem alterius rei, ibid.n.80
Redditus dati Eccleſiæ in alimentis, & piis cauſis debent eſſe perpetui, fol.167.n. 25. uſque ad 27
Rei judicatæ parendum eſt, fol.168.n.44
Redditus deſignatione ſemel facta à fundatore, ſi poſteà contingat diminutio redditus, nec teſtator, nec ejus hæres tenetur ſupplere, fol.170.n.60.
Remittentibus jura ad ea non datur amplius regreſſus, fol 228.n.7
Renuntiatio fideicommiſſi, vel feudorum eſt perſonalis, & non præjudicat vocatis, fol. 237. num.26. uſque ad 28
Religioſi, quando in ſuo Monaſterio non habent loca condendi debet eis aſſignari conveniens locus, fol. 410.n.32.& 33
Redhibere eſt facere, ut rurſus habeat venditor, quod habuerat, fol.275.n.1
Redhibitoria actio contra quem detur, ibid.n.2
Redhibitoria actio eſt arbitraria, ibid.n.4
Redhibitoria duplex eſt, prætoria, & civilis, ibid.n.3
Redhibitoria actio, ut competat quatuor concurrere debent, ibid.n. 5
Redhibitoria pro contractibus oneroſis, & non lucrativis datur, ibid.n.6
Redhibitoria eſt in priſtinum ſtatum repoſitio, ibid. num.7
Redhibitoria non habet locum in locatione, & emphyteuſi, ibid.n.8
Redhibitoria actio ſubſidiaria, quando detur, ibid.n.9
Redhibitoria in quibus caſibus locum habet, ibid.n.10
Redhibitoria datur, quando animal eſt morboſum, ſive in totum, ſive in parte, ibid.n. 11
Redhibitoria non datur pro rebus minimis, ibid.n. 12
Redhibitoria datur pro contractibus innominatis, ib.n.13
Cyni diſtinctio obſervatur circa modum redhibendi, ibid.n. 13
In redhibitoria ignorantia venditoris non minuit damnum emptoris, fol.276. n. 14
Baldi diſtinctio obſervanda circa actionem redhibitoriam, ibid.n.15.& 16
Redhibitoria actio præſcribitur ſex menſibus, fol.277. num. 27
Redhibitoria ex diſplicentia præſcribitur ſexaginta diebus, ibid.n.31.& 32
Redhibetur principale propter acceſſorium intra ſexaginta dies, fol.278.n.36
Redhibitoria actio an ſexceptione perpetuetur, ibidem num. 38
Redhibitoria non procedit in venditionibus fiſcalibus, ibid.n.39
Redhibitoria poteſt conveniri fidejuſſor contractus, ibid.n. 40
Redhibitione facta venditor reſtituit gabellam, fol.279.n. 47
Redhibitoria agitur pro libris mendoſis, ibid.n.48. Et ibi ad multa.
Redhibentur plura animalia vendita propter unius morbum, ibid.n.49
Redhibitoria agitur ad pretii recuperationem, ſi pacto receditur à contractu, ibid.n.50

Scire

Index Materiarum.

S

SCire debens pro ſciente habetur, fol.15.n.28
Scientia ſimplex debitoris non ſufficit, ſed inhibitio ne ſolvat, fol.21.n.16
Sententiam fuiſſe latam, ſi conſtat ex actis ex legitimis probationibus emptor contumax non impeditur agere, fol.28.n.82
Sententia ferenda eſt in perſonam emptoris, & non venditoris, fol.42.n.4
Sententia lata contra hæredem nocet legatariis etiam ignorantibus, fol.44.n.35
Sacerdoti, qui perſona magna eſt creditur de commiſſione ſibi data à pœnitente revelandi confeſſionē, f.60.n.44
Secretum confeſſionis, quodcumque ſit non eſt manifeſtandum, ibid.n.48
Sacerdos, quod ſcit in confeſſione non ut homo, ſed ut miniſter Dei ſcit, ibid.n.49
Sacramenti majus eſt vinculum quolibet homine, etiam Summi Pontificis præcepto, ibid.n.50
Sacerdoti fide digno aſſerenti morientem dediſſe licentiam revelandi confeſſionem creditur, ibid.n.50
Sacerdoti judicialiter revelanti confeſſionem, nulla fides eſt adhibenda, ibid.n.51
Sacerdoti aſſerenti ab aliis dictum, & non per confeſſionem incumbit onus probandi, ibid.n. 53.& 54
Sacerdoti credendum ſit de commiſſione ſibi data à teſtatore diſtribuendi pecuniam in ſchedula contentam pro relevatione conſcientiæ defuncti, fol. 61. n. 56
Sacerdoti dicto in foro conſcientiæ ſtatur, ibid.n.60
Senatus ſupremi Regii ponitur deciſio, ibid.n.61.in fin.
Securitas, & ſalvuſconductus à Principe debitori datus ejus fidejuſſori proſit, fol.64.n. 38
Sententia lata in favorem agentis ſine actione nulla eſt, nulla parte opponente, fol.68.n.13
Simulatum inſtrumentum non dicitur inſtrumentum, fol.79.n.47
Simulatus contractus eſt tanquam corpus ſine anima, ibid.n.48
Sciens res aliena vendere, atque emens, expenſas in cauſa evictionis non conſequitur, fol.80.n. 42
Si ſciens alienam rem vendideris omnino de expenſis factis teneris, ibid.n.43
Statutum de ſtando juramento alicujus recipit probationem in contrarium, fol.89.& 90. n. 33.40.& 41
Sententia effectualiter debet eſſe executa, ut res ſit evicta, & evictio detur, fol.91.n. 1
Sententia res debet eſſe ablata à manibus emptoris, ibid.n.2. & 3
Sententia non expectata, ſi inter partes conveniat quòd emptor pretium recuperet in ingreſſu litis poteſt recuperare, ibid.n.7
Sententia diffinitiva demandata executioni debet eſſe, ut res dicatur evicta, fol.93.n. 25
Sententia interlocutoria non præſtat cauſam evictionis; quia alia poſt eam ſperatur ſententia, fol.94.n.45.& 46. & fol. 93. n. 25
Sententia lata in via executiva non cauſat actionem de evictione, in qua non dicitur quis ſuccubuiſſe, cum non facit rem judicatam, fol. 93.n.26
Sententia in cauſa evictionis debet eſſe lata ſuper re ipſa, fol. 94.n. 35
Sententia lata ſuper fructibus ſequeſtratis jure dominii, tunc ſufficit, ut agi poſſit de evictione, ibid.n.36
Sententia lata in favorem emptoris ad reſtituendam rem ſibi venditam, ſi non fuerit executa, non competit ei actio de evictione, ibid.n.37. v. declara.
Sententia non ſufficit, quia evictio actualem rei ablationem requirit, ibid. n. 39
Sententia ſine actis fidem facit, fol. 95. n. 50
Sententia probat titulum, ibid.n.51
Sententia probat dominium, ibid.n.52
Sententia ſine proceſſu non poteſt apparere an emptor jure, vel injuria fuerit condemnatus, ibid.n.53
Sententia lata contra emptorem mandari debet executioni contra venditorem neceſſarium illius defenſorem, fol.96.n.1
Declaratur hoc procedere, ſi bona emptoris non reperiantur penes venditorem, ibid.n.2
Sententia mandatur executioni contra emptorem, quando vocatus ad judicium non eſt ſolvendo, fol.97.n.3
Sententia hujuſmodi executatur quoad fructus, ſumptus, & intereſſe in bonis venditoris, ibid.n.4
Sententia poteſt ferri contra nominantem, quando nominatus non comparet, ibid.n.5
Sententia non poteſt ferri in procuratorem ad judicia, ibid.n.8
Sententia datur contra procuratorem, in rem ſuam datum, ibid.n.9
Sententia in cauſa criminali, & matrimoniali non fertur in perſonam procuratoris, ibid.n.10
Sententia ferri poteſt in procuratorem quando procurator egit cauſam à principio, & in fine, ibid.n.11
Sententia fertur in dominum, & procuratorem, quando ambo in quolibet actu comparuerunt, ibid.n.12
Quod declaratur, quando dominus fuit litem conteſtatus, & juravit de calumnia, ibid.n.13
Sententiæ diverſæ referuntur circa hoc, ibid.n.14.& 15
Quod non procedit, quando in cauſa proceditur ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu judicii, ibid.n.16
Quod etiam procedit in procuratore ſimplici, & non in œconomo Eccleſiæ, vel Syndico Univerſitatis tutore, & curatore, ibid.n. 17
Nec in ſententia interlocutoria minus præjudiciali, ibid. num.18
Nec quando dominus eſt præſens in judicio, ib.n.19
Nec in procuratore ſervitutis realis, ib.n.20.uſque ad 23
Sententia lata contra debitorem principalem poteſt exequi contra fidejuſſorem judicii ſine novo proceſſu, fol.98.n.32
Sententia hæc non exequitur, quando fidejuſſor judicii inefficaciter eſt obligatus, ibid.n.33
Sentētia lata contra principalem, nō exequitur cōtra ejus fidejuſſorem, quando fuit lata in contumaciam, ib. n.34
Sētentia lata cōtra principalem contractus, non exequitur ejus fidejuſſor ſine novo proceſſu, ib.n.34.& 35
Nec in vim probationis valet, ibid.n.36
Sentētia lata cōtra unū ex pluribus correis poteſt executari contra omnes pro rata, etiam non citatos, ib.n.37
Sententia lata contra unum ex reis debendi inſolidum obligatis, cæteris obligatis nocet, ibid.n.38
Sententia *de remate* lata contra unum inſolidum obligatum, decerni poteſt mandatum, *de apremio* contra cæteros obligatos inſolidum, ibid.n.38
Sciens cauſam ex qua poſteà res evincitur, & eam tacet, licèt per pactum de evictione non teneatur, non ei prodeſt., fol.108.n.29.in fin.
Spei expectatio vana eſt, & fallaciſſima, & ſomnium vigilantium, fol.116. n.18
Spes ad aliquam rem non eſt ſufficiens ad agendum ad ipſam rem, ibid.n.20
Spes vera eſt, quæ fundatur de præſenti, ibid.n.21
Spes ſuccedenti patri non eſt habenda in conſideratione. ibid.n.22
Spei nō reprobatæ appellatione venit etiam res, ib.n.23
Spes pro veritate habetur, ibid.n.24
Spes poteſt deduci in pactum, ibid.n.25
Spes probabilis, & indubitata, idem de ea judicatur, ac ſi de re, ibid.n.26
Spes iſta juri quæſito adæquatur, ibid.n. 27
Spes probabilis, quæ dicitur, ibid.n.28.& 29
Spes, & dubius eventus vendi poſſunt, ibid.n.30
Veluti iactus retis, captus miſſilium piſcium, & avium, & cujuslibet alterius eventus vendi poſſunt, ibid.n.31
Solutio debet fieri in moneta conventa, & deſignata

Index Materiarum.

inter partes, fol.121.n.12

Solutio monetæ aureæ, vel argenteæ debet fieri in auro, vel argento, quando moneta aurea, vel argentea fuit promiſſa, & verè recepta, ibid.n.12.

Solutio monetæ æneæ fieri poteſt, quādo pecunia aurea, vel argentea, etſi promiſſa, nō ſit verè recepta, ib.n.12

Solutio ſpeciei, vel quantitatis non poteſt fieri invito creditore, quando eſt debitor generis, fol.122.n.13

Solutio poteſt fieri in alia ſpecie in cauſa neceſſitatis, ibid.n.14

Solvere debens ſtante ejus impoſſibilitate, tunc ſpecies pro quantitate ſolvi poteſt, ibid.n.15

Solvere debens cert. quantit. propter incommodam partitionem permittitur, ut ſolvatur æſtimatio rei, ib.n.16

Solvi poteſt aliud pro alio, quando eſſet dura ſeparatio ob rationem ſanguinis, ibid.n.17

Solutio poteſt fieri in diverſa re, quando aliud ſuccedit in obligatione loco ejus, ibid.n.18

Solvere obligatus in contractibus innominatis, in quibus præcisè tenetur ad factum ſolvendo intereſſe liberatur, ibid.n.19

Solvere debens in quantitate, quæ habetur loco ſpeciei, pro quantitate ſolvi poteſt ſpecies, ibid.n.20

Solvens unum, quod eſt in obligatione, & aliud in ſolutione, rectè ſolvitur, ibid.n.21

Sententia lata contra uxorem non nocet marito, fol.148. num.16

Sententia lata contra maritum nocet uxori, ibid.n.17

Sētentia lata contra procuratorē nocet domino, ib.n.18

Species ſoluta pro ſpecie ex cauſa tranſactionis, & in ſolutum data, evicta agitur primæva actione, fol.161. num.27

Vel quando ſolvitur genus pro genere agitur primæva actione, ibid.n.29

Vel etiam quando ſolvitur ſpecies pro ſpecie, ibid.n.29

Vel quando ſpecies pro genere datur, ibid.n.30

Et quando datur genus pro ſpecie, tunc ſi evincatur non liberatur debitor, ſed datur prima actio, ibid.n.31

In ſolutum recipiens, ſi evincatur res nunciare debet, ſicut emptor, ibid.n.33

In ſolutum datione procedit evictio, etſi nihil dicatur, ibid.n.35

Senatus ſupremus Regius nunquam permiſit, quòd patroni præſtarent majorem quantitatem in Capellaniis, quàm ad rationem ſummæ conſtitutæ tempore fundationis, fol.169.n.54

Sententia rei alienæ efficit, ut non competat de evictione actio in omni contractu, fol.185.n.26.&27

Scientia accipiētis periculū in eum trāsfert, f.186.n.29

Scienter ſuam portionem accipiens dividens & res conditionatas in ea inſunt, non poteſt conqueri ſub prætextu læſionis, & deceptionis, ibid.n.31

Subhaſtatio judicialis, nec conventio creditorum poteſt præjudicare creditori in ſua hypotheca, cum ea detur contra quemcumque poſſeſſorem, fol.193.n.45

Sententia lata contra emptorem contumacem non nocet venditori, fol.218.n.24

Sententia lata contra debitorem contumacem non præjudicat creditori, ibid.n.25

Sententiæ effectus ubicumque ſe extendit in præjudicium alterius, quàm illius contra quem eſt lata numquam præjudicat tertio, ibid.n.26

Sententia judicis injuſta, eſt caſus fortuitus, fol.219. num.2

Sententia lata contra fidejuſſorem per injuriam judicis, non illius culpa, fidejuſſori non nocet, ibid.n.5 v. doctores.

Sententia lata judicis injuria, vel injuſtitia conſultum eſt emptori contra judicem, ibid.n.8.9

Solutio facta tempore murmurationis edicti circa mutationem, ſeu diminutionem valoris monetæ, vel circa reprobationem non eſt valida, fol.257.n.74

Servitus partem rei non continet, fol.261.n.10

Sciens venditor morbum animalis, & tacens non liberatur à redhibitoria, fol.276.n.17

T

TEmpus ſex annorum eſt ſufficiens tempus, ut fidejuſſor diu ſteterit in obligatione, fol.16.n.47

Textus *in cap. brevi de jurejurand.* expenditur, fol.34. n.23.& 24

Textus *in cap. potuit, de locato*, explicatur, ibid.n.26

Tertius poteſt ipſum cum quo contraxit tamquam ſibi obligatum convenire, fol.40.n.88

Tertius comparens pro ſuo intereſſe in judicio, non poteſt forum declinare, ſed debet proſequi judicium, fol.49.n.33

Textus *in Authentic. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imperat. offer.* explicatur, fol.56.n.46. uſque ad 48

Teſtibus dicentibus ſe alio modo dixiſſe, quàm fuerit à Notario ſcriptum magis creditur Notario in cauſa civili, quàm in criminali, fol.59.n.34

Tertius poſſeſſor, qui non eſt nominatus, nec continetur inſtrumento non poteſt executari, fol.69.n.32.v. & ratio.

Tertius poſſeſſor ille dicitur, qui non eſt hæres, vel ſucceſſor illius in quem principaliter jus exequendi non competit, ibid.n.35

Tertio poſſeſſori ſufficit ſuam probare poſſeſſionem, ut in eum executio non cadat, ibid.n.36

Tertius poſſeſſor titulo nullo, & à lege reprobato adverſus eum executio datur, ibid.n.37

Tertius poſſeſſor rei emphyteuticæ pro canone executari poteſt in re emphyteutica, ibid.n.38

Tertius poſſeſſor rei emphyteuticæ executari non poteſt niſi recognitio præcedat, fol.70.n.39. uſque ad 41

Tertius poſſeſſor rei litigioſæ executari valeat, ibid.n.42

Tertius poſſeſſor ſi nactus fuerit rem per ſimulatum contractum adverſus eum dabitur executio, ibid.n.45

Tertius poſſeſſor habens rem depoſito vel commodato poteſt executari, ibid.n.49

Tertius poſſeſſor, qui dolo adeptus fuerit rem executari valet, ibid.n.50

Titulus de his, quæ in fraudem creditorum, accipiendus eſt, quando nulla lite mota in fraudem facta eſt alienatio, fol.71.n.62

Tertius poſſeſſor citandus eſt, in quem lite pendente facta eſt alienatio, fol.72.n.69

Tertius poſſeſſor eſt citandus non ad effectum ut novus cum eo fieret proceſſus, ſed ut liquidetur, an à debitore illo jus, & cauſam habeat, ibid.n.70

Tertius poſſeſſor citandus non eſt, ſi cauſam à litigante habere conſtet, qui alienavit, ibid.n.70

Tempus in denunciando emptor ſervare debet, f.74.n.1

Tempore quolibet venditori denunciari poteſt, ibid.n.2

Tempus congruum denunciandi dicitur, dummodo jus authoris deterius factum non ſit, ibid.n.3

Terra quo tempore fructus ſuos ſponte producere deſierit, fol.115.n.11

Tradita res non dicitur libera, quæ ad alium pertinet, fol.129.n.10

Traditionis obligatio individua eſt, promiſſor traditione partis non liberatur, fol.130.n.20

Teſtator non præſtat evictionem pro inſtitutione, fol.157.n.51

Text. *in Authen. de non alienan. reb. Eccl. §. quia verò, Leonis, in fin.* explanatur, fol.166.n.13

Teſtator gravans hæredem ad faciendam Capellaniam, vel Altare cum certa expenſa ſcutorum ſinguis annis; tunc augmentum & diminutio ſpectat ad Capellanum, & non ad hæredem, fol.172.num.74. & 75.v.ſecundus.

Tranſigens non transfert dominium, quando rem remittit, ſecùs ſi eam tradit, fol.175.n.3

Tranſactionis nomine datum alicui, ſi evincatur ab alio tene-

teneturr ipſe, qui dedit, ibid.n.4

Tranſigentes ſi in hunc modum componerentur, ut unus accipiat partem unam ejus, aut eorum de quibus eſſet controverſia, & alius aliam; tunc quæcumque evinceretur non tenetur alter de evictione, ibid.n.5

Et aſſignatur ratio, ibid.n.6

Tranſactionis nomine in illa re, quæ datur, in qua debetur evictio primæva actione agi non poteſt, ſed præſcriptis verbis, fol.176.n.7

Tranſactione res data, obligata, vel alienata pro parte fuerit probata tranſactio ita valet, ut lis inſtaurari non poſſit, fol.176.n.9

Tranſigens petitor fundi cum poſſeſſore, fundum litigioſum illi remiſerit, poſteà illud evicerit, non poterit agi de evictione contra illum, qui remiſit, ibid.n.10

Tranſactio quando eſt ſuper ipſa lite, vel inſtantia, non debetur evictio, ſecus quando tranſigitur ſuper ipſa lite, ibid.n.11.& 12

Tranſigens, & remittens, etſi non teneatur de evictione, tenetur tamen ad pretii reſtitutionem, ibid.n.12

Tranſigens, qui dimittit rem poſſeſſori, non tenetur ad reſtitutionem pretii, ibid.n.13

Tranſactioni impugnans, & veniens contra eam antea omnia tenetur reſtituere, quod ex tranſactione recepit, ibid.n.14

Etiamſi impugnet ex capite læſionis enormiſſimæ, ibid. num.15

Vel etiam tranſactionem impugnent minor & Eccleſia, ibid.n.16

Et antequam fiat reſtitutio pretii ſuperſedendum eſt in lite, ibid.n.17

Intellige parte petente, ibid.n.18

Tranſactioni contraveniens ex capite nullitatis audiendus non eſt, niſi prius refuſo pretio, ibid.n.19

Quod non habet locum, quando quod fuit datum cauſa tranſactionis pro augmento cultus divini, ibid. n.20

Tranſactio reſoluta culpa partes adverſæ non adimplentis ex parte ſua, non eſt illi ante omnia facienda reſtitutio, ibid.n.22

Tranſactionem impugnans, ſi habet aliquam aliam juſtam cauſam, & titulum retinendi pretium, quod accepit non prius illud reſtituit, fol.177.n.23

Vel quando dolo ſuit inductus ad tranſigendũ, ibid.n.24

Vel etiàm quando receptum fuit in tranſactione corpus aliquid, quod poſteà evictum fuit ſine culpa partis, ibid.n.25

Tranſactionis nullitatem petens, & reſciſſionis cauſam propoſuerit lite pendente variare nnn poteſt actor, ibid.n.26

Quod procedit in reſciſſione cujuſvis contractus quod tunc actor non eſt audiendus, niſi reſtituto prius pretio, ibid.n.27.uſque ad 32

In tranſactione hujuſmodi exceptio reſtitutionis pretii eſt dilatoria, ibid.n.34

Tempus contractus emptionis, & venditionis eſt conſiderandum ad juſtitiam, vel injuſtitiam pretii non anterioris, vel poſterioris tempus, fol.164.n.14

Tempus executionis, & non conventionis attenditur, quando traditio rei, vel executio negotii confertur in futurum, ibid.n.13

Tempus retractus non currit dum res eſt in controverſia inter *empt. & vendit.* fol.266.n.3. & 7

Tempus eligendi non currit pendente lite ſuper jure eligendi, ibid.n.5

Tempus querelæ non currit pendente nullitate teſtamenti, fol.267.n.8

Tempus appellandi non currit pendente nullitate ſententiæ, ibid.n.9

Tempus non currit pendente lite ſuper admittendis, vel non articulis, ibid.n.10

Tempus probationum non currit durante concordia partium, ibid.n.11

Tranſactio non valet ex cauſa pecuniarum in ludo amiſſarum, fol.272.n.13

Tempus reputabitur utile, ſi ignoranti noceret, f.271. num.29

Tempus redhibitoriæ ſi ſtatutum præſcribit, an ſit utile, vel continuum, ibid.n.30

V

Verbum rectè ad juſtitiam refertur, fol.5.n.24

Venditor poſt evictionem poteſt cogi ad cavendum de evictione, quia eſt de naturalibus venditionis, fol.7.n.5

Venditor non tenetur cavere, ſi à principio non eſt conventum, fol.11.n.7. v. Hoc tamen.

Venditor præſtat fidejuſſorem, quando in loco contractus viget talis conſuetudo, fol.14.n.39

Verba Notarii, ſunt verba partium, quando ſunt facti, fol.10.n.45

Venditor tenetur fidejuſſorem præſtare, quando Princeps confirmat venditionem, ibid.n.50

Venditor, cui conceditur dilatio tenetur cavere, ſi petatur ab ejus creditoribus, ibid.n.51

Venditor ubi excipit aliquem caſum ſpecialem, vel perſonam, videtur certiorare emptorem, quod in tali caſu, vel perſona res evinci poteſt, fol.12.n.76

Venditor non tenetur de evictione, quando conventum eſt, ne teneatur, nec ad pretii reſtitutionem, ibid.n.78

Venditor non cogitur præcisè ad dandum fidejuſſorem, ſed cauſativè, fol.7.n.14

Venditor ſi pauper eſt non reperto fidejuſſore, admittitur ad cautionem juratoriam, fol.10.n.55

Venditor excipiens aliquem caſum ſpecialem, vel perſonam, per hoc videtur certiorare emptorem, quòd in tali caſu, vel perſona res evinci poteſt, fol.12.n.76

Uno, eodemque tempore non poteſt quis obligari, & conſtitui in mora, fol.14 n.19

Venditor meliùs ſcit rem venditam defendere, f.20.n.5

Venditor dicitur defendere, ſi emptorem inſtruit, fol.22 num. 27

Venditor requiritur, ut interpelletur, ibid.n.28

Venditor debet credere emptori in denunciatione, ſi vir bonus reputatur, fol.23.n.40

Viro bono, & gravi credendum eſt, ibid.n.41

Venditor veniens ſponte ad litem ſuſcipiendam, requirendus non eſt, ibid.n.45

Venditor, qui juravit defendere emptorem, ſciens litem motam, non eſt requirendus, ibid.n.47

Vaſſallus, qui juravit defendere dominum ſciens in vim juramenti non eſt requirendus, ibid.n.48

Valet argumentum à materia feudali ad alios caſus de jure communi, fol 24.0.51

Vaſſallus non obligatur dominum defendere, niſi requiſitus regulariter propter juramentum, fol.25.n.64

Venditor ſciens litem, & habens inſtrumentum ad victoriam, & ultro non exhibet emptori in lite mota, non requiritur alia interpellatio, fol.27.n.75

Venditori an ſufficiat indicare Notarium, penes quem ſunt inſtrumenta, ibid.n.76

Ubi venditori nulla competit defenſio, non requiritur denunciatio, ibid.n.77

Intellige, ſi emptor probat juſtitiam evincentis, fol.28. num.78

Ubi eſt notorium rem eſſe evincentis, venditor tenetur non ſequuta ſententia judicis, ibid.n.81

Vendens quis omnino rem à ſe evincendam, etiam non lata ſententia poteſt agere de evictione, quia tunc res dicitur evicta, fol.30.n.104. & 105

Venditor nullam juſtum allegans defenſionem poſt ſententiam, quòd ſi antea ei eſſet denunciatum aliam non allegaſſet; tunc emptor ſine denunciatione aget, expenſas tamen litis non ſolvet, cujus culpa non ſunt factæ, ſed emptor, qui ſic temere litem eſt proſecutus, fol.31.n.107

Index Materiarum.

Venditor, & emptor quando ſunt conventi in eodem judicio, non requiritur denunciatio, ibid.n. 1
Ultimæ voluntates, & teſtamenta à pari procedunt, fol.25.n. 27
Venditor ſi promiſit, quomodocumque res evincatur, an teneatur de evictione, ſi denunciatio ei facta non ſit, fol. 41.n.96
Venditor tenetur defendere emptorem coram judice competenti ipſius emptoris, fol.42.n.1
Venditor non comparens in judicio, non poteſt emptor obtinere, ut liberetur ab inſtantia, ſed in ea proceditur, ac ſi venditor nunquam comparuiſſet in judicio, fol.43.n.6
Venditor non poteſt trahere cauſam ad judicem, quem de jure communi ſortitur, ibid.n. 7
Venditor comparens ad defendendum authorem admittitur tanquam ſimplex defenſor, & procurator in rem ſuam, & non ad declarandum judicium, ibid.n.8
Venditor, qui ante inchoatum judicium comparet, & petit transferri judicium, quomodo intelligendum ſit, ibid.n.11
Venditor invito actore judicii tranſlationem impetrare non poſſet, eo autem conſentiente poteſt, ibid.n.12
Venditor admittitur, ſi compareat non animo novandi actionem, ibid.n.13
Venditor comparens poſtquam judicium eſt inchoatum cum emptore, non poteſt judicii mutationem obtinere, ibid.n.19
Venditor tantum poterit aſſiſtere emptori ſumendo litem in terminis, in quibus eſt tempore aſſiſtentiæ, ib.n.20
Venditor comparens ante litem conteſtatam, non poteſt peti transferri judicium, ſed tantum aſſiſtere emptori, ibid.n.23
Venditor comparens poſt finitam dilationem conceſſam emptori ad probandum non poterit hoc caſu novas probationes facere, quantumcumque alleger ſe ignorare dilationem datam emptori, ibid.n.24
Venditor an poſſit opponere fori declinatoriam ex perſona ſua, vel ex perſona emptoris, fol.44.n.28
Veniens ad aſſiſtendum alteri litem aſſumere debet in eo ſtatu, in quo eſt tempore aſſiſtentiæ, ibid.n. 31
Venditor licet judicium inchoatum mutare non poſſit, tamen coram judice emptoris poteſt allegare omnes exceptiones ex perſona ſua competentes, ibid.n.36
Venditor comparens in judicio ex proprio intereſſe, poteſt opponere exceptionem peremptoriam, etſi ſit limitata ad ejus perſonam, ibid.n. 39.& 40
Uſufructuarius nominans in judicio proprietarium, non facit transfundi in eum judicium, quia ex propria perſona habet jus in re, fol.46.n.61
Venditor aſſumens judicium in ſe non mutat judicium, & tenetur cauſam defendere in eo judicio, ubi emptor reſpondere tenebatur, fol.48.n.13
Uſura omni jure eſt prohibita, intereſſe omni jure permiſſum, fol.56.n.43
Velleianum conſuluit mulieri, non quia mulier eſt, ſed quia interceſſit, fol.65.n.49
Venditor primus, ſi res tranſit per plures manus, an teneatur de evictione, fol.66.n. 1
Venditor primus tenetur de evictione, ſi res evincatur ab immediato emptore, fol.67.n.7
Venditor primus tenetur de evictione, ſi res per mille manus tranſiiſſet, & ab ultimo evincatur, dummodo non ſit ex cauſa ſucceſſorum, ibid.n.8
Hoc tamen procedit, quando primo authori fit intimatio litis, & quando alii ceſſerant jura contra authores, ibid.n.9
Venditor ultimo debet fieri denunciatio, & non primo authori, ibid.n.10
Virtus nulla eſt referentis, niſi appareat quanta, & qualis ſit virtus relati, fol.93.n.92. uſque ad 94
Venditor quandocumque judicium in ſe ſuſcipere poteſt contra emptorem, fol.74.n.7
Venditor, etſi priùs appellet, poſſet emptor poſteà appellare, fol.75.n.25
Venditor poteſt appellare ab illa ſententia, à qua poteſt appellare emptori, ibid.n.26
Venditor tenetur defendere emptorem ſua impenſa, fol.77.n.3. in fin.
Declaratur hoc procedere, ſi res evincatur ex defectu juris venditoris, ſecùs ſi evictio cauſaretur ex natura judicii intentati, ibid.n.5
Venditor ad quos ſumptus teneatur, ibid.n.6
Venditor non tenetur de evictione, ſi emptor contumax eſt in lite, ibid.n.7
Venditor, & eſt verius, tenetur ad omnes expenſas litis neceſſarias, ibid.n.8
Venditor non tenetur ad culpam emptoris, quam ipſe admiſit, fol. 80.n.39
Venditor tenetur emptori ad gabellas, & laudemia ſoluta pro rei evictæ venditione, fol.81.n.47
Venditor tenetur ad damna, & intereſſe appoſita propter clauſulam de reficiendo damna, ibid.n.48
Quod procedit etſi evictio procedat de jure communi, vel ex jure ſpeciali, ibid.n.49
Uſuræ, & intereſſe pendente generali judicio bonorum debitoris in odium aliorum creditorum poſteriorum non debent currere, ibid.n.52
Uſura non eſt debita à principio ſortis, ſed naſcitur ſingulis annis, ibid.n.52
Uſura hæc, & intereſſe non debent diminuere ſortem poſteriorem creditorum, ibid.n.52
Venditor obligatus de evictione tenetur ante ſequutam evictionem propter juramentum, & dolum, f.83.n.75
Venditor ſequuta evictione poteſt conveniri, vel ejus hæres ad damna, & expenſas, & intereſſe paſſa in cauſa evictionis, ibid.n.76
Verbū reſtituere, importat plenariā reſtitutionem, ib.n.86
Verbum nullum otioſum eſſe non debet in inſtrumento, fol. 84.n.93
Venditor ſive jure poſſeſſionis, ſive proprietatis, ſemper tenetur ad ſumptus litis, fol.86.n. 116
Venditor vendens rem liberam ab onere hypothecæ, tenetur emptori ad intereſſe, ibid.n.120
Venditor tenetur rem tradere liberam non ſolum à ſervitute, ſed à creditoribus, ibid.n.125
Emptor non debet eſſe ignarus conditionis venditoris cum quo contraxit, fol.87. n.133
Quod non procedit, quando ex natura contractus alter ex contrahentibus notificare tenetur adverſario omnes qualitates rei, in tali caſu non poteſt obiicere ignorantiam quam ipſe cauſavit, ibid.n.134
Venditori non ſufficit partem onerum explicitè declarare, & aliam perfuſoriis verbis ſignificare, ſed omnia tenetur explicare, ibid.n.135
Venditor ſciens decretum brevi publicandum per quod diminuatur valor rei de illo tenetur emptorem certiorem reddere; aliàs tenetur de dolo, ibid.n.136
Venditor promittens ſtare ſimplici verbo emptoris de damnis, & expenſis paſſis ab emptore, valet conventio ejus, fol. 88.n.1
Venditore abſente valet hujuſmodi declaratio, ibid.n.1 in fin.
Veriſimilitudo in omnibus debet attendi, fol.89 n.20
Venditor ſi lædatur in hujuſmodi declaratione emptoris circa damna paſſa recurritur ad arbitrium boni viri, ut æquum arbitretur, fol.88.n. 15
Venditor poteſt revocare facultatem datam emptori jurandi, & declarandi circa damna, ſi emptor mutaverit conditionē ſuam, & deteriorē feciſſet eam, f.89.n.24
Venditor tenetur declarare qualitates rerum ſuarum, & præſumitur in mala fide, ſi eas non declarat, f.86.n.128
Venditor eſt in culpa, ſi ignorat, & faciliter aſſerit rem eſſe liberam, quam ignorabat, ibid.n. 129

Venditor

Index Materiarum.

Venditor non tenetur de evictione, niſi re evicta ante evictionem, fol.91.n.1
Ut res evicta dicatur oportet, quod per ſententiam rea ſit ablata emptori, ibid.n.2
Ut etiam evicta dicatur, eſſe debet à manibus emptoria abdicata, ibid.n.3
Ut quid ſit ſimpliciter dictum inter partes, quod mota lite ante evictionem ſequutam & agi poſſit, f.92.n.6
Venditor rem alienam vendens ignoranti, agi poteſt re non evicta, ibid.n.10
Venditor promittens rem eſſe liberam, ex tali narratione, & promiſſione videtur inductus emptor ad emendum, alias non eſſet empturus, iſta conventio auget obligationem, ibid.n.13.in fin.
Venditor ignorans prohibitionem alienationis rei venditæ, tenetur de evictione ad damna, & intereſſe ex natura evictionis ex empto, fol.93. n. 17. 18. & 19
Venditor non tenetur de evictione, ſi res evicta ſit per confeſſionem emptoris, ibid.n.23
Venditor promittens de evictione, & de legitima defenſione tam juris, quàm facti, non tenetur ad aliud quàm ut in judicio proſequatur, ac defēdat, f.94.n.43
Venditor offerens emptori rem æquè idoneam, & bonam rei evictæ non liberatur, fol. 100.n.1
Venditio in hoc differt à locatione, quia locans poteſt tradere rem æque idoneam, venditor ſecùs, fol. 101. num. 3
Unde benignior eſt lex cum locatore, quàm cum venditore, ibid.n.4
Venditor promittens certum dare fidejuſſorem, dando æquè idoneum liberatur, ibid.n.7
Venditor ex pacto, qui fidejuſſorem dare tenetur, an dando æquè idoneum liberetur, ibid.n. 8. & 9
Venditor, qui tenetur fidejuſſorem præſtare, an dando minus idoneum, receptum liberetur, ibid.n.10. & 11
Quod intelligitur, quando ſcienter recipitur. ſecus ſi ignoranter, ibid.n.12. uſque ad 16
Venditor cautum, & ſecurum promittens reddere emptorem, an teneatur cum fidejuſſoribus, ibid.n.17. v. Inſuper.
Venditor promittens idoneè cavere, intelligitur cum fidejuſſore, ibid.n.18
Venditor promittens dare fidejuſſorem liberatur dando pignora æquivalentia, ibid.n.19
Venditor dans pignora, eſt magis plena, & pinguior cautio, fol.102.n.21
Venditor ex lege præſtans fidejuſſorem tunc dando pignora, non liberatur, ibid.n. ibid.
Venditor in debito non liquido excuſatur offerendo pignus, ibid.n.22
Quod ſecus eſt in debito liquido, ibid.n.23
Vel in fidejuſſore promiſſo, ſed non in accepto, ſecundum Arias Pinel. ibid.n.24
Venditor ex lege venditionis rem vult redimere, an ſatis ei ſit pretium offerre, an teneatur illud deponere, fol. 103.n.1
Venditor non ſufficit ſolum offerre, ſed requiri depoſitionem, & obſignationem pretii, ibid.n.3
Venditor non tenetur de evictione, quando res evincitur jure ſpeciali, fol.106.n.1
Venditor tenetur de evictione, ſi promiſit quomodocumque res evincatur, fol.108.n.29
Venditor etiam tenetur promittens quomodocumque res evicta fuerit, etiam per arbitri ſententiam, in quem ſponte emptor cauſam compromiſit, ibid.n.29
Venditor paciſcens ne teneatur de evictione, non ei prodeſt quando ſcit cauſam; ex qua poſteà res evincitur, & eam tacet, ibid.n. 29. in fin.
Vendens rem habita fide de pretio, ſi rei forma mutetur in aliam, in ſubſidium eandem rem vendicari poteſt, penes quemcumque reperiatur, fol. 113.n.49
Uſuræ vicem fructus obtinent, fol.115.n.6
Vinum vetus mutuo accipiens, novum reddere non licet, fol.119.n. 71
Vinum novum deterius eſt veteri, ibid.n.71
Vinum vetus carius eſt novo, ibid.n.71
Venditor condemnatus ratione rei evictæ ſolvens emptori unam rem pro alia emptore inviro, non liberatur, fol.121.n.1
Una res pro alia retineri non poteſt, niſi de conſenſu partium, ibid.n.8
Venditor obligatus ad ſolvendum pretium rei evictæ in moneta aurea, vel argentea, non poteſt ſolvere in moneta ænea, ibid.n.12
Venditor debitor quantitatis ſtante impoſſibilitate ſolvendi in pecunia cogere creditorem ad recipiendam ſpeciem, & bona immobilia poteſt, fol.125.n.60
Venditores unius rei in ſolidum pro indiviſo, de evictione obligantur, fol.129.n. 7
Venditor tenetur regulariter de evictione emptori, ib.n.8
Venditor tenetur rei venditæ liberam, & vacuam tradere emptori, ibid.n.9.& 10
Vendita res in totum, ſi in parte aliena reperiatur, non poteſt agi de evictione, antequam res ſit evicta propter dolum venditoris ad omne intereſſe agitur, ib.n. 12
Venditor præſumitur habere notitiam oneris, & vitii rei venditæ, ibid.n.13
Venditoris jus præſumitur ignorare emptor, ibid.n.14
Vendita univerſitate, ſi evincatur res particularia non datur evictio, niſi ſit promiſſa, ibid.n.15
Vendens hæreditatem, vel univerſitatem non videtur vendere rem particularem, ſed jus univerſale ſibi competens, & illud non evincitur, de evictione non tenetur, ibid.n. 15.
Vendens plures res unico pretio, unica venditio dicitur, fol. 130.n.18
Venditæ res unico pretio, ſi aliqua ex his non tradatur, non reſolvitur contractus, ſed agi poteſt ad implementum, ut res tradatur, ibid.n. 19
Venditio rerum unico pretio facta in aliquibus earum ſubſiſtit, licèt aliæ non tradantur, ibid.n.21.& 22
Venditio plurium animalium ejuſdem generis, & officii uno redhibito, an ſubſiſtat venditio, ibid.n.23
Quod non procedit, quando eſſet dura ſeparatio, ib.n.24
Vel quando vendita res cum alio communis eſſet, ib.n.25
Vel etiam quando ex pluribus rebus in pretio diſtractis, una tradi non poteſt ob quam emptor eſt impulſus comparare alias, ibid.n.26
Venditor non tradens rem liberam, ſi agat ad pretium ſubmovebitur exceptione rei non traditæ, ibid. n.28
Venditor eſt in dolo, ſi ſciens rem alienam eam vendidit tanquam propriam, vel ſaltem ſupprimit aliquam obligationem, ibid.n.28.v.Eſt enim.
Venditor ſi ſcit vitium rei, & tacet præſumitur animo circumveniendi id facere, ibid.n.28. in fin.
Venditoris ignorantia non nocet emptori, f.131.n.35
Venditor ubicumque ſciens non certiorem emptorem fecerit de qualitate rei propter quam minoris valet, tenetur ignoranti ad intereſſe, ibid.n.35.in fin.
Venditor tenetur ea omnia exprimere circa rem venditam, quæ emptorem poſſint à contrahendo removere, fol.132.n. 44
Venditor tenetur apertè explanare omnes qualitates rei venditæ, nec ſufficeret verbis generalibus, ibid.n.45
Venditor non ſolum tenetur certiorare de his, quæ ab ipſo dependent, ſed de his, quæ ſunt extra rem, ibid.n.46
Venditor ſi ſciat decretum brevi publicandum per quod diminuatur valor rei tenetur emptorem certiorem reddere, aliàs eſſet in dolo, ibid.n.46
Venditor ignorans rem prohibitam alienari, excuſatur à præſtatione damnorum, ibid.n.47
Vendens rem litigioſam ignoranter non incurrit in pœnam impoſitam ſcienter alienanti, ibid.n.48

Venditor

Digitized by Google

Index Materiarum.

Venditor etiam ignorans tenetur de evictione ad damna & intereſſe, ibid.n. 48. Secùs ſecundum Bart.n. 49
Venditor tenetur ad intereſſe cum uterque emptor, & venditor eſt ignorans ſecundum Angel. fol.133. n. 50
Venditor promittens ſervare indemnem emptorem à damnis ab eis non excuſatus propter ignorantiam, ibid.n. 51
Vendens fundum magno cenſui obnoxium, tamquam eſſet parvo gravatus, ſivè ſcienter, ſivè ignoranter, tenetur emptori actione quanto minoris, ibid.n. 52. uſque ad 55
Venditor aſſeverans etiam ignorans rem eſſe liberam, quæ non eſt propter aſſeverationem, & mendacium eſt in dolo, ibid.n. 56
Venditor ſi conſtanter, & pro firmo aſſeveret, & affirmet id de quo non eſt certus, præſumitur doloſè affirmaſſe, ibid.n.58
Secùs ſi dicta aſſeveratio manaſſet ex inconſulta facilitate, ibid.n.59
Venditoris aſſeveratio dicentis tributum deberi, vel minùs deberi cum majus deberetur licèt non ſit fraudulenta obligat venditorem, ac ſi eſſet doloſa, ibid. num.60
Venditor regulariter non tenetur niſi ad tradendum, non ad dandum, fol.157.n. 39
Venditor facta rei traditione, & re non evicta, poteſt directo conveniri actione ex empto, ut caveat; quia jure actionis venit evictio, ibid.n.43.& 44
Valor redditus Cappellaniatum debet attendi ſecundùm tempus fundationis, & non ſecundum tempus pragmaticæ reducentis cenſus ad majorem valorem, fol. 170. num.57.& 58
Valor legati debet attendi tempore ejus diſpoſitionis, ibid.n.58
Ubi quis ex legis diſpoſitione de evictione non tenetur, tunc ea ſequuta non reſtituit pretium, fol. 178.n.9
Vendens rem cum clauſula, ſalvis juribus alienis, intelligitur vendita cum ſuis oneribus, fol.179.n.18
Vendens cum dicta clauſula, ſalvis juribus alienis, non præſtatur evictio, ſi ſequatur propter aliena jura, ibid.n.19
Clauſula iſta nihil tribuit, ſed præſervat, & eſt juris alienæ præſervativa, ibid.n.20,& 21
Uſufructuarius vendens commoditatem utendi, & fruendi, mortuo uſufructuario extinguitur, nec emptor habet regreſſum de evictione; quia evictio contingit ex natura rei, ibid.n.28.29
Vendito ſub haſta habetur, ac ſi pacto, aut lege venditio facta eſſet, fol. 192.n. 31. v.ergo.
Vendita res in publica ſubhaſtatione pro ſolvendis creditoribus in eorum concurſu emptor rei ſecurus manet, & moleſtari non debet ab alio creditore, etiam priore advenienti, ibid.n. 40
Venditio nominis permiſſa eſt, fol.196.n. 2
Venditio nominis poteſt minori pretio vendi quàm ipſa actio ſit, ibid.n.3
Venditio nominis ignorante, & invito eo adverſus quem competit, fieri poteſt, ibid.n. 5
Venditor nominis tenetur de evictione, ut ſit nomen verum, & verè debitum, ibid.n.4
Venditor nominis tenetur præſtare eſſe debitum non autem debitum exigibile, ibid.n.8
Venditor nominis debet præſtare, quod aſſeruit, ibid.n.9
Vendens ſi quid juris habet contra alium, tunc non tenetur præſtare illum locupletem, ſed debitorem, ib.n. 10
Venditor aſſerens debitorem eſſe locupletem, utrumque præſtare debet locupletem, & debitorem, f.197. n.11
Vendens nomen debitoris tale quale eſt, tunc non tenetur præſtare eum locupletem, ſed debitorem tantum, ibid.n. 12
Venditor promittens nomen debitoris verum, & illæſum, tale eſſe debet, ut nulla exceptione poſſit infirmari, ibid.n.14
Venditor nominis certæ quantitatis in eam ſummam tenetur, ſi incertæ, & nihil debeatur quanti minoris intereſt præſtare debet, ibid.n.15
Vendens actiones ſuas, ut evictionem præſtare nequeat, tenetur, ut vera eſſe demonſtret, quæ aſſeruit, ib.n.16
Venditor nominis debitoris reſtituere debet emptori, quod exigit, vel compenſavit, ibid.n.17
Venditor hæreditatis tenetur ſe præſtare hæredem, non temen tenetur, ſi in ea damnum ſit, & non lucrum, ibid.n. 18
Venditor vectigalis ex natura rei, tenetur ſolùm præſtare, quòd extet jus venditum, ibid.n.19
Venditor ſi dolo verſatus ſit, cum ſciret debitorem non eſſe ſolvendo dolum, præſtare tenetur, ibid.n.20
Venditor pretium datum pro nomine, ſi velit retinere, agit de lucro captando, emptor, qui pro nomine inani dedit pecuniam, agit de damno vitando, eique potius eſt ſuccurrendum, fol.197.n. 20. v. videtur.
Venditor promittens nomen debitoris eſſe exigibile, intelligitur de jure, & non de facto exactum, ibid.n. 25
Venditor nominis ceſſi, qui promiſit debitorem defendere, non tenetur ad quantitatem, ſed ad factum, fol.200.n.62
Venditor in cauſa rei evictæ teſtis eſſe non poteſt, fol. 212.n.1
Venditor teſtis eſſe poteſt, quando eſt quæſtio inter duos emptores, fol. 213.n.3
Vel quando venditor deponit in cauſa finium, vel terminorum, ibid.n.4
Venditor teſtis eſſe poteſt, quando deponit de conſenſu partium, ibid.n,6
Venditori præſenti non oportet denunciare.fol.217.n.8
Venditor agnoſcens litem eſſe motam emptori debet illam aſſumere, & proſequi, ibid.n.9
Venditor contumax in non comparendo in judicio videtur eſſe in culpa, & tenetur de evictione, fol.218. n. 20.& 21
Venditor promittens de evictione ſequuta per injuriam judicis, emptor agere poſſit de evictione, fol. 200. num.22
Venditor promittens emptorem defendere de jure, & de facto, an teneatur defendere manu armata, fol. 222. n.1.& fol.223.n.11.
Venditor promittens emptorem defendere de jure, & de facto obligat, etiamſi per injuriam judicis res evincatur, fol.223. n.4.& 5
Venditor non tenetur ad id, quod de raro evenit, ibid. num.7
Venditor non tenetur de evictione, quando emptor fuit expulſus manu armata per tertium propter odium venditoris, ibid.n.8.& 9
Venditor nullo modo vult teneri de evictione, agit emptor ad reſtitutionem pretii, fol.375.n.1.2.&3
Venditor dicens expreſsè quocumque caſu nihil evictionis teneatur præſtare, adhuc re evicta tenetur ad pretii reſtitutionem, ibid.n.4
Venditor non tenetur ad reſtitutionem pretii, quando adſit pactum, quòd nec teneatur ad reſtitutionem pretii, ibid.n.5.& fol.228.n.7
Venditor paciſcitur, quòd nolit præſtare evictionem pro certa cauſa, & perſona, tunc non reſtituitur pretium, fol.228.n.8.&9
Venditor non tenetur ad pretii reſtitutionem, quando eſt mutua, & reciproca traditio, ibid.n.15
Cautela ponitur ad tollendum dubium, ibid.n.16
Vendens an teneatur ſi pars tantum rei venditæ, non integra res fuerit evicta, fol.231.n.3
Venditio plurium rerum licèt uno pretio facta, ſi in aliquibus conſiſtat, & aliæ non tradantur, fol.232. num.10
Venditio animalium ejuſdem officii, ſi uno non tradatur

vel

Index Materiarum.

vel ſit evicto in aliis, non ſiſtit venditio, ibid.n.11

Secùs in pluribus ſervis diverſi officii, ſi unus redhibeatur, in aliis manet venditio, ibid.n.12

Vel quando eſt dura ſeparatio inducenda, ib.n.13.& 14

Vendens partem rei pro indiviſo tradendo partem pro diviſo non liberatur, fol.334.n.21

Vendens rem uni, ſi eandem poſteà vendat alteri, qui ſcientiam habet primæ venditionis non tenetur pœna ſtellionatus, fol.236.n.5

Verba generalia copulant majora expreſſis, etiam ex cauſa non conſiderata, fol.237.n.15

Venditor rem alienam diſtrahens ſcienti, & ſcienter voluiſſet teneri de evictione, non tenetur de ipſa, ib. n.16

Idem procedit in eo, qui habet jus ad vitam, ibid.n.17

Et in fideicommiſſario vendente licèt alienet ſcienti, & promittat de evictione, non tamen tenetur, ibid.n.18

Venditor, qui fecit pactum, quòd non vult teneri de evictione, niſi pro ſuo facto, & dato tantum dicitur ex hoc res minus valere, fol.242.n.2

Venditor tenetur cavere, quando imminet evictio in limine contractus, ſi is, qui movet litem à lite deſiſtit, & ei renunciavit, fol.399.n.17

Etiam venditor caveat nolle teneri de evictione, niſi pro ſuo dato, & facto, adhuc tenetur cavere, ibid.n.18

Vel etiam quando vicinus, vel conſanguineus vigore ſtatuti velit habere fundum; quia tenetur cavere, f.245. num. 20

Venditor etiam in pluribus aliis caſibus compellitur cavere, ibid.n.21. uſque ad n.24

Venditor non tenetur cavere, quando emptor ſciviſſet rem eſſe alienam, vel alteri obligatam, ibid.n.25.& 26

Venditor non tenetur alium dare fidejuſſorem, quando mota lite ſuſcipit judicium interpellatus ab emptore, & ipſe intimavit ſuo authori, qui pariter ſuſcepit litem; quia ſi dives eſt habetur loco fidejuſſoris, vel quando venditor eſt ditiſſimus, ibid. n. 27. 28.& 29

Venditor non tenetur cavere, quando per malitiam moveretur lis, & jurare compellitur emptor, quod non fuerit per malitiam lis mota, ibid.n.32.& 33

Venditoris remedia, ne ſummittatur perſona ad litigandum, ſunt plura, fol.246.n. 52. uſque ad n. 62

Vendere quis cogitur rem ſuam ex cauſa publicæ utilitatis, fol.252. n. 13

Idem favore Religionis, ibid.n.14

Vendere rem ſuam nemo cogitur, ibid.n.15

Vendens rem ſuam invitus inhumanum eſt, ibid.n.16

Vendere, & emere eſt actus libertatis, & injurioſum videtur, ut homines inviti aliquid facere cogantur, ibid.n.17.& 18

Vendere quis cogitur favore Eccleſiæ Parochialis, vel Cathedralis, ibid.n.19.& 21

Refertur circa hoc Covarruvias. ibid.n.22

Vendere Monaſterium non cogit aliquem, ſi aliunde poteſt ſe extendi, ibid.n.23

Vendere invitus quis compellitur propter neceſſitatem inevitabilem pro Monaſterio, fol. 253. n. 24

Vendere compulſus, & invitus propriam domum, recipit notabilia detrimenta, ibid.n.25

Vendere partem rei, & non totam an quis compellatur, fol.255.n. 59.& 60

Venditio partis multa infert incommoda, ibid.n.60

Vendere partem fundi quis compellitur favore Religionis, ibid.n.62

Vendere domum quis non cogitur habita fide de pretio, ſed præſenti pecunia, quod fallit favore Religionis, ſol.256.n.63

Venditor an teneatur de facto fortuito inſolito, ibid.n.69

Vendens ex neceſſitate officii de evictione non tenetur, fol. 258.n. 2

Vendens executor teſtamentarius de evictione non tenetur, ibid.n.3

Vendens ut tutor, vel curator non tenetur de evictione; ibid.n.4

Vendens coactè, vel aliter contrahens ex neceſſitate officii, non tenetur ſe obligare de evictione, ibid.n.6

licèt teneatur ad pretii reſtitutionem, ibid.n.7

Venditor non tenetur de evictione, quæ tacitè inſunt, fol.260.n.1

Venditor non tenetur de evictione evicta ſervitute, ſed actione ex empto, ſi prædium non eſt liberum, ſed debet ſervitutem, ibid.n.2

Venditor tenetur prædium liberum præſtare ab aliis oneribus, alioquin tenetur actione quanto minoris, fol.261.n.3

Hoc eſt intelligendum de oneribus ordinariis, ſecùs de extraordinariis, ibid.n.4

Venditor tenetur quanto minoris, ſi res empta reperiatur habere ſervitutem, ibid.n.5

Venditor promittens dare promiſſionem liberam, & poſteà quis vadit per eam, non dicitur libera, ibid.n.6

Venditor ubicumque ſciens non certioravit emptorem de qualitate rei propter quam empta minoris valet, tunc emptori ignoranti tenetur ad intereſſe, ibid. num.7.& 8

Venditor poſt venditionem perfectam nihil poteſt addere, & minuere, ibid.n.9

Venditor tenetur reſtituere venditori pretium, quod valebat res tempore venditionis, fol.263.n.10

Valor rei evictæ juxtà tempus evictionis æſtimabitur, ibid. n.11

Tempus contractus eſt attendendum in actione ex ſtipulatu ad cognoſcendum rei valorem, ibid.n.12

Vendens rem ad vitam alicujus quodtempus conſideretur, ut læſio ſit, vel non ſit, fol.265.n.28. uſque ad fin. quæſt.

Venditio in re tradenda debet præſtare, ut in lite de poſſeſſione potior ſit, fol. 266. num. 5. uſque ad finem quæſtionis.

Vaſſallus non eſt in mora petendi inveſtituram, ſi patiatur feudi controverſiam, fol. 266.n. 6

Verba ſe facturum, & curaturum quid importent, fol. 270.n.12

Venditio facta in ludo colluſori non valet, fol.271. num.4

Vendens rem ſuam in ludo colluſori, vel alteri extraneo non tenetur de evictione, fol. 272.n.10

Vendens in ludo ſicut non tenetur de evictione, teneatur ſaltem ad pretii reſtitutionem, ibid.n.11

Verba generalia, & captioſa fallenti non proſunt, f. 276. num. 17

Venditorem liberat morbus patens, ibid.n.18. & 19

Venditor ſciens morbum, emptor ſupinè ignorans, an liberetur, ibid.n.20

Venditionem præcedere debet morbus, ibid.n.21

Poſt venditionem ſi animal moriatur, quid ſit agendum, ibid.n.22

Statim in hoc, quando dicatur, ibid.n.22.& 23.

Vendens inſidioſè, exprimens morbum inter alios, nihilominus redhibitoria tenetur, fol.277.n.24

Vendens de animi vitiis mancipiorum non tenetur, ſecùs de animi vitiis animalium, ibid.n.25.& 26

Vendens ad menſuram poſt ſexaginta dies non poteſt reclamare, ut menſura ſibi redintegretur, fol.277. num.33

Venditor ſi non cavet in actione ædilitia intra duos menſes actio redhibitoria habet locum, ibid.n. 34. & 35

Venditor pretio reſtituto agit ad rem cum acceſſionibus, fol.281.n.51

Venditor nolens recipere animal, quomodo ſit conſultum emptori, ibid.n. 54

Redhibitoriæ actioni an renunciari poſſit, ibid.n.55

F I N I S.

Digitized by Google



KONSERVIERT DURCH
ÖSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN